image
not
available

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLI A LINNÉ

EQUITIS

SYSTEMA VEGETABILIUM

SECUNDUM

CLASSES ORDINES
GENERA SPECIES.

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS

ET

SYNONYMIIS.

EDITIO NOVA, SPECIEBUS INDE AB EDITIONE XV. DETECTIS AUCTA ET LOCUPLETATA.

CURANTIBUS

JOANNE JACOBO ROEMER, M. D.
PLUR. SOCC. LITT. SODALI.

ET

JOS. AUGUSTO SCHULTES, BOIO,
M. D. ET PROF. P. O. BOTANICES ET THERAPIAE SPEC. IN UNIV. LANDISHUTHANA, CONS. REG., PLUR. SOCC. LITT. SODALI.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK

VOLUMEN SECUNDUM.

STUTTGARDTIAE
SUMTIBUS J. G. COTTAE.
1817.

Digitized by Google

Opera JEHOVAE *magna!*

exposita omnibus, qui delectantur illis;

gloriosum et decorum opus Ejus!

DAVID.

Digitized by Google

GALLIAE

BOTANICIS. ILLUSTRIBUS VIRIS

DE. AMABILI. SCIENTIA. ET. OPERE. NOSTRO

MERITISSIMIS

P.

D. D.

J. J. ROEMER. M. D. TURIC. HELVETUS.

J. A. SCHULTES, M. D. BOJUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

VOLUMINIS II. PARS II.

Digitized by Google

Digitized by Google

Praefatio.

Quum complures jam botanici patriae ipsorum regionis graminibus volumina integra destinaverint, et *Gaudinus*, vir egregius, Helvetiae Cyperoideas et Gramineas duobus voluminibus descripserit, nemo sane mirabitur, nostram hanc totius terrarum orbis notorum graminum Enumerationem ampli voluminis, spatium sibi vindicare. Quo in opere componendo gravi profecto et laboris pleno, cum tam multa respicienda essent, fieri non potuit, quin plures lacunae, defectus atque vitia, quae illud premunt, nobismet ipsis apertius quam cuivis alii sese obtulerint. Sed harum rerum aliqua modo ex parte peritos veniam nobis daturos esse, nostro quodam jure speramus.

Edimus hisce quam absolutissimam omnium hucusque detectorum ac descriptorum graminum enumerationem, non quidem hac in re eâ curâ atque dili-

Digitized by Google

gentiâ usi, quae gravissima tantum et quae maxime ex re sint seligit atque suo quaeque loco disponit, cetera omnia aspernatur: qualem scilicet ii tantum adhibere solent, qui unum modo aut plura genera, quae omnia ex ipsis vel recentibus vel desiccatis plantis cognita habent, describenda sibi eligunt. Neque tamen omnem criseos usum negleximus, quod cuique in id inquirenti, facile, opinamur, patebit. Copiosus enim apparatus litterarius, qui nobis ad manus est, atque herbarium satis amplum multa corrigendi, illustrandi, aut, si dubia res esset, diversas botanicorum sententias explicandi copiam nobis fecerunt. Amplissima denique amicorum in Suecia, Gallia, Hispania, Italia et Rossia in nos officia haud paucas *novas species* nobis suppeditaverunt, quae in hoc opere a nobis primum describuntur.

Utrum Genera a nobis servata optima semper nullaque ex parte vituperanda sint; an utrum sperare liceat, fore, ut posterior quoque aetas iisdem acquiescat, hac de re minime disceptabimus. Sed, si verum fatendum est, serius detecta disquisita et reperta multa in his et varia mutatura fore, nulli dubitamus. Ceterum, si de ratione quaeras, quam in eligendis ac disponendis generibus secuti simus, eam in praefatione ad volumen primum delineatam invenies.

Digitized by Google

Pauca tantum ad calcem hujus voluminis addenda fuissent, nisi brevi ante opus typis exaratum novos aliquot tomos Supplementi Poiretiani ad Encyclopaediam methodicam accepissemus, ex quibus quae opus nostrum perfectius reddere possent, addere, maxime ex re esse arbitrati sumus.

At brevius totâ in re, dixerit fortasse aliquis, nobis versandum erat, non tam multa in medio relinquenda, sed omnia decidenda et sic simpliciora et perspicaciora reddenda erant. Nos vero, quod sane dolemus, singulis fere diebus, magnorum saepe virorum exemplo, docemur, quam grave atque temerarium sit, isto modo promtum de omnibus ferre judicium. Itaque id nonnisi tum, quod rarius accidit, nobis licere putavimus, ubi adspectus ipse dubiarum plantarum certam plane in nobis excitavit persuasionem. Citandis autem variis sententiis discrepantibusque inter se descriptionibus plantarum specie diversarum, quae vero apud plures auctores iisdem gaudent nominibus et de quibus saepius nihil certi definiri potest, nisi herbariis ipsorum auctorum inspectis, gratissimam rem multis facturi nobis visi sumus, quibus copiosae, quae conferantur, bibliothecae desunt. In quo si quis brevitatem desideret, *Cuvieri* potissimum verbis nos excusabimus:

Digitized by Google

„Dans l'etat d'imperfection où se trouve encore le Systema naturae, malgré tous les efforts des hommes de merite qui travaillent depuis cinquante ans à l'enrichir et à le rendre plus correct, j'ai toujours pensé qu'il etoit plus utile à la science de rectifier les idées fausses ou confuses que l'on se fait des especes anciennes, que d'entasser sans regle et sans choix des especes nouvelles qui, lorsqu'elles ne sont pas décrites avec plus de précision que les autres, loin de rien eclaircir, ne servent qu'à augmenter le desordre, et qu'à le rendre plus difficile à debrouiller." *Cuvier Annal. du Mus.* T. XII. p. 257.

d. 31. Jul. 1817.

J. J. Roemer. *J. A. Schultes.*

Digitized by Google

Classis III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

(Continuatio.)

***** *Flores glumacei.*

169. Schoenus. *Squamae*, in spicam fasciculatae, paleaceae, inferiores vacuae. *Cor.* o. *Stylus* deciduus. *Sem.* 1; inter squamas superiores, (ut plurimum nudum, aut pilis brevibus cinctum).

Lam. Illustr. t. 38. Familia Cyperacearum.

Obs. R. Brown Schoenum definit: spiculâ distichâ, 1-3florâ, squamis extimis (3-6) minoribus, congestis, vacuis; floriferis dum unâ pluribus in rhachi flexuosâ alternis persistentibus. Setae squamulaeve nullae hypogynae. Stylus deciduus. — E. Chaetosporam (quam a Schoeno sejungit): spiculâ distichâ (subinde undique imbricatâ) pauciflorâ, squamis extimis minoribus vacuis. Setae hypogynae squamis brevioribus. Stylus deciduus.

Hunth, qui in *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* Schoenos jungit cum *Dichromenis*, et, sub Chaetospora, Schoenos *Linn.*, Rhynchosporas *Vahl* et *Brown* cum Chaetospora *Brown* in unum genus colligit, *characterem genericum* Schoeni hisce posuit: spiculae pauciflorae; glumae undique imbricatae, inferiores vacuae. Semen lenticulare aut triquetrum. *Setae* nullae. — Culmi basi foliati, rarius vaginati. Spiculae solitariae, fasciculatae, glomerato-capitatae aut paniculatae, involucratae; — Chaetosporae vero sequentibus: spiculae pauciflorae; glumae undique imbricatae, inferiores vacuae, semen lenticulare aut trigonum, setae plerumque sex. Culmi basi foliati. Spiculae fasciculatae, capitatae aut corymbosae.

170. Lepidotosperma. *Polygama.* Paleae simplices variae imbricatae, inferiores steriles. Squama suberoso-medullaris, 5-6 partita ad basin seminis nucamentacei.

Lepidosperma. *Labillard. nov. Holland. Spec. t.* II. Familia Cyperoïdearum prope *Schoenum*, a quo differt squamâ baseos seminis nucamentacei. Quibusdam nimis affine Scleriae, cui in plurimis speciebus squama partita.

Spiculae 1-2florae, monospermae, squamis undique imbricatis, plerisque vacuis. Squamulae hypogynae 6, planae, crasse membranaceae, basi connatae. Stylus deciduus. Nux ventricosa, calva obtusa. *R. Brown.*

Digitized by Google

Obs. Proxima CLADIO, a quo solummodo squamulis hypogynis diversa. A SCLERIA numero squamularum et spiculis semper androgynis, flore inferiore hermaphrodito diversa

171. CARPHA. *Spicula* uniflora squamis subdistichis, inferioribus vacuis. *Setae* hypogynae, 3-6 squamas floriferas aequantes, plumosae vel capillares. *Stylus* subulatus ovario inarticulatus. *Stigmata* 2-3. *Nux* prismatica, stylo persistenti cuspidata. *Banks* et *Soland.* apud *R. Brown.* Familia CYPERACEARUM.

Media RHYNCHOSPORAM inter et CHAETOSPORAM, utrique habitu similis. C. *alpina* et *deusta* cum alterâ e Terrâ del Fuego genuina species: reliquae dubiae, et forsan proprii generis. *R. Brown.*

172. OREOBOLUS. *Glumae* duae, spathaceae, deciduae includentes flosculum unicum, squamâ interiore unicâ vel nullâ. *Perianthium* sexpartitum cartilagineum, post lapsum nucis persistens. *Stam.* tria. *Stylus* unicus deciduus. *Stigmata* 3. *Nux* crustacea. *R. Brown.* Familia CYPERACEARUM.

Planta pusilla, sed caespites densos, convexos, amplos in summis montibus efformans (unde nomen). Culmi infra divisi dense vestiti. Folia linearia, stricta, basibus dilatatis, nervosis, imbricatis, vaginantibus, inde apertis. Scapi axillares, breves, compressi, uniflori. Glumae spatham ancipitem bivalvem efficientes.

173. RHYNCHOSPORA. *Cal.* squamae in spicam fasciculatae, inferiores vacuae. *Cor.* o. *Setae* basi seminis. *Sem.* 1. coronatum stylo persistente indurato, basi latitudine seminis. *Vahl.* Familia CYPERACEARUM.

Spicula pauciflora squamis undique imbricatis, inferioribus minoribus vacuis. Setae hypogynae denticulatae, inclusae. Stylus subulatus bifidus basi dilatatus. Nux basi compressae conicae induratae persistenti styli subarticulata. — Plantae inflorescentiâ variae, paniculatae, corymbosae v. capitatae. A DICHROMENA setis diversa. *R. Brown.*

174. DICHROMENA. *Cal.* squamae membranaceae in spicam ovatam seu capitatam undique imbricatae, inferiores vacuae. *Cor.* o. *Stylus* bifidus, basi persistens, setaceus. *Stigmata* duo. *Sem.* sublenticulare transversim undulato-rugulosum obtuse acuminatum, s. apice tuberculo lunatim cincto. *Setae* nullae. Familia CYPERACEARUM.

Folia floralia s. involucra basi discolora, ut plurimum albicantia. DICHROMA *Pers.*

175. FIMBRISTYLIS. *Squamae* in spicam undique imbricatae, paleaceae. *Cor.* o. *Styl.* bifidus, basi bulbosus, compressus, margine ciliatus. *Setae* nullae. *Vahl.* Familia CYPERACEARUM.

Digitized by Google

Generi huic non adsentit *Willdenow.* Character generis ex *R. Brown Prodr.* I. p. 225.: *Squamae* paleaceae, undique imbricatae, vix ullae steriles. *Stylus* compressus, cum ovario articulatus, deciduus; saepius ciliatus basique bulbosa. *Stigmata* 2, rarius 3. *Setae* nullae hypogynae.

176. Isolepis *R. Brown.* *Squamae* undique imbricatae, conformes, omnes floriferae, paucissimaeve exteriorum vacuae. *Setae* nullae hypogynae. *Stylus* cum ovario inarticulatus, basi simplici, deciduus. (Scirpi *Linn.*) Familia Cyperacearum.

Habitus Scirpi, a quo differt defectu setarum hypogynarum.

Kunth in *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen. et Spec.* I. *p.* 177. jungit Isolepidem *R. Brown*, Fimbristylin *Vahl* et *R. Brown*, et Echinolytrum *Desv.*, sequente charactere generico: Spiculae multiflorae. Glumae undique imbricatae uniflorae, nonnullae inferiores vacuae. Semen lenticulare aut triquetrum. Setae nullae. Culmi foliati, rarius vaginati. Spiculae solitariae capitatae umbellatae, cymosae aut corymbosae, terminales aut laterales, involucratae.

177. Scirpus. *Squamae* in spicam undique imbricatae, paleaceae. *Cor.* o. *Stylus* filiformis, imberbis, deciduus. Semen imberbe, triquetrum (pilis brevissimis cinctum).

Squamae undique imbricatae conformes, omnes floriferae, paucissimaeve exteriorum vacuae. Setae hypogynae, squamis breviores. Stylus cum ovario inarticulatus, basi simplici, deciduus, vel basi mucroniformi remanente. *R. Brown.*

Kunth, qui Eleocharin et Scirpum *Brown* jungit, characterem generis posuit sequentibus: Spiculae multiflorae. Glumae undique imbricatae, vix nullae vacuae. Semen lenticulare aut triquetrum. Setae plerumque sex. — Culmi simplices, basi vaginati, vaginis saepius aphyllis. Spiculae solitariae, conglomeratae aut corymbosae, terminales aut laterales, saepius nudae. *Lam. Illustr.* t. 38. Familia Cyperacearum.

178. Eleocharis *R. Brown.* *Squamae* undique imbricatae, conformes, vix ullae steriles. *Setae* hypogynae (4-12) denticulatae, raro nullae. *Stylus* 2-3 fidus, basi dilatatâ, cum ovario denticulatâ. *Nux* saepius lenticularis, basi dilatatâ induratâ styli coronata. (Scirpi species *Linn.* et *Vahl.*) Familia Cyperacearum.

Plantae paludosae (unde nomen). Culmi simplices, aphylli, basi vaginati, spicâ unica, terminali, erecta, nuda. Charactere proxime accedit Dichromenae, habitu vero diversissima; a reliquis cyperoideis tam fructificatione quam habitu sat distincta, et genus naturale efformat, cui praeter species novae Hollandiae pertinent: Scirpus *palustris* L., *geniculatus* L., *maculosus Vahl*, *tuberculosus Mich.*, *ovatus Roth*, *plantagineus Retz*, *interstinctus Vahl*, *spiralis Rottb.*, *mutatus* L., *qua-*

Digitized by Google

drangulatus Mich. et acicularis L. quamvis setis careat. Cyperus *setaceus Retz* et *Willd.* huc quoque referendus a reliquis differt nuce pentagonâ et spiculâ distichâ.

179. Elyna. *Cal.* glumae univalves, uniflorae undique in spicam imbricatae. *Cor.* duplex, utraque univalvis: exteriore majore, dorso rhachi appressâ, interiore angustiore laterali, genitalia involvente. Stigmata 3. Nux setis nullis.

Schrad. Fl. germ. I. p. 155. (Carex *Linn.* Hobbesia *Willd.*) Familia Cyperacearum.

180. Eriophorum. *Cal.* glumae univalves, uniflorae, in spicam undique imbricatae, exteriorum unâ alterâve saepe sterili. *Cor.* o. *Semen* nux lanâ longissimâ cincta. Familia Cyperacearum.

Lam. Illustr. t. 39.

181. Abildgaardia. *Cal.* squamae in spicam subdistiche imbricatae. *Cor.* o. *Semen* e basi styli persistente trigono-acuminatum. *Setae* nullae. *Vahl.* Familia Cyperacearum.

Iria *Richard*; „spica simplex squamis subdistiche imbricatis summis congestis, infimis aristatis. *Stam.* 1. *Stigm.* 2. *Semen* muticum.“ Huc cl. *Richard* retulit Abildgaardiam *monostachyam* et *indicam.* — Squamae palcaceae, distiche imbricatae, omnes pluresve floriferae. Setae hypogynae nullae, stylus trifidus, basi pyramidato-bulbosus cum ovario articulatus, deciduus. Nux pyriformis triquetra. Nimis affinis Fimbristyli, stylus enim certe deciduus, et spicula fructifera haud omnino deciduâ. *R. Brown.*

182. Arthrostylis. *Spicula* uniflora squamis imbricatis, inferioribus vacuis. *Setae* hypocarpae nullae. *Stylus* subulatus trigonus, cum ovario articulatus, deciduus. *Stigmata* tria. *Nux* trigona. *Rob. Brown Prodr.* I. p. 229. Familia Cyperacearum.

Ab Abildgaardia spiculis unifloris et habitu differt; a Rhynchospora stylo deciduo et defectu setarum.

183. Cyperus. *Squamae* in spicam distiche imbricatae, carinatae. *Stylus* deciduus. *Cor.* o. *Semen* unicum, nudum.

Spicula disticha multiflora, squamis carinatis omnibus floriferis aequalibus (subinde 1 2, infimis minoribus vacuis.) Setae nullae hypogynae. Stylus cum ovario inarticulatus, deciduus *R Brown Prodr.* I. p. 212. *Hunth* in *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *Spec.* I. *p.* 162, qui Abildgaardias *Vahl* cum Cyperis jungit, characterem generis hisce posuit: Spiculae multiflorae. Glumae distiche imbricatae uniflorae, inferiores nonnullae vacuae. Semen compressum aut triquetrum. Setae nullae. Culmi simplices basi foliati aut vaginati, spiculae solitariae umbellatae aut capitatae, umbellis simplicibus aut compositis. Genus vero novum statuit, Papyrum, cum clo. *Aubert*

Digitized by Google

de *Petit-Thouars*, cujus characterem vide sub CYPERO *odorato*. *Lam. Illustr. t.* 38. Familia CYPERACEARUM.

184. MACHAERINA. *Polygama. Cal.* squamae in spicam laxe imbricatae, bivalves. *Cor.* o. *Setae* basi seminis. *Stylus* tripartitus. *Vahl.*

In Clavi enumerationis cel. *Vahl* ait: „*Cal.* squamae in spicam laxe imbricatae, intra singulam *Cor.* bivalvis," quod et in sequente genere repetit.

185. HYPAELYPTUM. *Cal.* bivalvis. *Squamae* in spicam arcte imbricatae. *Cor. setaeque* o. Familia CYPERACEARUM.

Cal. valvulae lineares compressae acutae diaphanae, alterâ angustiore. *Stylus* simplex vel bifidus. *Semen* oblongo-ovatum, obsolete trigonum. *Rhachis* filiformis, spiraliter tuberculis scrobiculatis. *Vahl.*

Squama undique imbricata, uniflora. *Perianthium* bivalve, membranaceum, valvulis subaequalibus squamae oppositis. *Stylus* bifidus deciduus. *Nux* perianthio inclusa. *R. Brown.*

Kunth apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *Spec.* I. p. 176. characterem genericum hisce ponit: Spiculae multiflorae, glumae undique imbricatae, uniflorae, omnes fertiles. Squamae duae membranaceae glumis oppositae. Semen lenticulare aut triquetrum. Setae nullae. Culmi basi foliati. Spiculae terminales, capitato conglomeratae, involucratae. HYPOLYTRUM *Rich.* in *Pers. Syn.* I. p. 82, et HYPAELYTRUM *Rich.* in *Poiret Enc. meth.* T. III. I. P. p. 83. HYPOELYTRUM apud *Kunth* ab hoc non diversum.

Obs. „Affinitas KYLLINGAE, quâcum habitu omnino convenit: distinctâ positione valvularum perianthii, interior nempe et exterior squamae includenti spiculae opposita. Concipe itaque in KYLLINGA squamulam extimam auctam, secundam suppressam, valvulasque floriferas diminutas carinâque destitutas, et habes HYPAELYPTI speciem. In SCHOENO *nemorum Vahl*, SCIRPO *anomalo Retz* et *bromeliifolio Rudge* aliisque ineditis valvulae perianthii laterales carinatae et nux exserta, quibus notis atque habitu diversissimo ab HYPAELYPTIS recedunt, propriumque genus constituunt." R. *Brown.*

186. FUIRENA. *Cal.* squamae aristatae in spicam undique imbricatae. *Cor.* glumae tres, petaliformes, cordatae, barbâ cirrhiformi apice, unguiculatae.

Squamae undique imbricatae aristatae trinerves uniflorae. Perianth. trivalve foliolis unguiculatis trinervibus, cum vel absque setulis totidem interjectis. Stigmata tria. Nux triquetra, basi styli cuspidatâ, valvulis perianthii tectâ. *R. Brown.*

Kunth in *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *Spec.* I. *p.* 176. characterem generis statuit sequentibus: Spiculae multiflorae; glumae undique imbricatae uniflorae; squamae tres unguiculatae cum vel absque setis totidem interjectis. Semen triquetrum. Culmi simplices, foliati, rarius vaginati. Folia striato-

Digitized by Google

intus canaliculatâ, supra teretia, vaginis fissis. Capitulum sessile, e spiculis numerosis aggregatis.

Obs. Affinitate proxima CHONDRACHNI et CHRYSITRICHIS, sed inflorescentiâ et habitu diversa.

194. CHONDRACHNE *R. Brown.* *Spica* undique arcte imbricata, squamis cartilagineis. *Spicula* sub singulâ squamâ multiflora androgyna: paleis fasciculatis exterioribus masculis monandris. Pistillum in fasciculo unicum, centrale. Stylus bifidus. Setae hypogynae nullae. *Brown Prodr.* I. p. 220. Familia CYPERACEARUM.

Obs. Habitus CHORIZANDRAE, a qua differt solummodo inflorescentia. LEPIRONIA *Richard* in *Persoon Synops.* I. p. 70. forsan ejusdem generis, cui tamen characterem valde diversum cl. auctor tribuit. RESTIO *Retz.*

195. LEPIRONIA. Spiculae squamis orbiculatis cartilagineis. *Sem.* involucello 16-paleaceo. *Stam.* 4-6. *Rich.* Famil. CYPERACEARUM.

Affinis FUIRENAE. An genus diversum a CHONDRACHNE?

196. LAMPOCARYA. *Spiculae* undique imbricatae uniflorae, squamis exterioribus vacuis. Setae squamulaeve hypogynae nullae. *Stam.* 4. (nunc 3-6) filamentis persistentibus elongatis. *Stylus* subulatus, trifidus. *Stigmata* indivisa. *Nux* ossea, nitens, basi persistente styli cuspidatâ putamine supra incrassato, nucleo laevi. *R. Brown.* Familia CYPERACEARUM.

Obs. Medium tenet inter CLADIUM et GAHNIAM. A priore differt, filamentis post anthesin elongatis et nuce cuspidatâ; a Gahniâ nucleo laevi distincta.

197. CAUSTIS. *Spiculae* subuniflorae, squamis fasciculatis, plurimis vacuis. *Setae* squamulaeve hypogynae nullae. *Stam.* 3-5. *Stylus* basi dilatatus. *Stigmata* 3-4. *Nux* ventricosa, basi bulbosâ styli coronata. *R. Brown.* Familia CYPERACEARUM.

Obs. Plantae rigidae, in ericetis aridis provenientes. Culmi aphylli, vaginis integris sphacelatis (unde nomen) hinc in mucronem subulatum concolorem productis; infra indivisi, teretes supra paniculati semiteretes. Spiculae (in diversis plantis paniculatae parvae) nux ovata, alba, opaca. *Br.*

198. LYGEUM. Flores gemini (subinde terni), calycibus bivalvibus, basi in pericarpium biloculare villosum concrescentibus. *Involucrum:* spatha convoluta.

Gaertn. Fil. Carpolog. vol. III. t. 181. f. 5. *Richard. Mem. soc. d'hist. nat. de Paris.* t. 3. *Nux* biocularis, bisperma, villosa. *Juss. Lam. Illustr. t.* 39. Familia GRAMINEARUM.

Digitized by Google

Pal. de Beauvois sic describit: *Involucrum* monophyllum, spathaceum, apice emarginatum, setigerum, inclusum, biflorum. *Tegmen* s. *calyx* basi coalitum, hirsutissimum, adhaerens, apice biglumaceum. *Cor.* gluma membranacea, canaliculata, convoluta, subulata, bifido-dentata. *Stigma* unicum, glabrum. *Tegmen* nucleiforme biloculare, loculis monospermis. *Locustae* solitariae terminales. *P. de Beauvois* t. XXV. f. 6. LINOSPARTON *Adans.*

199. CORNUCOPIAE. *Involucrum* monophyllum, cyathiforme s. infundibuliforme, multiflorum. *Cal.* bivalvis glumae basi coalitae, mitraeformes, aequales. *Cor.* univalvis, utriculiformis (glumae coalitae), uno latere fissa, infra medium aristata. *Stigmata* subaspergilliformia, bina, longa, (raro 1.) *Semen* haud sulcatum. *Spica* subcapitata.

P. de Beauvois p. 3. t. IV. f. 3-4. *Lam. Illustr. t.* 40. Familia GRAMINEARUM. *Vahl Monogyniae*, *Willdenow Digyniae* inseruit.

200. POMMEREULLA. *Locustae* sessiles, distichae, subunilaterales. *Cal.* bivalvis, glumae 3-4-5-6 florae, flosculis breviores. *Cor.* bivalvis gluma inferior quadridentata aut laciniata, laciniis setigeris, inter lacinias intermedias aristâ flexuosâ. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* glaberrimum. *Spicae* simplices. Culmus ramosus.

P. de Beauv. t. XVIII. *f.* 6. *Lam. Illustr. t.* 37. Familia GRAMINEARUM. *Schrebero Calycis* turbinati valvulae quadrifidae dorso aristatae, et *Cor.* bivalvis aristata. *Persoon* DIGYNIAE inseruit, jubente *Roxburgh corom.* t. 131.

201. CENCHRUS. *Involucrum* includens spiculas 3-5, saepius duplex, exterius setis rigidis spinulosis, interius monophyllum, multifidum, laciniis subaequalibus lanceolatis. *Cal.* bivalvis glumae biflorae. Flosc. inferior masculus, superior hermaphroditus. *Glumae* 2 *corollinae* lanceolatae acutae muticae. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Spica* composita.

P. de Beauvois l. c. p. 57. *Lam. Illustr. t.* 838. PANICASTRELLA *Mich.* RORAM *Adans.* Familia GRAMINEARUM. *R. Brown* characterem CENCHRI posuit sequentibus: Gluma biflora, bivalvis, valvulâ exteriore minore. Flosculi dissimiles, exterior masculus vel neuter, interior hermaphroditus. Squamulae hypogynae nullae. Styli 2 infra connati. Involucellum 1-3florum multipartitum, extus setosum, fructiferum induratum.

202. PENNISETUM. *Involucrum* multisetum duplex, setis exterioribus inaequalibus, unâ duplo longiore, interioribus pinnato-barbatis. *Locustae* plures, 2, 3, 5. *Cal.* bivalvis glumae inaequales. *Flosc.* inferior masculus, superior hermaphroditus, uterque sessilis, glumis corollinis subcartilagineis.

Digitized by

Antherae apice nudae. *Stigmata* plumosa. *Spica* composita, spiculis sessilibus. Familia GRAMINEARUM.

Persoon. P. de Beauvois l. c. p. 59. t. XIII. f. 5. CENCHRUS *Linn.* et PANICUM *Willd.* Confer et PENICILLARIAM, et SETARIAM, quae praecipue PENNISETUM *Brownii.*

203. SPARTINA. *Cal.* trivalvis uniflori glumae inaequales, carinatae, acutissimae. *Cor.* bivalvis muticae glumae bifido emarginatae et dentatae, calyce breviores. *Nectaria* subtruncata fimbriata, (o *Rich.*). *Stylus* simplex longissimus. *Stigmata* villosa. *Semen* liberum corollâ tectum. *Locustae* unilaterales, duplici serie insertae. *Spica* composita. Familia GRAMINEARUM.

Schreb. P. de Beauvois p. 25. t. VII. f. 6. DACTYLIS *Linn.* TRACHYNOTIA *Rich.*, LIMNETIS *Pers.* In SP. *stricta* glumae corollinae calycinis majores. *Cal.* diphyllus inaequalis, foliolis lineari-lanceolatis compressis, dorso hispidis: majori nervis tribus dorsalibus approximatis, medio carinali in mucronem aristaeformem abeunte; minori 1/3 breviori angustiori simpliciter acuto. — *Cor.* dipetala, petalis subaequalibus compressis lanceolatis membranaceis, exteriori breviori acuto, nervo dorsali hispido, interiori longiori apice bifido nervo dorsali scabro. *Panzer Ideen p.* 27. *t.* X. *f.* 4. *a-f.*

204. NARDUS. *Cal.* univalvis, uniflorus. *Cor.* univalvis. *Stigma* simplex. *Sem.* calyce tectum. Familia GRAMINEARUM.

Stamen subinde 1. *Lam. Illustr. t.* 39. *P. de Beauvois* qui, praeter *Linnei* species, (excl. *indicâ*) etiam ROTTBÖLLIAM *filiformem* huc ducit, characterem generis t. XX. f. 11. *Agrostographiae* sequentibus exhibet: *Cal.* o, nisi squama s. dens rhacheos. *Cor.* bivalvis glumae oblongae, convolutae, inferior subulata. *Stylus* et *Stigma* simplex, villosum. *Semen* liberum sulcatum. *Spica* simplex filiformis, locustis subunilateralibus. (sessilibus.) Maxime affinis Rottbölliae. Confer NARDUM *aristatam Digynam.*

205. ORYZOPSIS. *Cal.* bivalvis uniflori glumae membranaceae, corollâ coriaceo-indurata paulo longiores. *Cor.* bivalvis gluma inferior apice villosa, aristâ articulatâ, superior integra. *Nectaria* appendices duo lineares longitudine germinis. *Stylus* simplex. Panicula subsimplex laxa. Familia GRAMINEARUM.

Richard in *Michaux Fl. bor. am. P. de Beauvois Agrost.* t. VI. f. 5. a STIPA nonnisi stylo simplici differre. Stylum vero trifidum, stigmatibus 2 villosis describit *Richard* apud *Vahlium.* Genus MELICAE nimis affine.

206. THEMEDA. ♂. 2 pedicellati mutici. *Cal.* univalvis uniflorus. *Cor.* bivalvis. ♀. sessilis interior. *Cal.* univalvis. *Cor.* bivalvis. *Arista* ex receptaculo longissima. *Forsk.* Familia GRAMINEARUM.

Digitized by Google

Genus dubium clo. *P. de Beauvois.* *Persoon* inter gramina monogyna retulit quoque SESLERIAS *suas:* si vero omnes graminum species monogynas ad MONOGYNIAM referre volumus, etiam monandras ad MONANDRIAM referre et genera plurima naturalia dirimere opportebit. — — —

= GRAMINA *plura.* JUNCI *plures.*

D I G Y N I A.

207. ZOYSIA. *Cal.* 0. *Corollae* valvula inferior coriaceo-indurata convoluta, apice emarginato obtuso membranaceo subtridentata, inter lobos setigera. *Germen* ovatum integrum. *Stigmata* subaspergilliformia. *Semen* ovato-oblongum gibbum haud sulcatum. *Spica* simplex. Familia GRAMINEARUM.

Pal. de Beauvois Nov. Agrost. t. IV. f. 1. *Willdenowias* calycem univalvem carinatum, *Cor.* univalvem membranaceam habet.

Obs. „Gluma uniflora, univalvis, complicata, cartilaginea, infra clausa, „apice hinc stylos staminaque exserens. Perianthium bivalve inversum „muticum, membranaceum. Squamulae nullae hypogynae. Stam. 3. „Styli 2. Stigmata plumosa. Prope ROTTBOELLIAS posui ob glumam „univalvem, perianthium inversum, et inflorescentiam spicatam." *R. Brown.*

208. ASPRELLA. *Cal.* 0. *Cor.* valvulae cartilagineae, inferior compressa, navicularis, superior angustior, lanceolata, rigida. *Nectaria* obovata integra, glabra. *Stamina* 1, 3, 6. *Germen* compressum. *Stigmata* villosa. *Semen* liberum sulcatum. *Panicula* composita, laxa.

Lamarck Illustr. n. 858. *Palisot de Beauvois* t. IV. f. 2; nec *Willdenowii*, quae ELYMUS; nec *Host*, quae NARDUS. LEERSIA *Swartz;* PHALARIS *Linn.* et *Schreb.;* HOMALOCENCHRUS *Hall.*

209. ALOPECURUS. *Cal.* bivalvis, uniflorus, valvulis subaequalibus connatis distinctisve. *Cor.* valvulae connatae in glumam utriculiformem uno latere fissam, infra medium (plerumque) aristatam. *Nectaria* linearia, integra, glabra. *Stigmata* longissima, subaspergilliformia. Spica composita, stricta, cylindrica, non involucrata, ramis brevissimis, ramulosis, sparsis.

Pal. de Beauv. p. 5. l. c. *t.* IV. *f.* 5. 6. ALOPECURUS et PHALARIS *Linn.;* TOZETTIA *Savi.*

210. COLEANTHUS. *Cal.* bivalvis, valvulis inaequalibus; majori aristatâ. *Cor.* univalvis, mutica.

Seidel in litt. qui ad viventem plantam *characterem naturalem* hisce dedit: *Cal.* bivalvis, valvulis inaequalibus; exterior major, ovato-lanceolata, apice aristata; interior ovata acuta, margine dorsoque scabra. *Cor.* univalvis, ovata, acuta, mutica. *Stam.* 3, filamenta capillaria corollâ longiora. *Antherae* oblongae,

Digitized by Google

utrinque paulo bifidae. *Styli* 2, longitudine staminum, filiformes, *stigmatibus* nudis, nec plumosis, simplicibus. *Semen* unicum, ovato-oblongum, basi calyce corollâque partim tectum, apice stylis persistentibus coronatum. — Cl. vero TRATTINICK in *Florae austriacae Fasc.* I. p. 12 sub nomine SCHMIDTIAE sequentibus characterem generis e siccis dedit: „axis vagus, ramosissimus, flexuosus, ad angulos paniculatus. Locustae monoseu potius homothalamae. Tegmina nulla. Stragulum paleis 2 oppositis inaequalibus hyalinis acuminatissimis dorso setosis margine dentato-ciliatis. Lodicula nulla. Stamina 2 longa. Antherae 2 ovatae versatiles. Germen ovatum, triquetrum, verrucosum. Styli 2 praelongi glandulosi. Caryopsis ovata triquetra verrucosa apice emarginata."

211. TRICHODIUM. *Cal.* bivalvis, uniflorus. *Cor.* univalvis, calyce minor, aristata et basi uno alterove pilorum fasciculo stipata, (aut mutica). *Semen* liberum corollâ tectum. *Michaux. Schrad.*

Genus duo apud *Palisot de Beauvois* genera comprehendens, AGRAULUM nempe aristatum, et TRICHODIUM muticum. AGROSTIDES quasdam *Linnei* continet, quas haud bene ab AGROSTIDE sejungi plures suadent.

212. PEROTIS. *Cal.* bivalvis, valvulae apice longe setigerae. *Cor.* univalvis, valvulâ fere longitudine calycis. *Stigma* subaspergilliforme. *Spica* subsimplex, basi villis lanuginosis involucrata.

Pal. de Beauvois t. IV. *f.* 9. SACCHARUM *Linn.* Clo. *Schreber* est in hoc genere: „*Cal. o. Cor.* bivalvis, valvulae aequales aristatae, lanugine involucratae." Clo. *R. Brown* est: *Gluma* uniflora aequalis bivalvis aristata; *perianthium* bivalve muticum minutum. *Squamae* 2 hypogynae. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* plumosa. *Semen* cylindricum, glumâ connivente inclusum.

213. SACCHARUM. *Cal.* bivalvis lanugine longâ involucratus. *Cor.* bivalvis. *Linn.*

Cl. *Rob. Brown* in qualibet spiculâ vidit: *florem inferum neutrum, corollâ uniglumi; florem* vero *superiorem hermaphroditum. corollâ biglumi.* Cl. *Palis. de Beauvois* in *Agrost. nov. p.* 7. *t.* IV. *f.* 10. vidit in siccis: *locastas geminas, alteram sessilem, alteram pedicellatam, ambas hermaphroditas? Corollam uniglumem, glumis paulo breviorem. Nectaria truncata, fimbriata, ovarii longitudine* (minima *Schreb.*) *Stigmata subaspergilliformia.* — „Lana longissima sericea spicae, textura tenuius membranacea glumae, perianthiaque saepius mutica vix sufficient ad separandum „SACCHARUM *officinarum* et *spontaneum* speciesque similes ab „ERIANTHO *Mich.*, speciebus novae Hollandiae, aliisque Indiae „orientalis nondum descriptis, habitu omnino *Andropogonis* „pariter aristatis et ab eo diversis solummodo floribus hermaphroditis uniformibus. In SACCH. *officinarum* est Perianthium univalve ab auctoribus descriptum; semper inveni valvulas tres, quarum equidem interior compresso-filiformis, et intermedia minutissima." *R. Brown* qui sequentem, et parum

Digitized by Google

sibi ipsi repugnantem, generis characterem posuit: „Flores *omnes hermaphroditi* spicati spicis fasciculatis vel paniculatis, articulis bifloris, flore altero pedicellato, glumâ biflorâ, bivalvis, subaequalis, basi barbatâ flosculi inclusi; interior hermaphroditus bivalvis hyalinus, valvulâ exteriore muticâ vel aristatâ, interiore minutâ vel obsoletâ squamulis 2 hypogynis. Stamina saepius 3. Stigmata 2 plumosa: *exterior neuter*, univalvis, muticus." *Kunth* vero habet: Spiculas geminas, alteram sessilem, alteram pedicellatam, omnes hermaphroditas, unifloras, glumas duas coriaceas, valvulam unicam muticam. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen. et Spec.* I. *p.* 146.

214. Imperata. *Cal.* bivalvis, valvulis herbaceis, inferiore parte dorsi pilis longissimis, corollâ longioribus. *Cor.* bivalvis, mutica, valvulâ inferiore fere dimidio breviore. *Nectaria* (?) oblonga ciliata. *Stamina* 2-3. (*Stylus* 1-2.) *Stigmata* pilosa subaspergilliformia.

Cyrill. Ic. rar. fasc. II. t. 11. *Pal. de Beauvois Agr. nov.* p. 7. t. V. f. 1. Lagurus *Linn.* Saccharum *Willd.*

Obs. „Flores omnes hermaphroditi geminati, altero pedicellato. Gluma bi„valvis, biflora, aequalis, mutica, lanâ cincta. Perianthia inclusa hya„lina mutica, exterius univalve, neutrum, interius bivalve. Hermaphr. „valvulâ interiore latiore. Squamulae nullae hypogynae. Stam. 2. Styl. „2. Stigmata plumosa. — A Saccharo differt defectu squamularum „hypogynarum; flosculi hermaphroditi valvulâ interiore latiore, stamini„busque binis. Confer Saccharum *paniceum Lam. R. Brown.*

215. Eriochrysis. *Cal.* valvulae villosae, obtusiusculae, coriaceo-induratae. *Cor.* valvulae tenuissime membranaceae, calyce breviores. *Nectaria* tridentata, dentibus irregularibus. *Germen* subglobosum, rostratum, rostro simplici, filiformi. *Stigmata* aspergilliformia.

Palisot de Beauvois Agrost. nov. Pl. IV. fig. 11.

Spiculae ternae, intermedia sessilis, laterales pedicellatae, omnes hermaphroditae. Rhachis spicata, spicis paniculatis. *Kunth*, qui vix distinguendum esse putat a Saccharo.

216. Paspalus. *Cal.* bivalvis, uniflorus, *corollae* bivalvi plano-convexae appressus. *Stigmata* penicilliformia. *Semen* corollâ corticatum. *Flügge gram. monogr.* p. 55.

„Gluma uniflora bivalvis aequalis, valvulâ exteriore respectu „rhacheos interius positâ, alteram planiorem amplexante. *Pe„rianth.* bivalve, chartaceo-cartilagineum magnitudine glumae, „valvis dorso compressis. *Semen* perianthio indurato accretum. „Flores spicati unilaterales ad denticulos rhacheos dilatato-so„litarii." *R. Brown.* Licet cll. viri: *Persoon*, *Sprengel*, *Willdenow* et *Palisot de Beauvois* Ceresiam a Paspalo separassent, ob calycem in hoc *nudum*, in illâ *lanâ involucratum*, clm. *Flügge*, qui utraque genera conjungit, eò lubentius sequimur, quum nec *rhachis latissima*, quâ cl. *Persoon* Ceresiam distinxit, in omnibus quibus calyx pilosus est, adsit, nec

Digitized by Google

limites facile quis CERESIAM et PASPALUM inter omne dubium excludentes ponat. CERESIAM descripsit et depinxit *Pal. de Beauv. Agrost.* p. 9. t. V. f. 4; PASPALUM p. 10. T. V. f. 3. — SABSAB *Adans.*

Obs. Genus proximum PANICO; valvula enim exterior glumae in *Paniciis*, quibus spica secunda est, suppressa, dabit legitimum PASPALUM. Haec vero suppressio certe obtinet in nonnullis, in quibus vel squamulae hypogynae, vel valvula minutissima intra interiorem glumae quandoque obviae, et in PASPALO *orbiculari* interdum valvulam parvam extra planiorem observavi. *R. Brown.*

217. AXONOPUS. *Axis* digitatus. *Spiculae* simplices. *Locustae* unilaterales etc. ut in *Paspalo.*

Pal. de Beauvois species generis hujus, adeoque genus ipsum l. c. p. 12, adeo similes credit PASPALO et MILIO, ut AXONOPODES et MILIO tanquam PASPALI generis subdivisiones eidem subjungendos esse ducat. *Swartz*, *Willd. Persoon* aliique pro *Milio* habuere AXONOPODES.

218. MILIUM. *Cal.* valvulae herbaceae, corollâ coriaceo-induratâ paulo longiores. *Nectaria* lanceolata integra glabra. *Germen* bifidum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* subbicorne, corollâ persistente involutum, haud sulcatum. Panicula composita, effusa. *P. de Beauvois* t. V. f. 5-6.

Reliquis auctoribus vero est MILIO: *Cal.* bivalvis, uniflorus, ventricosus. *Cor.* bivalvis calyce inclusa, valvulâ majori sub apice aristatâ, rarius muticâ. *Semen* corollâ corticatum. MILIA aristata pleraque sunt clo. *Pal. de Beauv.* PIPTATHERA. *Lamarck* MILIUM non removit ab AGROSTIDE. Confer PIPTATHERUM *panctatum.*

219. REIMARIA. *Spiculae* uniflorae. *Cal.* valvula unica. *Cor.* valvulae duae, acuminato-subulatae. *Stamina* duo. *Stigmata* penicilliformia. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 84. t. 21. *Flügge Paspal. monogr.* I. p. 217.

220. ECHINOLAENA. *Spiculae* unilaterales alternae biseriales. *Involucrum* lanceolatum acutum hirtum pilis bulbosis; *cal.* herbaceus, valvulâ inferiore acutâ, dorso hirtâ, basi nudâ, superiore acutâ glabrâ. *Cor.* valvulae obtusae, subcoriaceae, nitidae. *Spicae* 2-3 remotae, rhachi complanatâ.

Desvaux Journ. d. Bot. 1813. *p.* 74. An REIMARIA?

221. ERIANTHUS. *Cal.* valvulae herbaceae, corollâ longiores. *Cor.* valvula inferior longissime setigera. *Nectaria* ovato-lanceolata. *Stamen* 1-3. *Stigmata* subaspergilliformia. *Panicula* composita ramis fasciculatis, locustis geminis.

Richard et *de Beauvois Agr. nov. p.* 14. *T.* V. *f.* 11. SACCHARI Spec. *Linn.* et *Juss.* ANDROPOGONIS *Willd.* et *Bory St. Vinc.*

Digitized by Google

222. CHAETURUS. *Cal.* valvula inferior longâ setâ, interior acuta. *Cor.* herbacea, valvula inferior trifida, subtridentata, superior bifida. *Nectaria* subtruncata, glabra. *Stigmata* villosa. Flores subspicati, dentibus rhacheos elongatis insidentes.

Link in *Schrad. Journ.* 1799. 4. *St.* p. 313. *De Beauvois Agrost. nov.* p. 15. t. V. f. 7. *Panzer Ideen* p. 29. t. IX. f. 1. a—d. POLYPOGONIS *Spec. Pers. Willd.*

223. POLYPOGON. *Cal.* bivalvis, uniflorus; valvulae subaequales, apice obtuso, subemarginato longe setigerae, corollae bivalvis valvulis subcartilagineis multo longiores. *Cor.* valvula inferior sub apice integro (obtuso quinquedentato *Panz.*) setâ rectâ brevi herbaceâ, superior bifido-dentata. *Stigmata* villosa. *Semen* haud sulcatum. Panicula coarctata. subspicaeformis.

Desfont. — *P. de Beauv. t.* VI. *f.* 8. *Panzer Ideen p.* 29. *T.* IX. *f.* 2. *a—d.* Perianthium inclusum, sessile, imberbe. *R. Brown.* ALOPECURUS et AGROSTIS *Linn.*, PHLEUM *Schreb.*

224. PIPTATHERUM. *Cal.* valvulae herbaceae, corollâ coriaceo-induratâ longiores. *Cor.* valvula inferior apice subemarginato aristâ herbaceâ, triquetrâ, caducâ; superior integra, vel subtriloba. *Nectaria* ovato-oblonga, aut truncata. *Germen* subbirostratum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* semi- (in P. *punctato* haud) sulcatum. Panicula composita, effusa, vel simplex, ramis alternis.

P. de Beauvois t. V. *f.* 10. 11. qui MILII species *Linn.* et *Juss.* plures, et AGROSTIN *melanospermam* huc retulit.

225. ERIOCHLOA. *Spiculae* uniflorae, involucratae. *Involucrum* setosum, persistens. *Glumae* duae, inferior subulato-aristata. *Paleae* 2, glumis breviores. *Stigmata* penicilliformia.

PIPTATHERI species *Pal. de Beauv. Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *Spec.* I. *p.* 94.

226. STIPA. *Cal.* bivalvis uniflori valvulae membranaceae, longiores valvulis corollae bivalvis cartilaginosis, quarum inferior convoluta, apice longe aristata, aristâ basi articulatâ, caducâ, superior integra. *Nectaria* oblonga, integra. glabra. *Stamina* 1-3. *Stylus* bipartitus. *Semen* sulcatum, (*Stigmata* plumosa.) Panicula subsimplex laxa.

P. de Beauvois t. VI. *f.* 2-4. STIPA *Linn.* JARAVA *Ruiz y Pavon.*

227. STREPTACHNE. *Cor.* valvula inferior cylindraceo-involuta, apice aristâ simplici, inarticulatâ, infra tortili. *Sty-*

Digitized by Google

lus bipartitus. *Stigma* villosum. Flosculus pedicellatus. Axis paniculatus? — *R. Brown.*

Sed illi est: Gluma uniflora bivalvis laxa mutica; perianthium pedicellatum bivalve, valvula exterior cylindraceo-involuta, aristâ terminali simplici inarticulatâ infra tortili, interior inclusa mutica. Stigmata plumosa. — *P. de Beauvois Agrost. nov. p.* 20. A STIPA nonnisi aristâ inarticulatâ differt, facies ARISTIDAE.

228. GASTRIDIUM. *Cal.* bivalvis valvulae basi ventricosae, triplo longiores glumis corollinis subcoriaceo-induratis. *Cor.* bivalvis valvula inferior tri-quadridentata, sub apice setigera, superior bifido-dentata. Panicula composita coarctata, subspicaeformis.

P. de Beauvois Agr. nov. p. 21. *t.* VI. *f.* 6. Huc MILIUM *lendigerum Linn.*

229. AGROSTIS. *Cal.* bivalvis, uniflorus, compressus. *Cor.* bivalvis calyce minor majorve, basi saepe uno alterove pilorum fasciculo stipata, valvulâ majori aristatâ vel mutica, plerumque decidua. *Sem.* liberum, rarius corollae adnatum.

AGROSTIDIS species diversissimis generibus subjunxit cl. *P. de Beauvois*, utpote: VILFAE, ACHNATHERO, SPOROBULO, APERAE, CINNAE, CALAMOGROSTIDI, ECHINOPOGONI, GASTRIDIO, HYMENACHNAE, PENTAPOGONI, POLYPOGONI, SCHENODORO, ZOYSIAE aliisque. — AGROSTIS illi *tab.* VI. *f.* 10. *p.* 21. cui: *glumae calycis* membranaceae corollâ longiores; *gluma corollina inferior* apice bifida, laciniis saepius emarginatis hisetosis, basi *infra medium* aristata, aristâ plicatâ tortili; *superior* fere triplo brevior, bi- vel quadrifido-dentata; *Nectaria* obovata integra glabra; *stigmata* villosa: — *praeter characteres in conspectu.* — Nos VILFAS, ACHNATHERA, AGROSTIDES, SPOROBULOS, APERAS, CINNAS sub genere AGROSTIDIS, ut totidem *sectiones*, retinemus, cum species pleraeque et ipsi *Pal. de Beauvois* dubiae. „AGROSTIDIS *character* difficilis est; sed quum reliqua genera satis bonos (!) characteres habeant, hujus generis gramen esse colligitur, in quo illi locum non habent.“ (!!) *Linné prael. in ord. nat.* p. 155.

230. COLOBACHNE. *Cal.* bivalvis, uniflorus, valvulae inaequales, subulatae, corollâ paulo longiores. *Cor.* valvula inferior apice subtrifido-truncata, basi infra medium aristâ coriaceâ, plicatâ, tortili; superior integra, acuta. *Stigmata* villosa. *Semen* haud sulcatum. Spica composita capitata.

P. de Beauvois p. 22. t. VI. f. 9. POLYPOGON *Willd.*

231. CRYPSIS. *Cal.* bivalvis, uniflorus, compressus, inaequalis. *Cor.* bivalvis inaequalis, calyce major. *Sem.* liberum, corollâ tectum. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 167. *Gärtn. de fruct.* II. p. 7. t. 80. *Lam. Ill.* t. 42. f. 1. 2.

Digitized by Google

Genus hoc in duo alia dividunt:

1. *P. de Beauvois* sequentibus characteribus: I. CRYPSIS, (quae ANTHOXANTHI Spec. *Linn.*; PALLASIA *Scop.* et AGROSTIS; ANTITRAGUS *Gaertn.*) *Cal.* glumae integrae, glumis *corollae* convolutis integris lanceolatis breviores; *Nectaria* ovata, truncata; *Stam.* 1-3; *Germen* rostratum, rostro crasso emarginato. *Semen* liberum, haud sulcatum. Spica simplex capitata aut oblonga vaginâ foliorum superiorum subinvolucratâ (*Agrost. nov.* p. 22. t. VI. f. 12.

II. HELEOCHLOA *Hort.* (PHLEUM *Piller* et *Hoeler*) *Cal.* glumae lanceolatae acutae fere longitudine glumae corollinae inferioris integrae. *Gluma corollina* superior bifida, demum bipartita, fructum obvolvens. *Nectaria* minima, obovata, glabra. *Germen* acutum. *Semen* glumâ corollinâ superiore corticatum, haud sulcatum, rostratum, rostro filiformi. *Agrost. nov.* p. 23. t. 7. f. 3.

2. *Panzer*, cui I. in CRYPSI: peristachyum (!) 1-aut 2phyllum; *Cal.* triphyllus, foliolo exteriori angustiori breviori, interiori longiori latiori, intermedio foliola lateralia longitudine superanti, acutiori; corollam includente. *Cor.* monopetala. *Ideen* p. 24. T. VIII. f. 4. a-d.

II. in HELEOCHLOA: peristachyum nullum. *Cal.* triphyllus inaequalis, folio exteriori majori latiori, interiori breviori angustiori; intermedio exteriori parum longiori latiori. *Cor.* dipetala, inaequalis. *Ibidem* p. 26. t. VIII. f. 3. a. b.

232. TRAGUS. *Cal.* bivalvis, valvulae inaequales; inferior minutissima; membranacea, superior subcartilaginea, maxima, aculeis mollibus. *Cor.* bivalvis, valvulae membranaceae, calyce breviores. *Nectaria* minima, truncata, sublimbriata. *Germen* rostro emarginato subbicorni. *Stigmata* plumosa. Panicula simplex, spicaeformis, ramis trifloris.

Haller. P. de Beauv. l. c. t. 6. *f.* 13. LAPPAGO *Schreber*; CENCHRUS *Linn.*; NAZIA *Adans.*

233. PHLEUM. *Cal.* bivalvis, uniflorus; valvulae subaequales, naviculares, compressae, corollâ duplo longiores, apice truncatae, nervo intermedio setiformi, prominente mucronatae. *Cor.* bivalvis, mutica, inclusa; valvula inferior truncata, multidentata, superiorem bidentato-emarginatam obvolvens. *Nectaria* lanceolata, acuta, integra, glabra. *Germen* rostro inclinato. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* liberum haud sulcatum, rostro bipartito. Panicula spicaeformis, simplex.

P. de Beauvois p. 24. *t.* VII. *f.* 4. STELEPHUROS *Adans.*

234. ACHNODONTON. *Cal.* valvulae subaequales, naviculares, obtusiusculae, corollâ membranaceâ duplo longiores. *Cor.* valvula inferior truncata, multidentata, superiorem bidentato-emarginatam obvolvens. *Germen Semen*que simplex liberum, haud sulcatum. Panicula simplex, spiciformis.

Digitized by Google

P. de Beauvois t. VIII. *f.* 12. *Gaertn. fruct.* I. *p.* 3. *t.* 1. — *Cal.* bivalvis, uniflorus, valvulis singulis in aristam villosam desinentibus. *Cor.* valvula exterior aristis duabus terminalibus tertiâ dorsali retortâ.

246. PHALARIS. *Cal.* valvulae subaequales, naviculares, dorso gibbae, saepe membranaceo-alatae, flosculis longiores. *Cor.* valvulae coriaceo-induratae, persistentes. *Rudimentum* flosculi abortivi sessile, appendiciforme, subulatum, glabrum pilosumve; superiora emarginata. *Nectaria* ovata, integra, pilosa. *Semen* liberum inclusum, haud sulcatum. Spica composita ovata aut elongata, quandoque effusa.

P. de Beauvois l. c. p. 36. *t.* VII. *f.* 1. *Cal.* bivalvis, uniflorus valvulis subaequalibus *corollâ* duplici, exteriore unibivalvi, interiore bivalvi majoribus. *Schrad.*

247. CHILOCHLOA. *Cal.* valvulae inaequales acutae, flosculis longiores, saepius dorso et marginibus pilosae. *Cor.* valvulae subcartilagineae, superior emarginata. *Rudimentum* flosculi abortivi pedicellatum, filiforme. *Nectaria* lanceolata, integra, glabra. *Stigmata* villosa. *Semen* haud sulcatum. Spica composita, cylindrica.

P. de Beauvois p. 37. *t.* VII. *f.* 2. PHALARIS et PHLEUM *Linn.*

248. CYNODON. *Locustae unilaterales* serie simplici. *Cal.* valvulae membranaceae persistentes flosculis breviores, (eosque basi tantum amplectentibus.) *Flosc. fert.* valvula superior bifido-dentata. *Rudimentum* flosculi abortivi pedicellatum, glabrum, clavatum. *Nectaria* obtusa, truncata. *Stigmata* subaspergilliformia. *Semen* liberum, haud sulcatum. Spica digitata. Spiculae 4-5 filiformes, simplices, graciles.

Richard. P. de Beauvois p. 37. *t.* IX. *f.* 1. DIGITARIA *Juss. Gaud.*; PANICUM *Linn.*; PASPALUM *Decand.*; SYNTHERISMA *Walth.* CAPRIOLA *Adans.* FIBICHIA *Hoel.* Apud *Willdenow* est CYNODONTI: *Cal.* bivalvis, uniflorus, valvulis inaequalibus patentibus corollâ brevioribus. *Cor.* bivalvis, compressa, valvulis subaequalibus, interiore angustissimâ inclusâ. *Sem.* corollâ corticatum. Clo. *Brown* est CYNODONTI gluma uniflora bivalvis subaequalis navicularis patens. Perianthium bivalve muticum, valvulâ exteriore naviculari compressâ. Squamulae 2 hypogynae. Stigmata plumosa. Spicae unilaterales, floribus uniseriatis aequalibus.

Hunthio sunt in hoc genere: spiculae unilaterales biflorae, flore altero hermaphrodito, altero sterili aristaeformi; glumae calycinae 2 carinatae muticae, corollinae 2, inferior infra apicem mucronato-aristata. Stigmata penicilliformia. Semen liberum.

Obs. Gramina praesertim tropica, spicis digitatis v. racemosis, CHLORIDI proxima inflorescentiâ et rudimento setuliformi floseuli secundi in DACTYLO obvio.

Digitized by Google

249. COELACHNE. *Cal.* valvulae subaequales, obtusissimae, ventricosae. *Flosculi fertilis* valvula inferior ventricosa. *Rudimentum* flosculi abortivi pedicellatum. *Stylus* bipartitus. *Semen* utrinque acutum. Panicula coarctata.

Rob. Brown, qui sequentibus genus circumscribit: „Gluma biflora, bivalvis, valvulis subaequalibus obtusissimis ventricosis. Flosculi mutici bivalves, inferior hermaphroditus, valvulâ exteriore ventricosâ, superior pedicellatus minor femineus. Squamulae hypogynae. Stigmata plumosa. Semen liberum teres utrinque acutum.“ — *P. de Beauv.* florem foemininum pedicellatum esse dubitat. *Agrost. p.* 39.

Obs. BRIZAE speciem unam primo intuitu quodammodo refert.

250. BRACHYELYTRUM. Locustae pedicellatae alternae. *Cal.* valvulae inaequales, flosculis breviores, inferior fere quadruplo brevior. *Flosc. fertilis* corollae valvula inferior setâ longissimâ, superior bifida. *Flosc. abortivi* rudimentum pedicellatum, pubescens, clavatum. *Nectaria* basi inflata, integra, ciliata. *Stigmata* villosa. Spica simplex.

P. de Beauvois t. IX. *f.* 2. MÜHLENBERGIA *Schreb.* DILEPYRUM *Mich.*

251. ATHEROPOGON. *Cal.* bivalvis, uniflorus. *Cor.* trivalvis, valvulâ exteriore tertiâ triaristatâ, valvulis duabus acuminatis muticis.

„Sic emendandum esse characterem ATHEROPOGONIS a *Willdenow Spec.* IV. *p.* 937. *Enum. H. Berol.* II. p. 1027. expositum“ (*Cal.* nempe univalvis biflorus, alter hermaphroditus, alter neuter. *Hermaphroditi Cal.* o. *Cor.* bivalvis, valvulâ exteriore triaristatâ. *Neutrius Cal* o. *Cor.* bivalvis, valvulis aristatis) ubi polygamum credit gramen, hermaphrodito binas, totidemque valvulas masculo tribuens, in quo vehementer errat.“ *Sprengel pug.* I. *p.* 8.

Panzer characterem generis posuit sequentibus: *Cal.* diphyllus uniflorus, flore hermaphrodito aut masculo aut neutro. *Hermaphroditi Cal.* diphyllus, *Cor.* dipetala, petalo tertio accessorio triaristato. *Masculi Cal.* et *Cor.* ut in *Hermaphrodito. Neutrius Cal.* diphyllus, saepius apetalus, relicto solo petalo accessorio, tertio triaristato. *Ideen p.* 41.

Lagasca vero in *Gen.* et *Spec. nov. diagn. p.* 5. generis characterem, retento nomine BOUTELOUAE hisce statuit: Flores spicati unilaterales polygami. Gluma bivalvis subtriflora. Flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore trifidâ aut tridentatâ, masculi vel neutrius bifidâ, triaristatâ, aristis 2 marginalibus, tertia ex emarginatura. — Characterem vero huncce ad ACTINOCHLOAM potius spectare, nec ad ATHEROPOGONEM s. CHLORIN *curtipendulam* dubitandum non est. *Kunth* apud *Humboldt* et *Bonpl. Nov. gen.* et *Spec.* p. 138. sequentibus posuit: Spiculae unilaterales biflorae, flore altero hermaphrodito, altero sterili triaristato. Glumae calycinae 2 carinatae muticae, corollinae 2, inferior tridentata, dente intermedio aristato.

Digitized by Google

Rhachis spicata subulata apice nuda nec florifera, spicis racemosis. Basin valvulae intermediae, ad tertiam fere longitudinis suae partem, invenimus aristam rectam scabram longitudine valvulae in cujus sulco dorsali delitescit.

Obs. BOUTELOUA *melicoides* cli *Pal. de Beauvois*, ad quam ATHEROPOGONEM *Mühlenb.* et *Willd.* citat cum?, certissime ut ex icone tab. IX. f. 6. a-d patet et ex charactere generis dato *Agrost. nov.* p. 40., distinctissimi est generis, quod sequentibus posuit: „Axis spicatus? *Spica* . . . Glumae calycinae inaequales acutae, inferior fere longitudine flosculorum. *Flosc. fert.* Palea inferior oblique truncata subtrifida trisetosa; superior truncata ferè emarginata. *Flosc. abort.* pedicellatus, tegmen subcyathiforme; Palea inferior truncata apice trisetosa, setis longioribus aequalibus.' Squamae truncatae subfimbriatae. Ovarium emarginatum? stylus bipartitus: stigmata aspergilliformia? Semen bicorne . . ." Spiculas tantum decorptas quasdam possidet cls. auctor a Do. *Desvaux* datas; species hinc generis hujusce sane novi describi nequit. Maxime certe affine genus ACTINOCHLOAE s. CHONDROSO *Desvaux*, quocum *Lagasea* junxit *gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 34., ubi vero simul minus fauste ATHEROPOGON et DINEBA huc quoque ducitur.

252. ACTINOCHLOA. *Cal.* valvulae flosculis breviores. *Flosc. fert.* corollae valvula inferior subtrifida, apice bilaciniata, inter lacinias ut et utrinque ad marginem setigera, setis lanceolato-subulatis. *Flosc. abort. cal.* subcyathiformis, valvulà inferiore truncatâ, apice trisetosâ, setis longioribus, aequalibus. *Germen* rostro crasso emarginato, unde *semen* bicorne. Spica simplex, locustis secundis.

De Beauvois Agr. nov. p. 41. *t.* 9. *f.* 7. qui nomen generi a *Desvaux* inditum: CHONDROSIUM retinuit. CHLORIDIS *Spec. Durande.* ACTINOCHLOA *Willd.* Genus affine DINEBAE et BOUTELOUAE et ATHEROPOGONI. *Kunthio* apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *Spec.* I. p. 141. character generis est: Spiculae unilaterales biflorae, flore altero hermaphrodito, altero sterili, triaristato. Glumae calycinae 2; corollinae floris hermaphroditi duae, inferior quinquedentata, dentibus lateralibus et intermedio aristatis. Stigmata penicilliformia. Rhachis spicata, spica solitaria subfalcata.

Obs. Nomen genericum *Willdenowii* retinuimus, cum viro beato, monente *P. de Beauvois* l. c. species hujus generis plures a *de Humboldt* et *Bonpland* detectae in promptu erant.

253. PENTARRAPHIS. Spiculae triflorae, flore primo hermaphrodito sessili, altero masculo pedicellato, tertio sterili aristaeformi. *Cal.* bivalvis, valvula inferior aristis quinque basi subconnatis, superior bidentata aristata. *Cor.* bivalvis, valvula inferior masculi septemdentata, hermaphroditi quinquedentata, dentibus exterioribus et intermedio aristatis. Stigmata penicilliformia. Rhachis spicata.

Digitized by Google

Humb. et *Bonpl. Nov. gen. et Spec.* I. p. 143. ACTINOCHLOAE proximum, sed habitu, numero florum, valvularum corollae, et floris masculi structura diversum.

254. TRIAENA. Spiculae biflorae flore altero hermaphrodito, altero neutro triaristato. *Cal.* bivalvis, inferiore basi aristatâ. *Corollae* valvulae muticae. *Stigmata* subplumosa. *Rhachis* spicata. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *Spec.* I. p. 144.

255. TRIATHERA. *Cal.* valvulae acutae, flosculis breviores. *Flosculi* hermaphroditi valvula inferior apice trifido-setosa, setis minimis subaequalibus, superior subintegra. *Flosculi neutrius* rudimentum e glumae vestigio setis tribus longissimis subaequalibus. Spica simplex, locustis secundis.

Desvaux. P. de Beauvois t. IX. *f.* 4 *p.* 39.

256. GYMNOPOGON. Locustae sessiles remotae alternae. *Cal.* valvulae lanceolatae acutae flosculis longiores. *Flosc. fert.* valvulae corollae bifido-dentatae, inferior sub apice setigera. *Flosc. abortivi* rudimentum e nervo tantum valvulae plicato, nudo. *Nectaria* minutissima subtruncata integra glabra. *Semen* oblongum, liberum, haud sulcatum. Panicula simplex, patula, ramis longissimis alternis.

P. de Beauvois p. 41. *t.* IX. *f.* 3. ANDROPOGON.

257. ECHINOPOGON. *Cal.* valvulae acutae, subaequales, flosculis breviores. *Flosc. fert.* valvula inferior sub apice integro-setigera, superior bifido-dentata. *Flosc. abort.* rudimentum pedicellatum, pilosum, clavatum. *Germen* apice barbatum. *Stylus* brevis stigmatibus villosis. Panicula simplex ramis in capitellum congestis.

Pal. de Beauvois Agr. nov. p. 42. *t.* IX. *f.* 5. AGROSTIS *ovata Labill.* et *R. Brown.*

258. ANISOPOGON. *Cal.* valvulae membranaceae, flosculis longiores. *Flosculi fertilis* valvula corollina apice emarginato-cordata, triaristata, aristâ intermediâ longiore, crassiore, plicatâ, tortili; superior longior, angustior, bifido-dentata. *Flosculi abortivi* rudimentum pedicellatum, clavâ setigerâ, in cavitate glumae superioris flosculi fertilis conditum. *Nectaria* obtusa, lanceolata. *Stigmata* subaspergilliformia. Panicula subsimplex, laxa.

R. Brown, cui: gluma uniflora bivalvis, aequalis, membranacea, laxa, nervosa; perianthium pedicellatum, bivalve, valvula exterior cylindraceo-involuta, apice triaristata, aristâ intermediâ dissimili tortili, lateralibus setaceis; interior longior, mutica. *P. de Beauvoois t.* IX. *f.* 8.

Obs. Sc ula ad basin valvulae interioris indicat arctiorem affinitatem cum DANTHONIA quam ARISTIDA.

Digitized by Google

259. Deyeuxia. *Cal.* valvulae membranaceae, flosculis multo longiores. *Flosculi fertilis* valvulae corollinae bifido-dentatae, basi lanuginoso-pilosae, inferior dorso, nunc supra nunc infra medium, aristata. *Flosculi abortivi* rudimentum pedicellatum, pedicello filiformi, piloso, subclavato, clavâ setigerâ. *Semen* apice villosum, liberum, sulcatum.

Clarion. *P. de Beauv.* t. IX. f. 9. 10. Arundo *Willd.*

260. Panicum. *Cal.* valvulae herbaceae inaequales (inferior multo minor) aut subaequales. *Flosc. inferior* unisexualis aut neuter. *Cor.* uni-bivalvis, herbacea. *Flosc. superior* hermaphroditus, glumis corollinis muticis, coriacco-induratis, persistentibus, glabris, punctatisve aut rugosis. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* bicorne, inclusum, haud sulcatum. Panicula composita ramosissima effusa aut Spica composita spiculis alternis, locustis unilateralibus.

Pal. de Beauvois p. 45. *t.* X. *f.* 1-5. Panica quaedam *Linnei.*

Obs. PANICI characterem genericum sequentibus posuit cls. *R. Brown:* „Gluma biflora bivalvis inaequalis, valvulâ exteriore duplo multotiesve minore, quandoque obsoletâ. Flosculi dissimiles, exterior masculus vel neuter, uni-bivalvis, valvulâ exteriore texturâ interioris glumae; interior hermaphroditus bivalvis chartaceus. Semen perianthio cartilagineo subaccreto tectum." Addîque: „vastum genus, vix tamen dividendum ratione inflorescentiae, quae vel spicata vel paniculata. Species autem involucro verticillato setoso (e pedicellis abortivis quasi formato) separavi;" (nomine PENNISETORUM) „hae a CENCHRO tantummodo diversae praesentiâ squamularum hypogynarum, stylis vix basi connatis, et involucris fructiferis haud induratis. An porro distinguendum PANICUM *dimidiatum Retz*, quod ROTTBOELLA *dimidiata Linn. Suppl.*, ob faciem peculiarem et inflorescentiam? Structuram veram PANICI primum intellexit accuratus *Mieg*, nec effugere potuit oculatissimum *Forskål* (*Flor. aegypt.* p. 18. 19.). Characterem emendatum dein proposuerunt *Adanson* (*Fam. plant.* 2. p. 35.) et *Schreb.* in *gen. plant.*" *R. Brown.*

261. Paractaenum. *Locustae* in cavitatibus axis subimmersae, et ad illum appressae. *Cal.* valvulae obtusae, inferior dimidio brevior. *Flosc. inf. neuter*, *cor.* valvulis herbaceis. *Flosc. superior hermaphroditus*, *cor.* valvulis coriaceo-induratis glabris. *Nectaria* truncata, subfimbriata. *Germen* emarginatum. *Stigmata aspergilliformia.* *Semen* bicorne, corollâ persistente inclusum, haud sulcatum.

Ligula truncata. Panicula simplex. *P. de Beauvois t.* X. *f.* 6. *p.* 47. An Chamaeraphis *Brown?*

262. Anthenanthia. *Cal.* valvulae subaequales, concavae, herbaceae. *Flosculus inferior neuter*, valvulis corollinis oppositis. *Flosculus superior* hermaphroditus, glumis sub-

Digitized by Google

cartilagineis contrarie dispositis. *Germen* rostro brevi emarginato. *Stigmata* aspergilliformia. Panicula subsimplex.

P. de Beauvois t. X. f. 7. PHALARIS *Mich.*, PANICUM *Bosc.*

263. HYMENACHNE. *Valvulae calycinae* acutae herbaceae, inferior multo brevior. *Floscalus inferior neuter*, valvulâ corollinâ superiore brevissima, membranaceâ, hyalinâ. *Flosculus superior hermaphroditus*, valvulis corollinis herbaceis membranaceis acutis. *Nectaria* ovata obtusa. *Germen* simplex. *Stigmata* subaspergilliformia. *Semen* nudum. Panicula spicaeformis, ramis confertis.

Pal. de Beauvois Agr. nov. p. 49. *t.* 10. *f.* 8. Huc AGROSTIS *myuron Lam.*, *monostachyam Poiret* retulit.

264. MONACHNE. *Cal. valvulae* subaequales villosae, flosculis longiores. *Flosculus inferior masculus*, corollâ univalvi, valvulâ membranaceâ hyalinâ, staminibus hanc inter et valvulam corollinam superiorem. *Flosculus superior hermaphroditus* corollâ bivalvi, valvulis coriaceo-induratis. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* bicorne, liberum, glumis inclusum, haud sulcatum.

P. de Beauvois p. 49. *t.* X. *f.* 9. 10. SACCHARUM *Lam.* et ANDROPOGON *Linn.*

265. STREPTOSTACHYS. Rami paniculae dissimiles, alii steriles, alii fertiles. *Locustae steriles* oblongae, demum arcuato-falcatae, squamis multis distiche imbricatis. *Locustae fertilis* calycis biflori valvulae integrae, subaequales, inferior basi depresso-complanata. *Floscul. inferior neuter*, univalvis, valvulâ herbaceâ conformi. *Flosc. superior hermaphroditus*, valvulis corollae coriaceo-induratis. *Nectaria* truncata fimbriato-dentata. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* bicorne.

Desvaux. P. de Beauvois p. 49. *t.* X. *f.* 11.

266. DIGITARIA. Locustae unilaterales, pedicellis bi- aut multifloris. *Cal.* valvula inferior minutissima, quandoque subinconspicua. *Flosc. inferior neuter, cor.* univalvis, herbacea. *Flosc. superior hermaphrod.*, valvulâ subcoriaceâ, induratâ. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* tenerrime sulcatum. *Axis* digitatus aut fasciculatus, spiculae dorso complanato, membranaceo.

Hall. P. de Beauv. p. 50. *t.* X. *f.* 12. PANICUM *Linn.*, SYNTHERISMA *Walth.*; PASPALUM *Lam.* et *Decand.*

267. NEURACHNE. *Cal.* valvulae nervosae, acutae, hispidae, coriaceae. *Cor.* valvulae induratae. *Flosc. infer. neuter cor.* bivalvis, *superior hermaphr. Stigmata* plumosa. *Semen* liberum, glumis decidens. *Spica* ovata.

Digitized by Google

R. Brown cui: „Gluma biflora, valvulae (ut supra) subaequales, exteriore parum minore, fructiferis induratis. Flores dissimiles; exterior neuter bivalvis, valvulâ exteriore glumae subsimili, interior hermaphroditus hyalino-membranaceus, bivalvis. Squamae 2 hypogynae. Stigmata plumosa. Semen liberum e perianthio membranaceo decidens." *P. de Beauvois p.* 51. *gen. obsc.*

Isachne. *Cal.* bivalvis, biflorus, valvulis aequalibus membranaceis obtusis. *Cor.* bivalvis chartacea: exterior mascula, interior feminea. Squamae 2 hypogynae. Stigma plumosum. *Semen* corollâ indurata inclusum. *Brown Prodr. nov. Holl.* p. 196.

Cal. valvulae membranaceae obtusae. *Stylus* bipartitus, *stigmata* plumosa. Panicula composita. Genus dubium *Palisoto de Beauv. Agr. p.* 52.

Obs. Proxima Panico et facie fere Panici *colorati.*

269. Urochloa. Locustae subgeminae pilis raris, 2-3, subinvolucratae. *Cal.* valvula inferior minima. *Flosc. infer.* masc.; *cor.* bivalvis, valvulis herbaceis. *Flosc. sup.* hermaphrod., valvulis corollae coriaceo-induratis, transversim plicato-striatis, inferior setâ brevi, caudiformi terminata. *Nectaria* oblique truncata, subemarginata. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. Spica composita, spiculis alternis oppositisve.

P. de Beauv. p. 52. *t.* XI. *f.* 1. Panici Spec. *Linn.*

270. Echinochloa. *Valvulae cal.* et *coroll.* flosculi inferioris hirtae, acutae; inferior minima, basi convoluta. *Flosc. infer. masc.* s. *neuter*, bivalvis, valvulis corollae herbaceis, inferior longe acuminata aut setigera, superior bifido-dentata. *Flosc. super.* hermaphrod., corollae valvulae coriaceo-induratae, inferior acuminata. *Nectaria* subovata, integra. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* bicorne, haud sulcatum, corollae valvulis persistentibus inclusum. Spica composita, spiculis alternis, locustis unilateralibus.

P. de Beauvois p. 53. *t.* XI. *f.* 2. Panicum *Linn.*

271. Oplismenus. Locustae subunilaterales sessiles. *Cal.* valvulae inaequales, setigerae. *Flosc. inf. neuter; cor.* bivalvis, valvula inferior sub apice fere emarginato-setigera, superior duplo minor, integra. *Flosc. super.* hermaphrod.; cor. valvulae coriaceo-induratae, inferior sub apice emarginato-mucronata. *Nectaria* ovata obtusa spathulaeformia. *Germen* simplex. *Stigma* aspergilliforme. *Semen* obtusum, liberum, fere sulcatum. Spica composita, spiculis alternis.

Pal. de Beauvois Fl. d'Ow. et *Agrostogr. n. p.* 53. *t.* XI. *f.* 3. Orthopogon *R. Brown*, Panicum *Linn.*

Digitized by Google

Observ. Cls. *Brown* characterem ORTHOPOGONIS sequentibus posuit: „Gluma biflora, bivalvis, subaequalis, valvulâ exteriore aristatâ vix minore, interiore brevius aristatâ vel muticâ, aristis edentulis. Flosculi dissimiles, sessiles, exterior masculus v. neuter, valvulâ exteriore texturae glumae, interior hermaphroditus chartaceus. Squamulae 2 hypogynae. Styli 2. Stigmata plumosa. Semen perianthio cartilagineo inclusum," additque: „Quam maxime affinis PANICO, a quo solummodo separavi ob glumae valvulas subaequales, exteriorem longius aristatam, aristasque omnes edentulas."

272. SETARIA. Locustae setis duabus aut pluribus subinvolucratae. Valvula inferior minima. *Flosc. inf. neut.* vel masc., *cor.* valvulis coriaceo-induratis. *Nectaria* obtusissima, subfalcata. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* glumis persistentibus inclusum.

P. de Beauv. l. c. p. 51. *t.* XIII. *f.* 3. PANICUM *Linn.* ORTHOPOGON *Brown* et PENNISETUM.

273. MELINIS. *Cal.* valvula inferior minutissima, integra, superior tri-quadruplo major, apice emarginato-cordata, mucronata. *Flosc. infer. neuter, coroll.* univalvis, valvulâ herbaceâ, apice subbilaciniatâ, setâ longissimâ inter lacinias. *Flosc. super.* hermaphr., *coroll.* valvulae coriaceo-induratae, inferior subbidentata, mutica. *Germen* subemarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. Panicula composita.

P. de Beauvois t. XI. *f.* 4.

274. DIMERIA. Locustae biflorae. *Cal.* valvulae coriaceae, basi lanuginosae, naviculares. *Flosc. inferior neuter*; coroll. univalvis; *Flosc. superior* hermaphrod., valvulis corollinis hyalino-membranaceis, inferiore apice setigera. *Stigmata* plumosa. Spiculae geminae.

R. Brown qui sequentibus describit: „Flores omnes hermaphroditi sessiles spicati, rhachi inarticulatâ persistente. Gluma biflora, bivalvis coriacea, basi barbata, valvulâ utrâque naviculari, interiore angustiore. Flosculi inclusi hyalini; exterior univalvis, neuter; interior hermaphroditus, bivalvis, valvulâ exteriore aristatâ, interiore minutissimâ. Squamulae 2 hypogynae. Stam. 3. Styl. 2. Stigmata plumosa. Semen cylindraceum, valvulâ exteriore glumae inclusum. — Spica duplex (unde nomen) floribus alternis bifariis. Facies ANDROPOGONIS v. CHLORIDIS *cruciatae.*" *P. de Beauvois* p. 55. Genus obscurum.

Observ. A SACCHARO differt praesertim floribus omnibus sessilibus. *R. Brown.*

275. ARRHENATHERUM. *Cal.* valvulae membranaceae, flosculis breviores. *Flosculus inferior masculus*; valvula corollina inferior apice bilaciniata, laciniis saepe eroso-ciliatis, dorso infra medium aristata, superne membranacea, hyalina, bifidodentata. *Nectaria* lanceolata, integra, glabra. *Flosculus* supe-

Digitized by Google

rior hermaph., valvulis corollinis bifido-dentatis, inferior sub apice supra medium aristâ brevi, quandoque inconspicua. *Sem.* liberum sulcatum. Panicula composita effusa.

P. de Beauvois t. XI. *f.* 5. Avena *L.*

276. Pogonatherum. *Cal.* valvulae basi villosae, inferior mutica, superior setigera, setâ longissimâ. *Flosc. infer. neut.* valvulis corollae membranaceis muticis. *Flosc. super.* hermaphrod., valvula corollae inferior dorso aristata. *Stigmata* subaspergilliformia. Spicae simplices.

P. de Beauvois t. XI. *f.* 7. Saccharum *paniceum Lam.*, seu Perotis *polystachya Pers.*

277. Ischnanthus. *Cal.* valvulae triflorae, inaequales; inferior brevior, latior, apice bifido-dentata, inter dentes mucronata. *Flosculus inferior neuter; corolla* univalvis, mutica. *Flosculus intermedius* incompletus, abortivus, corollae valvulis cartilagineis, oppositis, aliis flosculis contrarie dispositis. *Flosculus superior* hermaphrod., corollae valvulis coriaceo-induratis, muticis, integris. *Nectaria* truncata, emarginata. *Stigmata* aspergilliformia. Panicula composita.

P. de Beauvois p. 56. *t.* XII. *f.* 1.

278. Anthephora. *Involucrum simplex*, quadrifidum, laciniis aequalibus lanceolatis, inter lacinias dentatum, dentibus obtusis, alternantibus. *Locustae* 3. *Calycis* valvula inferior minor, subulata. *Flosculi inferioris neutrius* valvulae corollinae herbaceae, superioris hermaphrod. coriaceo-induratae, inferior bifido-dentata. *Germen* rostro filiformi. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* haud sulcatum.

Schreb. P. de Beauv. t. XIII. *f.* 8. Tripsacum *hermaph. Linn.*

279. Hilaria. *Spiculae* ternae involucratae, laterales multiflorae (sexflorae) masculae, intermedia uniflora feminea. *Involucrum* monophyllum, irregulariter sexpartitum. *Glumae* calycinae florum masculorum et floris feminei 2, corollinae 0. *Stigmata* plumosa. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 116. t. 37.

280. Penicillaria. *Involucrum setosum*, setis aequalibus, pinnato-barbatis. *Cal.* valvulis minimis membranaceis (2 involutis). *Flosc. infer.* masc., *superior* hermaphrod., valvulis subcartilagineis, integris. *Antherae* apice villis fasciculatis penicilliformibus. *Germen* acutum. *Stigmata* plumosa. Spica composita, cylindrica, spiculis pedicellatis involucratis.

Swartz. P. de Beauv. l. c. *p.* 58. *t.* XIII. *f.* 4. Pennisetum *Pers.*, Holcus *Linn.* et Alopecurus et Panicum.

281. Gymnotrix. *Involucrum simplex*, setis inaequalibus glabris, unâ duplo longiore. *Locusta* 1. *Cal.* valvulae

Digitized by Google

inaequales, inferior truncata. *Flosc. inferior neuter, superior* hermaphrod., *cal.* valvulis acutis. *Nectaria* obovata obtusissima. *Germen* rostro brevi. *Stigmata* subaspergilliformia. Spica simplex.

P. de Beauvois p. 59. *t.* XIII. *f.* 6. PENNISETUM *Pers.*

282. XENOCHLOA. *Lichtenstein Spicileg. Florae capensis* Mss.

Calyx bivalvis, subbiflorus. *Corolla* bivalvis, basi lanatâ.

283. ARUNDO. *Cal.* valvulae inaequales, acutae, multi- (5-7) florae, flosculis breviores. *Flosculus inferior masculus* seu *neuter*, valvulis corollinis nudis. *Flosculus superior* hermaphr., valvulae corollinae pilis setaceis lanuginosis tectae, inferior longe subulata, superior bifido-dentata. *Nectaria* truncata, subfimbriata. *Stigmata* aspergilliformia. Panicula composita, ramosissima.

P. de Beauv. t. XIII. *f.* 2. ARUNDO *Phragmites Linn.*

cl. *Palisot de Beauvois* cum *Adansonio, Rothio, Decandollio* et *Hostio* genus CALAMOGROSTIDIS retinuit, et sequentibus circumscribit: „Calycis valvulae acutissimae, corollâ saepe villosâ longiores. *Cor.* valvula inferior 2-4fido-dentata, inter dentes subulato-setigera, superior bifido-dentata. *Nectaria* lanceolata, integra, glabra, minima; *stigmata* villosa. Panicula composita demum effusa. — Cls. *Smithio* et *Schradero*, qui nullam generis ARUNDINIS divisionem admittunt, est ARUNDINI: *Cal.* bivalvis, uni-rarius multiflorus. *Cor.* bivalvis, pilis persistentibus cincta. — Illis vero, qui dividunt, est ARUNDINI calyx multiflorus, CALAMAGROSTI calyx uniflorus: *utrique* corolla basi pilis vestita.

284. HIEROCHLOA. *Cal.* valvulae membranaceae, fere longitudine flosculorum. *Flosculi laterales masculi* triandri, corollis bivalvibus, valvulâ inferiore chartaceâ mucronatâ, superiore bifido-dentatâ. *Flosculus intermedius* hermaphrod. (saepissime) diandrus; valvulis corollinis ut in masc. *Nectaria* suborbiculata. *Germen* rostratum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* haud sulcatum.

Gmelin. P. de Beauvois t. XII. *f.* 5. HOLCUS *Linn.*

285. TORRESIA. *Cal.* triflorus, flosculis brevior, valvulis inaequalibus. *Flosculi laterales* bivalves, masculi, valvulâ inferiore sub apice crenato-setigerâ, setâ brevi rectâ, superiore bifido-dentatâ. *Flosculus intermedius* hermaphrod., glumâ inferiore apice breviter setigerâ, superiore integrâ. *Stigmata* aspergilliformia. Spica composita.

Ruiz y Pavon. P. de Beauv. p. 63. *t.* XII. *f.* 7. DISARRHENUM *Labillard.* HIEROCHLOA *R. Brown.* AIRA *Lam.*

Observ. „Gluma bivalvis, triflora. Perianthia bivalvia: lateralia masculа triandra, terminale hermaphroditum, diandrum. — Flores paniculati,

Digitized by Google

floseulo hermaphrodito submutico, lateralibus subaristatis. Genus distinctissimum, plures species comprehendens utriusque hemisphaerii frigidi. Flosculus intermedius perfectior characterem essentialem generis praebet, qui notatu dignus, non solum quod in ordine inusitatior, sed quia indicare videtur structuram veram aliorum generum, praesertim autem ANTHOXANTHO flosculi laterales magis imperfecti, univalvis, neutri (pro corolla bivalvi a Linneo et auctoribus omnibus habiti) intermedius minor perperam a *Schrebero* uti nectarium descriptus. Similis suppressio flosculorum lateralium obtinet quoque in EHRHARTA, TETARRHENA, MICROLAENA, PHALARIDE et in POMEREULLA, cujus structura a *Linneo* filio haud bene intellecta fuit." *R. Brown nov. Holl. p.* 209.

286. CAMPULOA. Locustae sessiles, unilaterales, serie duplici, alternae, 3-5florae. *Cal.* valvulae inaequales, inferior minuta, membranacea, persistens; superior [illegible], herbacea, nervosa, nervo medio setaeformi, e dorso infra medium divulso, subhorizontali. *Flosculi laterales* masculi, monandri, corollâ univalvi. *Flosc. fert.* hermaphrod., corollae valvula inferior sub apice crenato setâ rectâ, superior integra, mutica. *Flosculi supp.* saepe abortivi, stam. 3. *Semen* liberum obtuse truncatum-sulcatum. Spica simplex falcatim curvata.

Desvaux. CAMPULOSUS. *Pal. de Beauv. p.* 63. *t.* XIII. *f.* 1. NARDUS *Gmel.*, CYNOSURUS *Willd.*; CHLORIS *Swartz*, *Mich.*; DACTYLOCTENIUM *Willd. Enum. H. Berol.* CEMBUL *Morison.* CAMPULOSUS *Desvaux* in BULL. *soc. philom. l. c.* CTENIUM *Panzer Ideen* p. 38. cujus (ex CHLORIDE *monostachya* desumptus) character sequens: *Peristachyum* diphyllum; *Cal.* proprius diphyllus triflorus, hermaphrod. sessilis, masc. et neuter pedicellatus. Hermaphrod. *Cor.* dipetala, petalo exteriori aristato, interiori bifido mutico. Masc. *Cor.* dipetala imberbis mutica. *Neutri Cor.* saepius tabescens mutica.

287. CYNOSURUS. Locustae duae in eodem involucro monophyllo laciniato, laciniis pinnatifidis. *Cal.* 4-5florus, flosculis brevior. *Cor.* valvula inferior acutissima, superior bifido-dentata. *Nectaria* ovata integra pilosa. *Semen* cortisatum, sulcatum. Spica composita.

P. de Beauvois l. c. *p.* 66. *t.* XIV. *f.* 1.

288. ELYTROPHORUS. Involucrum partiale polyphyllum foliolis (3-7) lanceolatis. *Cal.* valvulae acutae, subulatae, tri-sexflorae, fere longitudine flosculorum. *Cor.* valvulae inaequales, inferior navicularis, ventricosa, subulata; superior subbipartita, emarginata inter lobos denticulatos mucronata, mucrone brevi. *Stylus* parvus, bipartitus. *Stigmata* villosa. Spica composita, Spiculis sessilibus globoso-confertis, inferioribus remotiusculis.

P. de Beauvois p. 67. *t.* XIV. *f* 2.

Digitized by Google

289. Briza. *Cal.* valvulae naviculares, compressae, basi cordatae, subauriculatae, multiflorae, (3-12) breviores flosculis distiche imbricatis. *Cor.* valvula inferior basi cordata, amplexans superiorem fere orbiculatam et multo breviorem. *Nectaria* ovato-lanceolata, integra. *Germen* subhemisphaericum birostratum, seminis rostra filiformia, brevia. Panicula composita laxa, ramis pendulis.

P. de Beauvois t. XIV. *f.* 3.

290. Melica. *Cal.* valvulae inaequales, 2-5florae, membranaceae, fere longitudine flosculorum, flosculi superiores incompleti, abortivi, pedicellati. *Nectaria* truncata, fimbriata. *Stigmata* villosa. *Semen* (liberum) haud sulcatum. Panicula composita vel simplex.

P. de Beauvois l. c. *p.* 68. *t.* XIV. *f.* 4. 5. *Cal.* bivalvis membranaceus subbiflorus cum rudimento tertii flosculi. *Cor.* bivalvis mutica. *Linn.*

291. Exodium *Pers.* et *Gaud. Cal.* bi-quadriflorus, valvulis inaequalibus. *Cor.* conicae, calyce multo longiores, suprema sterilis abortiens, saepe etiam ejus loco rudimentum informe, valvulis lanceolatis acutis. *Nectaria* subtruncata. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* styli vestigiis persistentibus bimucronatum, semisulcatum, sulco lato. *Panicula* composita. Spiculae teretes.

Aira et Melica *Linn.*; Arundo *Hall.*; Festuca *Decand.* Molinia *Schrank. P. de Beauvois p.* 69. *T.* XIV. *f.* 6.

292. Cabrera. *Spicae* digitato-fasciculatae, secundiflorae. *Flores* singuli excavationibus rhacheos insculpti, sessiles. *Gluma* uniflora bivalvis; valvulis ellipticis, aequalibus, convexo-concavis, calycem paulo breviorem includentibus. *Cal.* bivalvis glumae conformis. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Stigmata* penicilliformia. *Lagasca Gen.* et *Spec. nov. diagn.* p. 5.

Genus Digitariae *Pers.* affine, a quo floribus omnino sessilibus, atque rhacheos cavitatibus duplici ordine antice insculptis distinguitur.

293. Centotheca. *Cal.* 3-4florus, valvulae inaequales, mucronatae, laeves, flosculis breviores; inferior flosculi inferioris glabra, superiorum margines verrucosi et pilosi. *Corollae* florum inferiorum valvulae acutae, laeves, superiorum valvula inferior mucronata, latere acuta, aculeis bulbosis serialibus, retroflexis, superior laevis truncata. *Nectaria* subtruncata. *Stigmata* subaspergilliformia. *Panicula* subsimplex, ramis alternis.

Desvaux. P. de Beauvois p. 69. *t.* XIV. *f.* 7. Cenchrus *Willd.*

Digitized by Google

294. Poa. *Cal.* 2-20flori valvulae flosculis breviore *Cor.* valvulae interdum basi lanugine tectae, superior bifid dentata. *Nectaria* obtusiuscula integra glabra. *Stigmat* villosa. *Semen* sulcatum. Panicula plus minus ramosa v effusa.

P. de eauvois p. 70. *t.* XIV. *f.* 10. *Linnaeo* et *Jassiae* qui nova ex genere POAE facta genera non distinxere POA e cui: *Calyx* bivalvis, multiflorus, spicula basi rotundata; *Coroll* bivalvis, valvulis ovatis, acutiusculis, muticis.

295. Eragrostis. *Cal.* 4-10florus; valvulae breviore corollis distiche imbricatis. *Cor.* valvula superior reflex marginibus replicatis, subcochleaeformis, integra, ciliata, per sistens. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia *Semen* liberum, bicorne, haud sulcatum. Panicula composita plus minus effusa.

P. de eauvois t. XIV. *f.* 11. POA *Linn.*

Obs. Kunth apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *Spec.* nec ERAGROSTIDIS nec MEGASTACHYDIS genus admittit: POAS tamen glum corollinâ superiore persistente ERAGROSTIDES dicit.

296. Airopsis. *Cal.* biflorus, valvulis subaequalibus navicularibus, longioribus quam flosculi. *Cor.* valvula inferior apice trifida, superior integra. *Germen* obtusum. *Semen* liberum, haud sulcatum. Panicula coarctata composita.

Desvaux. P. de Beauvois l. c. *p.* 71. *t.* XIV. *f.* 8.

297. Leptochloa. *Cal.* 3-5florus, valvulae lanceolatae acutae, fere longitudine flosculorum *Cor.* valvula inferior navicularis, acuta, superior bifido-dentata. *Semen* liberum, sulcatum. Panicula simplex, rami seu spiculae alternae, simplices, locustis subsecundis.

P. de Beauvois t. XV. *f.* 1. Cynosurus *Linn.* Festuca *Linn.*, Eleusine *Mich.*

298. Eleusine. *Cal.* 5-7florus, valvulae obtusae, ut *Cor.* valvula inferior; superior bifido-dentata. *Nectaria* truncata, fimbriata. *Germen* (et *Semen*) membranâ separabili inclusum, subtrigonum, late et profunde sulcatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Axis* digitatus, spiculae 4-5 erectae, locustis unilateralibus.

Lamarck. P. de Beauvois p. 72. *t.* XV. f. 3. *Panzer*, qui (*Ideen* p. 50 et 54) duas tantum ELEUSINES agnoscit, *coracanam* et *indicam*, sequentem generis characterem posuit: *Peristachyum* diphyllum multiflorum; *Cal.* monophyllus, carinâ dorsali membranaceo-cristatus, muticus; *Cor.* monopetala, apice complicato-trifida. *Semen* tunicatum, corollâ denudatum. Alium characterem posuit cls. *Brown*, quem vide sub DACTYLOCTENIO *radulante.*

Digitized by Google

299. DACTYLOCTENIUM. Polygama. Locustae unilaterales. *Cal.* 5-7 florus, valvula inferior mucrone falcato, spinaeformi. *Cor.* valvula inferior navicularis, ventricosa, subulata; superior bifido-dentata. *Nectaria* truncata, fimbriata. *Germen* subtrigonum. *Semen* quadratum, verrucosum; obtusum, (liberum). Spiculae digitatae 4-5, erectae vel horizontales.

Willd. Hort. Berol. II. *p.* 1029. *P. de Beauvois t.* XV. *f.* 3. CYNOSURUS *Linn.* ELEUSINE *Lam.* Apud *Hunth* est gluma calycis superior aristata.

300. SCHISMUS. *Cal.* 3-6 florus; valvulae longitudine flosculorum vel longiores. *Cor.* valvula inferior cordato-emarginata, inter lobos costâ excedente filiformi mucronatâ; superior integra. *Stigmata* subaspergilliformia. *Semen* obtusum fere sulcatum. Panicula simplex coarctata; spicaeformis.

P. de Beauvois p. 73. *t.* XV. *f.* 4. FESTUCA *Linn.* ELECTRA *Panzer Ideen* p. 49. t. IX. f. 5. a-f. sequente characterе: *Peristachyum* diphyllum; flosculos in spica collectos subaequans. *Cal.* monophyllus; apice late membranaceus; truncatus. *Cor.* monopetala, lato-lanceolata; acuta. Semen nitidissimum nudum.

301. MEGASTACHYA. Locustae elongatae, flosculis distiche imbricatis. *Cal.* 5-20florus, valvulae breviores flosculis. *Cor.* valvula inferior emarginata; inter lacinias mucronata; superior bifido-dentata. *Stigmata* villosa. *Semen* liberum, haud sulcatum? Panicula composita.

P. de Beauvois t. XV. *f.* 5. BRIZA et POA *Linn.*

302. UNIOLA. Locustae compressae; flosculis distiche imbricatis, inferiore tantum abortivo. *Cal.* 3-20florus, flosculis brevior. *Cor.* valvula inferior navicularis; apice fere truncato-emarginato inter lobos mucronata; superior subulata, subbifido-dentata. *Nectaria* bifida vel bisetosa. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* turbinatum bicorne, haud sulcatum. Panicula composita laxa.

P. de Beauvois t. XV. *f.* 6.

303. CERATOCHLOA. *Cal.* 12-18florus, valvulae flosculis breviores. *Cor.* valvulae bifido-dentatae, inferior inter dentes mucronata. *Nectaria* ovata. *Germen* subtrigonum, apice tricorne. *Stylus* 2 s. 3partitus. *Stigmata* villosa. *Semen* corticatum, tricorne, sulcatum. Panicula subsimplex, locustae compressae, flosculis distiche imbricatis.

P. de Beauvois l. c. p. 75. *t.* XV. *f.* 7. FESTUCA *Linn.*

Genus *Bromos* inter et *Festucas Uniolasque* medium: a *Bromo* distinctum appendicibus hypogynis, perigonii valvulâ interiore bicarinatâ quidem;

sed non ciliatâ angulis; a Festuca appendicibus hypogynis, aristis minimis sub, nec ex apice; ab *Uniola* formâ appendicum, et absentiâ glumarum sterilium: ab omnibus germine tricorni. *Decand.*

304. GRAPHEPHORUM. *Cal.* triflorus, longitudine flosculorum, flosculo supremo pedicellato abortivo villosissimo pilis unilateralibus, valvulis acutis integerrimis. *Cor.* valvulae bifido-dentatae, inferior inter dentes mucronata. *Nectaria* emarginata. *Germen* rostratum ut *Semen*, rostro crasso, bifido. Panicula composita, coarctata.

P. de Beauvois l. c. p. 76. t. XV. f. 8.

305. TRIODIA. *Cal.* 3-5florus, valvulae naviculares, flosculis longiores. *Cor.* valvulae bifido-dentatae; inferior inter dentes mucronata, mucrone crasso dentiformi. *Nectaria* lanceolata, integra, glabra. *Germen* rostro bifido-divergente. *Stigmata* aspergilliformia.

R. Brown cui: *Gluma* subaequalis, *Perianthii* valvula exterior tridentata, dentibus subaequalibus, intermedio stricto. *Squamulae* 2 hypogynae. Flores paniculati. *P. de Beauvois t. XV. f. 9.* DANTHONIA *Decand.*, FESTUCA *Linn.*, POA *Schrader.*

306. TRIDENS. *Cal.* 5-7florus, valvulae naviculares, flosculis breviores. *Cor.* valvula inferior bifido-dentata, inter dentes et utrinque mucronata, superior truncata, fere emarginata. *Nectaria* truncata, subfimbriata. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* bicorne.

TRICUSPIS. *P. de Beauvois t. XV. f. 10.*

307. TRIPOGON. *Calyx* bivalvis suboctoflorus subaristatus. *Corolla* bivalvis; valvulâ exteriore basi pilosâ, sub apice dorso aristâ rectâ, margine ad medium utrinque *aristâ* extrorsum vergente auctâ. *Stamina* tria. *Stigmata* duo, plumosa. *Semen* 1. TRIATHERA *Roth nov. pl. Spec. MSS.*

Nomen amiciss. *Rothii* mutandum erat ob TRIATHERAM antiquiorem.

308. DONAX. * *Cal.* 3-7florus, valvulae membranaceae. *Cor.* valvula inferior setis 3, intermediâ longiore; su-

* Genus hoc in tria insuper alia dividi posse, quorum:

I. AMPELODESMA: valvulâ corollinâ superiore bifido-dentatâ; nectariis lanceolatis; ovario obtuso apice lanuginoso, stigmatibus subaspergilliformibus. *De Beauv. l. c. t. XV. f. 11.*

II. DONAX: valvulâ corollinâ superiore subtruncatâ, emarginatâ; nectariis obtusis fimbriatis; ovario glabro emarginato; stigmatibus aspergilliformibus; semine bicorni. *De Beauv. l. c. t. XVI. f. 4 et 5.*

III. ?: valvulâ corollinâ superiore bifido-dentatâ, nectariis obtusis fimbriatis, ovario glabro sub-emarginato, stigmatibus plumosis. *De Beauv.*

Digitized by Google

perior truncata, emarginata aut bifido-dentata. *Nectaria* lanceolata, integra, aut truncata, fimbriata. *Germen* apice glabrum villosumve, et *Semen* integrum aut bicorne. Panicula composita.

P. de Beauvois t. XV. *f.* 11.; *t.* XVI. *f.* 4-5; *t.* XIX. *f.* 1. ARUNDO, POA, FESTUCA *Auctor.*

309. SESLERIA. Involucrum universale polyphyllum, foliolis interdum deciduis. *Cal.* 3-4florus; valvulae inaequales, flosculis pedicellatis breviores. *Cor.* valvula inferior irregulariter bidentata, setigera. *Nectaria* germine longiora, subulata *Stylus* simplex, *Stigmata* longissima plumosa. Spica composita involucrata.

Scopoli, *Adans.*, *P. de Beauvois l. c. t.* XVI. *f.* 7. CYNOSURUS *Linn.*, AIRA *Jacq.*

310. CHLORIS. Locustae unilaterales, 3-6florae; flosculi superiores incompleti, abortivi. *Cal.* valvulae membranaceae persistentes; *Cor.* valvulae emarginatae, inferior subquadrifida, inter lobos intermedios setigera. *Nectaria* obtusiuscula. *Stigmata* plumosa, subaspergilliformia. *Axis* digitatus vel fasciculatus, spiculis 4 aut pluribus filiformibus.

Swartz. P. de Beauvois l. c. p. 79. t. XVI. f. 6. TETRAPOGON *Desf.*; EUSTACHYS *Desf. Hunth* in CHLORIDIBUS suis jungit LEPTOCHLOAS et RHABDOCHLOAS. *P. de Beauv.* cum EUSTACHYDE. Olim erant CHLORIDI: „Flores unilaterales. *Cal.* bivalvis, 2-6florus, flore altero sessili hermaphrodito, altero pedicellato masc. Hermaphrod. *Cal.* o. *Cor.* bivalvis. *Arista* terminalis. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1. Masc. *Cal.* o. *Cor.* 1-2-valvis aristata. *Stam.* 3." *Schreb.*

Clo. *Brown* est CHLORIS gluma biflora (nunc rudimento tertii vel quarti) bivalvis. Perianthium inferius hermaphroditum, valvulâ exteriore muticâ vel apice 1-3aristatâ, aristis setaceis rectis, interiore mutica. Squamulae 2 hypogynae. Stigmata plumosa. Semen liberum nudum. Flosculus secundus pedicellatus neuter vel masculus, 1-2-valvis. Spicae unilaterales?

De anomaliis specierum generis hujus confer *Panzer Ideen* p. 30 et seq.

311. EUSTACHYS. *Cal.* bivalvis, biflorus, valvulâ inferiore ovatâ emarginatâ aristato-setosâ, aristâ dorsali obliquâ, glumâ superiore acutâ. *Cor. hermaphroditi* sessilis bivalvis mutica, glumâ inferiore mucronatâ, superiore acutâ subbifidâ. *Cor. mascul.* subpedicellatae terminalis glumae obtusae muticae. Flores sessiles spicati, spicis digitatis.

Desvaux Journ. de Bot. 1813. I. p. 69. CHLORIS *Thunb.* CYNOSURUS *Vahl.* AGROSTIS *Ait.* ANDROPOGON *Houtt.* SCHULTESIA *Spreng.*

312. STREPTOGYNA. Locustae sparsae, sessiles, 3-5florae. *Cal.* valvulae inaequales, inferior triplo minor. *Cor.*

Digitized by Google

valvulae convolutae emarginatae, setigerae. *Nectaria* lanceolata, oblonga. *Germen* elongatum apice barbatum. *Stylus* subsimplex. *Stigmata* aspera, retrorsum subspinosa, siccitate tortilia. Spica composita.

P. de Beauvois p. 80. t. XVI. f. 8.

313. DIPLACHNE. *Cal.* 7-9florus, valvula superior apice mucronata. *Cor.* valvula inferior bilaciniata, inter lacinias setigera, superior subtruncata, emarginata. *Nectaria* obtusa. *Stigmata* plumosa subaspergilliformia. *Semen* haud sulcatum. Panicula simplex ramosissima, ramis alternis filiformibus.

P. de Beauv. p. 80. t. XVI. f. 9. FESTUCA *Lam. Mich. Bosc.*

314. TRIPLASIS. *Cal.* quadriflorus, valvulae membranaceae, acutae, flosculis pedicellatis, supremo incompleto, abortivo. *Cor.* valvulae inaequales, inferior bifida, profunde incisa, laciniis subulatis, inter lacinias nervo dorsali in setam longissimam producto; superior apice integra, extrorsum pilosa reflexa. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* aspergilliformia.

P. de Beauvois t. XVI. f. 10. p. 81.

315. ENNEAPOGON. Locustae sparsae 2-3florae, *Cal.* valvulae flosculis longiores; inferior minor. *Cor.* valvula exterior setis 9, subaequalibus, marginibus barbatis, superior mutica integra, subobtusa. *Stylus* bipartitus. Spica simplex. *Desvaux Journ. de Bot.* 1813. p. 70. *P. de Beauvois* t. XVI. f. 11.

PAPPOPHORUM *Schreb.* et *Rob. Brown*, qui genus sequentibus definit:

„Gluma biflora (cum rudimento tertii vel quarti), bivalvis, „aequalis. Perianthium bivalve: valvula exterior apice multi„aristata aristis (9-13) similibus, dorso simplici: interior mu„tica. Flosculus secundus pedicellatus neuter."

„Gramina vix extra tropicum provenientia. Panicula coarc„tata, saepe spiciformis."

„*Obs.* Characterem reformavi ob ECHINARIAM *Desfont.* „et PAPPOPHORUM *squarrosum Russ. Alep.* II. p. 244. quod pro„prium genus efformat. Species Novae Hollandiae habent ari„stas 9, plumosas; planta autem Americana 13, denticulatas."

316. PAPPOPHORUM. *Cal.* bivalvis 2-4florus, valvulae membranaceae, flosculis longiores, flosculo supremo abortivo. *Cor.* bivalvis, valvula inferior quadrifida, laciniis intermediis tri-, lateralibus bisetosis, inter quas seta solitaria crassior et longior; superior obtusa, setigera, marginibus replicatis. *Semen* liberum, haud sulcatum. Panicula simplex coarctata, ramis sparsis.

P. de Beauvois t. XVII. f. 1.

Digitized by Google

317. ECHINARIA. Locustae confertae. *Cal.* 2-4florus; valvulae mucronatae, flosculis breviores. *Cor.* valvula inferior truncata, fimbriata, setis 5 lanceolatis, inaequalibus terminata; superior cordato-emarginata, bisetosa, setis similibus. *Nectaria* truncata. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* liberum, gibbum, haud sulcatum, rostris 2 divergentibus. Spica simplex, capitiformis.

Desfont. P. de Beauvois l. c. p. 83. t. XVII. f. 2. CENCHRUS *Linn.*

318. TRIRAPHIS. *Cal.* bi- aut multiflorus; flosculo superiore neutro. *Valvula corollina* inferior apice aristis 3 rectis, superior mutica. *Stigmata* plumosa, subaspergilliformia. Panicula composita, locustae distichae.

Rob. Brown: cui: „gluma multiflora, bivalvis, aequalis, mutica. Spicula disticha, floribus 2 vel pluribus, inferioribus hermaphroditis, reliquis masculis et neutris. Perianthii valvula exterior apice aristis 3 rectis, interior mutica. Squamulae 2 hypogynae. Stigmata villosa." *De Beauvois Agrost. nov.* p. 83.

Obs. Gramina tropica, hinc TRIODIAE et PAPPOPHORO, inde ECTROSIAE et CHLORIDI affinia, inter se parum diversa.

319. RHABDOCHLOA. *Locustae* subunilaterales. *Cal.* 3-5 florus, valvulae flosculis breviores. *Cor.* valvula inferior sub apice crenato-setigera, superior integra. *Stigmata* plumosa subaspergilliformia. Panicula simplex, ramis sparsis aut fastigiatis, simplicibus, filiformibus.

P. de Beauv. t. 17. f. 3. CYNOSURUS *Linn.*, CHLORIS *Willd.*

320. KOELERIA. *Cal.* bivalvis, 2-5florus, flosculis brevior. *Cor.* bivalvis, valvula inferior sub apice integro setigera, superior bifida. *Stigmata* subplumosa aspergilliformia. Panicula spicaeformis, ramis confertis.

Persoon. P. de Beauv. l. c. t. XVII. f. 4. PHALARIS, POA, AIRA *Linn.* FESTUCA *Allione.*

321. DACTYLIS. Locustae plurimae in capitulum congestae, subunilaterales. *Cal.* 2-7florus. *Cor.* valvula inferior sub apice emarginato-setigera, superior bifido-dentata. *Nectaria* ovata, pilosa. *Stigmata* villosa. *Semen* liberum, haud sulcatum. Panicula composita, ramis brevibus.

P. de Beauv. p. 85. t. XVII. f. 5. DACTYLIS et POA *Linn.* Nec firmum esse generis DACTYLIS characterem *Panzer Ideen* p. 16. u. f. *Sprengel pug.* II. p. 20. E charactere DACTYLIS Linnaeano: „Calyx bivalvis compressus, alterâ valvulâ majore carinatâ" excludendas esse: DACTYLIDEM *cynosuroidem* et *strictam* (quae SPARTINAE) D. *cespitosam Forst.* (quae FESTUCA); D. *laevem*, *villosam*, *serratam*, *hispidam* et *ciliarem Thunb.*; (quas tamen DACTYLIDES inter retinemus suadente autoptâ *Thunberg*); D. *lagopodioidem*, (quam SESLERIAM fecit *Spren-*

Digitized by Google

gel); D. *brevifoliam* (quam SESLERIAM *Panzer*, KOELERIAM *Sprengel* fecit, hic, ut dubiam, cum praecedente relinquimus ut sequentem); D. *pungentem* (quae SESLERIA *Lam.*, CRYPSIS *Panz.*, FESTUCA *Smith*, KOELERIA *Spreng.*) et D. *littoralem* *Panzer* l. c. cui et DACTYLIS *glaucescens* et *hispanica* *Willd* dubiae, et DACTYLIS ipsa *glomerata* FESTUCA est.

322. CALOTHECA. *Cal.* 6-10florus, valvulis ovato-lanceolatis. *Cor.* valvula inferior carinata, triloba, lobis lateralibus membranaceis, auriculatim dispositis, lobo intermedio trifido, aristato-setoso, aristâ rectâ; valvula superior, ovata, margine ciliata.

Desv. Journ. de Bot. 1813. p. 71.

323. CHASCOLYTRUM. *Cal.* multiflorus, valvulis rotundato-ovatis muticis. *Cor.* valvula inferior cordato-ovata mucronata s. breve aristato-setosa, marginibus planis, superior minutissima ovata acuta. Spiculae tetragonae paniculatae. *Desvaux Journ. de Bot.* 1813. p. 72.

BRIZA *Lam.* Cl. *de Beauvois* genus hoc cum praecedente, dissuadente *Desvaux*, conjunxit, *agr. n.* p. 85. t. XVII. f. 6.

324. TRICHAETA. *Cal.* 2-3florus; valvulae acutae, dorso, ut et valvula corollae inferior sub apice, bisetosa et setâ reflexâ instructa, hispidae; valvula superior bifido-dentata. *Nectaria* lanceolata, glabra. *Stigmata* plumosa. Spica simplex, locustis confertis.

P. de Beauvois t. XVII. f. 8. BROMUS *ovatas Cav.*

325. BROMUS. *Cal.* 3-20florus, valvulae breriores flosculis distiche imbricatis. *Cor.* valvula inferior sub apice cordato-emarginata, quandoque bilaciniata, aristâ rectâ. *Nectaria* ovata, integra, glabra. *Stigmata* plumosa. *Semen* corticatum, sulcatum. Panicula composita.

P. de Beauvois t. XVII. f. 9. *Willdenowio* et fere omnibus est BROMUS, cui: *Cal.* bivalvis, multiflorus. *Cor.* bivalvis valvulis lanceolatis, exteriore sub apice aristatâ. *Sem.* corollae adnatum. SMITHIO vero et *Decandolle*: *Cal.* bivalvis; *spicula* oblonga disticha, *arista* infra apicem: *glama interior* pectinato-ciliata. (Semen apice villosum *Brown*) quod vix in omnibus sic se habet. Cls. *Panzer Ideen* p. 45. sequentibus characterem BROMI posuit: *Peristachyum* diphyllum inaequale ovato-lanceolatum multiflorum, foliolo exteriori minori 5nervi simpliciter acuto, interiori majori 5-7-9nervi, apice acuto simplici vel in mucronem aristaeformem producto. *Cal.* 1-phyllus, foliolo ovato elliptico 5-7-9nervi. apice bifido, nervo dorsali ante apicem in aristam acquilongam producto. *Cor.* monopetala: petalo plano oblongo s. lineari, apice acute emarginato, rarius indiviso, nervo viridi marginali utrinque pectinato ciliato. l. c. t. XI. f. 1. a-d. Huc: BROMUS *secalinus*, *mollis*, *squarrosus*, *velutinus*, *lanceolatus*, *racemosus*, *commutatus*, *arvensis*.

Digitized by Google

etc. — Reliqui vero BROMI, ut BROMUS *asper*, *giganteus*, *matritensis*, *macrostachys*, *tectorum*, *sterilis*, *erectus*, *ligusticus*, ut et FESTUCA *myuros*, *bromoides*, *distachyos* novum aliud genus apud illum constituunt, ZERNA dictum, cui: *Peristachyum* diphyllum inaequale lanceolatum aut lineari-lanceolatum, acuminatum indivisum pauciflorum, foliolo exteriori breviori uninervi, interiori longiori trinervi. *Cal.* monophyllus: foliolo lineari lanceolato 3-9nervi, apice elongato bifido, aristâ dorsali duplo vel triplo longiori. *Cor.* monopetala, petalo calyce breviori angusto lineari, apice acuto indiviso, nervo utrinque viridi marginali nudo, scabro, vel tenuissime ciliato. l. c. p. 46. tab XI. f. 3. a-e. Confer FESTUCAM et SCHENODORUM.

326. HOLCUS. *Cal.* biflorus, valvulae membranaceae, mucronatae, flosculis dissimilibus, sed utrisque hermaphrod.; inferiores longiores. *Cor.* valvulae integrae, inferior submutica, in flosculo superiore dorso supra vel infra medium aristata, aristâ hamatâ aut plicatâ. *Nectaria* lanceolata, glabra. *Stigmata* plumosa, subaspergilliformia. *Semen* liberum, haud sulcatum.

P. de Beauvois t. XVII. f. 10. HOLCI quidam *Linn.*

Genuini HOLCI, charactere generis sic emendato: „*Flores polygami; Cal.* gluma bivalvis 2-3flora, seu hermaphroditum cum masculo solitario s. geminato includens. *Cor.* gluma bivalvis," sunt, ad mentem cl. *Swartzii* apud *Schrad. Journ.* II. B. 2. St. p. 44.: A. *aristati:* H. *mollis, lanatus, avenaceus Thunb., elatior* (H. *avenaceus Schrad.*), *bulbosus Schrad., borealis Schrad.* (*odoratus Swartz*), *australis Schrad.*; B. *mutici:* H. *laxus, serratus, asper, capillaris*, et fors *striatus* etc.

327. TRISETUM. *Cal.* valvulae membranaceae 3-5florae, longitudine flosculorum. *Cor.* valvula inferior biseta, dorso supra medium aristâ herbaceâ, flexuosâ, raro plicatâ. *Nectaria* lanceolata, integra, glabra. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* subcorticatum sulcatum. Panicula composita.

Persoon. P. de Beauvois l. c. p. 88. t. XVIII. f. 1. TRISETARIA *Forsk.* AVENA *Linn.* et AIRA.

328. AVENA. *Cal.* valvulae membranaceae 2-7florae, flosculis longiores. *Cor.* valvula inferior bilaciniata, aut, ut et valvula superior, bifido-dentata, interdum erosa, dorso aristâ plicatâ tortili. *Nectaria* ovata, integra, glabra. *Semen* corticatum, sulcatum. Panicula composita laxa.

Pal. de Beauvois l. c. p. 89. t. XVIII. f. 5.

329. AIRA. *Cal.* biflorus, flosculis longior. *Cor.* valvula inferior apice erosa, aut multidentata, aut bisetosa, basi infra medium aristâ coriaceâ plicatâ tortili, superior bifido-dentata. *Nectaria* ovata integra glabra. *Stigmata* villosa. Panicula composita.

Digitized by Google

Pal. de Beauvois p. 89. t. XVIII. f. 4. AIRAE genus mere artificiale. *R. Brown.* Ab AVENA nonnisi positione aristae diversum; bisetosae vero TRISETA. *P. de Beauvois. Linnaeanis* est AIRA, cui: *Cal.* bivalvis, biflorus absque interfecto rudimento tertii flosculi. *Cor.* bivalvis, valvulâ exteriore supra basin aristatâ, vel muticâ.

330. DESCHAMPSIA. *Cal.* 2-3florus, flosculis longior. *Cor.* valvula inferior apice multidentata, basi aristâ rectâ, vix glumâ longiore; superior bifido-dentata. *Nectaria* suborbiculata pilosa. *Stigmata* distantia, villosa. *Semen* liberum, haud sulcatum. Panicula composita.

P. de Beauvois p. 91. t. XVIII. f. 3.

331. CORYNEPHORUS. *Cal.* biflorus; valvulae membranaceae flosculis longiores. *Cor.* valvula inferior integra, basi aristâ medio articulatâ, lanuginosâ, parte inferiore tortili filiformi, superiore clavatâ, laevi; valvula superior bifido-dentata. Panicula composita.

P. de Beauvois t. XVIII. f. 2. AIRA *Linn.*

332. DANTHONIA. *Cal.* bivalvis, 2-5florus, flosculis longior. *Cor.* valvula inferior bidentata, inter dentes aristâ plicatâ tortili, teniaeformi; superior obtuse truncata, integra. *Nectaria* ovata, integra, glabra. *Stigmata* subaspergilliformia. *Semen* liberum obtusum haud sulcatum. Panicula simplex.

P. de Beauvois t. XVIII. f. 7. AVENA et POA *Linn.*; ARUNDO *Labillard.* *

333. PENTAMERIS. *Cal.* biflorus; valvulae membranaceae, flosculis longiores. *Cor.* valvula inferior lata, emarginata, 4-setosa, medio aristâ plicatâ, tortili, taeniaeformi, superior subtruncata, emarginata. *Nectaria* cordato-emarginata. *Germen* truncatum, ut *Semen* umbilicatum, stellâ lanuginosâ coronatum, haud sulcatum. Panicula subsimplex.

P. de Beauvois p. 93. t. XVIII. f. 8. an ad AVENAM?

334. ERIACHNE. *Cal.* bivalvis biflori et *Cor.* bivalvis valvulae barbatae; hujus valvula inferior aristâ simplici aut muticâ. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* plumosa.

---

* *Obs.* „Gramina facie fere AVENAE, cui certe quam maxime affinia. Perianthii valvula exterior infra definite barbata, supra imberbis, apice triaristata, aristâ inter mediâ dissimili tortili, quandoque abbreviatâ: interior mutica. In Africa australi species ultra 10 legi, quarum plures glumâ biflorâ, flosculo altero pedicellato, habitu etiam a plantis Novae Hollandiae parum diversae: an potius segregandae species aristis abbreviatis, nempe D. *paradoxa* et *decumbens*?"

Digitized by Google

Rob. Brown cui; *Gluma* bivalvis biflora aequalis; *Perianthium* utrumque sessile, hermaphroditum, bivalve, valvulis ambabus barbatis, exteriore aristâ terminali simplici vel muticâ. Squamulae 2 hypogynae. *Nov. Holl.* p. 183. *Pal. de Beauv. agr. nov.* p. 93. Genus SESLERIAE aut DONACI vicinum. ERIACHNES *muticas* genere proprio, ACHNERIA dicto, recepit *P. de Beauv.* l. c. AIRIS maxime affine esse genus *Poiret:* at cls. *Brown* monet: AIRAE genus mere artificiale, plantas complectens ad genera 3-4 diversa accedentes seu omnino pertinentes, vix ullas tamen characteri ERIACHNES respondentes. POAE, AIRAE, *Festucae veter.*

335. ECTROSIA. *Cal.* multiflorus, valvulis duabus aequalibus muticis, flosculis distichis, superioribus abortivis. *Corollae* valvula inferior aristâ terminali simplici, in masculo multo longiore.

Rob. Brown, qui sic describit: „Gluma multiflora bivalvis subaequalis mutica; spicula disticha, flosculo infimo hermaphrodito, reliquis masculis vel neutris. *Hermaphr.* Perianthium bivalve, valvulâ exteriore aristâ terminali simplici. *Masc.* et *Neut.* longius aristati. Flores paniculati.“ Affinis CHLORIDI. *De Beauvois* l. c. p. 94.

Obs. Gramina tropica, CHLORIDI affinia, inflorescentiâ praesertim diversa.

336. GAUDINIA. Locustae sessiles alternae, 9-11florae, flosculis distichis. *Cal.* valvulae inaequales obtusae. *Cor.* valvula inferior bifido-dentata, dorso supra medium aristata, aristâ tortili, plicatâ; superior 2-4dentata. *Stigmata* subaspergilliformia. *Semen* corticatum, sulcatum. Spica composita.

P. de Beauv. t. XIX. f. 5. AVENA *Linn.*

337. BECKMANNIA. Locustae unilaterales, 3-5florae. *Cal.* valvulae inaequales, naviculares, basi subunguiculatae, apice obtusae, spathulaeformes, fere longitudine flosculorum. *Cor.* valvulae subaequales. *Nectaria* lanceolata, glabra. *Semen* liberum, haud sulcatum. *Spica* composita. *Spiculae* 3, in quovis rhacheos dente.

Host. — *P. de Beauv.* t. XIX. f. 6. PHALARIS *Linn.* CYNOSURUS *Willd.*

338. GLYCERIA. *Spicula* teres. *Cal.* 5-7florus; valvulae 2 truncatae, marginibus membranaceis hyalinis, flosculis breviores. *Cor.* valvula inferior erosa vel multidentata, navicularis, amplexans superiorem bifido-dentatam. *Nectaria* fere connata, subcordata. *Stigmata* plumosa. *Semen* sulcatum. Panicula subsimplex.

R. Brown cui Perianthium imberbe, valvulis longitudine aequalibus, Squama hypogyna unica carnosa semiscutellata! Stigmata decomposita! Semen liberum oblongum hinc sulcatum.

Digitized by Google

Flores subpaniculati. *P. de Beauv.* p. 96. t. XIX. f. 7. DEVAUXIA prius a *de Beauvois* dicta. FESTUCA *flaitans Linn.*

339. CATABROSA. *Cal.* 2-5florus, flosculis brevior ut et valvula corollina inferior subtruncata, eroso-denticulata, superior fere trifida. *Nectaria* lanceolata. *Germen* subemarginatum. *Stigmata* subaspergilliformia. *Semen* bicorne. Panicula composita.

P. de Beauv. t. XIX. f. 8. AIRA *Linn.*

340. SCLEROCHLOA. *Cal.* 3-5florus; valvulae obtusae, flosculis breviores. *Cor.* valvula inferior cordato-emarginata, obtusa, superior integra. *Nectaria* emarginata. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* plumosa. *Semen* rostro bifido. Spica simplex, locustis unilateralibus aut dichotomis.

P. de Beauvois p. 97. t. XIX. f. 4. CYNOSURUS *Linn.*

341. SCHOENODORUS. *Cal.* 5-15florus, valvulae flosculis breviores. *Cor.* valvula inferior sub apice breviter emarginato-dentata, dentibus saepe barbatis, setigera; superior bifido-dentata. *Nectaria* lanceolata, subulata, integra, glabra. *Stigmata* villosa. *Semen* valvulâ corollae superiore subcorticatum, sulcatum. *Panicula* composita, pedicelli proprii inflati, cuneiformes.

P. de Beauvois t. XIX. f. 2. FESTUCA, POA, BROMUS. Genus fere analogum condidit *Panzer Ideen* p. 46. t. XI. f. 2. a-e. TRAGUS illi dictum, cui: *Peristachyum* diphyllum, inaequale, lanceolatum acutum multiflorum; foliolo exteriori breviori uninervi, interiori longiori trinervi. *Cal.* monophyllus, foliolo lanceolato 5-7nervi, acuto indiviso, nervo medio dorsali in mucronem brevissimum aut in aristam plus minusve longam producto. *Cor.* monopetala, petalo interiori calyce angustiori apice truncato vel indiviso, nervo viridi marginali utrinque subtilissime serrulato. Huc: BROMUS *inermis*, FESTUCA *pinnata*, *gracilis*, *elatior*, *pratensis*, *enioloides*, *loliacea*, *varia*, *pumila* etc.

342. DINEBA. *Cal.* 2-5florus; valvulae subulatae flosculis breviores longioresve. *Cor.* valvulae bifido-emarginatae, inferior sub apice setigera. *Nectaria* obtusa, truncata, aut sublanceolata. *Stigmata* subaspergilliformia. Rhachis spicata acuminata, acumine locustas superante, spica simplex aut composita, spiculis unilateralibus alternis remotis pendulis.

Delille. P. de Beauvois t. XVI. f. I-III. ARISTIDA, CYNOSURUS, FESTUCA *Linn.*, HETEROSTEGA *Desv.*, MELICA *Mich*, CHLORIS *Pers.*, DACTYLIS *Willd.*

343. POLYODON. *Spiculae* unilaterales biflorae, flore altero hermaphrodito sessili, altero masculo aut neutro pedicellato. *Glumae* duae muticae. *Flos* hermaphroditus: valvulae corollinae 2, inferior quinquedentata, dentibus lateral-

Digitized by Google

bus et intermedio aristatis. *Flos* masculus: valvulae corollinae 2, inferior septem-dentata, dentibus alternis aristatis, valvulâ superiore minimâ, subaristatâ. *Rhachis* spicata, apice bifida, nuda, spicis racemosis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 140.

Habitu DINEBRAE, cui, et CHONDROSIO s. ACTINOCHLOAE valde affinis, differt tamen ab altero floris hermaphroditi structurâ, ab altero floris masculi formâ singulari.

344. FESTUCA. *Cal.* valvulae inaequales, 2-15florae, inferior interdum tri-quadruplo brevior. *Cor.* valvula inferior integra, setâ plus minus elongatâ, superior bifido-dentata. *Nectaria* ovata integra pilosa. *Stigmata* villosa. *Semen* subcorticatum sulcatum. Panicula composita, pedicellis propriis inflatis, cuneiformibus.

P. de Beauvois p. 99. t. XIX. f. 9-10. FESTUCA et BROMUS *Linn.* — Genus hoc in sectiones duas naturales dividi posse: I. valvulâ cal. inferiore paulo breviore, setâ mediocri. II. valvulâ cal. inferiore 3-4plo breviore, setâ longissimâ, *P. de Beauv.* — *Willdenowio* vero et *Schradero* est FESTUCA, cui: *Cal.* bivalvis, multiflorus. *Cor.* bivalvis, valvulis lanceolatis; exteriori acuminatâ muticâ vel apice in aristam attenuatâ. *Smithio*, cui: *Cal.* bivalvis. *Spicula* oblonga, teretiuscula, disticha, glumis acuminatis. *Hunth* apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* p. 124. cui: *Spiculae* multiflorae; glumae duae carinatae muticae; valvulae corollinae duae, inferior apice aristata; stigmata plumosa; semen valvulae corollinae superiori adnatum. Confer de generis hujus anomaliis *Panzer Ideen* p. 43. et sequ. qui sequentem posuit FESTUCAE characterem: *Peristachyum* diphyllum inaequale lanceolatum acutum pauciflorum, foliolo exteriori breviori uninervi, interiori longiori trinervi. *Cal.* monophyllus, foliolo lanceolato quinquenervi, apice indiviso cum aristâ connato, nervo medio dorsali apice in mucronem s. aristam calyce breviorem producto. *Cor.* monopetala, petalo plano lineari longitudine calycis apice bifida, laciniis acutis: nervo viridi utrinque marginali nudo. l. c. p. 47. t. XI. f. 4. a-f. Huc ducit: FESTUCAM *ovinam*, *tenuifoliam*, *duriusculam*, *rubram*, *glaucam*, *pallentem*, *sylvaticam*, *spadiceam*, *pulchellam* etc. Confer BROMUM et BRACHYPODIUM cum SCHENODORO.

345. BRACHYPODIUM. Locustae alternae in quovis rhacheos articulo pedicellatae, pedicellis latis, crassis. *Cal.* 3-15florus; valvulae flosculis breviores, *Cor.* valvulae integrae, inferior apice setigera, superior obtuse truncata, vix emarginata, marginibus saepius pilis rigidis, reflexis, hirtis. *Nectaria* ovata, integra, pilosa. *Germen* obtusum. *Semen* subcorticatum, sulcatum.

P. de Beauvois t. XIX. f. 3. BROMUS et POA *Linn.*; FESTUCA *Adans. Pers. Poiret*; TRITICUM *Mönch, Hall. Dec.*; TRAGUS *Panzer.*

Digitized by Google

346. Lolium. Locustae sessiles, inferioribus calyx univalvis, extimae bivalvis, valvulis oppositis. *Cor.* valvula inferior apice mucronata aut setigera, superior membranacea, bifido-dentata. *Nectaria* bidentata, dentibus inaequalibus. *Germen* subtrigonum. *Stigmata* plumosa. *Semen* sulcatum. Spica composita.

P. de Beauvois t. XX. f. 5.

347. Agropyron. *Cal.* 3-9florus; valvulae acutae, flosculis breviores, integrae. *Cor.* valvula inferior integra, quandoque subdentata, apice setigera, setâ interdum brevissimâ, subnullâ; superior emarginata aut bifido dentata. *Nectaria* integra, pilosa. *Semen* corticatum, sulcatum. Spica composita, rhachi articulato-dentata, locustis sessilibus aut breviter pedicellatis.

Gaertner. De Beauvois Agrost. nov. p. 101. t. XX. f. 1-2. Elytrigia *Desv.* *

348. Triticum. Locustae in quoque rhacheos dente sessiles solitariae, 3-4florae, flosculis 2 inferioribus sessilibus oppositis fertilibus, supremis saepe abortivis. *Cal.* valvulae latae, naviculares, subaequales oppositae, ut *Cor.* valvula inferior, dentatae, setâ brevi; superior subemarginata. *Nectaria* ovata, integra, pilosa. *Germen* apice barbatum. *Semen* corticatum sulcatum.

P. de Beauvois p. 103. t. XX. f. 4. Triticum *Linn.* Secalis Spec. *Willd.* Aegilops.

349. Aegilops. *Cal.* oppositus, bivalvis, 3-4florus, flosculis inferioribus sessilibus oppositis fertilibus, supremo saepe abortivo, valvulis latis ventricoso-navicularibus, truncatis, aristis 2-4 variis, lanceolato-subulatis. *Cor.* bivalvis, valvulâ inferiore 2-3aristatâ. *Nectaria* subdentata, pilosa. *Germen* barbatum. *Stigma* plumosum. *Semen* corticatum, sulcatum. Spica simplex, rhachi articulato-dentatâ.

De Beauv. Agr. nov. p. 104. t. XX. f. 5.

350. Secale. Locustae in quovis rhacheos dente solitariae, 2-3florae, flosculis 2 inferioribus fertilibus sessilibus oppositis, supremo abortivo. *Cal.* valvulae subulatae oppositae integrae, flosculis breviores. *Cor.* valvula inferior in-

* Elytrigias, ut genus proprium, denuo distinguit (*Journ. d. Bot.* 1813. p. 74. t. III. f. 4. a. b.): „Spiculis imbricatis spicatis, rhachi dentatâ; calyce multifloro, glumis lanceolatis obtusis (?) acutis (?); *Cor.* glumis lanceolatis muticis s. setosis. Cls. *Kunth* Agropyrum a Tritico non separat et hujus characterem minus fauste ponit dicendo: spiculae multiflorae solitariae; *glumae* calycinae 2 subaequales aristatae; corollinae 2, inferior aristata; stigmata plumosa; rhachis spicata, articulata.

Digitized by Google

tegra, longissime setigera, superior bifido-dentata. *Nectaria* obovata, integra, pilosa. *Germen* barbatum. *Semen* corticatum, sulcatum.

P. de Beauvois t. XX. f. 6.

351. ELYMUS. Locustae in quovis rhacheos dente geminae vel plures, 3-9florae. *Cal.* valvulae geminae, subaequales, raro (in *Hystrice*) subnullae. *Cor.* valvula inferior integra, setigera, setâ interdum brevissimâ; superior subbifidodentata. *Nectaria* ovata, integra, pilosa, *Germen* barbatum. *Stigmata* plumosa. *Semen* sulcatum. Spica simplex.

P. de Beauvois p. 106. t. XX. f. 7 et 11. ASPRELLA *Humboldt*: CUVIERA *Koel.* „Character genericus ELYMI et HORDEI „revidendus: collatis enim speciebus pluribus unius et alterius „generis elucet, calycem s. involucrum laterale nullum prae„bere characterem: est 4-phyllus in ELYMIS, quibus flosculi „spiculaeve geminatae, hexaphyllus in HORDEIS omnibus ut et „in ELYMIS illis, quibus flosculi 3 hermaphroditi. Flosculi mas„culi aut steriles aeque in HORDEIS, quam in ELYMIS, occurrunt, „hâc solum differentiâ, quod in HORDEIS flosculo hermaphrodito „2 adjungantur masculi aut steriles pedicellati, in ELYMIS vero „cuilibet flosculo hermaphrodito respondet solummodo unus „flosculus masculus aut sterilis pedicellatus." *Besser in litt.*

352. ISCHAEMUM. Spiculae plures, 2-3, subdigitatae. *Cal.* valvulae flosculis longiores, biflorae. *Flosc. inf.* masculus, *superior* hermaphr., valvulis corollinis coriaceis laevibus. *Stigmata* aspergilliformia. Spica composita.

Pal. de Beauvois p. 107. t. XXI. f. 5. Confer et *Gaertn. fil* t. 181. f. 1.

Observ. Cls. *Brown* sequentem generis descriptionem dedit: „flores polygami monoici, spica articulatâ, glumis geminis, sessili transversâ pedicellatâ, in quibusdam masculâ vel neutrâ. Sessilis gluma biflora bivalvis, valvulis subcoriaceis, exteriore planiusculo, interiore naviculari. Flosculi bivalves inclusi membranacei, exterior masculus, raro neuter, interior hermaphroditus," monetque hujus esse loci SEHIMAM *Forsk.* et COLLADOAM *Cavan.*, et ab ANDROPOGONE et SACCHARO differre tantummodo flosculo exteriore glumae sessilis bivalvi saepiusque masculo; a ROTTBÖLLIA glumâ altera pedicello soluto insidente. ISCHAEMO igitur affinis est ROTTBÖLLIA *digitata Flor. graec.*, et diversa tantum pedicello juxta apicem articulato, squamisque hypogynis lobatis, laciniâ exteriore longiore.

353. ROTTBOELLA. Locustae excavationibus rhacheos immersae. *Cal.* biflori valvulae cartilagineae, flosculis longiores. *Flosculus inferior* masculus vel neuter, *superior* hermaphrod. *Cor.* valvulae membranaceae, hyalinae, integrae. *Nectaria* truncata. *Germen* rostro emarginato. *Stigmata* aspergilliformia. Spicae plures, articulato-dentatae, teretes aut compressae.

Digitized by Google

P. de Beauv. l. c. p. 108. t. XXI. f. 6. HEMARTHRIA *R. Brown* STEGOSIA *Lour.* CYMBACHNE *Loureiro.* De genere hocce e OPHIURO vide *Gaertn. fil.* t. 181. f. 2. 3. *

354. THELEPOGON *Roth.* *Involucrum* monophyllum cartilagineum adpressum. *Cal.* bivalvis, cartilagineus, triflorus: floribus sessilibus, intermedio hermaphrodito, lateralibus masculis. *Hermaphroditi Cal.* o. *Cor.* bivalvis subaequalis. *Stam.* 3. *Stigmata* 2 subincrassata. *Sem.* 1. *Masculorum Cal.* et *Cor.* ut in *hermaphrodito*, at interioris valvula exterior aristâ longâ tortili geniculatâ. *Stam.* 3 saepius imperfecta. *Pist.* o.

Genus affine ROTTBÖLLIAE, sub qua cl. *Roth* plantam hanc a clo. *Heyne* accepit, sed involucro et florum structurâ diversissimum. Calycis gluma exterior apice bidentata, papilloso-aculeata, extus undique gibbosa, elegantissime undulato-papillosa, papillis compressis. Nomen a *Θηλη* (papilla) et *Πωγων* (barba). *Roth nov. plant. spec. Ms.*

355. XEROCHLOA. Locustae parallelae, excavationi rhacheos semiimmersae. *Cal.* biflorus. *Flosc. infer.* masculus, *super.* foemineus. *Cor.* valvulae membranaceae subulatae. *Semen* valvulâ corollinâ superiore chartaceâ inclusum.

R. Brown cui: „Gluma biflora bivalvis inaequalis, excavationibus rhacheos parallela, semi-immersa, valvulâ exteriore minore. Perianthium utrumque exsertum, bivalve, muticum, membranaceum, subulatum, exterius masculum, triandrum, inferius foemineum. Styli 2, basi connati. Squamulae nullae hypogynae. Semen valvulâ interiore chartaceâ perianthii inclusum." *P. de Beauvois* p. 109. *Gen. incert.*

Obs. Affinis APLUDAE, cujus character reformandus teste *Brown.*

356. LEPTURUS. Locustae excavationibus rhacheos semiimmersae. *Cal.* biflorus, univalvis, flosculo superiore inter-

---

* *Obs.* ROTTBÖLLIA characterem sequentibus posuit *R. Brown:* „Spica teres articulis bifloris, floribus sessilibus alternis, excavationibus rhacheos immersis, dissimilibus. Gluma inferior bivalvis, biflora. Perianthium utrumque inclusum, muticum, hyalinum, exterius masculum vel neutrum, 1-valve, interius hermaphroditum, bivalve. Gluma superior mascula vel abortiva, 1-flora." Spica fragilis articulis, facillime solubilibus. Nectarium monophyllum a clo. *Schreber* in ROTTBÖLLIA descriptum, valvula interior et flosculi hermaphroditi, intra cujus valvulam exteriorem squamulae 2 collaterales extant. *R. Brown.* HEMARTHRIAE, quam cls. *P. de Beauvois* cum ROTTBÖLLA junxit, sequentem characterem genericum dedit cls. *R. Brown:* „Spica compressa, semiarticulata, articulis bifloris. Gluma biflora, bivalvis, valvula interiore inferioris rhachi agglutinatâ, superioris soluta. Perianthia inclusa hyalina mutica: exterius univalve, neutrum, interius hermaphroditum, bivalve. Squamulae 2 hypogynae. Stam. 3. Styl. 2. Stigmata plumosa. Spica subulata, ad articulos semicompletos haud solutis." *R. Brown.*

Digitized by Google

dum pedicellato abortivo. *Cor.* valvulae membranaceae. *Stigmata* plumosa. Spica simplex.

R. Brown, qui sequentibus characterem generis posuit: „Spica teres, articulis unifloris, floribus excavationibus rhacheos immersis. Gluma univalvis cartilaginea, 1-2flora, rudimento pedicellato flosculi secundi exterioris vel tertii intermedii. Perianthia inclusa membranacea mutica bivalvia, dum bina utrumque hermaphroditum, exterius pedicellatum. Squamulae hypogynae 2. Stamina 3. Styli 2. Stigmata plumosa.“ *P. de Beauvois* p. 110. Rottböllia *Forst.*

Obs. „An hujus generis Rottböllia *incurvata Linn.* et *filiformis Roth*, in quibus rudimentum minutissimum pedicellatum flosculi secundi exterioris; sed adest insuper bractea cum gluma collateralis, ut ab omnibus auctoribus perperam pro hujus lacinia sumpta. Ex analogia autem pro pedicello abortivo floris secundi habenda.“ *R. Brown.*

357. Mesochium. Spicae 2 geminae; *Cal.* biflorus; valvulae subcoriaceae, flosculis longiores. *Flosc. inf.* masculus, *super.* hermaphroditus. *Cor.* valvulae membranaceae, inferior apice bifido-dentata, aristâ plicatâ, tortili; superior integra. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* bicorne.

Pal. de Beauvois p. 111. t. XXI. f. 4. Ischaemum *Linn.*

358. Arthraxon. *Cal.* biflori valvulae membranaceae, flosculis longiores. *Flosculus inferior* neuter, *Corollâ* univalvi; superior hermaphr., valvulis corollinis subcoriaceis, inferiore apice bifido-dentatâ, basi aristâ plicatâ, tortili, superiore integrâ. *Germen* emarginatum. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* bicorne.

P. de Beauvois l. c. t. XI. f. 6. Ischaemi species.

359. Colladoa. *Cal.* biflorus; valvulae coriaceae, transversim striatae, longitudine flosculorum. *Flosculus inferior* mascul., *superior* hermaphrod. *Cor.* valvulae membranaceae, inferior apice breviter bifido-dentata, dorso supra medium aristâ plicatâ, tortili; superior integra. *Nectaria* lanceolato-subulata. *Germen* emarginatum. Spicae geminae.

Cavanill. P. de Beauv. p. 112. t. XXI. f. 9. Affinis Ischaemo. Confer Ischaemum.

360. Chamaeraphis. *Cal.* biflorus; valvulae inaequales, inferior minima. *Flosc. inferior* masculus, valvulis corollinis herbaceis, superior femineus, valvulis corollinis chartaceis. *Stylus* tripartitus. *Stigmata* plumosa. *Semen* stragulo cartilagineo inclusum. Spica simplex, pedicellis juxta apicem intus aristâ longissimâ.

R. Brown, cui: „*Gluma* biflora, bivalvis, valvulâ exteriore minimâ. *Flosculi* bivalves, exterior masculus, valvulâ exteriore texturae

interioris glumae; interior minor chartaceus, foemineus. *Squamulae* 2 hypogynae. *Stam.* 3. *Styli* 3. *Stigmata* plumosa. *Semen* perianthio cartilagineo inclusum." *P. de Beauvois* p. 113.

Obs. Proxima PANICIS ultimae praesertim sectionis, a quibus vix differt nisi numero stylorum. *R. Brown.*

361. HORDEUM. Locustae 3, in quovis rhacheos dente parallelae uniflorae, singulae calyce bivalvi, omnes hermaphroditae; *Cal.* valvulae subulatae; *Coroll.* valvula inferior setigera, superior integra, obtusiuscula. *Nectaria* obtusa, integra, glabra. *Germen* apice barbatum. *Stigmata* villosa. *Semen* corticatum sulcatum. Spica simplex.

P. de Beauvois t. XXI. f. 1. Genus ZEOCRITON *P. de Beauv.* l. c. t. XXI. f. 2. ab HORDEO non divellimus ob flores laterales masculos vel neutros, licet caeterum simillimum.

362. MICROCHLOA. Locustae unilaterales. *Cal.* valvulae subopppositae, flosculo longiores. *Cor.* valvula inferior barbata. *Stigmata* plumosa. *Rhachis* articulato-dentata complanata, spicata, spicâ simplici. Culmus ramosus.

R. Brown, qui sequentibus genus descripsit: „Spica unilateralis inarticulata; gluma uniflora bivalvis subaequalis acuta membranacea. Perianthium inclusum muticum villosum bivalve inversum. *Stam.* 2-3. *Styli* duo, *stigmata* plumosa. Spica unica falcata, floribus imbricatis. *P. de Beauvois* t. XX. f. 8. NARDUS et ROTTBÖLLIA *Roxb.*

Obsert. „Perianthium intra glumam inversum indicat MICROCHLOAE nexum cum ROTTBOELLIA generibusque affinibus: accedit quoque CHAMAGROSTIN cujus Perianthium certe bivalve, sed non inversum." *R. Brown.*

363. OPHIURUS. *Cal.* valvulae cartilagineae, excavationibus rhacheos semiimmersae, flosculo longiores. *Cor.* valvulae membranaceae hyalynae. *Germen* subemarginato-cordatum. *Stigmata* plumosa. *Spica* simplex.

Gaertn. P. de Beauv. t. XXI. f. 3. ROTTBÖLLAE spec. *Linn.* *

* *Obs.* „Spica teres, articulis unifloris, floribus excavationibus rhacheos immersis. Gluma biflora, bivalvis, valvulâ exteriore cartilagineâ, interiore concavâ membranaceâ. Perianthium utrumque inclusum, membranaceum, muticum, exterius masculum, v. neutrum, interius hermaphroditum." *R. Brown.*

364. MONERMA. Locustae excavationibus rhacheos semiimmersae. *Cal.* valvula, cartilaginea, sulcata. *Cor.* valvulae membranaceae, hyalinae. *Nectaria* lanceolata, integra, glabra. *Stam.* 1-3. *Stigmata* plumosa. *Spica* simplex, rhachi articulato-dentatâ.

P. de Beauv. t. XX. f. 10. ROTTBÖLLAE spec. *Linn.*

365. MANISURIS. Locustae dissimiles, biflorae; flosculus inferior neuter, masculi pedicellati cum hermaphroditis mixti

Digitized by Google

et alternantes. *Cal.* valvulae ovato-lanceolatae, herbaceae; *Cor.* valvulae membranaceae hyalinae. *Locustae* hermaphr. sessiles; valvula calycina inferior concava, hemisphaerica, coriacea, scabra, superior cartilaginea. *Cor.* valvulae membranaceae, hyalinae. Rhachis articulata, singulae spicae folio spathaceo involutae.

P. de Beauvois t. XXI. f. 10.

366. Peltophorus. Spicae singulae folio spathaceo involutae. Locustae dissimiles, biflorae, flosculis inferioribus neutris; mares pedicellatae cum hermaphrod. mixtae et alternantes. *Cal.* valvulae ovato-lanceolatae, dorso subalatae. *Cor.* valvulae membranaceae hyalinae. Hermaphrod. *Cal.* valvula infer. lata, complanata, clypeiformis, medio coriacea, marginibus membranaceis. *Cor.* valvulae membranaceae hyalinae. *Germen* emarginatum. *Semen* bicorne? Culmus ramosus, multispicatus.

Desvaux. P. de Beauvois p. 119. t. XXI. f. 11. Manisuris *myuros. Linn.*

367. Thrasya. *Spiculae* biflorae. *Glumae* duae, superior profunde bipartita, laciniis infra apicem aristatis, inferior integra mutica. *Paleae* floris hermaphroditi duae, floris masculi unica. *Stigmata* penicilliformia.

Habitus Paspali *platycaulis. Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 120. t. 39.

368. Elyonurus. Spiculae geminae, altera sessilis hermaphrod., altera pedicellata mascul. Spicula hermaphrod.: *Cal.* valvulae duae coriaceae (nec nulla, ut *Willdenow*). *Cor.* valvulae duae membranaceae muticae. *Stigmata* penicilliformia. Spicula mascul. *Cal.* et *Cor.* ut in hermaphrod. (nec *Cal.* univalvis, apice bifidus ut *Willd.*) *Kunth Mem. du Mus. d'hist. nat.* II. p. 69.

P. de Beauvois p. 120. Post *Kunthi* emendationem non amplius obscurum. Ab Andropogone praecipue aristis nullis diversus. *Rhachis* spicata.

369. Sehima. *Cal.* bivalvis, valvulis lineari-lanceolatis bifloris, corollâ longioribus, exterior apicibus 2 serratis, interior apice aristata. *Cor.* bivalvis, valvulis linearibus diaphanis muticis interne villosis. *Flosculi* 2, nunc uterque masculus, nunc exterior masculus, interior hermaphroditus: masculi pedunculati. *Stigmata* plumosa.

Genus dubium clo. *Pal. de Beauvois* et, teste *R. Brown*, idem cum Ischaemo, quod confer.

370. Lycurus. *Spiculae* geminae uniflorae; altera hermaphrodita pedicellata, altera mascula aut neutra, subsessilis, hermaphroditae simillima, sed minor. *Glumae calycinae* 2,

Digitized by Google

inferior bi- aut tri-; superior uniaristata; *corollinae* 2, inferior aristata. *Stigmata* penicilliformia. *Rhachis* spicata. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 141.

Habitus Phlei, Aegopogoni proximus.

371. Aegopogon. Flores tres pedicellati aggregati, 2 laterales inferiores masculi aut neutri, intermedius hermaphr. Hermaphr. *Cal.* bivalvis, uniflorus, valvulis apice bifidis medio aristatis (cordato-emarginatis, inter lobos setigeris *de Beauv.*) *Cor.* bivalvis, valvula exteriore triaristata, interiore biaristata (utraque bifido-dentata *de Beauv.*) mascul. ut hermaphrod. praeter *Pist.* *Spica* simplex, subcomposita, ramis brevibus.

Willd. Spec. IV. p. 899. *De Beauvois Agr. nov.* p. 122. t. 22. f. 3. 4. qui generi adjungit huic Amphipogon *Rob. Brown*, monens, *Brownium* silere de flosculis lateralibus masculis stylumque simplicem, non bipartitum, in Amphipogone videri.

Characterem Amphipogonis his circumscripsit *Brown*: *Glama* uniflora bivalvis subaequalis. *Perianthium* bivalve, valvulâ exteriore trifidâ, interiore bifidâ, utriusque laciniis aristatis setaceis similibus. *Stam.* 3. *Styli* 2 vel basi connati. Flores spicati.

Characterem generis hisce dedit *Kunth*: *Spiculae* geminae aut ternae, unifloraе, laterales saepius masculae. *Glumae* calycinae duae bifidae aristatae; corollinae duae bifidae, inferior tri- superior biaristata. *Stigmata* penicilliformia. *Rhachis* spicata. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 132. Tandem *Lagasca*, sub Hymenocarpi nomine Aegoponis characteres sequentibus statuit:

Flores terni, in racemum spicatum, secundum digesti, polygami, hermaphroditus intermedius, laterales masculi, aut neutri. Omnibus gluma bivalvis, valvulis membranaceis, calyce breviоribus, plerumque uniaristatis, uniflora. Corol. bivalvis, aristata. Stamina tria. Hermaphrod. Styli duo: Stigmata pubescentia.

372. Chrysurus. Locustae neutrae (Involucrum *Linn.*) multiflorae. *Cal.* valvulae lineares subulatae, flosculis remotis; *Cor.* univalvis, sterilis. Locustae hermaphrod. uniflorae. *Cal.* valvulae lineares, subulatae, flosculus pedicellatus. *Cor.* valvula inferior sub apice integro setigera, superior integra; *Nectaria* lanceolata. *Germen* emarginatum. *Stigmata* plumosa. *Semen* birostratum, haud sulcatum. Panicula composita, ramosa.

Persoon. P. de Beauv. t. XXII. f. 7. p. 123. Cynosuri *Linn.*, Lamarckia *Decand.*

373. Pterium. *Cal.* uniflorus, valvulis hyalinis subaequalibus aristato-setosis. *Cor.* valvulae coriaceae, inferior aristato-setosa, setâ longissimâ, superior acuta. Florеs capi-

Digitized by Google

tati, sub-unilaterales, involucrum basi floriferum pectinato setosum.

Desvaux Journ. de Bot. 1813. p. 75. CYNOSURUS esset, si calyx esset multiflorus.

374. DIPLOPOGON. Locustae uniflorae. *Cal.* valvulae 2, laxae, membranaceae, setigerae. *Cor.* valvula *inferior* apice bisetosa, inter setas aristata; *superior* bisetosa. Spica capituliformis.

R. Brown, cui: gluma uniflora bivalvis laxa membranacea aristata; perianthium bivalve, valvula exterior apice triaristata, aristâ intermediâ dissimili tortili; interior biaristata. Spica capituliformis. *Gen. obsc.* DIPOGONIA. *P. de Beauv.* p. 125.

Obs. Habitus et inflorescentia penitus AMPHIPOGONIS *lagaroidis*, floribus extimis pariter sterilibus involucrumque efformantibus.

375. THUAREA. Locustae unilaterales, bifloraе, superiores masculi, infima polygama: omnibus *Cal.* valvulae herbaceae, *Cor.* valvulae induratae. Masculi 2 staminiferi; polygamorum inferior masculus aut neuter, superior hermaphroditus. *Germen* rostratum. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* glumis corollae persistentibus inclusum, axique incurvo indurato clauso tectum.

Persoon. P. de Beauv. p. 127. t. XXII. f. 9. NICROTHUAREIA *Aub. de Petit-Thouars.*

Observ. Cls. *Brown*, qui genus hoc describit: „glumis bifloris univalvibus in rhachi dilatatâ spicatâ unilateralibus, infimis androgynis, reliquis masculis; perianthio (androgynae) exteriore hermaphrodito, interiore masculo, valvulâ exteriore glumaeformi; squamis 2 hypogynis; Stam. 3: Styl. 2; Stigmate plumoso; semine perianthio incluso, rhachi indurată involutâ clausâ tecto" additque: non longe a PANICO distare, praesertim PANICO *dimidiato Retz*, in THUAREA vero glumam respectu rhacheos esse inversam et valvulâ exteriore carere; in multis etiam structurâ convenire cum SPINIPICE, in quo major sexuum separatio, et inde marium plurimorum necessitas; figuram et oeconomiam rhacheos quidem diversas esse, in utroque genere autem persistere, et dissemination em modis quamvis diversis adjuvare. — „Spica unica, terminalis, brevis, spathâ foliaceâ diu semivelata. Rhachis crasso-coriacea (nec membranacea ut habet D. *Thouars*, qui, ni fallor, spatham cum rhachi confundit). Flores simplici serie sessiles, 1-2 infimi androgyni, reliqui (4-6) in angustata portione rhacheos masculi. *R. Brown.*

376. ANATHERUM. Locustae dissimiles, alterâ pedicellatâ masculâ s. neutrâ, pedicello nudo aut lanuginoso; alterâ sessili polygamâ: in utrisque flosculus inferior neuter. *Cal.* valvula inferior interdum verrucosa, muricata. *Cor.* valvulae hyalinae muticae. *Nectaria* truncata, fimbriata. *Stigmata* aspergilliformia. Panicula subcomposita, ramis simplicibus, subverticillatis, vel culmo ramoso, axi spicato.

Digitized by Google

Pal. de Beauvois l. c. t. XXII. f. 10. 11. PANICUM *Linn.*, ANDROPOGON *Pers.* *Sprengel* characterem ANATHERI sequentibus posuit: *Flores* polygami. *Gluma* calycina bivalvis mutica uniflora. *Cor.* hermaphr. et masc. univalvis mutica pilosa.

377. CALAMINA. Spiculae plures, singulae folio spathaceo proprio involutae, basi ramorum locustae 4 masculae vel neutrae verticillatae, apice locustae 2, alterâ sessili, alterâ pedicellatâ, spathâ involucriformi, setigerâ inclusae, omnes biflorae. *Valvulae calycinae* flosculis longiores; flosculi inferiores masculini, superior hermaphr., valvulae corollinae hyalinae. *Nectaria* truncata, fimbriata. *Stigmata* aspergilliformia.

P. de Beauvois p. 129. t. XXIII. f. 1. APLUDA *Linn.* THEMEDA? SEHIMA? *Forsk. Juss.*

378. CYMBACHNE. Spiculae geminae simplices, alterâ hermaphr., alterâ foem.; hermaphr. *Cal.* uniflorus, valvula inferior navicularis; *Cor.* valvulae dorso ciliatae, calyce breviores. Foem. *Cal.* o. *Cor.* univalvis, apice bifida.

Retz. P. de Beauvois p. 129. An ROTTBOELLA *Cymbachne Willd.*?

379. ANDROPOGON. Locustae geminae, alterâ uniflorâ, masculâ vel neutrâ pedicellatâ, valvulis corollinis membranaceis, alterâ biflorâ sessili polygamâ. *Flosculus inferior* masculo saepius neuter, superior hermaphroditus, valvulis calycinis subcoriaceis integris aut subtridentatis, corollinis hyalinis, inferiore quandoque minutâ, subnullâ, aut apice bifidodentatâ, inter dentes aristâ plicatâ tortili. *Nectaria* emarginata, dentata, dentibus inaequalibus. *Stigmata* subaspergilliformia (plumosa). Spiculae plures, aut digitatae s. fasciculatae nudae, aut sparsae, alternae, spicam compositam, folio spathaceo inclusam constituentes, aut solitariae, s. geminae, foliolo spathaceo proprio egredientes. Culmus saepe ramosus.

P. de Beauvois l. c. p. 130. t. XXIII. f. 2-4. *

---

* „Genuinum ANDROPOGONIS characterem ita accipio: Flores polygami: masc. calyces uniflori, mutici, pedicellati hermaphrodito adstantes; hermaphrod. cal. biflorus, flosc. exterior univalvis, neuter aristatus, interior hermaphr. bivalvis „(saepius)“ aristatus. Qui hunc characterem e *Schradero*, *R. Brownio* et *Pal. de Beauvois* mutuo acceptum probe servat, nequit diversa commutare genera, ut *Willdenowius* fecit; nequit etiam HOLCUM solâ inflorescentiâ ab ANDROPOGONE discriminare, ut *R. Brown* „(qui ait: Genus ab HOLCO inflorescentiâ solummodo distinguendum, nec desunt species intermediae).“ Namque HOLCUS habet calycem communem 2-3florum, hermaphr. cum masc. flore includentem, masc. etiam aristatum.“ *Sprengel pug.* II. p. 8. Cls. *Kunth* apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 148. HETEROPOGONEM, SORGHUM, ANATHERUM et COLLADOAM uno genere sub ANDROPOGONE junxit, cujus

380. Pollinia. Valvula calycina uniflora, bivalvis, basi pilosa, aristata; masc. et hermaphrod. conformes, illa pedicellata, haec sessilis.

Ab Andropogone ob aristam flosculorum masculorum diversum. *Spreng. pug.* II. p. 10.

381. Cymbopogon. Polygama. Bractea s. involucrum foliaceum monophyllum, flosculos verticillatos aggregatos colligens, hermaphroditos mixtos masculis. *Cal.* utriusque bivalvis muticus basi pilosus. *Cor.* hermaphroditi bivalvis, valvulâ alterâ aristatâ; masculi mutica. *Sprengel pug.* II. p. 14.

Andropogon *Linn.* et Anthistiria *Willd.*

382. Heteropogon. Locustae biflorae, inferiores masculae muticae, superiores femineae aristatae. Masc. *Cal.* valvulae herbaceae, inferiore majore, valvulis corollinis membranaceis, hyalinis. Foem. *Cal.* valvulae cartilagineae; *Cor.* valvula inferior subnulla, apice aristâ longâ plicatâ tortili. *Stigmata* aspergilliformia. *Spica* simplex.

Persoon. P. de Beauvois l. c. t. XXIII. f. 8. Andropogon *Linn.*

383. Sorghum. *Locustae* geminae, alterâ pedicellatâ uniflorâ, masculâ aut neutrâ, valvulis corollae membranaceis; alterâ sessili biflorâ: flosc. inferiore masculo aut neutro, superiore hermaphrod. *Cal.* valvulae coriaceae nitentes, inferior apice subtridentata; *Cor.* valvulae hyalinae, inferior apice bidentata, inter dentes aristâ plicatâ tortili. *Nectaria* emarginata. *Stigmata* aspergilliformia. *Semen* valvulis calycinis coriaceis persistentibus inclusum. Paniculâ saepius conferta, capitata, composita.

Persoon. Pal. de Beauvois l. c. p. 151. Holcus *Linn.* Genus Andropogoni maxime affine. *

---

sequentem exhibuit characterem: „Spiculae geminae, terminales ternae uniflorae (biflorae flore altero neutro, univalvi *Brown*) prior completa, hermaphrodita, reliquae incompletae, masculae aut neutrae. Spicula hermaphrodita, glumae duae coriaceae; valvulae corollinae duae tenuissime membranaceae, superior (valvula inferior flore hermaphroditi *Brown*) aristata. Stigmata penicilliformia. Spiculae masculae aut neutrae: valvulae corollinae muticae. Rhachis spicata aut paniculata.

* S. *bicolor*, *vulgare*, *saccharatum*, *caffrorum* et *halepense* convenire cum Andropogonibus genere *Swartz* et *Schrader N. Journ.* II. B. 2. St. p. 41. licet fasciculo pilorum in Andropogonibus solemni destituti. In H. *sorgho*, *saccharato* et *caffrorum* hermaphr. interdum solitarii (quod et in Andropogonibus quibusdam) nunquam vero in H. *halepensi*. Quo facilius genus Andropogonis intrent species enumeratae, hujus generis characterem sic concinnavit cl. *Swartzius*: „*Flores polygami; flosculus*

384. APLUDA. Locustae geminae biflorae *dissimiles:* alterâ sessili, flosculis polygamis; alterâ pedicellatâ flosculis masculis; glumae calycinae herbaceae paleis longiores, inferior apice subtridentatâ; corollinae membranaceae, inferior subbifida. Spiculae polygamae flosculus inferior masculus, superior hermaphroditus. Gluma calycina inferior apice obtusa unguiculata, superior tridentata, corollinae membranaceae, inferior hermaphroditi subpulla aristâ longissimâ plicatâ tortili. Stigmata aspergilliformia in stylo bipartito.

P. de Beauvois p. 132. t. XXIII. f. 5. (*sphalmate* sub DIECTOMI.) APLUDA et ANDROPOGON *Linn.* Culmus ramosus, panicula subcomposita.

(*Cal.* communis 1-2valvis, subtriflorus. Flosc. hermaphr. sessilis, masc. pedicellatus, cum neutrius rudimento. *Sprengel Mem. de l'Acad. de Petersb.* II. T. 1810. p. 304.

385. ANTHISTIRIA. *Locustae dissimiles;* 4 masculis aut neutris basi ramorum verticillatis; 2 alteris pedicellatis, geminis, masculis, alterâ sessili, biflorâ, flosculo inferiore neutro, superiore hermaphrodito. *Cal.* valvula subnulla, aristâ longissimâ plicatâ, tortili. *Nectaria* truncata subfimbriata. *Stigmata* aspergilliformia. Spiculae plures, singulis foliolo spathaceo proprio obtectis.

P. de Beauvois p. 133. t. XXIII. f. 7. *

---

hermaphrod. sessilis cum masc. solitariis geminatisve pedicellatis adstantibus. *Cal.* ut et *Coroll.* gluma bivalvis. Valvulae corollinae nunc aristatae, nunc muticae. Cls. *Brown* hisce SORGHIS nomen HOLCI retinuit; et sequentibus constituit genus: „Flores polygami monoici paniculati, ramis subverticillatis. Hermaphroditi gluma biflora bivalvis coriacea basi barbata, flosculus exterior univalvis neuter; interior hermaphroditus bivalvis, valvulâ exteriore subaristatâ, interiore minutâ. Squamulae 2 hypogynae (imberbes vel ciliatae) Stigmata plumosa. Masc. hermaphrodito sessili adstantes gemini vel solitarii pedicellati, perianthio mutico, quandoque abortientes neutri. — An distinctum genus ANDROPOGON *muricatus Retz* qui PHALARIS *zizanoides Linn.* ob glumas muricatas quasi uniflloras et abortionem valvulae interioris flosculi hermaphroditi, ob perianthium muticum et squamulas hypogynas intra valvulam exteriorem positas? — In HOLCO, ANTHISTIRIA, ANDROPOGONE, SACCHARO, DIMERIA, IMPERATA, gluma revera biflora, quod, cum probabile redditur ex horum summa affinitate cum ISCHAEMO, et ex situ squamularum hypogynarum, penitus demonstratur ex positione Embryonis. *R. Brown.*

* *Obs.* „Flores fasciculati polygami monoici masculi vel neutri, 4 verticillati sessiles circumdantes unicum hermaphroditum, masculis 2 pedicellatis stipatum. Gluma 1-2valvis membranacea. Perianthium muticum. Hermaphrod. gluma bivalvis, coriacea, 1-2flora. Perianthium inclusum hyalinum bivalve, valvulâ exteriore aristatâ vel aristaeformi. Squamulae 2 hypogynae. Stigmata plumosa. Flosculus neuter exterior univalvis." Genus primum descripsit *Forskål*, nuperius *Desfontaines* characterem reformavit, ejusdem vero descriptio floris hermaphroditi minus accu-

Digitized by Google

386. SPINIFEX. Masc. spinae plures simplices subulatae apice nudae pungentes in capitulum confertae, involucratae, involucro polyphyllo. Locustae biflorae, valvulae flosculis paulo breviores, integrae, ut illae corollae. Hermaphrod. Locustae sessiles, uniflorae, in capitulum involucratum confertae. *Involucrum commune* ut in masc.; partiale diphyllum, foliolis inaequalibus, inferiore minori, glumaeformi, superiore longissimo, rigido, subulato pungente. *Cal.* valvulae involucro et corollâ breviores. *Cor.* superior bifido-dentata. *Nectaria* minima, truncata.

P. de Beauvois p. 137. t. XXV. f. 1. DIOICUM dicit *P. de Beauv.*; POLYGAMUS *dioicus* est. *

387. PSAMMA. *Cal.* valvulae submuticae. *Cor.* valvulae sub apice emarginato-mucronatae, calyce breviores. *Nectaria* 2 lanceolato-subulata. *Germen* turbinatum, subtrigonum. *Stylus* tripartitus, stigmata 3 plumosa. *Semen* formâ germinis. *Corculum* terminale? Spica composita erecta cylindrica.

De Beauvois t. VI. f. 1. ARUNDO *Linn.* CALAMOGROSTIS *Adans.*, *Roth*, *Decand.* AMMOPHILA *Host* IV. t. 41.

388. ARUNDINARIA. *Cal.* 5-7florus; valvulae inaequales, flosculis pedicellatis. *Cor.* valvula inferior acutissima, superior bifido-dentata. *Nectaria* 3 lanceolata, integra, glabra. *Germen* acutum, *Stylus* tripartitus. *Stigmata* 3 plumosa.

Mich. P. de Beauvois t. XXV. f. 7. LUDOLFIA *Willd.* cui: *Cal.* bivalvis, inaequalis, 5-12florus. Hermaphrod. *Cal.* o. *Cor.* bivalvis subaequalis. *Stam.* 3. *Stylus* trifidus. *Sem.* 1. Masc. ut hermaphr. praeter pistillum.

389. TRIGLOSSUM. *Cal.* uniflorus, bivalvis; valvulae inaequales, exterior lanceolata, subulata, interior $\frac{1}{3}$ brevior, oblongo-lanceolata, emarginata, dentibus 2 acutis. *Cor.* trivalvis: valvulae aequales, membranaceae, lanceolatae acutae, ciliatae, germine dimidio breviores. *Stigmata* 3 plumosa.

---

rata est. *R. Brown.* Alium generis characterem dedit *Kunth* apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* cui Spiculae septenae uniflorae (biflorae *Brown*); centralis hermaphrodita sessilis, reliquae masculae aut neutrae, quarum duae pedicellatae, quatuor sessiles. Spicula hermaphrodita. Glumae calycinae duae coriaceae. Paleae duae tenuissime membranaceae, superior aristata. Spiculae masculae aut neutrae. Valvulae muticae. Rhachis spicata."

* *Obsere.* „Flores polygami dioïci spicati. Gluma biflora bivalvis aequalis mascula spicata, rhachi utrinque nudâ. Androgyni solitarii ad basin rhacheos elongatae aristaeformes; flosculus exterior masculus vel neuter univel bivalvis, interior hermaphrodito-foemineus." Masc. sunt spicis numerosis approximatis; Foem. rhaches in capitulum echinatum congestae. *R. Brown.*

Digitized by Google

Affine ARUNDINARIAE, sed differt: floribus hermaphroditis, corollâ trivalvi. *F. Fischer Catal. du jardin des plantes* 1812. c. fig. — Anne valvulae duae glumaceae inaequales distantes ad basin spiculae 8-10florae *Calyx* aut flosculi imperfecti? Anne altera e valvulis Corollae *Nectarium?*

390. CERVIA.* *Cal.* liber, quinquepartitus. *Corolla* infundibuliformis, fauce nudâ: limbo quinquelobo, hypogyna. *Stamina* tria. *Styli* duo. *Capsula* bilocularis. *Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 7.

TRIGYNIA.

a. *Flores inferi.*

391. HOLOSTEUM. *Cal.* pentaphyllus. *Pet.* 5. *Caps.* subcylindrica, unilocularis, apice dehiscens, sexvalvis, polysperma.

Lam. Illustr. t. 51. f. 1. *Gaertn. fruct.* t. 130. Famil. CARYOPHYLLEARUM.

392. POLYCARPON. *Cal.* pentaphyllus, pentagonus. *Pet.* 5, minima ovata. *Caps.* unilocularis, 3-4valvis, valvulis lanceolatis, intortis. *Sem.* plurima.

Lamarck Illustr. t. 51. f. 3. *Gaertn. de fruct.* II. p. 224. t. 129. Familia CARYOPHYLLEARUM olim, nunc PARONYCHICARUM, *Mem. du Mus.* II. p. 390. ubi character generis sequentibus circumscribitur: Calyx basi urceolatus profunde quinquefidus. Petala quinque brevissima, squamiformia, emarginata, persistentia. Ovarium substipitatum. Reliqua ut supra.

393. LECHEA. *Cal.* triphyllus. *Petala* 3, linearia. *Caps.* trilocularis, trivalvis, valvulis totidem interioribus, *Sem.* 1.

Lam. Illustr. t. 52. Confer et *Gaertn. fruct.* p. 223. t. 129. qui in LECHEA *minori* capsulam tantum unilocularem vidit, et loco valvularum 3 tantum receptaculi squamulas lineares brevissimas, angustissimas. Famil. CARYOPHYLLEARUM.

394. ERIOCAULON. *Cal.* communis, capitulum imbricatum. *Petala* 3 aequalia. *Stamina* supra germen.

Lam. Illustr. t. 50. *Gaertn.* t. 83. In europeo *septangulari* character generis sequens: *Monoïcam. Cal. communis* polyphyllus multiflorus, *proprias* 2-3phyllus. *Corollulae* 2-3partitae. Masc. in disco, foem. in radio. *Stigmata* 2-3. *Caps.* 2-3cocca.

---

* Genus novum ex Borragincarum ordine naturali, HYDROLEAE L. affine, a cel. D. *Josepho Rodriguez* detectum, qui CERVIAM dixit in memoriam clar. D. D. *Josephi Cervi*, Archiatri hispani, Academiae medicae aliarumque Scientiarum Hispalensis fundatoris, atque Lusitanices promotoris.

Digitized by Google

Sem. solitaria. *Smith brit.* 1009. MONOECIAE inseruit et *Gaertner*, et *Michaux*, serius quoque *Lamarck*. Numerus staminum admodum varius. Familia JUNCINEARUM. *

395. MONTIA. *Cal.* 2-(3) phyllus. *Cor.* monopetala, irregularis, (quinquepartita). *Caps.* unilocularis, trivalvis, trisperma.

(*Stamina* saepe 5. *Gaertn. fruct.* II. p. 220. t. 129. *Lam. Illustr.* t. 50. Familia PORTULACEARUM.

396. MOLLUGO. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* o. *Caps.* trilocularis, trivalvis. *Lam. Illustr.* t. 52. Famil. CARYOPHYLLEARUM.

397. MINUARTIA. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* o. *Caps.* unilocularis, trivalvis. *Semina* nonnulla.

Cor. in M. *montana* subinde brevissima. *Lam. Illustr.* t. 52. Familia CARYOPHYLLEARUM. Novum generis hujus, quod nunc PARONYCHIEIS inseruit, characterem dedit cls. *Jussieu Mem. du Mus.* II. p. 386 sequentibus: *Cal.* fere quinquepartitus. Petala tria ad quinque ex *Loefl.* et *Linn.*, decem ex *St. Hil.*, minima, glandulaeformia. Stamina perigyna, petalis numero aequalia et alterna; antherae caducae. Capsula minima unilocularis trivalvis polysperma.

398. QUERIA. *Cal.* pentaphyllus s. quinquepartitus. *Cor.* o. *Caps.* unilocularis. *Sem.* 1. *Lam. Illustr.* t. 52.

QUERIAM *canadensem* a genere removit et ANYCHIAM fecit cl. *Michaux* ob calycem ut in PARONYCHIA constructum, capsulam non dehiscentem valvis, et stigmata 2. Confer *Gaertn* II. p. 217. t. 128. f. 10., qui affinitatem cum PARONYCHIA quoque rite observavit. *Jussieu Ann. du Mus.* II. p. 133. Q. *canadensem* AMARANTHACEIS inseruit, *hispanicâ* inter CARYOPHYLLEAS militante. In *Mem. du Mus.* II. p. 387. vero QUERIAM (*hispanicam* nempe) PARONYCHIEIS inseruit, et quidem sectioni SCLERANTHEARUM, ANYCHIAM autem (i. e. QUERIAM *canadensem*) sectioni *Paronychiearum* ejusdem familiae. QUERIAE characterem sequentibus posuit: *Cal.* fere quinquepartitus. *Petala* nulla. *Staminum* filamenta 10 inaequalia, quorum 5 sterilia, petalorum aemula. *Capsula* unilocularis, trivalvis, monosperma; ANYCHIAE vero hisce: *Cal.* fere quinquepartitus coriaceus. *Petala* o. *Stamina* 5, filamentis distinctis setaceis. *Styl.* o. *Caps.* monosperma non dehiscens, calyce cincta. — Flores abortu triandros esse *Gaertn.* l. c. qui stylum trifidum notat.

399. KOENIGIA. *Cal.* triphyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1, ovatum, nudum.

---

* Cum flores masc. et foem. in eodem receptaculo globoso, hic potius reliquimus genus alioquin numero partium maxime anomalum, ne alia quoque genera hucusque inter priores viginti classes habita, quorum eadem est ratio, ad MONOECIAM sint reponenda.

Digitized by Google

Lam. Illustr. t. 51. Variat staminibus 2-3. Familia POLIGONEARUM.

MORAEA s. IXIA *gladiata Linn.* ELATINE *triandra.* TILLAEA *muscosa.* ALSINE. XANTHOXYLA quaedam et TRIPLARIS *americana.*

b. *Flores superi.*

400. DONATIA. *Cal.* triphyllus. *Cor.* polypetala. (8-10). *Caps.* trilocularis, infera, polysperma. *Swartz. Lam. Illustr.* t. 51. Familia CARYOPHYLLEARUM.

401. PROSERPINACA. *Cal.* quinquepartitus superus. *Cor.* 0. *Nux* trilocularis.

Gaertn. fruct. C. II. t. 24. f. 8. *Lam. Illustr.* t. 50. *Ann. du Mus.* T. III. p. 315. t. 30. Familia ONAGRARUM.

402. ELODEA. *Spatha* tubulosa, aperturâ obliquâ. *Cal.* 6partitus laciniis omnibus ovalibus subaequalibus. *Antherae* subrotundo-cordatae. *Ovar.* setiferum: *stigmata* 3. cuneata, bifida. *Peponides* oblonga, oligosperma. *Sem.* cylindracea. *Richard Hydrocharideae Mém. de l'Inst. ann.* 1811. p. 69. p. 4. p. 60. p. 73. p. 75. t. 1.

403. RHYPIS. Hermaphrod. *Cal.* 3-6partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 3. *Stigm.* 3. *Bacca* 3-5-sperma. *Cal.* multipartitus, laciniis lanceolatis, pilosis, patentibus.

Stam. hermaphroditi erecta, *Filamenta* calyce longiora, receptaculo inhaerentia; *antherae* bilobae; *germen* superum; *bacca* compresso-ovata, rugosa, flaccida, unilocularis, trisperma. *Sem.* ovata parva. *Loureiro Fl. cochinch.* II. p. 811. *Willdenow* non recepit.

CHAMAERAPHIS.

Digitized by Google

Classis III.

Ordo I. MONOGYNIA.

(Continuatio.)

***** *Flores glumacei.*

169. SCHOENUS.

Synopsis sectionum.

a. Culmo nudo. n. 1-29.

b. Culmo folioso. n. 30-41.

c. Dubii generis vel Sectionis. n. 42-56.

d. Novae Rob. Brownii species. n. 57-79.

a. *Culmo nudo.*

1.* Sch. *ferrugineus;* culmo tereti, spiculis 2-3, involucri valvulâ exteriore spiculas aequante, setis 4-5 nucem cingentibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 115. t. 1. f. 4. *Vahl Enum.* II. p. 208. *Willd. Spec.* I. p. 261. (excl. syn. *Moris*). *Hall. fil.* in *Roemer Arch.* Tom. I. fasc. 2. p. 8. n. 35. *Gaud. Agrost. helv.* II. p. 14. *Host Gram. austr.* IV. t. 71. Sch. *nigricans Hoppe Taschenb.* 1800. p. 135. 1802. p. 55.

Similis Sch. *nigricanti*, diversus culmo quadripollicari-spithamaeo vel parum ultra perfecte nudo; foliis pollicaribus vel minoribus, vix longitudine vaginarum tenuioribus setaceis, totis laevibus; vaginis minus cartilagineis, laciniis fuscis; spicis duabus; squamâ infimâ in foliolum acuminatâ, spicis parum longius, (nec 1 pollicare et ultra) apice ut plurimum bifidum fuscum; glumis lanceolatis. In *Europae* (*exceptâ Angliâ*) *turfosis, uliginosis.* 4.

2.* Sch. *nigricans;* culmo tereti, spiculis capitato-fasciculatis, involucri diphylli valvulâ exteriori spiculas superante; setis nullis ad nucem aut vix conspicuis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 113. *Linn. Spec.* I. p. 64. *Smith Fl. brit.* I. p. 43. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 348. (?) *Vahl Enum.* II. p. 208. *Willd. Spec.* I. p. 261. *Gaud. Agr.*

Digitized by Google

helv. II. p. 12. *Engl. bot.* t. 1131. *Host Gram. austr.* III. t. 54. Cyperus *nigricans With.* 78. *Hall. Hist.* n. 1347.

Interdum involucrum omnino deest (*Vahl*) aut gluma exterior brevius mucronata. (*Schrad.* l. c.) Radix fibrosa. Foliorum culmorumque caespes densus. Culmi 1/2 - 1 1/2 pedales, basi vaginati; folia longitudine inaequalia, subinde culmo longiora, setacea, acuminata, margine scabriuscula, aut triquetra, aut carinata, semper longiora quam in *ferrugineo*. Vagina interior integra, exteriores fissae, internae membranaceae, nigrescentes aut fusco-ferrugineae. Ligula brevissima. Spiculae 5-10 lanceolatae acutiusculae, compressae, nitidae, fusco-purpureae aut nigro fuscoque variae, in capitulum ovatum, obesum aggregatae, singula floseulis 3-4. Involucri foliolum minus emarginatum cum mucrone brevi, exterius fasciculo plerumque multo longius. Glumae singularum spicularum ovato-lanceolatae. Nux trigona levissima alba. In *Europae paludibus aestate exsiccatis a mediterraneo ad sinum bothnicum et atlanticum, et ad promont. b. spei.* 2.

3. Sch. *pilosus Willd.*; spicis capitatis, involucro diphyllo brevioribus, culmo tereti, foliis vaginisque pilosis. *Vahl Enum.* II. p. 208. *Willd. Spec.* I. p. 260. *Ejusd. phytogr.* I. p. 3. n. 10. t. I. f. 3.

Culmi 1 1/2 pedales, glabri; folia culmo triplo breviora, angusta; vaginae parum fissae, ore pilis longis albidis, interior 3-4 pollicaris; involucrum basi dilatatum, utrinque pilis barbatum. Spicae terminales circiter 12, unguiculares, lanceolatae, acutae, uti squamae mucronatae, fusco-purpurascentes, carinà et mucrone viridi. Stylus viridis. Semen globosum, transversim undulatum. Setae nullae. In *Guinea Isert*; in *Senegal Richard.* 2.

4. Sch. *aphyllus Vahl*; subaphyllus, spicis capitatis involucro diphyllo brevioribus, culmo tereti, vaginis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 209.

Culmi pedales; vaginae 3-5 pollicares, apice desinentes in ligulam lanceolatam unguiculatam. Involucrum erecto-patulum; foliolum unicum saepe quadripollicare, alterum pollicare, caulino simillimum. Spicae 5-6, lanceolatae. In *Insula Franciae. Commerson. Herb. Juss.*

5. Sch. *pusillus Swartz*; spicis subternis, involucro monophyllo spicas aequante, culmo capillari trigono, foliis ciliatis. *Vahl Enum.* II. p. 209. *Swartz prodr.* p. 20. *Fl. Ind. occ.* I. p. 112. *Icones* t. 6. *Willd. Spec.* I. p. 268.

Culmi 1-2 pollicares, ad lentem trigoni; folia altitudine culmi hujusque latitudine; basi carinata. Bractea foliacea sub spica infima. Spicae 3-4, minutissimae, subfasciculatae, sessiles, ovatae, acuminatae, squamae ovatae, muticae. Stylus trifidus. Semen obtuse trigonum, scabrum. In *graminosis saxosis nemorosis montium Jamaicae australis Swartz, et Domingo Thouin.*

Digitized by Google

6 * Sch. *scariosus Vahl;* spicâ cylindricâ acutâ, involucro monophyllo spicam aequante, squamis margine scariosis. *Vahl Enum.* II. p. 210. *Willd. Spec.* I. p. 261. Scirpus *scariosus Thunb. prodr.* p. 16. *Fl. capens.* I. p. 347. Scirpus *trigynus Linn. Mant.* p. 180. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 749. Schoenus *deustus Berg. cap.* p. 10. Scirpus *bulbosus Rottb. gram.* p. 46. t. 16. f. 2.

Facies Scirpi *lacustris* (*Vahl*), *palustris* (*Willd.* et *Pers.* et *Poir.*) Culmi pedales, basi e reliquiis vaginarum copiosis fuscis bulbosi. Folia culmo parum breviora, canaliculata, rigida; vaginae superne albidae; spica pollicaris, utrinque angustata fusca; squamae lanceolatae mucronatae, infima in folium subulatum longitudine saepe spicae desinens. Stylus trifidus. Semen oblongum. Setae 0. In *promont. b. spei. Hoenig.* 4.

7. Sch. *spadiceus Vahl;* spicâ ovato-oblongâ obtusissimâ, involucro monophyllo spicâ breviore, squamis margine nudis. *Vahl Enum.* II. p. 210. Sch. culmis cespitosis quinquangulatis nudis; foliis radicalibus setaceis angulatis rigidis glabris, basi membranaceis et ciliatis; spiculâ solitariâ obovatâ nudâ, semine obovato triquetro undulato lineolato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 183. t. 69. f. 1. Eriocaulon *spadiceum Lam. Ill.* I. p. 214.

Culmi setacei; spica vix unguicularis, crassitie pennae anserinae, spadicea, basi bracteâ subulatâ. Squamae infimae subrotundae. Semen subrotundum, nigrum. *Vahl.* Vix eandem te ante oculos habere crederes plantam, cum descriptionem legis datam l. c. apud *Humb.* et *Bonpl.:* „Culmi 1½ poll., striati, glabri, apice incrassati. Folia radicalia numerosa, apice sphacelata, truncata, an aetate? Spicula terminalis multiflora. Glumae numerosissimae undique imbricatae, ovato-lanceolatae, acuminato-subulatae, planiusculae, glabrae, virentes, margine membranaceo diaphanae, ciliatae inferiores paullo majores rigidae rubro punctatae vacuae involucrum referentes. Antherae lineares. Ovarium obovatum glabrum. Stylus trifidus basi bulbosus. Stigmata pilosiuscula. Semen obovatum trigonum glabrum basi nudum, apice tuberculo minimo. An hujus generis?“ In *Domingo Lam.* et *Vahl. In crepidinibus montis Sillae de Caracas, prope El Pexual Humb.* et *Bonpl.*

8. Sch. *lateralis Vahl;* spicis capitatis, involucro diphyllo, foliolo altero capitulo longiore, culmo foliisque filiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 211.

Culmi copiosi, 2-3pollicares, filiformes, pallidi. Folia longitudine et crassitie culmi, plana, rigida. Spicae 3-5, unguem infra apicem culmi distantes sessiles, fusco-nigricantes, ovatae, uti squamae obtusae. An folia potius culmi steriles? In *promont. b. spei arenosis.* 4.

9. Sch. *filiformis Lam.;* spicis capitatis subternis, involucro (sub) diphyllo foliolo altero capitulo longiore, culmo

Digitized by Google

foliisque capillaribus. *Vahl Enum.* II. p. 211. *Willd. Spec.* I. p. 260. (excl. syn. *Lam.* ut et in *Pers. Syn.* I. p. 58.) *Lam. Illustr.* I. p. 135. *Thunb. prodr.* p. 16. *Fl. capens.* I. p. 345.

Culmi spithamaei, e congerie vaginarum bulbosi; vaginae fuscae; involucri foliolum alterum unguiculare, alterum longitudine capituli. Spicae 3-4, parvae, obtusae, fuscae; squamae oblongae. In *promont. b. spei. Herb. Thouïn.* 4.

10. SCH. *juncoides Vahl;* spicis capitatis subternis, involucro triphyllo spicis longiore basi dilatato scarioso, foliis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 211.

Culmi spithamaei teretes filiformes; folia culmo triplo breviora, canaliculata; vaginae latae membranaceae, in folium acuminatae. Spicae 3-4 oblongae. Squamae ovatae, fuscae, striatae, carinâ virides, infimae acuminatae, reliquae mucronatae. Differt a SCH. *filiformi* culmo foliisque rigidioribus latioribus foliis brevioribus, spicis majoribus. In *Montevideo Commerson.*

11. SCH. *indicus Lam.;* capitulo ovato involucro subdiphyllo breviore, culmo filiformi, foliis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 212. *Lam. Illustr.* I. p. 135. *Enc. meth.* I. p. 740. SCH. *capitellum Thunb. prodr.* p. 16. *Fl. capens.* I. p. 346. *Willd. Spec.* I. p. 260. *Pers. Syn.* I. p. 58.

Culmi pedales, teretes; folia culmo breviora. Involucrum 2-3-phyllum setaceum; foliolum unicum interdum sub bipollicare, interdum vix unguiculare. Capitulum magnitudine pisi. Spicae 5-6, squamae ovatae latae fuscae carinâ viridi. Stylus trifidus. Semen obovatum, apice muticum, nigrum. Setae plures. In *India orientali et promont. b. spei. Ex herb. Lamarck.*

12. SCH. *striatus Thunb.;* capitulo ovato involucro triphyllo breviore, culmo foliisque filiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 212. *Thunb. prodr.* p. 16. *Fl. capens.* I. p. 346. *Willd. Spec.* I. p. 260.

Rad. stolonifera. Culmi 2-3, semipedales, bulbosi. Folia culmo breviora; vaginae latae, membranaceae, fusco-ferrugineae. Involucrum foliolis basi dilatatis, filiformibus, et 2-3 alia inter spicas, omnia fusca, carinâ viridi. Capitulum piso parum majus, ovato-subglobosum; spicae oblongae squamis ovatis acuminatis fusco nigricantibus, dorso viridibus. Antherae flavae. Stylus profunde trifidus. Semen oblongum. Setae longae, articulatae. In *promont. b. spei.* 4.

13. SCH. *Bobartiae Retz;* capitulo involucro pentaphyllo breviore, culmo compresso, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 213. *Willd. Spec.* I. p. 264. *Retz Obs.* IV. p. 9.

Digitized by Google

Radices bulbosae e tunicis fuscis inflatae. Folia saepe altitudine culmi. Involucrum foliolis decrescentibus longiore 9 pollicare, brevissimo 1 ½ pollicari. Capitulum spiratum, breve. Spicae plures, squamae scariosae, ovatae subquinque. *Retzius.* In *Zeylona.* 4.

14. SCH. *ruber Lour.*; capitulo subrotundo, involucro monophyllo lanuginoso, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 213. *Lour. Fl. cochin.* I. p. 41.

Culmus bipedalis, erectus; folia graminea; capitulum rubrum compactum. Involucrum breve. In *Cochinchina.*

15. * SCH. *mucronatus*; culmo tereti, spiculis in capitulum subglobosum fasciculatis, involucro 3-6phyllo longissimo reflexo, setis nullis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 112. *Vahl Enum.* II. p. 213. *Willd. Spec.* I. p. 239. (uterque excl. syn. *Barrel. Ic.* 203. f. 1.) *Host Gram. austr.* IV. t. 78. *Sibthorp Fl. gr.* t. 43. SCH. *maritimus Lam. Fl. fr.* 3. p. 543. CYPERUS *capitatus Vandelli fasc.* p. 5. SCIRPUS *kalli Forsk. descr.* p. 15. CYPERUS *aegyptiacus Gloxin Obs. bot.* p. 20. t. 3.

Radix bulbosa, crassitie digiti medii, maxime repens stolonibus pedalibus, squamis lanceolatis ferrugineis. Culmi erecti, ½-1 pedales, rigidi, crassitie pennae columbinae, basi membranis plurimis aridis fuscis, uti folia pallide virentes. Folia culmo longiora et breviora rigida linearia angustissima mucronata canaliculata striata glabra, margine scabra, erecta aut decumbentia, exteriore parte saepe versus medium decidua remanente annulo fusco. Capitulum magnitudine cerasi e spiculis 10-16 sessilibus ovato-oblongis compressis 3-4floris. Involucri folia inaequalia, interdum culmo longiora, margine membranacea. Glumae subdistichae lanceolatae compressae nitidae mucronatae, basi purpureae aut fuscescentes, margine dilutiores. Stigmata 3. Nux obovato-trigona, apice mucronulata, fusca. In *maritimis arenosis mediterranei Europae, Africae, Asiae.* 4.

16. SCH. *coarctatus Seenus*; culmo tereti nudo, paniculâ coarctatâ elongatâ, involucri diphylli folio majori paniculam superante valido pungente. *Seenus Reise nach Istr. u. Dalmat.* p. 74.

Culmus 2-3pedalis glaber, basi tantum vaginatus, foliosus. Folia culmum subaequantia subulata vaginis rufis. Involucrum valde inaequale. Pedunculi semiteretes inaequales nudi terminati fasciculo in pedunculis minoribus simplici, in longioribus plus minus composito. Bractea oblonga subtus vaginans acuminata ad basin singuli pedunculi et pedicelli. Spiculae sessiles et pedicellatae albido-virides; valvulae magnae carinatae acuminatae: corollinae inferiores steriles. Semina basi nuda lanceolata triquetra hinc convexa inde plana. *Circa urbes Cherso et Osero in paludosis.*

Digitized by Google

17. SCH. *tristachyos Thunb.*; culmo tereti articulato laevi, capitulis tribus terminalibus. *Thunb. prodr.* p. 16. *Fl. capens.* I. p. 350. *Vahl Enum.* II. p. 214. *Willd. Spec.* I. p. 262.

Culmus filiformis, simplex, erectus, pedalis. Capitula ovata, glabra, laevia, magnitudine pisi. Ad *promont. b. spei.* 4.

18. * SCH *compressus*; spicâ distichâ, spiculis multifloris, involucro monophyllo, culmo teretiusculo. *Linn. Sp. pl.* p. 65. *Vahl Enum.* II. p. 214. *Smith Fl. brit.* p. 44. *Engl. bot.* t. 791. *Hall. Hist.* n. 1342. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 7. *Pollich pal.* t. I. f. 3. *Leers. Herborn.* n. 32. t. 1. f. 1. CAREX *uliginosa. Linn. Fl. suec.* p. 325?? SCIRPUS *caricis Retz prodr.* n. 64. *Roth germ.* II, 1. p. 46. *Willd. Spec.* I. p. 292. *Host Gram. austr.* III. t. 57. SCIRPUS *compressus Pers. Syn.* I. p. 66. n. 23. SCIRPUS *caricinus Schrad. Fl. germ.* I. p. 132.

Rad. stolonifera; culmi palmares, pedales, superne parum complanati, basi vaginis (brevibus) foliorum fuscis. Folia culmo vel longiora vel breviora, linearia, carinata, margine scabriuscula (plana, canaliculata, margine laeviuscula, 1½ lin. lata *Gaud.*) Spica ovato-oblonga, interdum pollicaris; spiculae 5-16, oblongae, fuscae, nitentes, (5-9florae) squamis ovatis acutis. Stylus bifidus. Semen oblongum trigonum. Setae plures, semine longiores, ope lentis retrorsum pilosae. Folium sub spica plerumque eâ longius interdum et brevius. Variat spicis angustioribus et latioribus. *Vahl.* In *totius Europae paludosis turfosis, et in Tauria.* 4.

---

* Retinuimus auctoritate *Smithii, Vahlii* et *Gaudini* genus SCHOENI. Jam vero quae sit auctorum in plantis hisce aquaticis describendis inter se discrepantia vel hoc unico exemplo liceat demonstrare. Et quidem primum *definitiones* auctorum comparabimus. *Culmus Linnaeo* in SCH *compresso* subtriqueter, in CARICE vero *uliginosa* (eâdem plantâ) teres! Teretiusculus est *Smithio, Vahlio, Schradero*, trigonus *Retzio* et *Hostio*, subtriqueter *Gmelino* et *Willdenowio;* spica involucro brevior *Smithio* et *Schradero, Wahlenbergio* (*carpath.*) longior; folia plana *Smithio* et *Hallero* (qui inde SCIRPUM *planifolium* dixit) canaliculato-carinata *Schradero*, et plana canaliculata *Gaudinio*, canaliculata apice triquetra *Hostio; Hostio* cum *Schradero* radix repens, *Smithio* fibrosa. — In *descriptione*, praeter jamjam allata, haud minor est dissensio. *Culmi Smithio* glabri striati, folio solitario ad basin vaginante; *Schradero* laeves; *Hostio* glabri et laeves et foliosi, *Gmelino* inferne foliosi, *Smithio* et *Schradero* folia culmo breviora. Folia hisce omnibus scabriuscula: *Gaudinio* vix. Spiculae 5-12 *Smithio*, 9-12 *Schradero*, 9-13 *Gmelino*, quae 5-6florae *Hostio*, 6-8florae *Schradero*, 7-9florae *Gmelino*. Involucrum s. bractea solitaria foliacea triquetra scabra *Smithio* et *Schradero, Gaudinio* brac-

Digitized by Google

19. Sch. *rufus Huds.*; culmo tereti, foliis canaliculatis, spicâ compositâ distichâ bracteâ longiori. *Fries novit. Flor. suec.* sub Scirpo II. p. 25. *Huds.* p. 15. *With.* p. 80. *Smith Fl. brit.* p. 45. *Engl. Bot.* t. 1010. Sch. *brunneus Soland. Ms.* in *herb. Lightf.* Sch. *ferrugineus Huds.* p. 15. (nec *Linn.*) *With. ed.* 2. 42. *Lightf.* p. 86. (excl. syn. *Moris.*) Sch. *compressi* variet. *Lightf.* 1138. t. 24. f. 2. rudis. Scirpus *rufus Wahlenb. lapp.* p. 15. β. *balticus*; minor, spiculis brevioribus, bracteis albo marginatis. Scirp. *rufus Schrad. Fl. germ.* I. p. 133. t. 1. f. 3. (excl. syn.) *Wallroth Ann. bot.* p. 8.

Radix repens horizontalis. Culmus 4-6pollicaris, rarius elatior, striatus, glaber, basi foliis 2 abbreviatis. Folia semiteretia laevia, superne canaliculata, dorso ecarinata, basi dilatatâ membranaceâ vaginantia; radicalia culmum aequantia, caulinis duplo longiora. Spica terminalis nitide fusca e spiculis 5-6 distichis approximatis (rhachi subtriangulari *Valden.*) Bractea solitaria foliacea obtusa canaliculata laevis spicam vix aequans, plerumque multo brevior, quandoque nulla. Spiculae plerumque biflorae glumis tumidiusculis laevibus nec striatis. Antherae lineares extantes. Stigmata revoluta [semen basi setosum *Valden*, qui stigmata 2, *Hudson* 3 vidit, 1 *Smith*] Scirpum *rufum Schrad.* esse varietatem satis distinctam plurimis notis patet. *Schrader* l. c. de suo haec habet: „differre a simillimo Schoeno *compresso* culmis a basi ad apicem teretibus glabris, foliis exacte canaliculatis glabris, nec, ut in compresso, superiori parte carinatis atque scabris; bracteâ canaliculata obtusa glabrâ spicâ minore, saepius nulla, vel brevissimâ; spiculis ex rubro fuscis paucioribus 5-6, magis approximatis, 3 4, rarius 5floris; glumis quoque latioribus obtusioribus; exterioribus margine parum dilutioribus.“ [Setae nullae! *Wallroth.*] Specimina hujus

---

tea ovata basi, apice et margine scariosa, desinens in folium viride, quod *Gmelin* setaceum dicit. *Schradero* glumae lanceolatae, *Hostio* oblongae, *Gmelino* ovato-lanceolatae. Stigmata 2 *Schradero*, Stigma bifidum *Hostio* cum *Gmelino*. Nux subtrigona *Schradero*, triquetra *Gmelino*, ovata compressa *Gaudinio*, dorso convexa, facie plana *Hostio*. Setae 6 *Schradero*, *Gmelino*, *Gaudinio*, 4 *Hostio*. — Tantorum in re botanica virorum circa plantam adeo tritam et vulgarem dissensus id facile artis peritis comprobabit, in nullis magis, quam in aquaticis et palustribus plantis, ludere quasi naturam formis innumeris vel in eâdem specie. Quicumque enim non in herbariis, sed in ipsa naturae officina, plantis aquaticis diligenter studuit, aquam hic vel in vulgatissimis haerere, ut ajunt, ingenue nobiscum fatebitur, et non tantum ad *Cyperacearum* chorum (quas inter *Carices* facile intricatissimae) sed ad *Potamogetones* quoque, ad *Salices*, *Charas* aliasque aquaticas provocabit, quarum, me hercle, historiam nec secula decem enucleabunt penitus. Physiologia putarum, nullibi fors majoris, quam in aquaticis plantis, momenti, dubia circa earumdem *species* facilius explicat quam solvit.

Digitized by Google

Scirpi e littoribus maris balthici priori, ob solum sterilius, omnium partium habitu minora et tenuiora; anglica vero in uliginosis lecta specimina, *compresso* magnitudine vix cedunt.

α. *In littoribus Scotiae Smith; ad littora rov Cattegat Agardh; in Lapponia Wahlenb.; in Helvetia? Vahl* [*Gaudin* silet, nec nobis unquam comperuit.] β. *Ad littora maris balthici, prope Swinemünde Flügge et in littore balthici suecici Agardh. Ad stagnum Hölmense Wallroth.* 4.

20. SCH. *aristatus Thunb.*; aphyllus, spicis aggregatis squamis cuspidatis, involucro monophyllo, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 215. *Willd. Spec.* I. p. 262. *Thunb prodr.* p. 16. *Fl. cap.* I. p. 350.

Culmus tenuissime striatus, bipedalis et ultra. Spicae plures terminales, involucratae. Involucrum exterius erectum, spicis duplo longius, basi lanceolatum; interius longitudine spicarum. Glumae circiter sex, exteriores ovatae, concavae, cuspidatae; interiores lanceolatae; omnes integrae, glabrae, ferrugineae. *Ad promont. b. spei.* 4.

21. SCH. *secundus Vahl*; spicâ secundâ, spiculis ovato-subglobosis approximatis subinvolucratis, culmo tereti filiformi, foliis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 215. SCH. *bulbosus Lam. Illustr.* I. p. 136. β. (teste *Vahl* ex herbario *Lam.*). *Thunb. prodr.* p. 16. (teste *Vahl*). *Willd. Spec.* I. p. 264. (excl. syn. cap.)

Culmi pedales et minores bulbosi, foliis longiores; vaginae membranaceae purpurascentes. Involucrum foliolum ad basin spicae 1 vel alterius. Spicae 3-20, semine Coriandri parum majores, nitidae; squamae ovatae, basi flavescentes, superne fuscae, mucrone flavo, margine albido-membranaceae. Stylus tripartitus. Semen obovatum. Setae nullae. In *promont. b. spei. Lam.* 4.

22. SCH. *spicatus Thunb.*; capitulis spicatis involucratis, culmo tereti capillari. *Thunb. prodr.* I. p. 16. *Fl. cap.* I. p. 355. *Vahl Enum.* II. p. 216. *Willd. Spec.* I. p. 264.

Culmus laxus, erectus, glaber, sesquipedalis et ultra. Folia radicalia plura, capillaria, glabra, culmo breviora. Spica e capitulis constans, subcylindrica, secunda, digitalis, nutans. Involucrum solitarium, filiforme, infimum palmare, reliqua sensim breviora, circiter quatuor. Glumae ovatae, integrae vel sublacerae, brunneae, margine membranaceae. *Ad promont. b. spei.* 4.

23. * SCH. *bulbosus*; spicis glomeratis, glomerulis alternis, bracteis solitariis, culmo foliisque setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 216. *Willd. Spec.* I. p. 264. (excl. syn. *Thunb.*) SCIRPUS *capensis Rottboell Gram.* t. 16. f. 3.

Digitized by Google

Rad. bulbosa. Culmi spithamaei, foliis parum longiores, vaginâ membranaceâ. Involucrum folium setaceum ad singulum glomerulum, eôque longius. Spicae ovatae; glomeruli alterni circiter 4; squamae ovatae concavae, purpureo striatae. Stylus trifidus. Setae nullae. In *promont. b. spei. Koenig.* 4.

24. * Sch. *compar;* aphyllus, spicis alternis subgeminatis sessilibus pedicellatisque, involucro solitario, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 216. *Willd. Spec.* I. p. 263. *Thunb. prodr.* p. 16. *Fl. capens.* I. p. 351. *Rottboell Gram.* p. 65. tab. XVIII. f. 4.

Culmi bipedales; involucrum monophyllum sub singulo glomerulo, nitidum, fuscum, rigidum, serrulatum; spicae 2-3, oblongo-lanceolatae, unica, sessilis, reliquae breviter pedicellatae, lanceolatae, oblongae, magnitudine fere grani tritici, 2-3florae; squamae apice fuscae. Antherae ferrugineae, cuspide flava. Stylus trifidus. Stamina 3 in flosculo terminali, 4 in reliquis sterilibus? numeravit *Rottboell.* In *promont. b. spei.* 4.

25. Sch. *cuspidatus Thunb.;* spicis paniculatis involucro solitario brevioribus, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 217. *Willd. Spec.* I. p. 263. *Thunb. prodr.* I. p. 16. *Fl. capens.* I. p. 350. Scirpus *cuspidatus Rottboell Gram.* I. p. 66. tab. XVIII. f. 3.

Culmi sesquipedales, viridi-flavescentes; folia filiformia, culmo breviora, rigida, vaginis fusco-purpurascentibus; involucrum bractea fusca, annularis, in folium setaceum altero latere productum, longius spicâ. Spicae inferiores 4, 2 pedunculatae, 2 subsessiles, 5 in uno pedicello, 3 in altero, subulatae, tenuissimae. In *promont. b. spei.* 4. *Koenig. Thunb.*

26. Sch. *punctorius Vahl;* aphyllus, paniculis lateralibus, culmo tereti apice subulato rigido pungente. *Vahl Enum.* II. p. 217.

Culmus pennâ columbinâ fere crassior, desinens in involucrum paniculâ longius, rigidum, pungens, fusco flavescens; simile sub pedunculis partialibus. Panicula contracta. Pedunculi 3-4, altero latere plani, pedicelli brevissimi monostachyi. Spicae subsemipollicares, lanceolato-oblongae, fuscae. Squamae lanceolatae, mucronatae; flosculus unicus inter squamas terminales. Stylus tenuissimus quinquefidus. Setae paucae. In *promont. b. spei.*

27. Sch. *inanis Thunb.;* aphyllus, paniculâ terminali squamis spicisque oblongis acutis, culmo tereti. *Thunb. prodr.* I. p. 16. *Fl. cap.* I. p. 357. (qui citat: *Soc. phytogr. Gorenkens.* V. 1.) *Vahl Enum.* II. p. 218. *Willd. Spec.* I. p. 265.

Culmus crassitie pennae anserinae, superne punctis fuscis. Involucrum bracteae spathaeformes, fusco-flavescentes; 2 inferiores approximatae, superiores remotiores, infima brevis, ovato-

Digitized by Google

oblonga, mucrone subulato. Pedunculi 2-4 e singula bractea, laxi, inaequales, longior ex inferioribus 3-4pollicaris; pedicelli breves 1-2stachyi. Spicae pallide fuscae, parvae. Squamae fere omnes fertiles, mucronatae. Stylus trifidus. Setae nullae. In *promont. b. spei.* 4.

28. SCH. *aggregatus;* culmo tereti striato aphyllo, spiculis terminali-aggregatis. *Thunb.* in *Hoffmann phytogr. Bl.* I. p. 5. *Fl. capens.* I. p. 349.

Folia radicalia filiformia glabra erecta, culmo filiformi, bipedali et ultra, duplo breviora; spiculae sessiles brunneae, semiunguiculares; involucrum subdiphyllum, vix capitulo longius. *Promont. b. spei.* 4?

29. SCH. *lanatus Labillard.;* culmo tereti subnudo, palearum marginibus lanatis. *Labillard. nov. Holland.* p. 19. t. 20. CHAETOSPORA *lanata* culmo tereti laevi, basi foliato, vaginis ore barbatis, squamis margine lanatis. *Brown Prodr.* I. p. 232.

Culmus pedalis, laevis, basi foliosus; folia capillaria, semicylindrica, subcanaliculata, culmo breviora; fasciculus subturbinatus 3-6-stachyus; involucrum 1-2phyllum, alterum elongatum; spiculae subsessiles, 1-3, terminales, oblongae, subcompressae, squamis 6-10 lanceolatis, 2-3 superioribus fertilibus; semen ovatum subtriangulare; setae hypogynae plumosae, 6, plumosae, nuce longiores, squamis breviores. In *terra van Leuwin.*

b. *Culmo folioso.*

30. SCH. *laevis Thunb.;* capitulis lateralibus, spicis ovatis, squamis mucronatis, culmo trigono. *Vahl Enum.* II. p. 218. *Willd. Spec.* I. p. 267. *Thunb. prodr.* p. 17. *Fl. capens.* I. p 360.

Culmus bipedalis et ultra. Folia convoluta, laevia, glabra, culmum aequantia. Capitula 4 s. 5, glomerata, pedunculata, ovata, vix foliosa. Glumae extimae majores et longius cuspidatae; reliquae ovatae, subemarginatae, mucronatae, integrae. *Promont. b. spei.* 4.

31. SCH. *capillaceus Thunb.;* spicis subracemosis, squamis mucronatis, culmo tereti, foliis capillaceis. *Vahl Enum.* II. p. 218. *Willd. Spec.* I. p. 263. *Thunb. prodr.* p. 16. *Fl. capens.* I. p. 353.

Culmi plures, articulati, foliosi, bipedales. Folia radicalia plurima, semiteretia, glabra, culmum subaequantia. Vaginae nigrae. Spicae erectae, fusco-ferrugineae, glabrae, involucratae. Involucrum setaceo-acuminatum, spicis vix longius. Glumae imbricatae, lanceolatae, acuminatae, integrae. *Ad promont. b. spei.* 4.

32. SCH. *fasciatus Rottb.;* pedunculis axillaribus terminalibusque, spicis subsolitariis, squamis aristatis, culmo fili-

Digitized by Google

formi tereti, foliis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 219. *Rottboell Gram.* p. 67. t. 16. f. 5.

Culmi pedales, geniculis remotis, basi vaginis fuscis altero latere cancellatis. Folia longa, margine scabra, vaginae vix pollicares, fusco-nigricantes. Pedunculi axillares, saepe terni, folio breviores, margine scabri, subtristachyi. Spicae remotae, pedicellatae subulatae tenues. Bractea linearis ad basin singuli pedicelli aristata; squamae lineares. An Sch. *capillaceus Thunb.*? In *promont. b. spei.* 2.

33. Sch. *setaceus Berg;* pedunculis axillaribus terminalibusque subtrifloris, culmo trigono foliisque setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 219. *Willd. Spec.* I. p. 268. *Berg. act. helv.* VII. p. 130. t. 9. *Rottboell Gram.* p. 62. t. 21. f. 2. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. p. 107.

Culmi pedales, vel minores, 1-2 nodosi. Folia 2-3, culmo breviora remotissima. Pedunculus ex axilla superiore solitarius, terminales plerumque gemini cum folio setaceo. Spicae 2-6, subulatae pallide fuscae, squamis infimis ovatis, mucronatis. Stam. 2. Styl. bifidus. Sem. subrotunda, rugosa, bidentata. In *Surinamo, Caribaeis, Carolina.*

34. Sch. *hispidulus Lam.;* pedunculis axillaribus terminalibus tristachyis, spicis subglobosis pedicellatis, foliis filiformibus hispidulis. *Vahl Enum.* II. p. 220.

Culmi palmares spithamaei, angulati. Folia distantia 2-4 in culmo, superiora culmo longiora. Pedunculi axillares solitarii, ut terminales interdum, qui gemini plerumque, pollicares vel minores, monostachyi laxi. Spicae magnitudine seminis Coriandri, squamis subrotundis fuscis. Flosculi 3. Stylus bifidus, purpureus. Semen globosum undulato-rugosum. In *Carolina? Herb. Lam.*

35. Sch. *microstachys Vahl;* pedunculis spicisque subgeminatis sessilibus oblongis, culmo foliisque filiformibus glabris. *Vahl Enum.* II. p. 220.

Culmi semipedales, teretes; folia altitudine culmi, canaliculata, rigida, extrorsum serrulata; vaginae pollicares. Pedunculi et spicae 2-5, unus reliquis longior, saepe 2-3pollicaris. Spicae 2-3 oblongae, acutae, parvae, fuscae; squama infima in mucronem longitudine spicae desinens, reliquae ovatae, acutae. In *promont. b. spei.* 2.

36. Sch. *arundinaceus Vahl;* paniculis diffusis axillaribus terminalibusque, spicis subsolitariis, foliis longissimis. *Vahl Enum.* II. p. 220. Sch. *radiatus Forst. prodr.* n. 491.

Culmi superne laeves. Folia margine aculeato-scabra. Panicula pedalis; pedunculi partiales gemini, filiformes, compressi, pedicellis margine scabris, vaginae pollicares, aristatae, ferrugineae. Spicae solitariae vel geminae in apice pedicellorum

Digitized by Google

parvae oblongae teretiusculae, acutae, arcte subdistiche imbricatae, fuscae; squamae ovatae, acutae. In *nova Caledonia*. 4.

37. SCH. *laneeus Thunb.*; spicis paniculatis, squamisque lanceolatis, culmo trigono. *Vahl Enum.* II. p. 222. *Willd. Spec.* I. p. 267. *Thunb. prodr.* I. p. 17. *Fl. capens.* I. p. 360.

Culmus tenuissime striatus, glaber, bipedalis. Folia linearia, convoluta, glabra, breviora. Paniculae alternae, laterales, vix foliosae. Spiculae lanceolatae, acutae, concavae, integrae, flavescenti-brunneae. *Ad promont. b. spei.*

38. * SCH. *ustulatus*; spicis racemosis lanceolato-oblongis, squamis aristatis, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 222. *Willd. Spec.* I. p. 263. *Rottboell Gram.* p. 63. t. XVIII. f. 1. *Thunb. prodr.* p. 16. *Fl. capens.* I. p. 353.

Culmus bipedalis; folia pauca, remotissima, superius culmo longius, filiforme; vaginae bipollicares, fusco-nigricantes, altero latere cancellatae. Pedunculi solitarii, vel gemini, supremi approximati, margine scabri. Spicae plerumque geminae, altera pedunculata, biflorae, fere bipollicares, fusco-ferrugineae, squamae lanceolatae, in aristam desinentes. Flosculus terminalis fertilis, inferior sterilis. Antherae cuspidatae. Stylus trifidus. Semen oblongum, trigonum. *Vahl.* In *promont. b. spei* 4.

39. SCH. *dactyloïdes Vahl*; capitulis paniculatis, spicis lanceolatis, squamisque acutis, infimis ciliatis, culmo superne trigono. *Vahl Enum.* II. p. 225. SCH. *glomeratus Thunb. prodr.* p. 17. *Fl. capens.* I. p. 358.

Facies DACTYLIDIS *glomeratae*. Vaginae superne alternae longitudine capituli, in folium ciliatum desinentes, infimo sesquipollicari; pedunculi gemini. Capitula semipollicaria, ovato-oblonga. Spicae confertissimae, squamâ infimâ longitudine spicae ciliatâ, viridi-flavescente ut reliquae. Stylus trifidus. Sem. oblongum trifidum. Setae nonnullae. In *promont. b. spei.*

40. SCH. *flexuosus Thunb.*; paniculis erectis, spicis congestis oblongo-subcylindricis squamis ovato-lanceolatis mucronatis, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p 225. *Thunb. prodr.* I. p. 16. *Fl. capens.* I. p. 352. Huc SCH. *involucratum* ut β. retulere *Willd. Spec.* I. p. 263 et *Pers.*, qui est LEPIDOTOSPERMUM.

Culmus pedalis et ultra, rigidus; folia 2-3pollicaria, linearia, attenuata, rigida, apice nigra. Vaginae pollicares, nitentes. Pedunculi e vaginis superioribus, partiales brevissimi, pedicelli tristachyi. Spicae grano tritici minores, uniflorae, squamis aristatis, infimâ longitudine spicae. Stylus trifidus. Stig-

Digitized by Google

mata pubescentia. Germen obtusum. Setae nullae. In *summitate mont. Tafelberg promont. b. spei.* 2.

41. * SCH. *angustifolius Vahl;* paniculis elongatis, spicis congestis teretibus subulatis, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 225. SCH. *spathaceus Linn. Spec.* p. 63. CYPERUS *spathaceus Linn. Syst. Veg.* p. 100. *Willd. Spec.* I. p. 289. CYPERUS *ferrugineus Linn. Spec. pl.* ed. I. p. 44. SCIRPUS *spathaceus Mich. Fl. bor. am.* I. p. 32. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 773. PLEURANTHUS *floribundus Rich. in Ms.* DULICHIUM* *spathaceum Pers. Syn.* I. p. 65. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 53. *Moris. Hist.* III. p. 183. S. 8. t. 3. f. 7. *Plukn. alm.* p. 179. t. 301. f. 1.

Culmi altitudine Sacchari, stricti, vaginis foliorum toti tecti. Folia frequentia, bipollicaria, linearia; vaginae ½ pollicares, ore fusco marginatae. Pedunculi solitarii filiformes e vagina foliorum, eâque parum longiores. Spiculae circiter 6, sessiles, semipollicares, teretiusculae, flosculi 6; valvulae lineâri-lanceolatae, margine ferrugineae, infima sterili. Germen cinctum setis 16 ferrugineis. Semen lineare compressiusculum. In *Virginia.*

c. *Dubii generis, vel sectionis.*

42. SCH. *barbatus Vahl;* culmo triquetro nudo, involucris subpentaphyllis reflexis foliisque pilosis, capitulo terminali globoso. *Vahl Ecl. am.* II. p. 4.

Et hunc cl. *Vahl* omisit in *Enum*, nec quisquam adduxit: „Folia radicalia numerosa, culmo triplo breviora angusta carinata e *pilis* copiosissimis saepe cinerea, interdum glabriora. Vaginae margine membranaceae. Culmi plures palmares — pedales, tenues erecti, saepe valde pilosi. Spiculae numerosae pallide ferrugineae lanceolatae sessiles in capitulo piso duplo majore, juniores hirsutae, adultae glabrae. Involucri folíola subulata reflexa inaequalia margine valde pilosa, unicum pollicare, reliqua breviora. Squamae lanceolata. In *India occidentali.* Von *Rohr.* An hujus generis?

---

* SCHOENUM *angustifolium Vahlii Richard* nomine PLEURANTHI *Persoon* nomine DULICHII ad novum genus a SCHOENIS distinctum removit charactere sequente: „*Spicae* subracemosae ex axillis foliorum; *Spiculae* lineari-lanceolatae subcompressae, squamae subdistichae amplexanti-appressae. *Stylus* longissimus bifidus *Setulae* retrorsum asperae ad germen." SCHOENUM *angustifolium* distinguit: „culmo triquetro folioso, spiculis patulis subsexfloris" a

„DULICHIO *canadensi*, racemis simplicibus pedunculatis, spiculis paucis erectis subdecemfloris" quod ex *Richard* et *Michaux Pers. Syn.* I. p. 66. (*Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 54.) *in Canada. Vahl* non habet.

Digitized by Google

43. SCH. *Burmanni Vahl*; culmo tereti, foliis setaceis vaginantibus, florum paniculâ strictâ. *Vahl Enum.* II. p. 227. SCH. *spicatus Burm. prodr.* p. 3.

In *promont. b. spei.*

44. SCH. *cymosus Willd.*; * culmo triquetro folioso, umbella terminali composita, spiculis ovatis striatis. *Willd. Spec.* I. p. 265. *Vahl Enum.* II. p. 228.

Culmus pedalis, erectus; folia linearia cyperina, numerosa in culmo, superiora umbellâ longiora. Umbella pollicaris, ramis inaequalibus. Spiculae acuminatae, magnitudine seminis sinapis, tres semper glomeratae, sessiles; squamae ovatae acuminatae brunneae; involucrum universale polyphyllum, foliolum unicum umbellâ longius, partiale o. An SCIRPUS *polyphyllus*? In *Americâ boreali.* 2.

45. SCH. *cyperoides Swartz*; umbella terminali, spiculis glomeratis, culmo triquetro folioso. *Swartz prodr.* p. 19. *Fl. Ind. occ.* I. p. 110. *Vahl Enum.* II. p. 227. *Willd. Spec.* I. p. 265. (excl. syn. *Jacq.*).

Culmus bipedalis, trigonus; folia semipedalia, linearia, glabra, carinâ serrata; pedunculi ex vaginis foliorum terminalium plures trigoni. Spicae in glomerulis terminalibus confertissimae sessiles, squamae inaequales, 1florae. Stylus trifidus. Semen obovatum, fere obcordatum, obtuse trigonum, ferrugineum. Setae 2 longitudine valvularum. In *montibus Jamaicae australis.*

46. SCH. *fragiferus Rudge*; culmo folioso triquetro, pedunculis inferioribus distantibus, superioribus in umbellam aggregatis, pericarpio calyptrato. *Rudge gujan.* p. 15. t. 17.

Ut praecedens *longifolius*, et fors magis, Sc. *Holoschoeno* similis, tripedalis et ultra, sed folia breviora, bipedalia, angusta, canaliculata. Capitula 4-6. Germen glumis inclusum. Species polygama, perquam similis SCHOENO *tricipiti Vahl* Ic. III; sed differt glumis muticis. In *Gujana.*

SCH. *cyperoidi Sw.* proximus; diversus foliorum longitudine et naturâ *Swartz.*

47. SCH. *globosus Rudge*; culmo gracili nudo, involucris triphyllis; capitulo terminali globoso, glumâ intimâ cucculiformi. *Rudge gujan.* p. 14. t. 15.

Elegans, pedalis et ultra. Culmi plures tenues compressi striati glabri; folia radicalia numerosa, culmo fere duplo breviora, angusta, striata, parum pilosa. Vaginae compressae, striatae, longitudinaliter fissae, pilis albis hirsutissimae; involucrum

---

* SCHOENUS *incarnus Forsk. descr.* 12., monente *Vahl*, non hujus generis; eodem teste SCHOENUS *Fabri Rottb.* varietas monstrosa MILII *villosi.*

Digitized by Google

univ. inaequale patens, foliolo infimo capitulo saepe triplo longius. Capitulum facie Trifolii fructificantis. Spiculae numerosae, sessiles, omnes fertiles, undique imbricatae, juniores hirsutae, adultiores glabrae. Filamenta 3 fertilia, 3 sterilia longiora plana. Germen ovatum. Stylus longus. In *Gujana*. An Dichromenae species?.... *ex insula Franciae* quoque habet cel. *Swartz*.

48. Sch. *Hystria Vahl*; spicâ terminali solitariâ, valvulis acuminatissimis squarrosis, culmo aphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 226.

Culmus teres nodosus, fusco-virens; vaginae pollicares, apice flavescentes, mucrone brevi, flavo. Involucrum o, nisi squama infima, longitudine dimidii spicae, ovato-lanceolata, margine flava. Spica obovata, magnitudine fere nucis coryli, fusco-nigrescens; squamae ovatae nigrae, laeves, margine albidae membranaceae, in aristam acuminatae squamis longiorem, rigidam. Flosculi nulli inter squamas inferiores. Restio non est; forte proprii generis. *Vahl*. In *promont. b. spei*.

49. Sch. *latifolius Vahl*; pedunculis axillaribus, spicis alternis spicatis subquaternis, culmo triquetro folioso. *Vahl Enum.* II. p. 226.

Culmus altus, erectus, crassitie pennae anserinae, erectus, articulatus, angulis serrulato-scabris. Folia pedalia et ultra, unciam lata, ensiformia, margine serrulato-scabra, utrinque trinervia. Vaginae internodiis breviores, acumine folio opposito ovato terminatae. Pedunculi solitarii 2-3pollic., ancipites. Spicae compositae, approximatae, brevissimae. Bractea oblonga, aristu acuminatâ ciliatâ. Spiculae 3-4 in singulo pedunculo, confertissimae, semiunguiculares, teretiusculae, bifariam late imbricatae; valvulae circiter 14, ovato-lanceolatae. In *Puertorico*. *Ventenat*. 2.

50. Sch. *longifolius Rudge*; foliis nervosis laevibus, culmo triquetro, capitulis parvis, intermedio sessili, glumis vermicularibus. *Rudge gujan.* p. 14. t. 16.

Praeter folio Scirpo *Holoschoeno* simillimus; tripedalis et ultra; radix pulcre atro-purpurascens; culmus ruber, ad vaginam articulatus, minute pubescens; folia radicalia numerosa elongata latiuscula, culmo duplo longiora, carinata, striata, basi fere sanguinea, glabra, margine carinâque aspera; vaginae bipollicares; pedunculi rubri, inferiores solitarii, terminales terni. Capitula 4, rotunda, dense imbricata. Involucrum triphyllum. Spiculae numerosae sessiles apice obtusae. Stigma simplex recurvum. In *Gujana*.

51. Sch. *nemorum Vahl*; culmo triquetro folioso, corymbo terminali composito folioso. *Vahl Enum.* II. p. 227. *Symb. bot.* III. p. 8. *Beera Kuida Rheed. mal.* XII. p. 109. t. 53.? Hypaelytrum *nemorum Pal. de Beauv. Fl. d'Owari* II. p. 12. 13. t. 67.

Digitized by Google

Culmus erectus, pedalis, folia eodem duplo longiora, unciam lata, carinata, trinervia; folia ad basin pedunculorum partialium et pedicellorum. Ochreae ferrugineae, bifidae. Spiculae subternae in singulo pedicello, multiflorae, tenellae, linearioblongae, obtusae, fructiferae globosae, vix magnitudine piperis nigri; squamae infimae steriles, flosculo 1 sub singulis reliquis, oblongo-subrotundae. Cal. oblongus, squama brevior bivalvis, valvulis linearibus. Filamenta 2 squama longiora. Germen sublenticulare, setae ad basin nullae. Stylus bipartitus. Semen globoso-compressiusculum nigrum. A Schoenis differt calyce bivalvi intra squamam; a Machaerina setarum defectu et habitu; a Hypaelyptis paleis persistentibus et habitu [sed nihilominus nuperrime *Belvisius* Hypaelytris *Rich.* hanc speciem adnumerat.] In *Ind. orient.*

52. Sch. *tenuifolius Humb.* et *Bonpl.*; repens; culmis triangularibus, glabris; foliis glaucescentibus, margine scabris, culmum subaequantibus; spiculis capitato-congestis multifloris; involucro subpentaphyllo; semine lenticulari, transversim undulato-rugoso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 183.

Rhizoma horizontale; culmi cespitosi erecti 1 1/2ped., striati, superne pubescentes, basi foliati. Folia angustissima canaliculata sulcato-nervosa glabra basi vaginantia. Vaginae membranaceae sulcatae glabrae. Spiculae numerosae, terminales, oblongo-cylindricae, acutae, 3 lin. longae, 14-15florae, involucri foliolis lineari-subulatis striatis basi pubescentibus subciliatis, spiculas valde superantibus. Glumae ovatae acutae concavae tenuiter membranaceae glabrae albidae nonnullae inferiores vacuae. Stylus bifidus glaber basi dilatatus. Stigmata puberula. Semen coronatum basi styli persistentis, fuscescens, glabrum, filamentis persistentibus elongatis cinctum. In *umbrosis humidis prope Bordones Cumanensium et in ripa Orinoci.* 4.

Obs. Kunth affinitatem nullam nullumque in serie specierum locum assignavit. Spiculas in hoc et *spadiceo* multifloras dicit, et in charactere tamen generis sui petit spiculas pauciflloras.

53. Sch. *triceps Vahl;* culmo triquetro folioso, pedunculis axillaribus terminalibusque, capitulis globosis subternis, intermedio sessili. *Vahl Eclog. Americ.* II. p. 4. et hoc teste: Sch. *holoschoenoides Rich. act. Soc. h. n. paris.* P. I. p. 106. Sch. *polycephalus Pers. Syn.* I. p. 59. Scirpus *muricatus Poiret Enc. meth.* VI. p. 765.

Mirum, cl. *Vahlium* Schoenum hunc in *Enum.* plane neglexisse et nequidem ut synonymon adduxisse: ex descriptione sequente, anne Rhynchosporae rectius adnumeraretur, non patet. „Culmi erecti, striati, ad vaginas articulati. Folia inferiora elongata, superiora culmo breviora, carinata, glabra, margine vix scabra. Vaginae bipollicares remotae striatae glabrae. Pedunculi e vagina foliorum semicompressi, inferiores solitarii,

Digitized by Google

terminales 2-3ni. Capitula 3-4 globosa piso duplo majora, intermedium sessile. Pedicelli patentissimi, pollicares vel minores. Involucra setacea capitulo duplo breviora. Spiculae copiosae sessiles lanceolatae ut glumae carinatae ferrugineae nitidae." In *Americâ meridionali. v. Rohr.*

Quid 54. Sch.? *panículatus Burm.;* culmo triquetro folioso, paniculâ coloratâ, calycibus aristatis, seminibus globosis laevibus. *Gmel. S. v.* I. p. 137. *Sitm. Summ.* I. p. 126. *Rumph Amb.* VI. t. 8. f. 1.?

Quid 55. Sch.? *tuberosus Burm.;* capitulis ternis sessilibus, involucro longissimo viridi, radice tuberosa, culmo triquetro. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 137. *Vitmann Summ.* I. p. 125. *Rheede mal.* XII. t. 12.?

Quid 56. Sch. *effusus Swartz;* culmo folioso obtuse triquetro laevi, foliis antrorsum aculeatis, paniculis erectioribus, spiculis unifloris sessilibus diandris. *Swartz prodr.* p. 19. *Willd. Spec.* I. p. 266.

In *Jamaica.* 2. Nec *Vahl* nec alii receperunt, praeter *Gmelin.* An Cladium?

d. *Species e nova Hollandiâ a Do. Rob. Brown:*

57. Sch. *imberbis Br.;* culmo simplici filiformi sulcato aphyllo; foliolo subulato, baseos vaginâ imberbi breviore; spiculis congestis subcapitatis; squamis margine nudis. *Brown Prodr. pl. nov. Holl.* I. p. 231. I.

58. Sch. *ericetorum Br.;* culmo simplici, filiformi sulcato-angulato aphyllo; foliolo baseos vaginâ ore barbatâ breviore; fasciculo duplici, altero subpedunculato; spiculis subbifloris, squamis margine lanatis. *Brown* l. c. I.

59. Sch. *brevifolius Br.;* culmo simplici tereti exsulco aphyllo; vaginis baseos imberbibus foliolo longioribus; fasciculis pluribus alternis; spiculis rectis pedicello triplô longioribus subtrifloris; squamis margine parum ciliatis. *Brown* l. c. *I. M.*

60. Sch. *melanostachys Br.;* culmo simplici tereti exsulco aphyllo; paniculâ coarctatâ; spiculis subumbellatis falcatis pedicello parum longioribus subbifloris; squamis margine nudiusculis. *Brown* l. c. I.

61. Sch. *villosus Br.;* culmo simplici tereti foliato; foliis canaliculatis; vaginis ore lanatis; spiculis alternatim congestis sessilibus rectis acutissimis; squamis margine villosissimis. *Brown* l. c. *I.*

62. Sch. *acuminatus Br.;* culmo filiformi-compresso striato foliato; foliis setaceo-canaliculatis; vaginâ imberbi; ligulâ obtusâ; spiculis alternatim 2-3 pedunculatis acuminatis subbifloris; squamis imberbibus. *Brown* l. c. *M.*

Digitized by Google

63. Sch. *sparteus Br.*; culmo filiformi tereti paucifolio; vaginis ore lanatis folia subulata subaequantibus; spiculis alternatim 2-3 pedunculatis falcatis; squamis margine nudis. *Brown* l. c. *T.*

64. Sch. *punctatus Br.*; culmo filiformi compresso foliato; foliis setaceis; vaginis imberbibus; paniculâ elongatâ foliatâ; spiculis rectiusculis, squamis nudis; nucibus impresso-punctatis. *Brown* l. c. p. 232. *T.*

65. Sch. *falcatus Br.*; culmo compresso foliato; foliis planis; vaginis imberbibus; paniculâ elongatâ foliatâ; spiculis falcatis squamis nudis, nucibus puncticulatis. *Brown* l. c. *T.*

Chaetosporae *Brown*: * Schoeni: *germine basi pilis setaceis.*

a. *Spiculae squamis enervibus duplici serie:*

66. Sch. *curvifolius Poir.*; culmo nudo, teretiusculo subangulato; foliis radicalibus subsetaceis incurvis; capitulo terminali globoso, involucro 3-6phyllo breviore; spiculis 2-3floris; squamis imberbibus; setis hypogynis plumosis. *Brown. Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 251. Chaetospora *curvifolia. Brown nov. Holl.* p. 232. *M.*

67. Sch. *turbinatus Poir.*; culmo nudo teretiusculo subangulato; foliis radicalibus involucrisque setaceis; vaginis imberbibus; capitulo terminali turbinato involucro 2-4phyllo breviore; spiculis subunifloris; squamis margine villosis; setis hypogynis plumosis. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *turbinata Brown* l. c. *I.*

68. Sch. *brevisetis Poir.*; culmo tereti striato laevi basi foliato; vaginis ore barbatis; fasciculo subturbinato, involucro 1-2phyllo breviore; spiculis subsessilibus; squamis margine pubescentibus, intimis basi hispidis; setis hypogynis nuce aliquoties brevioribus. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *brevisetis Brown* l. c. *M.*

69. Sch. *deformis Poir.*; culmo tereti scabro basi foliato; vaginis ore barbatis, spiculis subsolitariis involucro univalvi brevioribus; squamis margine lanatis, setis hypogynis plumosis nuce longioribus. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *deformis Brown* l. c. *M.*

70. Sch. *pedicellatus Poir.*; culmo tereti laevi basi folioso; vaginis ore barbatis; spiculis subfasciculatis pedunculatis parum falcatis; squamis margine villosis, intimis basi

* Habitus Schoeni et diversa solummodo setis hypogynis.

Digitized by Google

bispidis; setulis hypogynis brevissimis. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *pedicellata Brown* l. c. *M.*

71. Sch. *calostachyus Poir.*; culmo semitereti laevi foliato; foliis carinatis margine asperis; vaginis deustis imberbibus; spiculis alternis pedunculatis 3-5floris; squamis nudis; setis hypogynis capillaribus nucem rugosam subaequantibus. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *calostachya Brown* l. c. p. 233. *T.*

72. Sch. *paludosus Poir.*; culmo semitereti filiformi laevi folioso; foliis planis laevibus; vaginis imberbibus; paniculâ foliatâ; spiculis subtrifloris, squamis nudis; setis hypogynis nuce brevioribus. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *paludosa Brown*, l. c. *I.*

73. Sch. *apogon*; culmo filiformi folioso foliisque laevibus; vaginis imberbibus; paniculâ foliatâ; spiculis fasciculatis subsessilibus 1-2floris. *Brown.* Schoenus *imberbis Poir.* Chaetospora *imberbis Brown* l. c. *I.*

Nomen *Poireti* mutandum erat, cum jam sit Schoenus *imberbis.*

74. Sch. *maschalinus*; culmo filiformi folioso foliisque laevibus; spiculis axillaribus terminalibusque 2-3 pedunculatis, 3-4floris; squamis carinâ denticulatis. *Brown.* Sch. *axillaris Poir.* l. c. Chaetospora *axillaris Brown* l. c. *I.*

Nomen *Poireti* mutandum erat, cum jam sit Schoenus *axillaris.*

b. *Spicalis squamis enervibus inordinate dispositis*:

75. Sch. *nitens Poir.*; culmo teretiusculo basi foliato; capitulo laterali; squamis nitidis; setis hypogynis plumosis; nucibus trigonis laevibus. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *nitens Brown* l. c. *D. M.*

c. *Spiculis squamis basi nervosis distiche imbricatis*:

76. Sch. *sphaerocephalus Poir.*; culmo tereti basi foliato; vaginis ore lanatis; capitulo terminali globoso; bracteis fasciculos distinguentibus; spiculis obtusis bifloris. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *sphaerocephala Brown. I.*

77. Sch. *anceps Poir.*; culmo ancipite, capitulo globoso, bracteâ involucrante breviore. *Brown. Poiret* l. c. Chaetospora *anceps Brown* l. c. *M.* *

* Setis forsan caret haec cum praecedente valde affine; a reliquis multum differunt. *R. Brown.*

Digitized by Google

d. *Dubii generis.*

78. SCH.? *tetragonus Poir.*; fasciculo elongato involucrato paleaceo; culmo angulato unifolio. *Brown. Poiret* l. c. CHAETOSPORA *tetragona Brown* l. c. *M.*

79. SCH.? *stygius Poir.*; capitulo involucrato, spiculis distichis, squamis recurvato-aristatis; culmo tereti nudo. *Brown. Poiret* l. c. CHAETOSPORA *stygia Br.* l. c. *M.*

170. LEPIDOTOSPERMA. *

1. L. *elatius Labillard.*; paniculâ laxâ subsecundâ, foliis serrulatis vix altiore. *Labillard. nov. Holl.* I. p. 14. t. XI. L. paniculâ elongatâ subsecundâ laxiusculâ decompositâ, culmo complanato utrinque convexiusculo, foliisque margine scabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 233.

Culmi 2-3pedales, compressi crassi enodes, basi foliis longis latis linearibus acutis nervo longitudinali utrinque prominente. Panicula pedalis, racemis lateralibus e spathis emergentibus, quarum infimâ per culmum decurrente angulis 2 oppositis. Spiculae alternae ovatae acuminatae, squamis 4-6 paleaceis ovatis acutis scariosis, 2 superioribus fertilibus. Stylus fere triqueter, trifidus, stigmatibus acutis. Nux ossea rufescens, basi squamâ albidâ in lacinias 5-6 divisâ. In *Cap van Diemen, cum reliquis.*

2. L. *concavum Br.*; paniculâ coarctatâ, ramis decompositis, culmo complanato, hinc concaviusculo, marginibus foliisque laevibus, spicularum squamis acuminatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 234.

β. Paniculae ramis compositis, culmo foliisque marginibus scabriusculis. *I.*

3. L. *gladiatum Labillard.*; paniculâ contractâ, foliis ensiformibus integerrimis. *Labillard. nov. Holl.* I. p. 15. t. 12. L. paniculâ coarctatâ, ramis decompositis; culmo complanato axi utrinque elevato; marginibus foliisque laevibus, spicularum squamis acutiusculis. *R. Brown Prodr.* I. p. 234.

Habitu magnitudine et formâ cum priore *elatiore* convenit, sed characteribus datis satis distincta. Plerumque 1 1/2-2pedalis et folia quidquam incurvata. Spiculae ovato-oblongae, squamis 6-8. *Cum priori.*

4. L. *longitudinale Labill.*; paniculâ elongatâ, medullâ foliorum interceptâ dissepimentis longitudinalibus. *Labillard. nov. Holl.* I. p. 16. t. XIV. L. paniculâ elongatâ

---

* „LEPIDOTOSPERMATIBUS radix perennis, culmi simplices, aphylli, basi foliis saepe equitantibus cincti; panicula vel spica saepius divisa, terminalis." *R. Brown.*

Digitized by Google

coarctatâ, ramis subsimplicibus, culmo foliisque complanatis, axi utrinque convexiusculo marginibus scabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 234.

Rad. fibris subsimplicibus, crassiusculis rigidis. Culmi subcompressi spathâ non decurrente. Folia elongata linearia compressa acuminata, dissepimentis 6-8 papyraceis aut subligno-sis medullam separantibus. Panicula laxa angusta, racemis alternis inaequalibus. Spiculae ovato-oblongae squamis 4-6 oblongis scariosis acutis, 2 superioribus fertilibus. Fructus triqueter, basi attenuatus. *Cum priori.*

5. L. *laterale Br.;* paniculâ coarctatâ, ramis alternis subsimplicibus, involucro ensiformi breviore, culmo hinc plano, inde convexiusculo, marginibus scabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 234. *I.*

6. L. *tetragynum Br.;* paniculâ elongatâ, ramis alternis parum divisis, spicularum squamis acuminatis, squamulis hypogynis subulatis, stylo quadrifido, culmo complanato utrinque convexiusculo, marginibus scabris. *R. Brown* l. c. *I.*

7. L. *exaltatum Br.*; paniculâ elongatâ, ramis compositis alternis, spiculis congestis, bracteis vaginâ brevioribus, culmo utrinque convexiusculo, marginibus laevibus. *R. Brown* l. c. *I.*

8. L. *viscidum Br.;* paniculâ coarctatâ simplici, ramis spiculisque confertis fucatis, culmo plano foliisque margine scabris, basibus viscidis. *R. Brown* l. c. *M.*

9. L. *congestum Br.*; spicâ compositâ congestâ involucrum subaequante, spicularum squamis acuminatis, culmo foliisque hinc convexiusculis inde concaviusculis, margine laevibus. *R. Brown* l. c. M.

10. L. *laeve Br.;* spicâ compositâ, ramis inferioribus, distantibus, spiculis congestis ovatis, culmo utrinque convexiusculo foliisque laevibus. *R. Brown* l. c. p. 235. *M.*

11. L. *squamatum Labillard.*; paniculâ contractâ, stolonibus squamatis. *Labillardière nov. Holland.* I. p. 17. t. XVI. L. spicâ compositâ lanceolatâ, ramis spiculisque imbricatis, squamis acutis, culmo hinc plano, inde convexiusculo, marginibus scabris, foliorum basibus equitantibus nitidis. *R. Brown Prodr.* I. p. 235.

Rad. e fibris carnosis crassiusculis. Culmi tenues, 6-8unciales, compressi, recti, enodes, basi foliis numerosis culmiformibus angustis linearibus glabris, culmo saepe longioribus, margine tenuissime serrulatis acutis subfalcatis. Panicula brevis crassa racemis numerosis inaequalibus fasciculatis. Glumae 8-10, floribus 3-4 abortientibus. *Cum priori.*

Digitized by Google

12. L. *angustatum Br.*; spicâ compositâ lanceolatâ, ramis spiculisque approximatis, squamis acutis, culmo lineari marginibus scabris, apice inde laevi sulcato. *R. Brown Prodr.* I. p. 235. *M.*

13. L. *lineare Br.*; spicâ compositâ lanceolatâ, ramis spiculisque approximatis, squamis acutis, squamulis hypogynis lanceolatis, culmo complanato, utrinque convexiusculo: marginibus scabris. *R. Brown* l. c. *M.*

14. L. *globosum Labillard.*; spiculis subglobosis, squamae (interioris) laciniis obtusis. *Labillard. Spicileg. nov. Holl.* I. p. 16. t. XIV. L. spicâ compositâ, ramis inferioribus distantibus, spiculis subglobosis, squamis hypogynis obtusis, culmo complanato: marginibus scabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 235.

Rad. e fibris pluribus rectis simplicibus sub-incrassatis; culmi pedales et ultra, compressi enodes spathâ decurrente angulisque inde natis oppositis denticulati. Folia longa angusta acutissima denticulata. Squamae 4-6 laxiusculae ovatae acutae. Stigmata tomentosa. *D.*

15. L. *tetragonum Labillard.*; foliis tetragonis, paniculâ subexpansâ. *Labillard. nov. Holl.* I. p. 17. t. XVII. L. paniculâ coarctatâ, ramis parum divisis, foliis tetragonis, culmo obtuse angulato. *R. Brown Prodr.* I. p. 235.

Rad. e fibris simplicibus crassiusculis. Culmi recti, pedales, graciles subtetragoni, basi vaginis elongatis ventricosis acutis. Folia angusta linearia, acuta, basi vaginata, longitudine fere culmi. Panicula brevis oblonga, racemis brevibus fasciculatis. Glumae 4-6. Nux ovata triquetra basi attenuata, basi squamâ suberoso-medullari, laciniis 5-6. *D.*

16. L. *aphyllum Br.*; spicâ subsimplici, culmo plano laevi flexuoso medio univaginato, basi vaginis imbricatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 235. *M.* Fructus ignotus, ideoque incerti generis. *R. Brown.*)

17. L. *gracile Br.*; spicâ subsimplici, squamis acuminatis, culmo ancipiti laevi, foliis planiusculis. *R. Br.* l. c.

18. L. *flexuosum Br.*; spicâ simplici et divisâ, rhachibus flexuosis, spiculis distinctis subulatis, culmo tereti, foliis teretiusculis. *R. Brown* l. c. (qui sequens *filiforme* cum? huc citat, et addit: „in multis eadem, sed vix convenit.“) *I.*

19. L. *filiforme Labillard.*; culmo filiformi-tereti, ongiori foliis subcompressis. *Labillard. nov. Holl.* I. p. 17. t. XV.

Culmi enodes bipedales, basi vaginati foliis filiformibus, culmo brevioribus, caeterum longitudine maxime inaequalibus, filis

subinde setaceis terminatis; spica brevis e spiculis oblongis acutis, squamis ovali-oblongis acutis, unicâ fertili. Semina ovata. *D.*

20. L. *striatum Br.*; spicâ divisâ, ramis alternis, spiculis imbricatis, culmo tereti tenuiter striato, laevi. *R. Br.* Prodr. I. p. 235. *M.*

21. L.? *involucratum*; paniculis nutantibus, spicis congestis, squamis inferioribus lineari lanceolatis aristatis, supremis ovatis mucronatis. SCHOENUS *involucratus Vahl Enum.* II. p. 223. *Rottb. Gram.* p. 64. t. 19. f. 1.

Labillardiero videtur SCHOENUM hunc, licet squamis senariis distinctis descriptum, et cum? a *Willdenow* Spec. I. p. 263. ad SCH. *flexuosum* adductum, a quo valde differt, hujus potius esse generis. — *Vahlio* maxime affinis est SCHOENO *thermali* L., at culmus tenuior; folia et vaginae angustiores; spicae minores, oblongae, magis distinctae. Flosculus terminalis hermaphroditus, alter inferior semper masculus. Antherae apice mucronatae, mucrone hamoso. Setae ut in sequente. In *promont. b. spei.*

22. * L. *thermale*; paniculis nutantibus, spicis congestis, squamis lanceolatis inferioribus aristatis, interioribus acutis, culmo tereti. SCHOENUS *thermalis Vahl Enum.* II. p. 223. *Willd. Spec.* I. p. 267. *Rottboell Gram.* p. 63. t. XVIII. f. 2. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 359. SCH. *bromoides Lam. Illustr.* I. p. 137.

Culmus altus pennâ anserinâ paululum tenuior, ad articulos obscure trigonus, pallidus. Folia pedalia, remota, demum spathaeformia, lineari-lanceolata, margine carinâque serrulato-scabra; vaginae bipollicares et ultra, superne fissae, filis cancellatae, basi fusco-flavescentes. Panicula bipedalis et ultra. Bractea spathaeformis foliacea in aristam longam sensim breviorem desinens, fusca. Pedunculi quatuor e singula spatha, supremi brevissimi; longior inferiorum fere semipedalis, omnes laxi penduli laeves. Spicae 3-4 in singulo capitulo, subsessiles, teretes. Squamae fusco-ferrugineae, infimae interioribus longiores. Squama ad stamina distincta a pistillo. Antherae nigrae, apice mucrone recto. Pistillum inter duas squamas ultimas. Stylus bifidus. Setae 6, tam in flosculo masculo quam in foemineo, albidae, superne pilosae. *Vahl*, qui notavit *Rottboelliam* et *Linneum* descripsisse specimen junius, et habitu potius ad SCHOENUM amandasse. In *Tafelberg promont. b. spei.* 4.

171. CARPHA. *Banks* et *Soland.*

I. *Spicula disticha. Stigmata* 3. *Nux triquetra. Setae plumosae.*

1. C. *alpina Brown*; spiculis racemoso-corymbosis, setis hypogynis 6, fere ad apicem plumosis, culmo

Digitized by Google

foliato laevi, foliis scabris. *Rob. Brown Prodr.* I. p 230. *D.*

2. C. *densa Br.*; fasciculo terminali, involucro diphyllo elongato, basibus dilatatis margine scariosis, setis hypogynis 3 basi plumosis, culmo aphyllo, foliis radicalibus subsetaceis. *Brown* l. c. *I.*

Haec cum praecedente *alpina* et altera e terra del Fuego genuinae species; reliquae dubiae, forsan proprii generis. *R. Brown.*

II. *Spiculae subulatae. Stylus elongatus bifidus. Nux subcylindracea.*

3. C. *avenacea Br.*; paniculâ subspicatâ, squamis aristato-acuminatis triandris, setis hypogynis 4 subedentulis basi ciliatâ, culmo foliato teretiusculo. *Brown* l. c. *M.*

4. C. *diandra Br.*; paniculâ subcoarctatâ, spiculis bifloris, squamis diandris aristato-acuminatis, setulis hypogynis 5-6 capillaribus edentulis basi ciliatis, culmo folioso teretiusculo. *Brown* l. c. p. 231. *I.*

5 C. *clandestina Br.*; spicâ elongatâ, spathis alternis, spiculis geminatis inclusis, culmo tereti folioso. *Brown* l. c. *M.*

172. OREOBOLUS.

O. *pumilio R. Brown Prodr.* I. p. 236.

In *insulâ van Diemen.*

173. RHYNCHOSPORA. *

1. * R. *aurea Vahl*; corymbis diffusis, lateralibus subdecompositis, terminalibus supradecompositis, pedunculis glabris, rostello longitudine seminis. *Vahl Enum.* II. p. 229. *Brown Prodr.* I. p. 230. CHAETOSPORA *aurea*, culmo triquetro glabriusculo; foliis planis, margine carinâque serrulatis, corymbis compositis effusis terminalibus aggregatis, lateralibus alternis; glumis ovato-oblongis acutis; semine sublenticulari subruguloso longe rostrato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 186. SCIRPUS *corymbosus Linn. S. V.* p. 102. *Willd. Spec.* I. p. 308. SCHOENUS *corymbosus Pers. Syn.* I. p. 59. SCHOENUS *surinamensis Rottb. Gram.* t. 21. f. 1. *Swartz Fl. Ind. occ.* I. p. 99. *Willd. Spec.* I. p. 266. SCHOENUS *floridus Rudge gujan.* p. 15. t. 18. fide *R. Brown.*

---

* Plantae inflorescentiâ variae, paniculatae corymbosae vel capitatae. *R. Brown.*

Digitized by Google

Culmi saepe quadripedales, angulati. Folia margine carinâque serrulata, unguem lata. Vaginae pollicares; pedunculi inaequales, laxi, pedicellis approximatis, plerumque trifloris. Stylus indivisus. Semen obovatum pedunculatum. Rostellum teretiusculum medio sulco exaratum. In *Surinamo*, *Jamaica*, *Guayana ad Orinocum*, *Ind. orient.*, *China*, *Nov. Hollland.* 2.

Cum cls. *Brown* huc ducat SCHOENUM *floribundum Rudge*, *Rudge* vero plantam suam, habitu *surinamensis* ab eâdem differre affirmet, descriptio subjungenda nobis videtur.

* SCHOENUS *floridus Rudge*; culmo folioso triquetro, pedunculis inferioribus distantibus, superioribus in umbellam aggregatis, pericarpio calyptrato. *Rudge gujan.* p. 15. t. 18.

CLADIO *germanico* similis, 3-5pedalis; culmus argute triqueter, scaber; folia culmo longiora pleraque, vaginantia, carinata, striata, inferne scabra, margine carinâque serrato-aculeata, superiora breviora. Corymbi compositi laterales pedunculati, foliis multo breviores, patentes. Spicae aggregatae, ovales, 3 fere lineas longae, polygamae. Habitus SCHOENI *surinamensis*, sed diversus vaginis, spicis, corymbis, seminibus [nec depictis, nec descriptis.] In *Gujana.*

2. R. *polyphylla Vahl*; corymbis contractis axillaribus compositis, terminalibus decompositis, pedunculis villosis, rostello longitudine seminis. *Vahl Enum.* II. p. 230. SCHOENUS *polyphyllus Ecl. amer.* II. p. 5. *Pers. Syn.* I. p. 59.

Culmus bipedalis, angulis acutis, saepe totus vaginatus, apice pilosus. Folia 1½pedalia, superiora culmo altiora, semiunguem lata, pallide viridia, vaginae bipollicares. Corymbi solitarii vel gemini, bipollicares, multiflori. Spicae solitariae, approximatae, biflorae, testaceae. Semen fuscum, rostello ovato. Setae semine longiores, glabrae. In *Montserrat Ryan.* 2.

3. R. *sparsa Vahl*; corymbis diffusis axillaribus compositis, terminalibus decompositis, pedunculis capillaribus, seminibus rostro longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 230. SCHOENUS *sparsus Mich. Fl. bor. am.* I. p. 35. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 48. *Pers. Syn.* I. p. 60. SCHOENUS *miliaceus Lam. Illustr.* I. p. 137.

Glauca. Culmi acutanguli. Folia spithamaea, culmo breviora, 2-3 lineas lata, laxa. Corymbi axillares, pedunculati, pedicellis capillaribus. Ochreae truncatae, flavo-ferrugineae. Spicae vix magnitudine seminis Milii, 1florae, fuscae, squamis ovatis mucronatis fuscis; stylus bifidus. Semen globosum, rostello minuto obtuso. Setae nonnullae. In *umbrosis sylvarum Carolinae*, *Georgiae. Richard.*

4. R. *hirsuta Vahl*; hirsuta, corymbis axillaribus patentibus simplicibus, terminalibus compositis, culmo foliisque

Digitized by Google

filiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 231. SCHOENUS *hirsutus Ecl. amer.* I. p. 6. *Pers. Syn.* I. p. 59.

Culmi plures, spithamaei, foliis longiores. Pedicelli capillares vix unguiculares, 1-3-stachyi. Spicae parvae, sessiles, squamis oblongis, ferrugineis, margine albidis. Stylus profunde bifidus. Setae plurimae. In *America. v. Rohr.*

5. R. *micrantha Vahl*; corymbis diffusis axillaribus simplicibus, terminalibus compositis, pedunculis capillaribus, culmo foliisque filiformibus glabris. *Vahl Enum.* II. p. 231. SCHOENUS *rariflorus Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 35. *Pers. Syn.* I. p. 60.

Caules spithamaei vel pedales, laxi; folia culmo breviora, remotissima, margine scabriuscula; vaginae vix pollicares. Corymbi pauciflori, pedicellis submonostachyis. Spicae minutae flavescentes, squamis ovatis. Semen obovatum, transverse rugosum, rostello ovato, vix longitudine seminis. Setae semine longiores. In *Georgia, Richard, in Puertorico West.*

6. R. *laxa Vahl*; corymbis terminalibus compositis, spicis solitariis, rostello seminum longissimo, culmo acutangulo scabro. *Vahl Enum.* II. p. 231. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 48. SCHOENUS *corniculatus Lam. Illustr.* I. p. 132. SCHOENUS *longirostris Mich. Fl. am. bor.* I. p. 35. *Pers. Syn.* I. p. 60.

Culmi margine scabriusculi; pedunculi approximati, inferiores unciales, 5-6flori, uno alterove iterum diviso. Bractea infima pollicaris. Ochrea truncata fusca. Spicae subulatae, maturae fere unciales. Stylus indivisus. Semina obovata compressa, magnitudine semine Cannabis; rostello squamis dimidio longiore. Setae rigidulae. In *Virginia Carolina.* 2.

7. R. *triflora Vahl*; corymbis axillaribus simplicibus, terminalibus subcompositis, rostello longitudine seminis, culmo acutangulo scabro, spicis subgeminis. *Vahl Enum.* II. p. 232. SCHOENUS *triflorus Poir. Enc. meth. Suppl.* T. II. p. 249.

Folia remota, culmo breviora. Pedunculi axillares solitarii, partiales trispicati, basi folio corymbo longiore suffulti. Ochreae parvae, truncatae. Spicae sessiles, semiunguiculares, oblongae, teretes, acuminatae. Semen obovatum, rostello subulato. Setae semine longiores, retrorsum pilosae. In *India orient.*

8. R. *filiformis Vahl*; corymbis axillaribus simplicibus, terminalibus subcompositis, culmo obtusangulo laevi foliisque filiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 232. SCHOENUS *distans Poir. Enc. meth. Suppl.* II. p. 249.

Culmi pedales et ultra foliis strictis longiores; corymbi solitarii; pedunculi partiales inferiores semipollicares. Spicae angustae, vix unguiculares. Semen laeve, rostello ovato, longitudine seminis. In *Puerto-Rico. Le Dru.*

Digitized by Google

9. R. *inexpansa Vahl*; corymbis coarctatis axillaribus simplicibus compositisque, terminalibus decompositis, culmo filiformi. *Vahl Enum.* II. p. 233. SCHOENUS *inexpansus Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 35. *Pers. Syn.* I. p. 60.

Culmi bipedales, inferne crassitie pennae columbinae, obtusanguli; folia remotissima, longitudine internodiorum, glaucoviridia. Pedunculi solitarii capillares; spicae parvae, subulatae, fusco-ferrugineae, squamis lanceolatis, exterioribus carinatis; semen transversim undulato-rugosum, rostello ovato, acuto, semine dimidio brevius. Setae denticulatae. In *Carolina.* 4.

10. R. *setacea Vahl*; corymbis axillaribus terminalibusque simplicibus paucifloris, culmo foliisque setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 233. SCHOENUS *glaucus Poir. Enc. meth. Suppl.* II. p. 249.

Glauca; folia culmo in adultioribus breviora. Pedunculi solitarii capillares laxi folio breviores. Corymbus axillaris pedicellis 3-4, terminalis 5-7. Spicarum squamae ovatae. Rostellum ovatum acutum longitudine seminis setis longioris. In *America merid.? Ex Herb. Juss.*

11. R. *glauca Vahl*; spicis corymboso-fasciculatis, approximatis solitariis, culmo acutangulo, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 233. SCHOENUS *rugosus Ecl. amer.* II. p. 5. *Pers. Syn.* I. p. 59.

Glauca. Culmi 1½pedales; folia culmo breviora; pedunculi superne ex duabus axillis ultimis solitarii, pollicares, folio breviores. Corymbi parvi contracti. Spicae parvae ovatae acutae ferrugineae, triflorae, squamis ovatis. Semina lenticularia, margine obsoleto cincta, rostello ovato longitudine seminis. Setae semine longiores. In *America meridionali. v. Rohr.*

12. R. *fascicularis Vahl*; spicis corymboso-fasciculatis, foliis linearibus latitudine culmi. *Vahl Enum.* II. p. 234. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 48. SCHOENUS *fascicularis Michaux Fl. bor. am.* I. p. 37. *Pers. Syn.* I. p. 60.

Glauca. Culmi pedales, acutanguli. Folia tria in culmo, remota, caule breviora. Corymbi axillares et terminales, solitarii vel gemini, parvi, compositi vel decompositi; pedunculis pedicellisque brevibus, basi folio setaceo. Spicae juniores subulatae fuscae. Semen laeve. Setae hispidulae. In *Carolina.* 4.

13. R. *ferruginea*; culmis triquetris, glabris; foliis planis, margine scabris; corymbis terminalibus, axillaribusque simplicibus; glumis ovatis, mucronato-aristatis; semine (sub)lenticulari, transversim undulato-ruguloso, rostrato. CHAE-

Digitized by Google

tospora *ferruginea Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 185.

Rhizoma horizontale repens. Culmi erecti, 2ped., sulcati, foliati. Folia graminea, striata, glabra, culmo dimidio breviora, basi vaginantia. Corymbi pedunculati, bracteis subulatis corymbo brevioribus. Spiculae pedicellatae ovatae acuminatae, 1 1/2 lin., trifiorae. Glumae 7-8, concavae, glabrae, fuscae, 4-5 inferiores minores vacuae. Stylus bifidus, basi dilatatus. Semen subrotundum, basi styli persistente coronatum, glabrum, fuscum, basi setis. A Rh. *fascicularis* affini distincta ob semina undulato-lineata. In *temperatis montis Quinduensis juxta Quebrada de Boquia.* 2.

14. R. *gracilis Vahl*; spicis corymboso-fasciculatis, foliis linearibus culmo filiformi latioribus. *Vahl Enum.* II. p. 234. Schoenus *gracilis Willd. Spec.* I. p. 268. *Swartz Prodr.* p. 19. *Fl. Ind. occ.* I. p. 109.

Maxime affinis praecedenti, diversa culmo multo teneriore, foliis angustioribus, pedunculisque remotioribus. Culmi 3-6-pedales, laxi. Folia longissima. Pedunculi axillares solitarii, terminales interdum gemini, alter brevissimus, alter vix semipollicaris. Stylus 3fidus *Swartz*, stigmata 2 *Vahl.* In *sylvis montium altissimorum Jamaicae.*

15. R. *glomerata Vahl*; spicis corymboso-fasciculatis, remotissimis geminatis, culmo obtusangulo, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 234. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 48. Sch. *glomeratus Linn.* et *Willd. Spec.* I. p. 266. (excl. syn. *Thunberg.*)

Affinis R. *distanti*; differt: culmo altiori, crassiore; foliis triplo latioribus; pedunculis geminis nec solitariis; semen obovatum nitidum, rostello longitudine seminis, setis retrorsum muricatis semine longioribus. Culmus bipedalis. In *Pensylvania, Carolina.* 2.

16. R. *Brownii*; corymbis alternis pedunculatis, inferioribus remotis; rostello obtuso exsulco, nuce rugosiusculâ breviore; culmo angulato gracili scabro; foliis linearibus. R. *laxa Brown Prodr.* I. p. 230. Schoenus *laxus Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 252.

„Proxima *glomeratae Vahl*" *R. Brown.* Nomen igitur aliud hauriendum fuisset, cum sit alia *laxa Vahl.* In *nova Hollandia. T. J.*

Confer Schoenum *barbatum* et *tricipitem.*

17. R. *distans Vahl*; spicis corymboso-fasciculatis remotissimis solitariis, culmo obtusangulo, foliis filiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 235. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 48. Schoenus *distans Michaux Fl. bor. am.* I. p. 36. *Pers. Syn.* I. p. 60. Schoenus *axillaris Lam. Illustr.* I. p. 137.

Digitized by Google

Culmi pedales, viridi-glaucescentes. Folia remotissima, internodiis breviora. Pedunculi axillares solitarii setacei. Corymbus subcapitatus. Spicae parvae, ovatae, acutae ferrugineae; squamae ovatae. Semen lenticulare, nigrum, nitidum. In *paludosis aestate exsiccatis Virginiae Carolinae.* 2.

18. R. *capitellata Vahl;* spicis corymboso-fasciculatis approximatis subgeminatis, bracteis glabris, culmo filiformi acutangulo. *Vahl Enum.* II. p. 235. Schoenus *capitellatus Mich. Fl. am. bor.* I. p. 36. Sch. *capitatus Pers. Syn.* I. p. 60.

Capitula breviter pedunculata, interdum geminata, rostellum semine parum longius. Setae retrorsum muricatae. *Mich.* In *Carolina.*

19. R. *ciliata Vahl;* spicis corymboso-fasciculatis terminalibus, bracteis foliisque obtusiusculis ciliatis. *Vahl Enum.* II. p. 235. Schoenus *ciliaris Mich. Fl. bor. am.* I. p. 36. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 49. *Pers. Syn.* I. p. 60.

Glauca. Culmi pedales, filiformes, superne ad folia pubescentes; folia 3-4 in culmo, pollicaria. Capitula 3 terminalia, breviter pedunculata. Spicae vix pedicellatae, oblongae, parvae, fuscae; squamae ovatae, mucronatae. Semen lenticulare, laeve, rostello brevi ovato. Setae semine breviores. In *Florida.*

20. * R. *alba Vahl;* culmo folioso trigono, foliis linearibus carinatis, fasciculis terminalibus subcorymbosis involucrum aequantibus, stigmatibus stylo brevioribus, radice repente. *Vahl Enum.* II. p. 236. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 49. Schoenus *albus Linn. Spec.* 65. *Willd. Spec.* I. p. 267. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 111. *Smith Fl. brit.* p. 46. (excl. β.) *Engl. bot.* t. 985. *Hall. Hist.* n. 1341. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 9. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 12. *Fl. dan.* t. 320. *Host Gram. austr.* IV. t. 72. *Schkuhr bot. Handb.* I. t. 7.

Simillimus R. *fuscae*, quacum vel ab ipsissimo *Smithio* olim et *Vahlio* confusa. Differt, praeter characteres datos: culmis altioribus, saepe pedalibus, fasciculatis, superne saepe bifidis, gracilioribus; foliis longioribus, lineam latis, subglaucescentibus, a basi usque ad apicem carinatis; vaginis triquetris, ligulâ truncatâ vel subnulla; pedunculis 3-4 lateralibus, alternis; fasciculis 2-5 in corymbum quasi congestis, fasciculis s. capitulis plerumque 2 lateralibus; spiculis angustioribus acutioribus bifloris, flosculis obtusis, albis vel aetate dilute fuscis; stigmatibus plerumque 3; receptaculi setis 8-10, semine lenticulari inde complanato. Radicem fibrosam multicipitem esse *Gaudin.* In *turfosis, paludosis totius Europae et Americae.* 2.

Digitized by Google

21. * R. *fusca;* culmo trigono, foliis setaceis canaliculato-carinatis, fasciculis terminalibus subgeminis involucro longe minoribus, spiculis subtrifloris, stigmatibus stylo longioribus, radice repente. R. *alba β. fusca Vahl Enum.* II. p. 236. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 49. Schoenus *albus β. Smith Fl. brit.* I. p. 46. Schoenus *fuscus Linn. Spec.* p. 1664. *Syst. Veget.* ed. XIV. p. 95. *Roth Fl. germ.* T. II. p. 1. p. 48. *Willd. Spec.* I. p. 262. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 110. *Gaudin. Agrost. helv.* II. p. 11. *Engl. bot.* t. 1575. *Moris.* S. VIII. t. 11. f. 40. (mala). Schoenus *setaceus Thuill. Fl. par.* p. 19.

Culmi paene nudi 2-6pollicares, erectiusculi, foliosi, simplicissimi; folia vix 1/2 lineam lata, striata, margine scabriuscula, aut glabra, culmea 1-3, ut radicalia, vaginantia, vaginis teretibus, ligulâ nullâ. Fasciculi e spiculis oblongo-ovatis, ferrugineis aut subfuscis, aetate fusco-nigricantibus; fasciculi terminales 1-2, lateralis solitarius. Glumae compressiusculae, carinatae, uninerves, subcuspidatae. Stigmata 2; semen utrinque convexum lenticulare, pallide fuscum. Setae 3, nuce duplo longiores. Differre ab *alba* stylo caduco, in *alba* rostrato persistente; staminibus 2, in *alba* 3; setis subternis, in alba subdenis. *Sprang. Mant.* II. p. 6. n. 5. In *turfosis paludosis, pratis udis totius Europae.* 4.

22. R. *cephalotes Vahl;* spicis glomeratis globoso-capitatis. *Vahl Enum.* II. p. 237. Schoenus *cephalotes Willd. Spec.* I. p. 265. *Rottboell Gram.* p. 61. t. 20.

Culmus altus acutangulus, crassitie pennae columbinae; folia 1 1/2pedalia, 1/2 pollicem fere lata. Involucrum tetraphyllum longissimum, dependens. Capitulum magnitudine nucis juglandis, ovato-subglobosum. Spicae floriferae subulatae, acutae, fructiferae oblongae obtusae, crassae, subtriflorae, squamis ovatis, griseis, semen sublenticulare fuscum, margine flavo, rostello semiunguiculari. In *Surinamo.* 4.

23. R. *longisetis Br.;* capitulo globoso, rostello longitudine nucis, setis squamas subaequantibus, involucro 4-5-phyllo elongato, basi ciliato. *R. Brown Prodr.* I. p. 230.

24. R. *capitata;* culmis triquetris glabriusculis; foliis setaceo-triquetris, scabris; spiculis capitatis, lanceolatis, nudis; glumis acuminatis; semine rostrato. Chaetospora *capitata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 184.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti pedales tenues striati glabri, superne scabriusculi, basi foliati; folia striata glabra, angulis scabra, culmo duplo breviora, basi vaginantia. Vaginae membranaceae, pollicares striatae glabrae. Spiculae 3-5 terminales, sessiles acuminatae pauciflorae. Glumae circiter 12 ovatae membranaceae glabrae arcte imbricatae pallide flavae, inferiores minores vacuae. Stylus bifidus? Semen setis 6 cinctum. Viva

Digitized by Google

denuo explicanda. In *sylvaticis ripae Orinoci prope montem Daidae et pagum Esmaraldam.* 4.

25. R. *globosa*; culmis triquetris, glabris; foliis planis, margine scabris; capitulo globoso, polystachyo; involucro tetraphyllo, capitulo breviore; glumis ovatis, acutis, infra apicem apicatis; semine sublenticulari, rostrato. CHAETOSPORA *globosa Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 185.

Habitus ARMERIAE *vulgaris.* Rad. fibrosa. Culmus erectus, 2ped., et ultra, sulcatus, basi foliosus. Folia lineari-graminea, sulcata glabra margine scabra, culmo breviora, basi vaginantia Capitulum terminale solitarium magnitudine Cerasi; spiculae numerosae lanceolatae teretes, densae, triflorae; foliola involucri ovata, mucronato-aristata, squamaeformia, triplo breviora capitulo. Glumae 8-9, concavae, leviter striatae, glabrae, coriaceae, rufo-fuscae, nitidae, 5-6 inferiores minores vacuae. Stylus bifidus? basi incrassatus. Semen glabrum, basi styli persistente coronatum, setis 6 munitum. In *opacatis Guayanae in ripis Orinoci prope San Fernando de Atabapo.* 4.

26. R. *pterocarpa;* culmis trigonis, foliisque glabris, planis; vaginis pilosis; capitulo globoso, polystachyo; involucro suboctophyllo, capitulo longiore; glumis ovatis, acutis; semine lenticulari, alato, subrostrato. CHAETOSPORA *pterocarpa Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 185.

SCHOENO *piloso* et *antarctico? Vahl* affinis et sub nomine SCH. *barbati Vahl* in Herb. *Jussiaei* asservatus, a quo valde diversus videtur. Rad. fibrosa. Culmi erecti, 2ped., sulcati, basi foliati. Folia lineari-graminea, glabra, sulcata, culmo dimidio breviora. Capitulum terminale, diametro 3 lin. Spiculae numerosae densae biflorae. Involucri foliola ovato-lanceolata, acuminata, basi ciliata, inaequalia, majore capitulum duplo superante. Glumae 5-6, concavae glabrae fuscescentes; 3-4 inferiores minores vacuae. Stylus bifidus? Semen oblongum, lenticulare alatum, stylo persistente et basi setis 6. In *humidis prope Atures, juxta ripam Orinoci.* 4.

Obs. SCHOENUM *antarcticum Vahl* ignoramus et nescimus. SCIRPUM tantum *antarcticum* habemus. SCHOENUS *piloeus Vahl* non est RHYNCHOSPORA.

174. DICHROMENA.

1. D. *leucocephala Mich.;* glabra, involucris basi utrinque coloratis. *Vahl Enum.* II. p. 240. *Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 37. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 47. DICHROMA *leucocephalum Pers. Syn.* I. p. 57. SCHOENUS *stellatus Swartz Prodr.* p. 19. *Fl. Ind. occid.* I. p. 102. *Lam. Enc. meth.* I. p. 741. *Willd. Spec.* I. p. 264.

Digitized by Google

Culmus saepe pedalis et parum ultra, apice angulatus. Folia culmo interdum longiora. Involucri folia 5-6, longius 4-5-pollicaria. Spiculae niveae. Semen subrotundum, compressiusculum, magnum. In *Caribaeis*. 2.

2. D. *ciliata Vahl*; pilosa, involucris supra basin coloratis. *Vahl Enum.* II. p. 240. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 47. (qui SCHOENUM *stellatum Swartz* et Iconem *Sloanei Jam.* I. t. LXVIII. f. 1. huc trahit). *Gramen* IV. *species Marcgr. Hist.* I. teste *Vahl* ex *Marcg. herb.* DICHROMA *ciliatum Pers. Syn.* I. p. 58. (excl. syn. *Swartz* et *Willd.*).

Culmi pedales et ultra, filiformes, apice pilosi, angulati. Folia culmo breviora, margine hirsutissima, ut vaginae. Involucra hexaphylla, supra basin versus albido-flavescentia; foliolum longius 3 pollic. Spiculae 5-6 glabrae, albidae. Semen basi purpurascens, acumine nigro. In *America meridionali. Rich. Puertorico. West. Am. Septentr. Pursh.* 2.

3. D. *globosa;* culmis triquetris; foliis margine scabris, carinâ hispido-ciliatis, culmum aequantibus; capitulo subgloboso, denso, polystachyo; spiculis subtrifloris; involucro subpentaphyllo; semine ovato-lenticulari, rostrato, transversim undulato-rugoso. SCHOENUS *globosus Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 184.

Cum in citato opere SCHOENI jungantur cum DICHROMIS *Vahl*, et haec proxima dicatur, D. *ciliatae Vahl*, huc potius quam ad SCHOENOS eandem referimus. Differt a D. *ciliatâ* foliis culmum aequantibus eòque longioribus, vaginis glabriusculis, capitulo globoso denso polystachyo, involucro viridi nec colorato. Rad. fibrosa. Culmi erecti sub 1 1/2ped. striati glabri apice hispido-ciliati, basi foliati; folia graminea, nervoso-striata; vaginae membranaceae striato-nervosae, glabrae, virides. Capitulum terminale, magnitudine fructus Pruni spinosae, involucratum. Spiculae ovato-oblongae subteretes, 2 1/2 lin. longae. Foliola involucri simillima foliis, basin versus hispido-ciliata, inaequalia, capitulo multo longiora. Glumae nonnullae ovatae acutae tenuissime membranaceae albidae subuninerviae glabrae, inferior vacua. Stylus bifidus. Semen acuminato-rostratum, fuscum, nitidum, glabrum, filamentis persistentibus elongatis cinctum. In *monte Quindiu prope El Azutral.* 2.

4. D. *nervosa Vahl;* glabra, involucris undique concoloribus 10-12 nerviis. *Vahl Enum.* II. p. 241.

Culmi semipedales, filiformes, obtuse angulati. Folia culmo longiora. Involucrum pentaphyllum, longius 5-6pollic. Spiculae 3-5, squamae e punctis numerosissimis purpureis albido-purpurascentes. In *America calidiore. v. Rohr.*

5. D. *pubera Vahl*; foliis involucrisque undique concoloribus ciliatis, spiculis pubescentibus. *Vahl Enum.* II

Digitized by Google

p. 241. SCHOENUS *pubescens;* culmis triquetris glabris, foliis planis ciliatis culmo brevioribus, spiculis capitato-congestis paucifloris; involucro subpentaphyllo; semine subgloboso lenticulari apicato transversim undulato rugoso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 184.

Culmi semipedales, setacei, obtuse angulati, longitudine foliorum planorum. Vaginae glabrae. Involucrum 3-4phyllum, longius 2pollic. Spiculae 3-5 in singulo capitulo, squamis ciliatis albidis purpureo-punctatis. Semen transverse profunde undulato-striatum. In *America merid. Richard. In insula Trinitatis. v. Rohr. In humidis Orinoci prope Muitaco et catarractam Bocca del Infierno. Humb.*

Obs. Glumae in nostris ovatae acutae subcarinatae glabrae, dorso scabrae albidae maculis minutissimis linearibus purpureis, nec ciliatae. *Humb.* et *Bonpl.* l. c. Eadem cum DICHROMENA *Vahl* fide *Herb. Richard.*

6. D. *repens Vahl;* glabra, involucris undique concoloribus, culmo repente. *Vahl Enum.* II. p. 241. DICHROMA *reptans Pers. Syn.* I. p. 58. SCIRPUS *reptans Rich. act. soc. n. par.* I. p. 106.

Radices trigonae, repentes, articulis bipollicaribus. Culmi tripollicares, filiformes. Folia 2-4 in culmo, bipollicaria, laxa, serrulata. Involucrum triphyllum, longius fere pollicare. Spicae 2-3 in capitulo, niveae, squamis lanceolatis. Semen lenticulari-subglobosum, flavescens, margine parum crassiore cinctum. Stamen 1. In *Gujana. Richard.* 2.

175. FIMBRISTYLIS. *

1. F. *acuminata Vahl;* spicâ ovatâ attenuatâ acutâ solitariâ, foliis nullis, culmo filiformi. *Vahl Enum.* II. p. 285.

Affinis maxime F. *schoenoidi;* differt: vaginis oblique truncatis acutis, nec in folium desinentibus; spicis ovato-oblongis attenuatis acutissimis, nec ovatis obtusis; seminibus transversim sulcatis plumbei coloris, nec flavis, laevibus. In *Ind. orient. Hoenig.*

2. F. *nutans Vahl;* spicâ ovato-oblongâ nutante, squamis ovatis striatis, culmo subcompresso. *Vahl Enum.* II. p. 285. F. spicâ ovato-oblongâ nutante, squamis ovatis

---

* Culmi enodes, basi foliati v. vaginati. Folia angustata, saepe canaliculata marginibusque denticulatis. Spicae solitariae, vel umbellatae; involucro structurâ foliorum, nunc scarioso, abbreviato.

Obs. Generis distincti character praecipuus in stylo cum ovario articulato et deciduo positus est. Nonnullae species enim stylum partialiter vel obsolete ciliatum, imo penitus imberbem, aliae basi haud incrassatum habent; in unicâ nux membranâ alari cincta, in alterâ stylus a basi lanam supra nucem dimittit, cujus ope diutius persistit.

Hae plantae intra tropicos praesertim proveniunt et vix ad 40° latitudinis attingunt.

Digitized by Google

acutiusculis, carinâ striatis, margine medio, nucibus rugosis, culmis angulatis basi vaginatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 226. SCIRPUS *nutans Retz Obs.* IV. p. 12. *Willd. Spec.* I. p. 291.

Culmi aggregati, pedales, filiformes. Folia nulla. Vaginae pollicares, obtusae, ferrugineae. Spica semiunguicularis. Squamae latae mucronatae, virides, margine fuscae. In *uliginosis Malaccae. Koenig.* 4.

3. F. *pygmaea Vahl;* spicâ ovatâ obtusâ, involucro submonophyllo, culmo filiformi subaphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 285.

Similis omnino Sc. *setaceo*, diversum squamis et seminibus. Culmus tripollicaris in exsiccatis trigonus. Vaginae rarius in folium culmo brevius desinentes. Involucri foliolum alterum longitudine spicae. Squamae ovatae pallidae acutae. Semen transversim undulatum. Spicula unica. In *Bonaria. Commerson.*

4. F. *serrulata Vahl;* culmo angulato filiformi diphyllo, spicâ ovatâ, involucro diphyllo foliisque linearibus extrorsum serrulatis. *Vahl Enum.* II. p. 285.

Culmi digitales, plures, vaginati; folia culmo duplo longiora, obtusiuscula. Vaginae 2 ferrugineae. Involucri folium alterum spicâ parum longius, semine milii parum majori, obtusâ; squamae ovatae acuminatae, deciduae, sordide flavescentes. In *America merid. v. Rohr.*

5. F. *leucostachya;* culmis triquetris, (angulis), foliisque margine scabris; spiculâ solitariâ, oblongo ellipticâ; involucro monophyllo, squamaeformi; glumis subrotundis, acutis; semine trigono, apice tuberculato, punctato-scabro. ISOLEPIS *leucostachya Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 177.

Rhizoma perpendiculare crassum, vaginis persistentibus marcescentibus, fuscis densissime tectum, basi fibris numerosis. Culmi cespitosi erecti 6poll., nudi, glabri. Folia radicalia numerosa subulato-setacea, trigona glabra, 3poll., basi vaginata. Spicula terminalis, obtusa, 1/2poll., multiflora. Involucrum subulatum, spiculâ quadruplò quintuplò brevius; glumae membranaceae, trinerviae, albidae. Stylus compresso-planus, ciliatus, trifidus, stigmatibus ciliatis. Semen obovatum fuscum, basi nudum. In *sylvis Orinoci Maypurem inter et insulam Tomo.* 4.

6. F. *lanata;* culmis (teretibus) angulato-sulcatis, (angulis) scabris; foliis setaceis, glabris; spiculâ solitariâ, cylyndraceâ, nudâ; glumis ovatis, obtusis, ciliatis; semine trigono, apice nudo? ISOLEPIS *lanata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 177. t. 68.

Digitized by Google

Culmi erecti pedales et altiores, glabri, basi foliati et pilis pollicaribus fuscescenti-sericeis. Folia canaliculato-trigona pungentia, 4-5poll., basi in vaginam dilatata. Vaginae ovato-oblongae, obtusae membranaceae, fuscae, ciliis pollicaribus, sericeo-fuscis. Spicula terminalis obtusa pollicaris. Glumae numerosissimae, arcte undique imbricatae, planiusculae membranaceae fuscae glabrae, 4 lin. longae, 3 latae. Filamenta dilatata persistentia. Ovarium obovatum trigonum glabrum nudum. Stylus complanatus, ciliato-fimbriatus, basi bulbosus, apice trifidus. Stigmata ciliata. In *opacis inundatis prope Atures.* 2.

7. F. *schoenoïdes Vahl;* spicis ovatis obtusis solitariis subternisque lateralibus pedunculatis, culmo foliisque filiformibus glabris. *Vahl Enum.* II. p. 286. SCIRPUS *schoenoides Retz Obs.* V. p. 14.

Glauca; culmi teretes, semipedales, monophylli. Folia culmo breviora, convoluta; vaginae saepe bipollicares. Involucrum squama ovata spicâ brevior. Umbella 1-2radiata, interdum spica solitaria. Spica magnitudine piperis, squamis ovatis, mucronatis, albidis. Semen compressiusculum. In *India orientali.*

8. F. *hirtella Vahl;* spicis ovatis geminatis alterâ pedunculatâ, foliis pilosis culmoque setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 286.

Culmi palmares, apice trigoni. Folium unicum, culmo longius, canaliculatum: vaginis ferrugineis. Involucrum diphyllum, foliolo altero umbella multoties longiore; spiculâ alterâ sessili, alterâ pedunculatâ. Squamae ovatae, submucronatae, ferrugineae. Semen niveum. In *America meridionali. v. Rohr.* ⊙.

9. F. *miliacea Vahl;* spicis globosis, involucris subdiphyllis umbellâ decompositâ brevioribus, culmo basi folioso. *Vahl Enum.* II. p. 287. SCIRPUS *miliaceus Linn. Sp. pl.* 73. *Willd. Spec.* I. p. 305. *Burm. Ind.* t. 9. f. 2. *Rottb. Gram.* p. 57. t. 5. f. 2.

Culmi pedales, triquetri, laxi. Folia culmo altiora, inferne multo latiora. Vaginae amplae, ferrugineae margine. Involucra et involucella 2-3phylla, setacea, squamis duabus ovatis. Umbella 4-5radiata radiis laxis, longiore 1 1/2pollic., partialis 2-3radiata. Spicae magnitudine semine sinapios, fusco ferrugineae. Squamae subrotundae. In *India orient.* 2.

10. F. *stans Richard;* culmo basi monophyllo teretiusculo polystachyo; spicis subumbellatis ovatis involucro brevioribus; glumis apice subvillosis. *Richard* ap. *Spreng. pug.* I. p. 6.

Cubitalis et ultra; culmi basi vaginis membranaceis pallidis, nonnullis in folia rigida glauca margine serrulata abeuntibus. Umbellae terminales simplices polystachyae; involucri foliola terna

Digitized by Google

glauca margine serrulata umbellam superantia; spicae teretes pallide rufescentes; glumae ovatae acutae; antherae lineares apice hiantes; stylus plano-compressus, apice bifurcatus, margine ciliatus. Proxima F. *arvensi*, quae diversa culmo obsolete trigono, involucro submonophyllo umbellam aequante, spicis demum tortis. In *S. Domingo.*

11. F. *speciosa Rohde;* culmo teretiusculo polystachyo, umbellis compositis, spicis teretibus glumisque obtusis, foliis glaberrimis canaliculatis. *Rohde* apud *Sprengel pug.* I. p. 5. SCIRPUS *domingensis Pers. Syn.* I. p. 67.

Cubitalis. Folia omnia radicalia pedalia et ultra, basi distichа, culmum vaginantia, spadicea. Culmus erectus simplex glaberrimus, infra teres, supra angulatus, aphyllus. Umbella terminalis; involucri foliola linearia pedunculos umbellae aequantia, margine serrulata; pedunculi basi bracteâ lineari suffulti angulati subflexuosi, terni quaterni; spicae subpollicares, subferrugineae, teretes, 30-40florae; glumae glaberrimae, inferiores deciduae. Antherae luteae lineares apice barbatae. Stylus plano-compressus, apice bifurcus, margine ciliatus. In *St. Domingo.*

12. F.? *bengalensis;* culmo tenui nudo, umbellâ supradecompositâ, involucro tetraphyllo, spiculis intermediis sessilibus ovatis (minutis), squamis concavo-carinatis mucronatis. SCIRP. *bengalensis Pers. Syn.* I. p. 68.

Communicata a cl. *Richard*, qui eam *ex Bengalia* accepit. An diversa species? quaerit cl. *Persoon*, qui illam post F. *miliaceam* posuit.

13. F. *tennis;* repens; culmis triquetris foliisque glabris, planis; cymâ terminali; spiculis ovato-oblongis, solitariis; involucro subtriphyllo, cymâ breviore; glumis ovatis, acuminatis; semine triquetro, punctato-scabro. ISOLEPIS *gracilis Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 179.

Cum auctores speciem hancce proximam dicant F. *dichotomae* (quae vera FIMBRISTYLIS) et haecce species hujus generis erit. Rhizoma horizontale. Caules caespitosi erecti bipedales glabri sulcati, basi vaginis pluribus, exterioribus brevissimis, ovatis aut lanceolatis, acuminatis, membranaceis striatis glabris arcte appressis, aphyllis, 2 interioribus bipollicaribus, desinentibus in folium lineare, semipollicare striatum, obtusiusculum. Cyma terminalis involucrata, radiis 7-8, trifidis, ramis bi- aut trifidis, tristachyis. Spiculae laterales pedicellatae, intermedia sessilis, ovato-oblongae, acutiusculae, pauciflorae, 2 lin. longae. Involucri foliola 2-3 setacea. Glumae glabrae fuscae arcte imbricatae. Stylus trifidus. Stigmata ciliata. Semen ovatum acutum albidum basi nudum. In *ripa arenosa Orinoci prope confluentem Araucam et pagum Carichana.* 4.

Digitized by Google

14. F. *dichotoma Vahl*; spicis ovato-oblongis, involucro subtriphyllo, umbellâ decompositâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 287. et hoc teste: SCIRP. *dichotomus Linn. Fl. zeyl.* p. 40. *Rottb. Gram.* p. 57. t. 13. f. 1. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 395. t. 9. f. 5. *Plukn. alm.* p. 179. t. 119. f. 3. β. *villosa*. Sc. *bisumbellatus Forsk. descr.* p. 15? SCIRP. *nilotica Gmel. S. V.* I. p. 126. *Vahl* huc quidem, cum *Willd. Spec.* I. p. 303., ducit Sc. sequentem *annuum*, sed nec *Schrader* nec *Host Linnaei* et *Rottboellii* synonymon adducunt, de utroque dubitat cl. *Gaudin*, et *dichotomam* et *annuam* sejungit *Pers. Syn.* I. p. 68. *Decandolle* vero jungit, hoc tantum monens, *Linnaei dichotomum* a *Lamarckii* esse distinctum. Variare culmis altioribus et brevioribus, foliis glabris et villosis, umbellâ simplici, 2-3radiatâ, compositâ et decompositâ.

Glauca. Culmi digitales et pedales, trigoni. Folia culmo altiora et breviora, vaginis ferrugineis. Involucrum partiale diphyllum, umbellâ brevius sub-octo-radiatâ, radii longiores 1/2-pollic., partialis 5-7 radiata. Spicae ferrugineae. Semen fuscum, longitudinaliter striatum. *Vahl.* In *India orientali* et β. *in Arabia.* ☉.

Obs. Alia fere videtur species, quam *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 179., laudatis licet synonymis *Linnaei*, *Rottboell*, *Willdenow* et FIMBRISTYLIS *dichotomae Vahl* hic adductis, nomine ISOLEPIS *dichotomae* proponunt: culmis triquetris apice compresso-planis, angulis foliisque serrulato-scabris planis, cymâ terminali, spiculis ovatis solitariis, involucro tetraphyllo cymam (sub) aequante, glumis subrotundo-ovatis (sub) emarginatis breviter mucronatis, semine lenticulari apice tuberculato, longitudinaliter costato-striato. — Huic radix fibrosa; culmus erectus pedalis basi foliatus glaber; folia caespitosa, linearia obtusiuscula striata scabra, culmo dimidio breviora, basi vaginantia. Vaginae margine membranaceae striatae glabrae. Cyma involucrata, radiis 5-6, inaequalibus, triquetris scabris trifidis. Spiculae obtusiusculae, 12-15florae, basi bracteâ instructae, terminales pedicellatae, laterales sessiles, bracteâ lanceolatâ acuminato-aristatâ, membranaceâ, spiculis breviore. Involucri foliola lineari-subulata, margine serrulato-scabra. Glumae numerosae concavae membranaceae fuscae glabrae arcte imbricatae. Stylus compresso-planus, margine ciliato-fimbriatus, basi bulbosus, apice bifidus. Stigmata ciliata. Semen obovatum obtusum basi styli persistentis coronatum, transversim undulato-striatum, basi nudum. *In umbrosis - Orinoci prope cataractam Aturensium.* 2.

15. F. *annua*; culmo subtriquetro, vaginis foliiferis; cymâ terminali simplici et composita, involucro 2-3phyllo cinctâ, spiculis solitariis oblongo-ovatis, glumis mucronatis, fructu costato. Sc. *annuus Schrad. Fl. germ.* I. p. 418. Sc. *annuus Allion. pedem.* n. 2371. t. 88. f. 5. *Bellard act. taur.* V. p. 211. *Desfont. atl.* I. p. 51. (ergo et *Decand. Fl. fr.* III. p. 141. n. 1791. excl. syn. *Linn.*

Digitized by Google

Rottb. Plukn. Forsk.) *Host Gram. austr.* III. t. 63. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 34. et hoc teste *Scheuchz. Agrostogr.* p. 395. t. 9. f. 6. et, quoad citatum *Allioni*, Sc. *dichotomus M. a Bieberst. Fl. taur.* I. p. 39., qui citat *Buxbaum* C. I. t. 55. f. 2., qui forte diversus. An Sc. *dichotomus Rottb. Gram.* t. 13. f. 1.?

Rad. fibrosa. Culmi 5-6pollic., tenues, glabri, aut cum foliis inferne pubescentes, vaginati, caeterum nudi. Folia linearia, angustissima, acuta, laxa, primum canaliculata, dein planiuscula, ad oras scabra. Vaginae tenuissimae, striatae. Involucri folia inaequalia, unico cymam superante. Pedunculi 3-8, compresso-triquetri glabri, ochreâ laxâ, pilosiusculâ rufescente, cymâ partiali aut spiculâ solitariâ. Spiculae omnes, exceptâ centrali, pedunculatae, glumis lato-ovatis nitidis ferrugineis, nervo dorsali viridi breviter mucronatae, superioribus obtusioribus. Stigm. 3. Nux minutissima pallide fusca nitida, obovato-subtrigona, longitudinaliter costata. In *Europa meridionali transalpina, et ad Hzia rivum in Iberia.* ⊙.

16. F. *glauca Vahl;* spicis oblongis obtusis, involucro subdiphyllo umbellâ decompositâ breviore. *Vahl Enum.* II. p. 288.

Culmi 1 1/2pedales, apice compressi; folia longitudine culmi vel breviora; involucrum partiale nullum. Umbella 5-6radiata; radii longiores 1 1/2pollic., interdum divaricato-patentissimi; partiales 3-4, ultimi 1-2radiati. Affinis F. *dichotomae*, differt: spiculis squamisque oblongis obtusis, involucro universali umbellâ duplo breviore, interdum subnullo. In *India orient. Koenig.*

17. F. *aestivalis Vahl;* spicis teretibus subsquarrosis, involucro subhexaphyllo, umbellâ compositâ longiore, floscu-lis monandris. *Vahl Enum.* II. p. 288. Scirpus *aestivalis Retz Obs.* IV. p. 12. *Willd. Spec.* I. p. 308.

Glauca. Culmi bipollicares spithamaei depressi filiformes, uti folia, trigoni; vaginae, uti folia, hirtae. Involucrum 6-8phyllum, setaceum; umbellae 5-8radiatae radii longiores 1/2pollic. Spicae parvae, squamae lanceolatae, in aristam patulam attenuatae villosae pallide fuscae. In *fluviis fundo limosis sub Sirio exsiccatis Zeylonae.* 4.

18. F. *squarrosa Vahl;* spicis teretibus squarrosis, involucro subquadriphyllo umbellam decompositam subaequante, culmo filiformi, foliis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 289.

Culmi digitales vel palmares setacei subcompressi, basi monophylli. Folia radicalia, culmo parum breviora, convoluta. Vaginae fusco-ferrugineae. Involucrum foliolo unico umbellam aequante, partiale diphyllum, brevissimum. Umbella patens, laxa, sub-decem-radiata, partialis 5-6radiata. Spicae semiunguiculares, cylindricae, acutiusculae; squamae in aristam

Digitized by Google

apice patulam attenuatae, ferrugineae, carinâ villosae. Semen subgloboso compressiusculum. In *America meridionali.*

19. F. *puberula Vahl;* spicis ovatis pubescentibus, involucro involucellisque diphyllis, umbellâ compositâ umbellulisque longioribus. *Vahl Enum.* II. p 289. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 49. Scirpus *puberulus Mich. Fl. bor. am.* I. p. 31. Scirpus *pubescens Pers. Syn.* I. p. 69. Scirpus *fimbriatus Poiret Enc. meth.* VI. p. 779.

Culmi pedales et ultra, superne striato-angulati, foliis angustis breviores; radii umbellae 1-4stachyi; spicae parvae crassiusculae, squamis pubentibus, mucronatis. Junior tota pilosa, incana; aetate glabra. In *Virginia, Carolina, Georgia et Florida.* 4.

20. F. *diphylla Vahl;* spicis ovato-oblongis, involucro diphyllo umbellâ compositâ breviore, flosculis monandris. *Vahl Enum.* II. p. 289. Scirpus *diphyllus Retz Obs.* V. p. 7. *Willd. Spec.* I. p. 301.

Glabra, glauca; culmi bipedales et ultra, 2-3phylli. Involucri foliolum unicum vix longitudine umbellae, partiale diphyllum brevissimum. Umbella composita 6-7radiata; radius longior 2pollic., partialis 3-4radiata. Squamae ovatae mucronatae, pallide fuscae, nitidae. Stamen unicum. Semen subrotundum, cruciatim undulato-striatum. In *India orientali. Koenig.*

21. F. *tomentosa Vahl;* spicis ovatis acutis, involucro subpentaphyllo umbellâ compositâ longiore basi foliisque pilosissimis. *Vahl Enum.* II. p. 290.

Tota piloso-incana. Culmi bipedales et ultra, tenues, apice 2-3phylli. Folia culmo breviora, angusta. Involucri foliola 2 longiora. Umbella 7radiata, radii tripollicares; partialis 2-3radiata. Spicae semine cannabis duplo majores, squamis acutis fuscis, tenellis pilosis. Stamen 1. Semen longitudinaliter striatum, transversim subundulatum. In *India orientali, Ava.* 4.

22. F. *pilosa Vahl;* spicis ovatis obtusis glabris, involucro diphyllo, umbellâ subdecompositâ breviore. *Vahl Enum.* II. p. 290. Scirpus *fimbriatus Willd. Berl. Mag.* II. p. 288.

Glauca; culmi saepe bipedales, apice subtrigoni, 2-3phylli. Folia culmo breviora, angusta, inferne rare piloso-ciliata, vaginae pilosae, ferrugineae. Involucrum ciliatum. Umbella circiter sexradiata, radius longior vix tripollicaris, partialis 3-4pollic. Spiculae piso parum minores, obtusiusculae, squamae mucrone brevi terminatae fuscae. Stamen unicum. Semen longitudinaliter undulato-striatum, substipitatum. In *Insula Franciae, in Guinea.* 4.

23. * F. *autumnalis;* culmo ancipiti nudo, umbellâ (terminali simplici aut) decompositâ, spiculis oblongis subtetra-

Digitized by Google

gonis, involucro triphyllo. Scirpus *autumnalis Willd. Berl. Mag.* II. p. 287. t. VIII. f. 1. Sc. *autumnalis Linn. Mant.* p. 180. et *Clayt.* 772.

Hanc cum C. *autumnali* commutasse *Vahlium Willd.* l. c., qui sic plantam describit: „Culmus 4pollic.-pedalis, et parum altior, compressus, minime triqueter, sulcatus erectus nudus, in speciminibus altioribus quandoque ad basin foliis binis, etiam ramulo instructus, in minoribus vero basi tantum folio unico et vaginâ. Folia 2-3pollic., linearia, canaliculata striata. Involucri foliola linearia acuta umbellâ breviora. Spiculae centrales sessiles, reliquae pedunculatae. Pedunculi ancipites medio sulcis binis elevatis. Squamae oblongae mucronatae fuscae, nervo medio viridi, apice patulae. Exemplaria pensylvanica minora jamaicensibus. Simillima F. *pilosae.* In *Pensylvania*, *Virginia*, *Jamaica.* 4. Cl. vero *Roth* in *nov. plant. Spec. Ms.* affirmat Scirp. *autumnalem Linn.*, Scirp. *complanatum Retz*, et Cyperum *complanatum Willd. Spec.* eandem sistere plantam mire variantem magnitudine culmi, foliorum et spicularum. Specimina americana vix palmaria esse foliis culmisque angustis, spiculis vix sesquilinearibus; Indiae orientalis 1 1/2-bipedalia, foliis culmisque latioribus et spiculis fere trilinearibus gaudere.

34. F.? *villosa*; tota villosa, caule striato, triquetro, inferne folioso; foliis planis erectis fere longitudine caulis; umbellâ compositâ; involucro diphyllo longissimo. Scirpus *villosus Poiret Enc. meth.* VI. p. 781. β. altior subpubescens, umbellâ decompositâ. *Poiret* l. c.

Fimbristyli adnumeramus, quia cl. *Poiret* summam, β praecipue, cum Fimbristyli affinitatem notasset. Rad. fibrosa, subalbescens; culmi fere filiformes, pedales, pubescentes, cinerei, basi foliis 2-3 erectis angustissimis cinereis longitudine fere culmorum; vaginae laxae; pedunculi inaequales villosi simplices aut umbelliferi; spiculae ovatae, turgidulae, e fusco flavicantes, glumis ovatis glabris acutiusculis, 2 inferioribus ciliatis. β. duplo altior, culmi glabri, vagina villosa, folia pubescentia, umbella amplior fere decomposita, spiculae majores, quarum quaedam ad basin pedunculorum sessiles. In *uliginosis Porto-Ricco. Le Dru.*

35. F. *exilis*; culmis triquetris, foliisque hirtis, setaceis triquetris; umbellâ quadri- aut quinqueradiatâ, radiis inaequalibus, monostachyis; spiculis ovatis, acutis; involucro triphyllo, umbellâ longiore; glumis ovatis, acuminatis, brevissime aristatis; semine triquetro. Isolepis *exilis Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 180.

Affinis Sc. *villoso Poiret.* Rad. fibrosa. Culmi caespitosi erecti pedales sulcati basi foliati. Folia striata, culmo duplo breviora, basi vaginantia. Vaginae lanceolatae acuminatae membranaceae fuscescentes hirtae, apice longissime ciliatae pilliferae. Umbellae radii triquetri hirti, 8-9 lin., intermedio

Digitized by Google

subnullo. Spiculae 2 lin. longae. Involucrum foliolis setaceis hirtis, umbellâ duplo longioribus. Glumae carinâ scabrae, caeterum glabrae, membranaceae, fuscae arcte imbricatae. Stylus trifidus complanatus, basi dilatato-bulbosus. Stigmata ciliata. Semen? In *planis apricis prope Cumana et Punta Delgada.* 4.

26. F. *hirta*; culmis triquetris, glabris; foliis planis, pilosiusculis; umbella compositâ, sex- aut octoradiatâ; umbellulis tetra- aut hexastachyis; involucro subpentaphyllo-hirto, (foliolo unico) umbellam superante; glumis oblongo-ellipticis, acuminato-aristatis; semine lenticulari. ISOLEPIS *hirta Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 180.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti 3-4poll., striati, basi foliati. Folia lineari-setacea, basi vaginantia, culmum aequantia; vaginae striatae, externe hirtae. Umbellae radii monostachyi inaequales, spiculae oblongae, multiflorae, 1-1½ lin. longae. Involucri foliola subulata inaequalia; involucella monophylla lanceolata, aristata, umbellulâ breviora. Glumae membranaceae albidae laxe imbricatae. Stylus planus bifidus ciliato-fimbriatus, basi bulbosus, bulbo longissime ciliato fimbriato. Stigmata ciliata. In *temperatis convallium Araguensium inter Cura et Nueva Valencia.* 4.

27. F. *arvensis Vahl;* spicis oblongis tortis, squamis medio subtomentoso-canescentibus, involucro submonophyllo umbellam simplicem subaequante. *Vahl Enum.* II. p. 291. SCIRPUS *arvensis Retz Obs.* IV. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 296.

Glauca. Culmi spithamaei pedales, inferne compressi. Folium 1, 2-3pollic., rigidiusculum, vaginae ferrugineae. Involucrum longius semipollicare. Umbella 2-5radiata. Spicae acutae, plerumque tortae, squamae mucronatae, latere ferrugineae. In *India orientali, Koenig. Rottler.* 4.

28. F. *umbellata Vahl;* spicis (ovato-) oblongis, involucro brevissimo, umbellâ simplici. *Vahl Enum.* II. p. 291. SCIRPUS *umbellaris Lam. Illustr.* I. p. 141.

Culmi subcompressi striati glaberrimi nudi; umbellae radii 6, inaequales, simplicissimi, graciles, subangulati. Spica in singulo obovata; glumae fusco-flavescentes ovatae obtusae. Ad basin umbellae plerumque spicula sessilis. *Habitat? Herb. Lamarck.*

29. F. *ferruginea Vahl;* spicis ovato-oblongis, squamis medio subtomentoso-incanis, involucro subdiphyllo umbellam simplicem aequante. *Vahl Enum.* II. p. 291. et hoc teste. SCIRPUS *debilis Lamarck Illustr.* I. p. 141. (quem *Poiret Enc. meth.* VI. p. 780. hujus β. facit.) SCIRPUS *ferrugineus Linn. Willd. Spec.* I. p. 304. SCHOENUS *polymor-*

Digitized by Google

phus Rottb. Gram. 67. (cujus nec mentionem fecit *Vahl* ullibi). *Sloane cat.* p. 36. *Hist.* I. t. 77. f. 1.

Glauca; culmi 1 1/2pedales, 2-3phylli. Folia culmo breviora, filiformia, apice interdum sphacelata, vaginis ferrugineis. Involucri folio unico rigidiusculo, umbellâ parum longiore. Umbellae 3-6radiatae, radius longior pollicaris, interdum distachyus. Spicae magnitudine seminis Tritici, squamis latis mucronatis, ferrugineis, dorso villoso-cinerascentibus. Semen flavum, laeve. In *Jamaicae paladibus et siccis. Le Dru etiam in Porto-Ricco.* 4.

30. F. *compressa;* spicis ovatis, squamis apice subtomentosis, involucro subdiphyllo umbellam simplicem superante, culmo compresso.

Culmus 1 1/2pedalis, striatus, glaberrimus, aphyllus, in nostro saltem specimine. Involucri foliolum alterum umbellâ s. paniculâ brevius, alterum, quasi culmi apex, duplo longius. Spiculae 5, inferior sessilis, suprema pedunculo longitudine spiculae, 2-3 lineas longae. Squamae latae ovatae mucronatae. *Ex Africa retulit et misit Pal. de Beauv.*

31. F. *laxa Vahl;* spicis ovatis glabris, involucro subdiphyllo umbellâ decompositâ breviore, culmo foliisque filiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 292.

Spiculae triplo minores quam in antecedente. Stamen 1. Semen flavum subrotundum, longitudinaliter striatum, transversim undulatum. Aliud specimen ait *Vahl* nomine F. *hybridae* mecum communicavit *D. Richard*, culmo tantum duplo crassiore, involucro umbellâ breviore piloso diversum. In *America merid. Rich.* 4.

32. F. *castanea Vahl;* spicis ovato-oblongis obtusis, involucro diphyllo rigido umbellam subcompositam aequante. *Vahl Enum.* II. p. 292. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 49. SCIRPUS *castaneus Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 31. SCIRPUS *carolinianus Lam. Illustr.* I. p. 142. (quem, dubitans tamen, fors etiam ad C. *autumnalem* pertinere *Vahl.*) SCHOENUS *umbellatus Walth. Fl. carol.* p. 70. *secund. Bosc.*

Glauca. Culmi semipedales, rigidi, inferne foliosi. Folia angusta rigida. Involucri foliola linearia. Umbellae radii 5-6, longior pollicaris; partialis 1-4, 1 2-stachyi. Spicae piperis magnitudine nigri; squamae ovato-subrotundae, dilute ferrugineae, substriatae, aetate castaneae. Variat magnitudine et spiculis villosioribus et glabris. In *Carolina et Florida.* 4.

33. F. *mucronata Vahl;* spicis oblongis, involucro submonophyllo brevi rigido, umbellâ simplici. *Vahl Enum.* II. p. 293.

Culmi trigoni, spongiosi. Involucrum e culmo continuato et squama opposita, ovata, fusco ferruginea. Umbella 2-4radiata, radiis compressis margine scabris. Spicae vix semiun-

Digitized by Google

guiculares, badiae. Squamae oblongae, obtusissimae mucronatae margine albidae. Facies SCIRPI *lacustris*. In *Insula Mahon. Richard.* 2.

34. F. *cylindrica Vahl;* spicis cylindricis obtusissimis, involucro submonophyllo rigido umbellam simplicem aequante. *Vahl Enum.* II. p. 293. SCIRPUS *palustris Gron. virg.* p. 11.

Culmi bipedales et ultra, apice triquetri; folia culmo breviora, convoluto-filiformia glaucescentia, vaginis fusco-nigricantibus. Involucrum umbellâ parum brevius, lineare, planum. Umbella quinqueradiata, radiis setaceis, longior bipollicaris. Spicae fere unguiculares, pennâ columbinâ parum crassiores, arcte imbricatae, spadiceae; squamae subrotundae; foliola duo setacea sub spiculâ longius pedunculatâ. Semen subrotundum, subcompressum, laeve. In *America septentrionali. Bosc.* 2.

35. * F. *spadicea Vahl;* spicis oblongis teretibus acutis, involucro diphyllo rigido umbellam decompositam aequante. *Vahl Enum.* II. p. 294. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 49. SCIRPUS *spadiceus Vahl Eclog. am.* I. p. 7. *Willd. Spec.* I. p. 305. *Sloane Hist.* I. p. 118. t. 76. f. 2. β. culmo triquetro longissimo foliisque filiformibus; paniculâ-umbellatâ, subcompositâ. *Poiret.* Sc. *spadiceus* β. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 780.

Culmi 2-3pedales, rigidi; folia angusta culmo breviora. Involucri foliola erecta, basi fusco-nigricantia. Umbella 8-9radiata, radii longiores 3-4pollic.; partialis octo-radiata. Spicae unguiculares, fusco-nitidae, squamis oblongis mucronatis. Stamina 2. Semen obovato-oblongum, ope lentis punctatum. In *Caribaeis, ad ripas fluminum in Carolina et Florida.* β. in *Porto-Ricco. Le Dru.* 2.

36. F. *argentea Vahl;* spicis cylindricis obtusis glomerato-capitatis sessilibus. *Vahl Enum.* II. p. 294. SCIRPUS *argenteus Rottb. Gram.* p. 51. t. 17. f. 6. *Mullen-Pulla Rheed. mal.* XII. t. 54. *Willd. Spec.* I. p. 311. SCIRPUS *monander Rottb. Gram.* p. 51. t. 14. f. 3. *Willd. Spec.* I. p. 311. SCIRPUM *monandrum* non differre ab *argenteo* nisi numero staminum et culmo parum longiore; *Koenig* in *argenteo* vero stamen 1, 2, 3 observasse, *Vahlius. Rottboell* vero in Sc. *argenteo* involucrum tetraphyllum longissimum, in *monandro* triphyllum longum ait.

Glauco-virescens. Culmi copiosi, vix digitales, setacei, longitudine foliorum setaceorum. Capitulum hemisphaericum setaceum, piso 2-3plo majus. Spicae interdum 25, semiunguiculares, squamis ovatis subargenteis, ferrugineo-striatis. In *Indiae orientalis sylvis et graminosis. Koenig.*

37. F. *polytrichoides Brown;* spicâ oblongâ subnutante, squamis ovatis carinatis mucronatis, culmis subcompressis.

Digitized by

SCIRPUS *polytrichoides Vahl Enum.* II. p. 249. *Willd. Spec.* I. p. 295. *Retz Obs.* IV. p. 11. F. spicâ erectâ ovali-obtusâ involucrum monophyllum subaequante, squamis obtusiusculis monandris, stylis bifidis basi nudâ ovario angustiore, nucibus laevibus, culmis setaceis basi foliatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 226. *Rumph Amb.* 6. p. 17. t. 7. f. 1.

Facies Sc. *cespitosi.* Culmi digitales vel palmares, basi vaginis oblique truncatis. Folia potius culmi steriles. Squamae 2 infimae majores, spiculâ dimidio breviores. Stylus bifidus. Semen obovatum subtrigonum. Setae 0. *Vahl.* Monandra. *Retz.* In *pascuis depressis subudis Zeylon. Koenig.* In nova Holland. *Brown* fide speciminis *Roenigii* in Herb. Banks.

Species e nova Hollandia a clo. R. Brown allatae:

I. *Spica unica, quandoque* 2-3.

38. F. *pauciflora Br.;* spicâ erectâ subulatâ nudâ pauciflorâ; stylo bifido, nucibus scabriusculis, floribus monandris, culmo setaceo basi vaginato. *R. Brown Prodr.* I. p. 225. T.

39. F. *androgyna Br.;* spicâ erectâ conico-subulatâ nudâ, squamis inferioribus hermaphroditis triandris, superioribus minoribus femineis, nucibus scabriusculis, culmo setaceo basi vaginato. *R. Brown* l. c. p. 226. T.

40. F. *acicularis Br.;* spicâ erectâ nudâ lanceolatâ subcompressâ, squamis acutiusculis oblongis punctatis monandris, stylo basi dilatatâ nudâ, stigmatibus 2, nucibus transversim rugosis, culmo capillari basi vaginato. *R. Brown* l. c. T.

Hanc inter et sequentem cls. *R. Brown* posuit F. *polytrichioidem.*

41. F. *punctata Br.;* spicâ erectâ ovali obtusiusculâ tereti nudâ, squamis obtuse mucronatis triandris, stylis trifidis supra ciliatis, nucibus impresso-punctatis, culmo angulato stricto basi foliato. *R. Brown* l. c. T.

Variat culmis laevibus et scabris, et proxime accedit SCIRPO *junceo Forst. aust.* p. 6., qui certe hujus generis.

42. F. *juncea Br.;* culmo teretiusculo filiformi nudo, spicâ ovatâ terminali involucrum aequante. SCIRPUS *junceus Forst. prodr.* p. 6. *Vahl Enum.* II. p. 281.

Speciem esse SCHOENI suspicabatur cls. *Willdenow Spec.* I. p. 311. In *insulis Societatis.*

43. F. *pterygosperma Br.;* spicâ erectâ nudâ globosâ, squamis orbiculatis imberbibus, stylis trifidis complanatis, ovariis marginatis, nucibus alatis nudisve, culmo angulato basi foliato. *R. Brown* l. c. T.

Digitized by Google

44. F. *xyridis Br.;* spicâ subglobosâ nutante, squamis orbiculatis margine lanatis, culmo tetragono, foliis planis ciliatis pilosiusculis longiore. *R. Brown* l. c. T.

Hanc inter et sequentem F. *nutantem* posuit *Brown.*

45. F. *tetragona Br.;* spicâ erectâ ovatâ obtusâ nudâ, squamis ovalibus obtusissimis enervibus, stylis longitudinaliter fimbriatis trifidis, culmis tetragonis basi vaginatis. *R. Br.* l. c. T.

46. F. *spiralis Br.;* spicis lanceolatis solitariis nudis geminisve involucratis, alterâ pedunculatâ refractâ, squamis obtusiusculis, stylis trifidis, nucibus trigonis rugosiusculis, culmis setaceis, vaginis baseos mucronatis. *R. Brown* l. c. T.

47. F. *tristachya Br.;* spicis oblongis acutis subternis, lateralibus pedunculatis, squamis ovatis mucronatis, stylis basi nudis, nucibus laevibus, culmis angulatis scabris basi foliatis. *R. Brown* l. c. T.

II. *Spicae umbellatae, raro capitatae.*

48. F. *depauperata Br.;* umbellâ simplici 3-4stachyâ, involucro diphyllo breviore, spiculis ovatis squamisque acutis, nucibus cancellatis, culmis compresso-setaceis basi foliatis, vaginis pubescentibus. *R. Brown* l. c. p. 227.

Variat spiculis 1-2, involucro 2-3plo brevioribus. *R. Brown.* T.

49. F. *denudata Br.;* umbellâ simplici 4-6stachyâ, involucro brevissimo squamato mutico, spiculis ovato-oblongis, squamis ellipticis, stylis longitudinaliter ciliatis nucibus rugosiusculis, culmis setaceo-compressis laevibus basi vaginatis. *R. Brown* l. c. T.

50. F. *gracilis Br.;* umbella semi-compositâ rarâ involucrum superante, radiis longioribus divisis tristachyis; spiculis ovatis squamis acutis, stylis extrorsum ciliatis, culmis angulato-setaceis basi foliatis, vaginis pubescentibus. *R. Brown* l. c. T.

51. F. *rara Br.;* umbellâ subsimplici involucro 1-2-phyllo longiore, spiculis subglobosis paucifloris, squamis subrotundis, stylis trifidis, culmis angulatis laevibus basi foliatis vaginatisve. *R. Brown* l. c. T.

52. F. *parviflora Br.;* umbellâ semicompositâ rarâ, involucro polyphyllo breviore, spiculis subglobosis pauciflores involucello brevioribus, squamis mucronulatis, stylis bifidis, nucibus cancellatis, culmis setaceis angulatis basi foliatis. *R. Brown* l. c. T.

Digitized by Google

53. F. *velata Br.*; umbellâ compositâ involucrum polyphyllum aequante, spiculis ovalibus, squamis mucronulatis monandris, stylis basi lanatis, culmis angulato-setaceis basi foliatis vaginis glabris. *R. Brown* l. c. I.

54. F. *propinqua Br.*; umbellâ subsimplici involucro saepius longiore, spiculis ovalibus, squamis mucronatis monandris, stylis basi lanatis, culmis setaceo-angulatis basi foliatis, vaginis pubescentibus. *R. Brown* l. c. T.

Nimis affinis praecedenti.

55. F. *elata Br.*; umbellâ subsimplici effusâ, radiis longioribus 2-3 stachyis, involucro brevissimo mutico, spiculis oblongo-conicis, squamis obtusis triandris scariosis, nucibus laevibus subglobosis, culmis angulatis laevibus basi vaginatis. *R. Brown* l. c. T.

56. F. *cespitosa Br.*; umbellâ simplici et semicompositâ involucro saepius longiore, spiculis ovatis squamis obtusis scariosis triandris, stylis bifidis, nucibus laevibus, culmis angulatis laevibus, basi vaginatis. *R. Br.* l. c. p. 228. *T.*

57. F. *brevifolia Br.*; umbellâ simplici et subcompositâ involucrum subaequante, spiculis ovali-oblongis squamis mucronatis triandris, nucibus minutissime cancellatis, culmis angulatis laevibus, foliis baseos vaginis brevioribus. *R. Br.* l. c. T. SCIRPUS *miliaceus Thunb. jap.* p. 37.

Fide specim. auctoris in Herb. *Banks.*

58. F. *variabilis Br.*; umbellâ subcompositâ involucro breviore, pedicellis involucello longioribus, spiculis ovato-oblongis, squamis obtusis diandris, nucibus cancellatis, culmis angulatis basi foliatis. *R. Brown* l. c. I.

59. F. *elongata Br.*; umbellâ compositâ et decompositâ, involucellis umbellulas subaequantibus, spiculis ovali-oblongis, squamis carinatis acutis mucronulatis diandris, nucibus cancellatis, culmis angulatis basi foliatis. *R. Br.* l. c. T.

60. F. *stricta Br.*; umbellâ subcompositâ coarctatâ involucrum subaequante, spiculis subsessilibus ovatis, squamis obtusiusculis monandris, culmis compressis laevibus basi foliatis. *R. Brown* l. c. T.

61. F. *cymosa Br.*; umbellâ decompositâ involucrum superante, spiculis globoso-ovatis paucifloris, squamis ovatis, stylis trifidis nudiusculis, nucibus triquetris laevibus, culmo angulato laevi, foliis strictis carinatis duplo longiore. *R. Brown* l. c. T.

Proxima SCIRPO *dichotomo Herb. Hermanni Br.*

62. F. *sericea Br.*; umbellâ compositâ, spiculis capitatis ovatis, squamis acutis, stylis trifidis, culmis striatis pubes-

Digitized by Google

centibus, foliis subtus argenteo-tomentosis. *R. Brown* l. c. T.

63. F. *furva Br.*; umbellâ compositâ, involucro brevissimo, spiculis pedunculo longioribus, squamis acutis, stylis trifidis ciliatis basi barbatis, nucibus elevato-punctatis, culmis angulatis basi vaginatis. *R. Brown* l. c. T.

64. F. *capitata Br.*; umbellâ congestâ subcapitatâ simplici et semicompositâ, involucro brevissimo, spiculis oblongis subsessilibus, squamis obtusis, stylis trifidis nudis, culmis angulatis basi vaginatis. *R. Brown* l. c. T.

65. F. *cyperoides Br.*; umbellâ decompositâ effusâ involucro submonophyllo aliquoties longiore, spiculis subulatis paucifloris, squamis acutis punctatis, stylis trifidis nudiusculis, culmis compresso-setaceis basi foliatis. *R. Brown* l. c. p. 228. T.

176. ISOLEPIS. *

R. Brown Prodr. pl. nov. Holland. I. p. 221.

Synopsis Sectionum.

α. Spiculae terminales, solitariae. n. 1-5.

β. Spiculae laterales, aggregatae, raro solitariae. n. 6-18.

γ. Spiculae terminales aggregatae.

a. subcapitatae. n. 19-31.

b. cymosae, aut umbellatae. n. 32-44.

c. Dubiae: sed hujus tamen Sectionis, quoad inflorescentiam. n. 45-47.

---

1. *Spiculae terminales, solitariae.*

2. I. *fluitans Br.*; culmis ramosis foliosis flaccidis, spiculis paucifloris. *R. Brown* l. c. SCIRPUS *fluitans* spicâ oblonga, glumas duas infimas aequante, culmo folioso flaccido semiterete natante, pedunculis terminalibus alternis nudis, foliis fasciculatis. *Vahl Enum.* II. p. 246. *Linn. Sp. pl.* I. p. 71. *Willd. Spec.* I. p. 295. *Smith brit.* I. p. 51. *Engl. Bot.* t. 216. *Allion. Pedem.* n. 2360. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 131. *Fl. Dan.* t. 1082. (teste *Vahl* et *Schrader*, cui Sc. *stolonifer Roth* in *Usteri neue Annal.*

---

* Plures fors adhuc species hujus generis sub SCIRPO latent, quas ex imperfectâ auctorum descriptione, de praesentia vel absentia setarum tacentium, loco suo inserere non potuimus. Ubi auctores vero de absentia setarum aperte loquuntur, illorum quoque verba attulimus, ne dubium remaneat novum in genere alioquin dubio. Fatendum enim est, setas illas in speciebus quibusdam europaeis saltem fugaces esse, et variare numero

Digitized by Google

IV. p. 36. VIII. p. 18.: „culmo canaliculato basi folioso spicâ terminali bivalvi subbiflora“ ne quidem varietas est.)

Radix exigua, fibrosa. Culmi altero latere canaliculati, basin versus attenuati, ad genicula inferiora radicantes, unde in exsiccatis cespites 3-4pedales. Folia ad genicula linearia, tenuissima, 1 1/2-2pollicaria, flaccida, natantia, canaliculata, trinervia, venis hinc inde transversis. Vaginae fissae. Pedunculi erecti, aut parum incurvati, canaliculato-convexi, 1 1/2-pollicares et ultra. Spica exigua, virens, 3-4flora. Glumae ovatae obtusiusculae, 2 inferiores majores mucronatae. Stigmata 2. Nux obovata, lenticulari-compressa, albida. In *fossis, stagnis, inundatis arenosis humidis Europae, et in nova Hollandia* (vix diversa a planta europaea *Br.*) 4.

2. I. *pumila*; squamis duabus infimis subaequalibus spicâ brevioribus, culmis quadrigonis setaceis, vaginis aristatis. Scirpus *pumilus Vahl Enum.* II. p. 243.

Rad. fibrosa; culmi bipollicares; vaginae in aristam semiunguicularem subfoliaceam desinentes squamis non interstinctae. Spica 3-4flora obtusa, squamis ovatis acutis nitidis. Stylus basi aequalis. Semen obovatum, obtuse trigonum, laeve. Setae nullae. In *Helvetia* (?). *Colsmann.* 4.

3. I. *cernua*; spicâ ovato-oblongâ, culmis angulatis capillaribus, vaginis mucronatis. Scirpus *cernuus Vahl Enum.* II. p. 245.

Rad. fibrosa; culmi copiosissimi cespitosi, 1-1 1/2pollicares; vaginae culmo triplo breviores, in mucronem desinentes, squamis non interstinctae. Spica fere linearis, multiflora, obtusa; squamae ovatae, infimae acutae, reliquae obtusae, atropurpureae, dorso lineâ viridi. Semen obovatum. Setae nullae. In *Lusitania. Rathke.*

4. I. *filiformis*; spicâ cylindricâ oblongâ obtusâ, squamis subrotundis seminibus vertice nudis, culmis filiformibus teretibus. Scirpus *filiformis Vahl Enum.* II. p. 248. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 54. (Huc *Poiret* ducit Sc. *tuberculosum. Lam. Illustr.* I. p. 138.

Culmi pedales. Folia nulla. Spica semiunguicularis dense imbricata. Squamae fuscae, margine membranaceae. Semen flavum, obovatum, trigonum, apice obtusum. Setae nullae. In *humidis Carolinae inferioris.* 4. An Eleocharis?

5. I. *atropurpurea*; aphyllus, spicâ ovato-oblongâ erectâ, squamis ovatis laevibus, floribus monandris, culmis setaceis teretiusculis. Scirpus *atropurpureus Vahl Enum.* II. p. 249. *Willd. Spec.* I. p. 294. *Retz Obs.* V. p. 14.

Culmi numerosi aggregati, longitudine digiti minimi, basi vaginis fusco-purpureis. Spica parva obtusa, tempore pluvioso praesertim atropurpurea. Squamae acutiusculae, dorso virides.

Digitized by Google

Semen obovatum, nigrum, nitidum. Setae 0. In *uliginosis Indiae orientalis. Koenig.* *

2. *Spiculae laterales, aggregatae, raro solitariae.*

6. I. *nodosa Br.*; culmis tereti-compressis basi vaginatis, capitulo globoso polystachyo, spiculis ovatis, squamis obtusis, stylis tripartitis. *R. Brown Prodr.* I. p. 221.

Scirpus *nodosus*, spicis oblongis glomeratis globoso-capitatis, squamis integris, involucro nullo, culmo compresso. *Vahl Enum.* II. p. 259. *Willd. Spec.* I. p. 298. *Rottb. Gram.* p. 52. t. VIII. f. 3. manca.

Culmus tortus in mucronem rigidum pungentem desinens. Capitulum magnitudine Avellanae, 1/2-1 pollicem infra apicem. Spicae copiosissimae fuscae, squamis oblongis obtusis. Stylus trifidus. Semen obovatum, compressum. In *promont. b. spei, ad Portum Jackson, in insula van Diemen, terra van Leeuwin alibique in nova Hollandia.* 4.

7. I. *supina Br.*; culmis striatis medio monophyllis vel univaginatis, spiculis 2-5 glomeratis, oblongis; squamis acutis, mucronulatis, nucibus transversim rugosis. *Brown Prodr.* I. p. 221.

α. Squamâ acutiuscula mucronulo appresso. — Scirpus *supinus*, culmo nudo tereti, vaginis foliiferis, spiculis lateralibus glomeratis involucro monophyllo suffultis, fructu transversim undulato. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 38. Tab. 1. f. 1. *Willd. Spec.* I. p. 299. *Host Gram. austr.* III. t. 64. *Hall. helv.* n. 1344. *Gaud. Agrostogr. helv.* II. p. 29. *Vahl Enum.* II. p. 257. et, hoc teste: Sc. *lateralis Retz Obs.* IV. p. 12. et V. p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 302. (Sc. *lateriflorus Gmel. Syst. Veg.* I. p. 127.) cum Schoeno *junceo Willd. phytogr.* I. p. 2. n. 9. tab. 1. f. 4. *Spec.* I. p. 259. Sc. *setaceus* β. *Lam. Fl. fr.* III. p. 551. Cf. *Bot. Zeit.* T. I. 1804.

β. Squama acumine brevi patulo. *R. Brown.*

---

* Cl. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 751. Sc. *atropurpureum* tulit cum? ad Scirpum ab illo Sc. *radicans Retz* dictum, quem non invenimus. Definitionem sequentem: „culmis subcompressis striatis filiformibus nudis; spicis minimis solitariis terminalibus; radice repente stolonifera; β. culmis multo brevioribus subretroflexis;" descriptionem hanc dedit: „Radices fibrosae capillares fasciculatae repentes, e quarum nodis culmi fasciculati recti simplices, 6-10 pollicares, subcompressi debiles fere filiformes subangulati basi vaginâ membranaceâ tenuissimâ glabrâ purpureâ striatulâ oblique truncatâ aut subulatâ: plures steriles. Spica ovalis obtusa pallide virens, squamis membranaceis glaberrimis, 2 inferioribus spathaceis. *In Porto-Ricco Le Dru.* Variolatem triplo minorem *ex Madagascar* in *herb. Aub. d. P. Thouars* se observasse culmis multo gracilioribus et habitu fere Sc. *retroflexi Poiret.*

Digitized by Google

Differt ab affini Sc. *setaceo*: involucro culmo vix breviore, spiculis 3-9 et pluribus in capitulum glomeratis, e culmi medio vel paulo supra medium provenientibus trilinearibus; glumis evidentius mucronatis, lateribus plerumque purpurâ punctatis; fructu nigro, staturâ plerumque majore (1poll. — 1ped.); in siccioribus tamen humilior, et spicae pauciores, unde magis affinis Sc. *setaceo*. In *Europa*, *India orientali*, *Aegypto*, *Guinea*, *ad portam Jackson*. β. *in Endeavour river's viciniis, et in Bay of islets.*

Scirpum *lateralem Retzii* vix differre, *Vahlius*. Specimina enim Sc. *supini* robustiora exsiccata culmo superne parum angulato apparere ob collapsum fors exsiccatione culmum: minora specimina ex India et Guinea culmo gaudere tereti. Involucrum, nil nisi squamam inferiorem in aristam filiformem longitudine spicae elongatam, adesse in *supino*, deesse in laterali interdum. Stylum in *laterali* semper trifidum, et omnia reliqua ut in *supino*. De *junceo* nullum dubium, eandem esse cum *laterali* plantam.

8. I. *inundata Br.*; culmis setaceis basi vaginatis, spiculis 2-6 glomeratis ovatis, culmi apicem subaequantibus, squamis obtusis enervibus, stylis bifidis, nucibus sublenticularibus laevibus. *R. Brown* l. c. p. 222.

Habitat in insula van Diemen.

9. I. *propinqua Br.*; culmis setaceis, basi vaginatis monophyllisve apice spicas 2-3 ovatas subaequante; squamis obtusis enervibus, stylis trifidis, nucibus triquetris laevibus. *R. Brown* l. c.

Ad portum Jackson.

10. * I. *setacea Br.*; culmo setaceo, spiculis lateralibus sessilibus, radice annuâ. Scirpus *setaceus Linn. Spec.* I. p. 73. (nec mantissa 2. 321. fide *Smith*). *Willd. Spec.* I. p. 298. Sc. culmo nudo setaceo, spicis lateralibus subgeminis, sessilibus ebracteatis. *Smith Fl. brit.* I. p. 54. *Engl. Bot.* t. 1693. Sc. culmo tereti, vaginis foliiferis, spiculis terminalibus subgeminis involucro diphyllo suffultis, fructu costato. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 137. Sc. spicis subgeminis ovatis obtusis, culmo foliisque setaceis strictis, seminibus longitudinaliter striatis. *Vahl Enum.* II. p. 253. (excl. syn. *Rottb. Gram.* 47. t. 15. f. 5-6.) Sc. culmo setaceo nudiusculo, spicis subternis sessilibus, involucro monophyllo erecto culmo multo breviori. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 28. Isolepis culmis setaceis striatis basi monophyllis, spiculis subgeminis solitariisve ovatis, squamis acutis carinatis triandris, nucibus globosis longitudinaliter striatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 222. *Hall. Hist.* n. 1345. *Flor. Dan.* t. 311. *Leers herborn.* n. 35. t. I. f. 6. *Sturm Fl. germ. fasc.* 10. *Hayne term. bot.* t. 23. f. 4. *Host Gram. austr.*

Digitized by Google

III. p. 44. t. 65. *Poit.* et *Turp. Fl. Paris.* t. 68. Sc. *filiformis*, culmo nudo setaceo, spicis terminalibus glomeratis sessilibus, involucro monophyllo lineari brevi. *Savi Fl. pis.* I. p. 46. β. Mariscus folio gramineo, culmo tereti, capitulis lateralibus ternis. *Hall. Hist.* n. 1344. fide *Vahl.* γ. *minimas*, culmis vix 9 linearum. Sc. *setaceus* β. *Gaud.* l. c. δ. *major*, caule multoties longiore. Sc. *setaceus Poiret voy. en Barb.* II. p. 90. *Ejusd.* Sc. *setaceus* β. *Enc. meth.* VI. p. 756.

Qui classicorum in scientia virorum hic adductorum descriptiones Scirpi hujus attentius perlegit, facilius adhuc quam ex definitionibus hic allatis de diversis esse sermonem speciebus crederet. Nos hic, quae herbarii Linnaeani possessor de Sc. *setaceo* ait, adjicimus, ut, quae Sc. *setacei Linn.* forma sit, sciamus: „Rad. fibrosa, cespitosa; culmi numerosi, 2-3poll., striati glabri. Folia culmis similia, sed breviora, vaginâ cylindricâ, striatâ. Spicae plerumque geminae, saepe solitariae, quandoque ternae vel quaternae, paulo infra apicem culmi lateraliter erumpunt, bracteâ inferne nullâ suffultae, ovatae, glabrae, e glumis subaequalibus fuscis, nervo concinne viridi carinatis et mucronatis. Semina imberbia. — Descriptio in Mantissa 321 ad aliam scirpi speciem spectat e Lusitania et Capite b. spei adlatam, quae forsitan Cyperus *minimus Linn.* Conf. *Rottboell Ic.* 47. t. 15. Sc. *supinus Linn.* reverâ ab utrisque distinctus.“ *Smith.* — *Rottboellii* iconem citat *Thunb. Flor. cap.* I. p. 361 cum *Linn. Spec.* et *Syst. Veg.*, sed descriptionem nullam culmi in siccis saepe trigoni. Stigmata 3. — β nonnisi magnitudine differt. In γ spiculae 2-3-florae. In *pratis arenosis humidis*, *praesertim maritimis*, *Europae*, *Tauriae*, *prom. b. spei*, *ad port. Jackson et in Insula van Diemen.* δ *in maritimis Barbariae.* ⊙ *Smith* et *Host*; 4. *Schrad. Vahl* et *Willd. Enum. H. Berol.*

11. I. *cartilaginea Br.*; culmis setaceis basi unifoliis, spiculis 1-3 ovatis culmi apicem subaequantibus brevioribusve, squamis cartilagineis carinatis nervosis triandris, nucibus triquetris scabriusculis. *Brown Prodr.* I. p. 222.

α. Spiculae 2-3 culmi apicem subaequantes, folium vix longitudine vaginae.

Ora meridionalis novae Hollandiae.

β. Spicula unica, culmi apice dimidio brevior, folium culmum subaequans.

Habit. ad Portum Jackson.

12. I. *cyperoides Br.*; culmis angulato-setaceis basi unifoliis spicis 1-2 oblongo lanceolatis squamis carinatis acutis enervibus diandris, stylis bifidis, nucibus lenticularibus laevibus. *R. Brown* l. c.

A promont. Leeuwin ad promont. Wilson, in freto Bass.

Digitized by Google

13. I. *riparia Br.*; culmis setaceis basi vaginatis; spicâ solitaria ovata pauciflora; squamis obtusis subrotundis diandris, nucibus obtuse triquetris scabriusculis. *R. Brown* l. c.

Habit. ad portum Jackson.

14. I. *lenticularis Br.*; culmis capillaribus basi unifoliis; spicâ solitaria ovata pauciflora; squamis ovato-lanceolatis diandris, stylis bifidis; nucibus lenticularibus ovalibus laevibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 222.

Habit. ad portum Jackson.

15. I. *numidiana*; spicis subglobosis subsolitariis, squamis subrotundis, culmis setaceis, vaginis aristatis, seminibus laevibus. Scirpus *numidianus Vahl Enum.* II. p. 254.

Similis Sc. *setaceo* squamae fere ut in illo, at rotundiores. Culmi fere pedales, teretes, vaginarum arista unguicularis. Spicae solitariae vel geminae. Semen subglobosum, albidum. Setae nullae. In *Numidia. Lamarck.*

16. I. *micrantha*; spicis ovatis acutis ternis aphyllis, squamis oblongis, culmo foliisque setaceis. Scirpus *micranthus Vahl Enum.* II. p. 254.

Culmi digitales, teretes, monophylli. Folium unicum, culmo brevius; involucrum o, praeter apicem culmi. Spicae parvae, semipollicem infra apicem, fuscae, squamis acutis, deciduis, infimâ deciduâ setaceo-acuminatâ. Semen oblongum compressiusculum, laeve. Setae o. In *America meridionali? Richard.*

17. * I. *tristachya*; spicis oblongis subternis, squamis integris ovatis, involucro diphyllo, culmo setaceo. Scirpus *tristachyus Vahl Enum.* II. p. 254. *Willd. Spec.* I. p. 300. (qui in *Rottboell Gram.* p. 48. t. XIII. f. 4. synonymon *Plukenetii* excludit). *Thunb. Prodr.* p. 17. *Fl. capens.* I. p. 367. *Burm. zeyl.* p. 109. t. 47. f. 2. auctore *Vahl.*

Culmi plures, palmares, basi vaginati. Folia plura culmo breviora, capillaria, vaginis albidis. Involucri foliolum alterum unguiculare, erectum, alterum patens, longitudine spicularum. Spicae 3-4, pluresve obtusae, squamis obtusis, fusco ferrugineis. Semen obovatum. Setae o. In *collibus promont. b. spei.*

18. I. *corymbosa Roth*; corymbo laterali composito apicem teretem rigidum erectum culmi aphylli vix superante, pedunculis pedicellisque compressis, spiculis ovatis fasciculatis paucifloris, squamis ovatis acuminatis integris, stylo trifido. Scirpus *corymbosus Roth nov. plant. spec. MS.*

Culmus aphyllus, mucrone fere tripollicari, apice cartilagineo; corymbus mucronem parum superans. Involucrum nullum.

Digitized by Google

Spicae sub-8-florae magnitudine seminis PHALARIDIS *canariensis*. Setae nullae. In *India orientali*.

3. *Spiculae terminales aggregatae.*

a. *subcapitatae.*

19. I. *uncinata*; pilosus, capitulis axillaribus terminalibusque pedunculatis, culmo folioso. SCIRPUS *uncinatus Vahl Enum.* II. p. 259. *Willd. Spec.* I. p. 300. *Plukn. Alm.* p. 178. t. 190. f. 7.

Culmi plures palmares spithamaei diffusi inferne glabri, superne pilosi. Folium unum alterumve ex infimis altitudine culmi; 2-3 superne in culmo, utrinque pilosa; involucrum diphyllum, folio altero vix pollicari, capitulo longiore, altero capitulum aequante. Capitula axillaria solitaria pedunculata, terminalia gemina altero sessili, globosa, 8-12flora. Spicae parvae, 5-7-florae, squamis lanceolatis compressis nervosis, nervis rufescentibus. Stylus trifidus. Semen trigonum. Setae nullae. An Sc. *capitatus Burm. ind.* 21. huc? In *Ind. orient. Koenig.*

20. I. *nigricans Humb.* et *Bonpl.*; repens; culmis foliisque glabris, planis; spiculis subternis, ovatis, sessilibus; involucro diphyllo, spiculis (vix) duplo longiore; glumis ovatis, acutis; semine triquetro, acuminato, punctato-scabriusculo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 177.

Rhizoma repens; culmi cespitosi triquetri erecti, 1 1/2-2poll., striati, apice mucronati, basi vaginâ membranaceâ striatâ, glabrâ, adpressâ, desinente in folium lineare acuminatum striatum culmo duplo brevius; spiculae geminae aut ternae 1 1/2 lin. longae, saepius comâ coronatae. Involucri foliola linearia, inaequalia. Glumae membranaceae glabrae fusco-rubrae. Stylus trifidus. Semen ovatum nitidum basi nudum. *Ad littora maris pacifici prope El Callao de Lima. Peruviae.* 4.

I. *squarrosa.* Confer SCIRPUM *squarrosum.*

21.* I. *squarrosa*; spicis oblongis subternis, squamis ovatis aristatis, aristis recurvatis, involucro diphyllo, culmo trigono. SCIRPUS *squarrosus Linn. Mant.* p. 181. *Vahl Enum.* II. p. 259. *Willd. Spec.* I. p. 308. *Rottboell Gram.* p. 49. t. 17. f. 5. Sc. *chinensis*, *Osbeck it.* p. 220. *Motta-Pullu Rheed. mal.* 12. p. 72. t. 36. *Plukn. Mant.* p. 98. t. 350. f. 6. *Vahl avenacu Rheed. mal.* XII. t. 36. non citat.

Facies HYPAELYPTI, sed deficiunt corolla et tubercula. Glaucus; culmi 2-6pollicares, setacei; folia culmo breviora, setacea, vaginis fuscis. Involucri foliolum alterum bipollicare, alterum patentissimum, semipollicare; spicae solitariae 2, 3, 4, sessiles, obtusissimae, squamis sensim deciduis ferrugineis basi nodosis. Styli 2 breves. Setae 0. Stamen 1, rarius 2. In *Ind. orient.*

Digitized by Google

Obs. Humb. et *Bonpl.* ad suam ISOLEPIDEM *squarrosam* culmis trigonis? glabris monophyllis; folio setaceo glabro, spiculis subternis ovatis sessilibus; involucro subtriphyllo spiculis multo longiore; glumis lanceolatis acuminatis; semine oblongo obtuso compressiusculo papilloso-scabriusculo, *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. ducunt SCIRPUM *squarrosum Linn. Mant.* 181. *Vahl* et *Rottb.* l. c. Attamen, cum nec reliquas aut damnent aut laudent synonymias, nec ipsum Sc. *squarrosum* vidissent, et plura illis sint dubia, nec ex omni parte quadret descriptio, dubii haeremus circa identitatem specierum. Descriptio, quam exhibent sequens: „Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti setacei striati 1/2 - 1 1/2 poll.; folium culmo brevius; vaginae duae adpressae, striatae glabrae, inferior aphylla. Spiculae 2-3, lineam longae, multiflorae. Involucrum di-triphyllum, foliolis setaceis glabris, unico reliquis longiore multo, subpollicari. Glumae glabrae patulae viridi-fuscescentes. Stamina non vidi! Stylus bifidus. Stigmata reflexa. Semen basi nudum. *In ripa inundata Orinoci prope Caycara.* ⊙. Jam si, ut videtur, planta *Humboldti*, ab illa *Linnaei* diversa, post hanc inserenda erit nomine ISOLEPIDIS *Humboldti.*

22. I. *barbata Br.*; capitulo globoso involucrato, spiculis acutis, squamis alte carinatis mucronatis, culmis foliisque capillaribus, vaginis ore barbatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 222. SCIRPUS *barbatus Rottb. Gram.* p. 52. t. XVII. f. 4. bona. *Pluknet Alm.* t. CCXCIX. f. 3. Sc. *antarcticus Vahl Enum.* II. p. 261. (excl. synon. Linnaei, cujus planta fide speciminis ex illius Herbario valde diversa *Br.*) *Poiret Enc. meth.* VI. p. 760. *Willd. Spec.* I. p. 310. (excl. syn. *Linn.* et descriptione). Sc. *capillaris Linn. Spec. pl.* I. p. 49. ed. 2. p. 73. (sed in *Mantissa* p. 321. diversissimam plantam descripsit *Br.*)

Culmi copiosissimi, digitales, pedales, setacei, trigoni, glabri. Folia culmo longiora vel breviora, capillaria, inferne canaliculata, vaginis flavis vel fusco-ferrugineis, ore utrinque barbatis. Involucrum 1-4phyllum, capitulo longius. Capitulum subrotundum piso parum majus. Spicae plurimae, 3-4 fariam imbricatae, squamis linearibus purpureis, mucrone patulo, margine albis. Stylus trifidus. Semen griseum, trigonum, laeve. Setae nullae *Vahl.* *Ad promont. b. spei, in India orient. Roenig; in Guinea, Isert. In Endeavour-river's vicinitate, et in Bay of Islets. Brown.* *

23. * I.? *antarctica*; culmo triquetro nudo, capitulo globoso, involucro monophyllo. SCIRPUS *antarcticus Linn. Mant.* p. 181. *Willd. Spec.* I. p. 310. (excl. syn. *Rott-*

---

* *R. Brown* e *Vahlii* Sc. *antarctico* excludit tantum synonymon *Linnaei*, sed et *Thunbergii* quoque excludendum videtur ad *antarcticum Linn.* potius spectans. An, quia Sc. *capillaris Linn. Species* I. p. 49. ed. 2. p. 73. huc pertinet, huc quoque *Burm. zeyl.* p. 108. t. 47. f. 2. *Houttuyn* XII. t. 88. f. 2. et *Hayne term. bot.* t. 26. f. 7.?

Digitized by Google

boell et *Plukn.*). Sc. culmo capillari, capitulo fasciculato rotundato, glumis glabris, involucro monophyllo. *Thunb. Flor. cap.* I. p. 364. (excl. syn. *Rottboell.*)

Folia radicalia filiformia extus semiteretia, intus canaliculata longitudine culmi. Culmi triquetri filiformes subpedales; capitulum terminale globosum, compositum e spicis numerosis sessilibus aequalibus. Involucrum setaceum capitulo longius, lateraliter extans. Spicae ovatae, trifariam imbricatae, triquetrae, fuscae, margine pallido, obtusiusculae. *Linn. Ad prom. b. spei inque Guinea.* 2. *

24. I. *coronaria*; capitulo globoso squamis acutis, involucro tetraphyllo elongato, foliis setaceis, vaginis ore nudis. Scirpus *coronarius Vahl Enum.* II. p. 262.

Facies Kyllingae *monocephalae*; pulcherrimum gramen benghalense, culmis filiformibus triquetris decempollicaribus, basi bulbosis; foliis multo brevioribus; involucro patentissimo, capitulo piso majus, spicis pluribus laxe imbricatis obovatis niveis; squamis lineari-lanceolatis acutis (*Vahl*) retusis (*Koenig*). Stamen 1. Stylus bifidus. Semen oblongum, trigonum fuscum. Setae o. In *nemorosis Tschandranconae, nec alibi. Koenig.*

25. I. *filamentosa*; capitulo globoso, squamis ovatis, involucro diphyllo, foliis setaceis, vaginis ore nudis. Scirpus *filamentosus Vahl Enum.* II. p. 262.

Affinis Sc. *antarctico*, culmi 1-1 1/2-pedales, setacei, trigoni, longiores foliis canaliculatis. Vaginae fuscae, aetate margine filamentoso-lacerae. Involucri foliolum alterum 1/2pollicare capitulo longius. Capitulum piso duplo majus. Spicae plures trifariam imbricatae, parvae, fusco-nigricantes, glaberrimae, squamis compressis. Stylus trifidus. Setae o. In *Guinea. Thonning.*

26. I. *radiata*; capitulo hemisphaerico, involucro polyphyllo. Scirpus *radiatus Thunb. Prodr.* I. p. 18. *Fl. cap.* I. p. 372. *Vahl Enum.* II. p. 262. *Willd. Spec.* I. p. 298. Schoenus *radiatus Linn. Suppl.* p. 101.

---

* Licet cel. *Thunberg* citet ad Scirpum *antaroticum* suum Sc. *barbatum Rottboell*, (qui ad Isolepin *barbatam Brown* spectat) huc tamen potius Scirp. *antarcticus Thunb.* spectare videtur, quamvis descriptio non paucis discrepet. „Culmus capillaris, teres, aphyllus, striatus, glaber, palmaris. Folia radicalia plura capillaria, culmo breviora. Capitulum terminale rotundatum compressum glabrum conglomeratum e spicis pluribus lanceolatis fastigiatis. Involucrum monophyllum setaceum, longitudine capituli. Glumae lanceolatae acutae carinatae glabrae." *Thunb.* l. c. — Utrum haec, vel *Linnaei* planta, Isolepis sit, ex descriptione non liquet. Hue tantum posuimus cum sequente, quia utraque cum *barbata* confusa erat.

Digitized by Google

Culmus palmaris teretiusculus aphyllus. Folia plura spithamaea, rigidiuscula linearia, canaliculata; capitulum magnitudine pruni; involucrum longitudine culmi; foliola lanceolata, foliis triplo latiora, flava, foliolis inter acervos florum involucro similibus. Squamae parvae, lanceolatae, uniflorae, non imbricatae. Styl. 1, Setae o. *Linn.* In *promont. b. spei.* 4.

27. I. *Vahlii;* spicis cylindricis congestis, squamis subulatis apice patulis, involucro subpentaphyllo longissimo. Scirpus *Vahlii, Vahl Enum.* II. p. 263. *Lam. Illustr.* I. p. 139.

Culmi copiosi, 2pollicares et minores, capillares, compressi. Folia culmo altiora, convoluto-capillaria, subtus, uti involucra, e spinulis minutissimis sub lente scaberrima. Involucrum umbellâ longius, erectum. Capitulum e spicis 15 congestis, interdum spica unica. Spicae 1/2 unguiculares acutae, squamae carinatae, parvae, virescenti-fuscae. Styl. trifidus. Semina subglobosa laevia. Setae o. In *America merid. non in Hispania.* Ex Herb. antiquo matritensi, verosimile *Löfflingii.*

Obs. Characteribus quibusdam ab hacce abludit Isolepis *Vahlii* culmis foliisque triquetris scabris, spiculis subdenis (suboctonis) capitato congestis sessilibus ovatis; involucro tetraphyllo longissimo, glumis ovato-lanceolatis, acuminato-mucronatis, semine lenticulari obtuso, *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 178. cui radix fibrosa; culmi cespitosi erecti semipedales et ultra, basi foliati. Folia setacea basi vaginantia culmum subaequantia. Spiculae 6-8 in capitulo globoso terminali, magnitudine pisi, obtusae, 2 lin. longae, 10-12 florae. Involucri foliola setacea scabra 1-3 poll. Glumae concavae glabrae fuscescentes arcte imbricatae. Stylus bifidus, subciliatus, basi incrassatus. Stigmata ciliata revoluta. Semen obovatum albidum apice basique nudum. *In arenosis Orinoci inter Ostia fluminis Apure et villam El Capuchino.* ⊙.

28. * I. *micheliana;* spicis oblongis glomeratis globoso-capitatis, involucro polyphyllo longo, culmo trigono, vaginis foliiferis, radice fibrosa. Scirpus *michelianus Vahl Enum.* II. p. 263. *Willd. Spec.* I. p. 309. (excl. syn. utriusque *Banhin.*). *Schkuhr* in *Usteri Annal.* I. p. 20. t. 2. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 147. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 51. *Host Gram. austr.* III. t. 69. *Tilli pis.* t. 21. f. 5. *Vahl Buxbaum* I. p. 34. t. 55. f. 1. non citat, nec *Host;* sed *M. a Bieberstein*, qui huc ducit C. *pygmaeum Car.*, a caeteris ad C. *minutulum* ductum, synonymon hoc confirmat. *Fl. taur. cauc.* I. p. 40. n. 105.

Culmi 3-5, 1-3pollicares, striati, glabri, basi unico tantum folio vaginati. Folia radicalia plura, culmum aequantia, vel paulo altiora, linearia, acuminata, carinata, glabra. Vagina, ut culmi et folia, basi plus minus purpurascentia. Involucri folia 5-9, inaequalia, 2-3 exteriora culmo ipso duplo plerumque longiora. Capitulum terminale ovatum, flavescente et viridi varium, e 5-10 fasciculis bracteâ suffultis, singulis e spiculis pluribus exiguis multifloris. Glumae lanceolatae carinatae apice

Digitized by Google

parum reflexo mucronatae: inferior longior. Stam. et stigmata plerumque 2. Nux utrinque attenuata trigona fuscescens. Setae 0. *Schrad.* In *paludosis inundatis ad ripas fluviorum ad Albim, in Carinthia, Italia, Gallia, Tauria et Barbaria.* ⊙.

29. * I. *Holoschoenus;* culmo tereti nudo, basi vaginis foliiferis, capitulis terminalibus globosis pedunculatis sessilibusve, involucro diphyllo inaequali, foliis canaliculatis. Scirpus *Holoschoenus Smith Fl. brit.* I. p. 53. *Vahl Enum.* II. p. 264. α. Capitulis maximâ ex parte pedunculatis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 135. *Willd. Spec.* I. p. 297. (excl. syn. *Roth* et *Fl. Dan.* t. 454.) *Thunb. Fl. capens.* I. p. 368. *Gaudin Agr. helv.* II. p. 26. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 371. t. 8. f. 2-5. *Host Gram. austr.* III. t. 62. (teste *Schrad.*; secundum *Gaud.* vero ad γ.) *Engl. Bot.* t. 1612. *Sturm Deutschl. Flor.* 36. H. t. 5.

β. Sc. *australis Linn.*; culmo tereti nudo, capitulo laterali, bracteâ reflexâ, foliis canaliculatis. *S. V.* ed. 13. 85. *Willd. Spec.* I. p. 297., et, teste *Vahl* et *Smith* l. c, *Plukn. Phyt.* t. 40. f. 5., quem *Willd.* et *Schrad.*, qui β et γ non distinguit, sed utrumque jungit: spiculis subsessilibus, ad β.

γ. Sc. *romanus Linn.*; culmo tereti nudo, capitulo laterali conglobato, bractea reflexa. *Linn. Spec. pl.* p. 72. *Willd. Spec.* I. p. 298. *Jacq. Fl. austr. V.* t. 448. (ergo huc, *Host Gram. austr.* t. 62., quum *Hostius Jacq.* tab. 448. citet, annuente quoque *Gaudin* l. c. *). *Sturm Deutschl.. Flor.* fasc. 36. *Willdenow* in *Enum. H. berol.* I. p. 77. has tres varietates, olim ab illo ut species adductas, ne quidem ut varietates distinxit; in horto *Hewensi* ed. 2. p. 131. α et γ ut species diversae coluntur!

Radiculae descendentes, villosae; culmi basi bulbosi, squamis lanceolatis ferrugineis, vaginati, trigoni, medio teretes. Folia 2-3, culmo breviora, inaequalia, subtus convexa, supra canaliculata, albida, margine scabra, apice saepe teretia; vaginae membranaceae aetate fuscae, margine filamentoso-lacerae. Involucrum diphyllum, alterum vix longitudine capituli patens, alterum e culmo continuato variae magnitudinis, supra canaliculatum albidum margine scabrum, subtus convexum. Capitula piso parum majora, umbellata vel solitaria, radii 4-6, compressi. Spicae numerosae compactae subglobosae, squamis 2 exterioribus longitudine fere spiculae fuscae, aetate obliquae, omnes oblongae obtusissimae concavae. Stylus trifidus. Semen

* Sc. *Holoschoenus Host* t. 62. a nostro setis insigniter differt, toto habitu alienus: bracteâ superiore longissimâ, culmis mollioribus, multo gracilioribus, flexuosis, nutantibus, nonnullis sterilibus, vaginarum foliolis longioribus, capitulorum situ et numero. Caetera conveniunt. *Gaud. Fl. helv. MS.*

Digitized by Google

altero latere planiusculum. Setae o. *Vahl*, qui recte junxisse Sc. *Holoschoenum*, *australem* et *romanum* clm. *Smith* laudat, monens, capitulum in *Holoschoeno* interdum solitarium, in *romano* saepe plura, in *australi* vero solitarium tantum. Involucrum longius etiam ut in *romano* interdum erectum. Rad. cespitosa et culmi fasciculati in *Holoschoeno* et *romano*, in *australi* radix horizontaliter repens, tecta squamis ovatis latis acutis fusco nigricantibus; culmi serie longitudinali positi approximati rigidiores, capitulo 2plo vel 3plo majore, caeterum tam similis *romano*, excepto culmo crassiore et humiliore, ut separari nequeat. Sc. *romanus* gaudet culmo graciliore et longiore (monente *Poiret Enc. meth.* p. 767 semper cylindrico, quum culmi fertiles in *australi* sint sulcati). Variant omnes culmo superne laevi compresso tereti vel trigono, interdum infra capitulum serrulato scabro. In *paludosis maritimis Europae, Caucasi et promont. b. spei.* 4.

30. I. *Poireti;* culmo tereti subangulato; paniculâ coarctatâ sublaterali; bracteâ erectâ. Scirpus *intermedius Poiret Enc. meth.* VI. p. 767.

Quum *Poiret* Scirpus hunc intermedium dixisset *australem* inter et *romanum*, descriptionem illius hic dare necesse est: „culmi nudi glabri striati tenues fistulosi recti, angulis, praesertim superne, 2 oppositis; panicula parva pedunculis maxime inaequalibus rectis glabris compressis angulatis, singulo apice spiculis 2–3 ovatis oblongis obtusis; spiculae vero plures etiam subsessiles aut vix paniculatae ad basin paniculae. Glumae imbricatae, fusco-rufescentes, membranaceae, margine scariosae, ovatae, obtusae, medio nervo prominulo; bractea paniculae basi ovata, apice elongato-subulatâ, longioribus pedunculis brevior. Culmus continuatur bracteâ alterâ rectâ strictâ striatâ acutâ canaliculatâ, paniculâ multo longiore. In *Galliae meridionalis pratis humidis circa Aix.*

31. I. *prolifera;* culmo tereti stolonizante aphyllo basi vaginato; capitulis polystachyis passim proliferis, involucro monophyllo brevissimo, spiculis oblongis. *R. Brown* l. c. p. 223.

Scirpus *prolifer*, aphyllus, spicis oblongis capitato-glomeratis, capitulis proliferis globosis, involucro nullo, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 265. *Rottboell* p. 55. t. XVII. f. 2. et Cyperus *punctatus Lam. Illustr.* I. p. 144. teste *Vahl.*

Culmi plures sesquipedales, vaginae 2-3pollicares, culmo parum ampliores, oblique truncatae, purpurascentes. Capitula magnitudine avellanae multiflora, emittentia radios 3-5 capituliferos; capitella interdum iterum prolifera, pauciflora, radiis compressis. Ochreae unguiculares, coccineae. Squamae oblongae, purpureo-punctatae.

Junior humilior, capitulo solitario non prolifero. Squamae undique, nec, ut in Cyp. *prolifero Thunb.* distiche tantum, In *promont. b. spei, et ad portum Jackson.* 4.

Digitized by Google

b. *cymosae aut umbellatae.*

32. I. *Martii*; culmo acute triquetro folioso, foliis margine dorsoque denticulato-scabris, paniculâ foliosâ supra decompositâ, spiculis ovato-oblongis. Scirpus *Martii Dufour.*

Giganteus, 8-10ped.; folia superiora vaginantia; panicula haud raro tripedalis, corymbis axillaribus pedunculatis, spiculis badiis. Haec amiciss. Dufour in litteris. Exemplari nostro deest radix. Folia sub panicula infima laterali 4-6 lin. lata, basi canaliculato-compressa, apice plana, striata. Pedunculus communis panicularum altero latere planus, altero convexus, glaber, laevis, ut pedicelli, ad quorum ortum involucra 2 opposita, foliis similia, pedicellis longiora, breviorave, suprema fuscescentia. Spiculae in pedicellis ultimis sessiles 3-10, plerumque 4-8, ovatae, vix lineam excedentes. Squamae ovatae obtusissimae enerves, inferiores subinde apice lacerae. Stigmata 2. Setae ad basin nullae. *Ad margines fossarum Tarraconae.* 4. Amiciss. *Dufour* dixit in memoriam Antonii *Marti*, tarraconensis, qui de plantarum sexu scripsit.

33. I. *nitens;* spicis ovatis pedicellatis, corymbis subcompositis axillaribus terminalibusque, culmo tereti. Scirpus *nitens Vahl Enum.* II. p. 272. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 56.

Culmus semipedalis, articulatus, tectus vaginis foliorum; folia radicalia culmo breviora, laxa, linearia; involucri foliola alterna subulata, inferiora vix unguicularia. Ochreae breves oblique truncatae. Corymbus pedunculis 6, axillaris simplex pedunculis 4-5 unguicularibus, totidem pedicellis 1-2stachyis. Spicae magnitudine seminis Coriandri, totae fusco-ferrugineae nitidae, squamis ovatis acutis. Stylus bifidus basi dilatatus. Semen subrotundum, transversim rugulosum. Setae 0. In *Virginia et Carolina.*

34. I. *lineata;* spicis oblongo-ovatis pedicellatis, corymbis axillaribus terminalibusque supradecompositis, pedunculis elongatis, culmo trigono. Scirpus *lineatus Vahl Enum.* II. p. 273. *Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 32. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 56. Trichophorum? * *lineatum Pers. Syn.* I. p. 69. at seminum setulae nullae!

Culmi bipedales et ultra, inferne pennâ columbinâ parum crassiores, articulati, supra acute trigoni, vaginis foliorum tecti; folia culmo breviora, 1 1/2 lineam longa; involucri foliolum longius pollicare, interiora in squamas demum ferrugineas abeunt. Ochreae unguiculares, oblique truncatae, pallide fer-

* Trichophorum genus intermedium Scirpum inter et Eriophorum cl. *Persoon* posuit *Syn.* I. p. 69. cui: „Spiculae subovatae, squamis undique imbricatis. *Seminum* setulae capilliformes (nec lanam deneam, referentes) demum longe exsertae numero definito sex."

Digitized by Google

rugineae; corymbus elongatus latissimus, pedunculis circiter 9 praeter nonnullos monostachyos in centro, longior semipedalis; ultimi 2-4, ex eodem puncto monostachyi. Spicae minutae ovatae, squamis oblongis acutis dorso viridibus. Stylus trifidus. Semen trigonum. Setae o. *A nova Caesarea ad Carolinam.*

35. I. *pubescens;* culmo folioso triquetro superne pubescente; spiculis paucis secundis terminalibus ovatis, (villosis, axillaribusque) glumis mucronatis. Scirpus *pubescens Desfont. atl.* p. 52. t. 10. *Lamarck Illustr.* n. 663. *Vahl Enum.* II. p. 274. *Schousb. maroc. ed. germ.* I. p. 19. Sc. *ciliaris Pers. Syn.* I. p. 77. (excl. syn. *Linn. et Rottb.*) Carex *Poireti Gmelin S. N.* I. p. 140. Carex *pubescens Poiret it.* II. S. 254.

Glaucus; culmi pedales, triquetri; folia 3-4pollicaria, infima breviora, lineari-lanceolata. Pedunculi ex axillis supremis mono-distachyi. Squamae oblongae obtusissimae, trinerviae, margine versus basin ferrugineae. Stylus trifidus. Setae o. *Ad ripas lacuum Africae borealis, circa Calle, et in Corsica.*

36. I. *obtusifolia;* spicis oblongis glomeratis, involucro subtriphyllo, umbellâ compositâ breviore, foliis linearibus obtusis rigidis. Scirpus *obtusifolius Vahl Enum.* II. p. 276. *Lam. Illustr.* I. p. 141.

Rad. fibrosa; culmi plures, pedales, apice trigoni sulcati, basi bulbosi fusci. Folia radicalia tripollicaria, glauca, apice saepe sphacelata. Involucri foliola subulata, basi unguiculare; partiale 2phyllum. Umbellae radii 3-5, vix pollicares; partiales 3-4. Spicae 3-6, sessiles, in apice radiorum, squamis oblongis obtusis, margine albidis. Stylus trifidus. Setae o. In *India orientali, Guinea. Thonning.* 4.

37. I. *falcata Vahl;* spicis oblongis subternis, involucro subdiphyllo umbellâ compositâ breviore, foliis linearibus falcatis. Scirpus *falcatus Vahl Enum.* II. p. 275.

Glaucus. Radix crassitie pennae cygneae, obliqua, curvata. Culmus semipedalis, filiformis, apice trigonus. Folia copiosissima, confertissima, 1 1/2pollicaria, basi dilatata, lineam lata, rigida, obtusa, serrulato-scabra. Involucrum brevissimum, partiale monophyllum, setaceum. Umbella quinqueradiata, radiis capillaribus, 2-3pollicaribus, partiales triradiati. Spicae 3-4 in apice singuli radii. Reliqua ut in affini praecedente *obtusifolio.* In *Ind. or. Hoenig.* 4.

38. * I.? *capillaris;* spicis ovatis, umbellâ biradiatâ, culmo capillari. Scirpus *capillaris Vahl Enum.* II. p. 276. Sc. *capillaris* culmo nudo capillari, spicis ternis pedunculatis, intermedio sessili. *Linn. Mant.* p. 321. (non *Spec.* I. p. 49. 2. ed. 2. p. 73.) *Willd. Spec.* I. p. 302. (excl. synon. praeter Mantissam).

Digitized by Google

Culmi foliis vix longiores vel crassiores. Folia capillaria, vix longitudine digiti. Involucrum monophyllum setaceum, spicis longius. Spicae terminales, squamae obtusae ferrugineae, carinâ viridi *Linn. l. c.* In *Virginia*, *Aethiopia*. *

39. I. *dipsacea*; spicis oblongis squarrosis, umbellis simplicibus, culmo setaceo, foliis capillaribus. Scirpus *dipsaceus Vahl Enum.* II. p. 276. *Rottboell Gram.* t. 12. f. 1. *Willd. Spec.* I. p. 309. Echinolytrum ** *dipsaceum Desvaux Journ. de Bot.* I. p. 20. t. 1. p. 177.

Culmi unguiculares, digitales. Vaginae purpurascentes, terminatae folio brevi capillari. Involucrum 3-5phyllum, foliolis capillaribus. Umbella 2-6radiata, interdum culmi monostachyi, radiis capillaribus, semipollicaribus. Spicae solitariae, 2 lineas longae, obtusissimae, squamis lanceolato-subulatis, apice recurvis, virescenti-albidis. Styl. bifidus. Semen lineari-oblongum, utrinque margine spinuloso. Setae o. *Vahl.* Stam. 2. *Koenig.* 1. *Richard.* In *Ind. orient.*

40. I. *globulosa*; aphyllus, spicis globosis, umbellis simplicibus compositisque, involucro subnullo. Scirpus *globulosus Vahl Enum.* II. p. 277. *Willd. Spec.* I. p. 301. *Retz Obs.* VI. p. 19.

Rad. fibrosa. Culmi plures pedales, teretes, vaginis laxis 2-3, interior bipollicaris, ore ferrugineo. Involucrum nullum, nisi squamulae parvae. Umbella 2-5radiata, radiis brevibus monostachyis. Spicae vix magnitudine seminis coriandri, squamis ovatis ferrugineis, margine scarioso albido-lacero. Stylus trifidus. Semen laeve. Setae o. In *Zeylonae uliginosis*. *Koenig.*

41. I. *cinnamometorum*; spicis oblongis acutis, involucro diphyllo umbellâ decompositâ breviore, culmo trigono, foliis setaceis. Scirpus *Cinnamometorum Vahl Enum.* II. p. 278

Rad. fibrosa; culmi plures, pedales et ultra, rigidiusculi; folia culmo dimidio breviora, canaliculata; involucrum vix unguiculare; umbella sub-5-radiata, partialis 3-4radiata, radiis canaliculatis capillaribus. Spicae solitariae 3-5florae, subulatae, squamis lanceolatis, fusco-ferrugineis, marginem versus fusco-punctatis. Stylus trifidus. Setae o. In *Zeylonae cinnamometis*. *Koenig.*

42. I. *complanata*; spicis lineari-oblongis, involucro diphyllo umbellam supradecompositam aequante, culmo com-

---

* An revera Isolepis sit, nescimus, cum *Linnaeus* in *Mantissa* l. c. haec tantum habeat: „Spica terminalis, ovata, (rarius 2) pallida, squamâ infimâ subulatâ, longitudine spicae.“ *Smith* sub Scirpo *setaceo* ait: „forsitan Cyperus minimus.“

** *Desvaux* Echinolytri genus describit sequentibus: Flores capitati; stamen 1-2. Fructus akaenium margine tuberculosum; semina libera in fructu post maturitatem. Stylus bifidus. *Cor.* o. *Cal.* o.

Digitized by

presso ancipiti. Scirpus *complanatus Vahl Enum.* II. p. 279. *Retz Obs.* V. p. 14.

Culmus bipedalis, membranâ foliaceâ utrinque decurrente, inferne alatus; folia pauca graminea, culmo parum breviora et latiora. Involucri foliolum longius longitudine umbellae. Umbella 5-7radiata, partialis 4-5radiata, radiis filiformibus laxis. Spicae solitariae parvae, circiter novemflorae, acutae; squamis lanceolatis, fusco-ferrugineis, carinâ albidâ. Stylus trifidus. Semen trigonum, niveum. Setae nullae. Similem se vidisse in herbario *Vaillantii* cum epigraphe: *Cyperus miliaceus minor virginianus Petiver* insignitum: solummodo diversum culmo spithamaeo angustiore, involucro triphyllo, quod in *Scirpis* et *Cyperis* variat, umbellâ minus ramosâ; reliqua ut in Sc. *complanato.* In *Ind. orient. Koenig.* Confer Fimbristyl. *autumnalem.*

43. I. *Willdenowii;* culmo foliaceo compresso ancipiti, umbellâ supradecompositâ coarctatâ, spiculis oblongis acutis, involucro monophyllo umbellâ longiore. Scirpus *anceps Willd. Berl. Mag.* II. p. 288. t. VIII. f. 2. Scirp. *complanatus Willd. Spec.* I. p. 288.

Vahl hunc cum C. *autumnali* commutavit suo. *Willdenowius* nomen mutavit, immemor Sc. antiquioris *ancipitis Poireti* in *Enc.* Hinc nomen mutare necesse erat, et dolemus sane, ne hic quidem dubii C. *complanati Retzii*, culmo compresso ancipiti, umbellâ supradecompositâ involucro diphyllo longiore *Retz obs.* V. p. 14, quam olim *Spec.* p. 270 cum? ad C. *complanatum suum* tulit, et quem *Vahl* ut speciem propriam (praecedentem) recepit *Enum.* p. 279. ne verbulo quidem mentionem fecisse. Descriptio, quam *Willdenow* l. c. dedit, haec est: „Culmus pedalis et altior nudus foliaceus nullo modo triqueter. Folia radicalia non vidi. Involucrum monophyllum lineare margine scabrum. Umbellae partiales involucro monophyllo umbellâ breviore; pedunculi ancipites margine scabri. Spiculae oblongae acutae. Squamae ovato-oblongae mucronatae fuscae, margine albo-membranaceae. Habitus Cyperi, sed verus Scirpus. In *Java.* 2.

ε. *Dubiae,* sed hujus tamen sectionis quoad inflorescentiam.*

44. I. *asperula Humb.* et *Bonpl.*; culmis foliisque setaceis, scabris; umbellâ tri- aut sexradiatâ; radiis monostachyis; spiculis ovato-lanceolatis; involucro (di- et) triphyllo, setaceo, (longiore) umbellam subaequante; glumis ovatis, acutis, (glabrae, basi) ciliatis; semine triquetro, apice tuberculato, transversim undulato-lineolato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 178.

---

* I. *asperulae, bufoniae, junciformis* affinitatem nullam indicavit *Kunth*, qui, jungendo Fimbristyles *Vahlii* cum Isolepidibus, magis adhuc incertam specierum harumce reddidit sedem.

Digitized by Google

Radix fibrosa; culmi caespitosi erecti 2-5poll., triquetri sulcati glabri angulis scabri, basi foliati; folia setaceo-subulata, triquetra, glabra, angulis scabra, culmo dimidio breviora, basi vaginantia. Vaginae lineares membranaceae fuscae striatae, apice truncatae et longissime ciliato-lanatae, semipollicares. Umbella terminalis simplex, radiis triquetris, 2-3 lin. longis. Spiculae oblongae acutiusculae, 2 lin. longae, 6-8florae, basi nudae. Involucri foliola lineari-setacea, scabra, inaequalia. glumae concavae membranaceae, fuscae, arcte imbricatae. Stylus trifidus. Stigmata ciliata. Semen obovatum glabrum, albidum basi nudum. Variat culmo humiliore et spicis brevius pedicellatis. In *locis calidissimis irrigais Guyanae et Nov. Granatae, in ripis Orinoci et Magdalenae, et in Quito prope Quayaquil.* 4.

45. I. *bufonia Humb.* et *Bonpl.*; culmis trigonis, glabris; foliis setaceis, trigonis, scabris; umbellâ simplici, quadri- aut quinqueradiatâ; radiis monostachyis; spiculis oblongis; involucro triphylle, umbellâ duplo breviore; glumis ovatis, acutis, glabris; semine triquetro, obtuso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 179.

Affinis *Asperulae* sed magnitudine spicularum et culmo satis distincta. Radix fibrosa. Culmi caespitosi erecti setacei, 2-3poll., striati; folia radicalia angulis scabra, basi vaginantia. culmo paullo breviora. Vaginae membranaceae striatae glabrae fuscae. Umbellae radii 4-5 lin. longi, intermediis brevissimis. Spiculae obtusae, lineam longae, pauciflorae, basi nudae. Involucri foliola setacea scabra. Glumae concavae membranaceae dense imbricatae fuscae. Stylus trifidus. Stigmata ciliata. Semen obovatum apicatum laeve glabrum, basi nudum. In *humidis umbrosis Novae Andalusiae prope Coenobium Caripense.* 4.

46. I. *junciformis Humb.* et *Bonpl.*; culmis triquetris foliisque glabris, setaceis; umbellâ compositâ, subquadriradiatâ; umbellulis solitariis aut ternis, subsessilibus, subtetrastachyis; spiculis oblongis; involucro triphyllo, umbellâ breviore; glumis ovatis, acuminatis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 179.

Radix fibrosa. Culmi erecti 1 1/2ped., striati, basi foliati. Folia canaliculato-triquetra, basi vaginantia, culmo dimidio breviora. Vaginae pollicares aut sesquipollicares striatae scabriusculae apice ciliatae. Umbella radiis inaequalibus semipollicaribus intermedio brevissimo subnullo. Umbellulae tri- aut tetrastachyae, spiculis acutis, compressiusculis pauciforis, 1-1 1/2 lin. longis. Involucri foliola lanceolata, membranacea longe aristata, involucella monophylla lanceolata, acuminato-aristata, membranacea, umbellula dimidio breviora. Glumae glabrae fuscae arcte imbricatae. Stylus trifidus. Stigmata subciliata. Semen? In *temperatis montanis prope speluncam Guachari et villam Cocollari.* 4.

Digitized by Google

177. SCIRPUS.

Synopsis Sectionum.

1. Culmo monostachyo. n. 1-20.
2. Culmo polystachyo.
   a. Spicis lateralibus. n. 21-33.
   b. Spicis terminalibus. n. 34-78.
3. Dubiae Sectionis s. generis. n. 79-95.

I. *Culmo monostachyo.*

1. Sc. *pygmaeus Lam.*; spicâ oblongâ subbiflorâ, culmis subangulatis setiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 242. *Lam. Illustr.* I. p. 139.

Culmi vix longitudine digiti minimi. Vaginae purpureae. Spicae squamae calycinae lanceolatae purpureae, margine scariosae. In *India orientali. Thunb.* Herb. *Lam.*

2. Sc. *confervoides Poir.*; caule setaceo radicante nodoso; foliis subverticillatis capillaceis; culmo nudo brevi; spicis minimis solitariis terminalibus. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 755.

Similis CONFERVAE; culmi longissimi; folia e nodis elongata fasciculata tenuiora capillo, e quorum centro culmi pollicares, basi vaginâ arctâ membranaceâ, apice sublanceolatâ. Spica ovalis, glumis sparsis potius quam imbricatis (unde SCHOENIS affinis) albidis membranaceis, infimis oppositis, spicâ multo longioribus subulatis acutis. In *paludosis maritimis ins. Madagascar. Aub. d. Petit Thouars.*

3. * Sc. *caespitosus*; stigmatibus tribus, spicâ involucro diphyllo inclusâ, glumis infimis maximis spicam aequantibus, culmis teretibus striatis, vaginis aristatis s. in rudimentum folii desinentibus radicibus squamulâ interstinctis. *Vahl Enum.* II. p. 243. *Linn. Spec.* I. p. 71. *Willd. Spec.* I. p. 292. (excl. synon.). *Smith Fl. brit.* I. p. 49. *Engl. bot.* t. 1029. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 123. *Gaudin Agr. helv.* II. p. 18. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 13. *Host Gram. austr.* III. t. 59. *Sturm Fl. germ. fasc.* 10. *Hall. Hist.* n. 1334. *β. nemorosus.* Sc. *caespitosus β Roth Fl. germ.* T. II. P. 1. p. 52.

Rad. e fibris tortuosis rigidis; culmi filiformes crassive striati caespitosi, 3-6pollicares, in *β* pedales steriles longiores, recurvi. Involucri foliola spicam includentia, inaequalia, glumacea, ovato-lanceolata, obtusa, nitida, fuscescentia aut fusco-ferruginea, margine dilutiore, nervo viridi in mucronem foliaceum obtusum producto. Spica terminalis exigua solitaria ovalis 4-5flora, glumis omnibus fertilibus. Nux triquetra

Digitized by Google

nigra. Setae 6, retrorsum hispidae (laevissimae *Gaud.* et *Wahlenb.*), nuce longiores. Subinde vivipara. Macula saepius nigra adusta infra spicam. *Gmel. bad.* In *turfosis uliginosis arenosis humidis pratis sylvis et alpibus Europae. β. in nemoribus uliginosis Oldenburg.* 4.

4. Sc. *campestris Roth;* spicâ lineari, squamis subaequalibus; spicam subaequantibus, culmis teretibus setaceis, vaginis muticis. *Vahl Enum.* II. p. 243. *Roth Catal.* I. p. 5. *Decand. Fl. fr.* n. 1777. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 364. t. 7. f. 19. *Willd. Spec.* I. p. 293. *Hayne term. bot.* t. XXV. f. 4. *Dreves* u. *Hayne* t. 23. Sc. *Baeothryon β. minor Schrad. Fl. germ.* I. p. 125., qui non differre specie affirmat. Sc. *quinqueflorus Vitm. Summ.* p. 150.

Specie hunc differre a Sc. *Baeothryo* denuo monuit cl. Autor in *Schrad. Journ.* 1801. p. 469. et quidem: culmis brevioribus, spicâ floriferâ lineari, fructiferâ oblongâ; nec floriferâ oblongâ, fructiferâ ovata et quasi bifidâ; squamis calycinis plerumque aequalibus, 2-3plo longioribus, spicam adaequantibus, nec inaequalibus, alterâ longiore, spicâ tamen duplo breviore; flosculis paucioribus 3-4, nec plerumque 6 aut pluribus. *Roth* A Sc. *cespitoso* differt: fibris radicum rufis nec albis; culmis tenuioribus, paucioribus, absque squamis inter vaginas, nec densissimis caespitosis; vaginis apice truncatis muticis, nec folii rudimento terminatis; spicâ duplo fere angustiore et longiore; squamis plerumque aequalibus duplo longioribus atropurpureis flavo marginatis apice nudis, nec semper inaequalibus, unicoloribus, dilute brunneis, rudimento folii viridi apice acutis. In *sabulosis udis, Ducatu Oldenburg. et Bremensi, et in Gallo-Provincia.* 4.

5. * Sc. *Baeothryon;* glumis inaequalibus ovatis obtusiusculis, alterâ majore spicâ bivalvi duplô breviore, culm tereti substriato nudo, vaginis aphyllis muticis, stigmatibu tribus. *Vahl Enum.* II. p. 244. *Willd. Spec.* I. p. 293. (excl. *Flor. Dan.* t. 167. teste *Vahl, Smith, Schrader;* sed *Wahlenberg* citat hanc tab.) *Schrad. Fl. germ.* I. p. 125. *α. major. Gaud. Agr. helv.* II. p. 19. *Dreves* et *Hayne* t. 22. *Sturm* fasc. 10. Scirp. *Halleri Villars delph.* 2. p. 188. *Gmelin Fl. Badens.* I. p. 95. n. 64. (*Gaudin* l. c. tamen *Haller* n. 1335 cum? adducit). Scirp. *sepium Verz. all. Gewächs. Teutschl.* I. p. 19. Scirpus *pauciflorus Lightf. Fl. Scot.* p. 1078. *Smith Fl. brit.* I. p. 50. *Engl. bot.* t. 1122. (huc, quoad iconem, potius quam ad *campestrem Schrad.*). *Host Gram. austr.* III. t. 58. (cum? *Gaudin* qui et *Scheuchz.* p. 366. t. 7. f. 21. cum? adducit, quod neque *Schrad.* nec *Decand.* qui *Fl. fr.* n. 1776 huc trahit, Sc. *cespisosum Thuill.*, et Sc. *cespitosum Lam. Illustr.* n. 654. huius varietatem β. facit.

Digitized by Google

Rad. cespitosa nigricans *Smith*, plus minus repens *Schrad.*, subbulbulosa *Gaud.* * Culmi suberecti simplicissimi, 3-6pollicares, steriles altiores, ad basin vix squamosi. Vaginae oblique truncatae, strictae. Spica terminalis solitaria exigua, rufofusca, 4-7flora, florifera oblongo-ovata, fructifera ovata, apice quandoque subbifida. Glumae oblongo-ovatae, subinde ovato-lanceolatae obtusae, compressae, glabrae, margine versus apicem albidae. Germen pilis brevibus inspersum. Nux trigona, pallida, vel fuscescenti flava, punctulata, nitida. Setae receptaculi 6, retrorsum hispidae. In *uliginosis, paludosis inundatis Europae et ad Caucasum.* 2.

6. Sc. *turgidus Thuill.*; cespitosus, culmis confertis nudis, spicâ turgide ovatâ: squamis ovalibus obtusis. *Thuill. Flor. par.* ed. II. p. 22.

Spicae fere subrotundae. In *paludosis prope Meudon, Argentorati. Species maxime dubia, nobis nunquam visa.* 2.

7. Sc. *parvulus*; culmo aphyllo evaginato, spicâ terminali pauciflorâ, stigmatibus tribus, setis receptaculi retrorsum hispidis, radice fibrosa, foliis radicalibus teretiusculis. Sc. *nanus Spreng. pug.* I. p. 4. n. 7. *Wallroth Ann. bot.* p. 7. n. 11. Sc. *fluitans Spreng. Mant.* I. p. 4. (excl. *Fl. Dan.*).

Vix pollicaris. Radix tenuis albida; culmi plures teretiusculi erecti graciles pallide virentes, basin versus albentes, folia subaequantes, ut tota planta glaberrimi. Folia 3-4 stricta linearia, apicem versus attenuata, acuta, siccitate subtrinervia, venis hinc inde transversis. Spica exigua ovata acuta; glumae ovatae obtusiusculae carinatae uninerves virides, margine albidae, a exterioribus paulo majoribus, latioribus, obtusioribus. Setae 4-6. Habitus fere SUBULARIAE *aquaticae.* In affini Sc. *fluitante* praeter characteres datos folia plana, spica obtusior. In *inundatis lacus Koelmensis in Mannsfeldia.*

8. Sc. *pusillus Vahl*; spicâ oblongâ acutâ, squamis lineari-oblongis obtusis, culmis angulatis capillaribus. *Vahl Enum.* II. p. 246. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 54. Sc. *capillaris Mich. Fl. bor. am.* p. 30. Sc. *capillaceus Pers. Syn.* I. p. 65.

Omnium tenuissimus. Culmi palmares, longiores brevioresve foliis radicalibus teretibus. Spica minima. Squamae fuscae ovatae acutae margine membranaceo. Semen acute trigonum. Setae plures albidae. In *nova Anglia. Mich., in Carolina Rosc.* 2.

9. Sc. *trichoides Humb.* et *Bonpl.*; repens; culmis tetragonis, elongatis, capillaceis, glabris; spiculâ oblongâ,

---

* In Sc. *pauciflоro* radicem esse cespitosam, nec subrepentem cl. *Sprengel*, qui *Sturm* l. c. cum? adducit, et glumas exteriores reliquis minores. An nova species sub Sc. *pauciflоro Host* et *Sprengel*?

Digitized by Google

compressâ; staminibus duobus; semine trigono, basi setis cincto. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 181.

Scirpo *capillari Mich.* affinis, similis Eleocharidi *exiguae*, a qua staturâ majore, glumis margine albidis nec purpureis, et praesentiâ setarum differt. In *temperatis montis Quindiu.* 4.

10. Sc. *festucoides Poir.*; culmo triquetro filiformi; foliis cespitosis setaceis; spicâ terminali ovatâ, glumis squarrosis? inferioribus mucronatis. *Poir. Enc. meth.* VI. p. 752.

Habitus Festucae; radices e fibris duris filiformibus brunneis elongatis; folia rigida recta culmis 3-6pollicaribus glaucescentibus breviora; vagina arcta parva, striata. Glumae arcte appressae, oblongo-lanceolatae, carinâ virides, margine albicantes, superiores obtusae. In *Madagascar. Aub. du Petit-Thouars.*

11. Sc. *crinitus Poir.*; culmo setaceo triquetro; foliis setaceis; spicâ sublaterali obtusâ compressâ; glumis obtusis membranaceis. *Poir. Enc. meth.* VI. p. 752.

Affinis C. *festucoidi*, magis adhuc C. *aciculari*, a quo differt foliis culmisque altioribus, et spicâ obtusâ sublaterali. Fors *setacei* tantum varietas. Radices e fibris valde tenuibus fuscis fasciculatis; culmi in cespitem coadunati 6-8pollicares, striati, nudi exceptâ basi. Folia numerosa radicalia altitudine culmi glaberrima glauca. Spica pollicaris circiter sub apicem posita culmi, involucro spathaceo culmi apicem sistente recto subulato suffulto. Glumae carinâ viridi, margine scariosae, inferior submucronata. In *Madagascar. Aub. du Petit-Thouars.*

12. Sc. *retroflexus Poiret;* caule angulato subtereti setiformi folio vix longiore; foliis capillaceis retroflexis diffusis; spicâ minimâ terminali. *Poir. Enc. meth.* VI. p. 753.

Affinis Sc. *aciculari*, sed habitu, culmis, foliisque curvatis differt, et spicis multo minoribus. Radices fibrosae capillares fasciculatae cinereae; culmi 3-4pollicares simplicissimi; folia omnia radicalia, vaginâ brevi cylindricâ, glabra, striatula, virentia. Spica ovalis, glumis glabris, membranaceis, pallide virentibus, 2 inferioribus longioribus spathaceis. In *uliginosis Puerto-Ricco. Le Dru.*

13. Sc. *multicaulis Smith;* culmo tereti basi vaginato, spicâ ovatâ terminali, glumis obtusis aequalibus, radice fibrosâ. *Smith Fl. brit.* I. p. 48. *Engl. bot.* t. 1187. *Aug. de St. Hilaire* in *Desvaux Journ. de Bot.* III. (1814.) p. 14. t. XXI. *Hall. hist.* n. 1336. β.? Sc. *palustris* β. *Linn. Fl. lapp.* n. 19. *Wahlenberg Fl. lap.* p. 14. (iterum ut β *palustris*, de specie enim, ob radicem a *palustri* non diversam, dubitat). *Vahl Enum.* II. p. 246. (excl., ut in *Smithio*, syn. *Ruppii* et *Flor. Dan.* t. 167. ad *palustrem* β, monente *Schrad. Fl. germ.* I. p. 127, spectanti-

Digitized by Google

bus). Juncus clavatus minor capitulis rotundioribus *Moris. Hist.* 3. S. 8. t. 10. f. 34? An huc, vel, cum *Decand. Fl. franç.* n. 1773. et *Loiseleur*, potius *palustris* varietas: Scirpus *intermedius Thuill.*: aphyllus, spicâ oblongâ ovatâ subacutâ, bracteis rotundatis, glumis obtusiusculis castaneis, *Flor. paris.* p. 21? An huc Sc. *tenuis Schreb.*? vel potius ad *β palustris*, cujus γ est in *Poiret Enc. meth.* VI. p. 749?

Radix fibris longioribus crassioribus non repens. Culmi numerosi cespitosi laxe patentes spithamaei simplicissimi glabri basi praecipue striati atque arcte scorsim vaginati, vaginis cylindricis strictis truncatis integris subacuminatis, saepius duplicatis, squamis vero interstinctis nullis. Folia o. Spica elliptica aut ovata, ferruginea nuda multiflora. Squamae imbricatae ovatae atropurpureae vel fuscae, apice subscariosae, carinâ obsolete viridi. Flosculus unus alterve ad basin saepe viviparus et divaricatus. *Smith.* Hac ultimâ notâ et stigmatibus 3 optime distinguitur, monente *Schrad. l. c.* p. 128 a Sc. *ovato* et *palustri β*, quos inter speciem intermediam sistit. A *palustri*, cui habitu proximus, differt: radice fibrosâ, spicâ magis ovali, glumis aequalibus, obtusioribus; ab *ovato*: radice perenni, culmis rigidioribus, spicâ angustiore, glumis paucioribus, majoribus. In *Sueciae*, *Daniae*, *Angliae paludibus turfosis*, *raro*. 4. *Intermedius Thuill.* in paludibus *Raincy prope Paris. Lutet.*

14. Sc. *obtusus Willd.*; culmo tereti nudo, vaginis truncatis mucronatis, spicâ globoso-ovatâ, squamis obtusis, seminibus apice alatis, radice fibrosa. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 76.

Culmi 1-1½pedales, flavo-virescentes; vaginae arcte adpressae mucrone brevissimo foliaceo, sub lente tantum manifesto. Spica terminalis parva. Squamae ellipticae obtusae fuscae margine membranaceae, nervo medio viridi. Styl. trifidus. Semen obovatum compressum. Setae longitudine seminis vel parum longiores. In *America boreali.* 4.

15. Sc. *glaucescens Willd.*; culmo compresso glaucescente, vaginis truncatis, spicâ lanceolatâ, squamis ovatis, radice repente. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 76.

Culmus 1½pedalis et ultra. Vaginae ad basin culmi muticae, laxae; spica vix ½pollic.; squamae ovatae, superiores ovato-lanceolatae obtusiusculae, margine membranaceae. Stylus trifidus. Semen obovatum apice tuberculatum. Setae longitudine seminis. In *America boreali.* 4.

16. Sc. *tenuis Willd.*; culmo filiformi superne tetragono, vaginis truncatis obtuse mucronatis, spicâ ovatâ, squamis ovato-oblongis, radice repente squamata. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 76.

Digitized by Google

Rad. squamis scariosis arcte tecta. Culmi pedales et altiores tenuissimi saturate virides. Vaginae ad basin culmi laxae mucrone brevi obtuso. Spica terminalis parva magnitudine seminis sinapios. Squamae fuscae apice membranaceae. Stylus trifidus. Semen obovatum, apice tuberculatum, setis parum longius. In *America boreali.* 4.

17. Sc. *variegatus Poir.;* culmo tereti nudo; spicâ simplici terminali conicâ; glumis apice rotundatis variegatis, radice repente. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 749.

Affinis Sc. *palustri*; culmi fistulosi striati 1-2pedales, basi vaginâ membranaceâ elongatâ truncatâ, saepe purpurascente. Spica pollicaris, cylindrico-conica obtusa. Glumae bilineares et ultra, pallide virides aut albidae, margine purpureae membranaceae. Stamina quaedam sterilia. Stylus glumis longior stigmatibus tribus. Semina compressa acuminatâ, stylo coronata. Subinde glumae unicolores. In *Madagascar Aub. da Petit-Thouars.*

18. Sc. *fistulosus;* culmo subtriquetro molli nudo; spicâ terminali cylindricâ; glumis ovatis obtusis apice membranaceis. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 749.

Affinis Sc. *variegato*, sed spicae longiores, crassiores, densiores, et radix perpendicularis crassiuscula. Culmi fasciculati striati laevissimi fistulosi, 1-2pedales, basi vaginis bipollicaribus, tenuibus, saepe purpurascentibus, obtusis. Spica obtusa culmo crassiusculo parum crassior, ultra 1pollic., glumis ovalibus parum elongatis, dilute fulvis margine scarioso albido. Stamina 3 fertilia, sterilibus intermixtis. Stylus trifidus. In *paludibus insulae Madagascar Aub. du Petit-Thouars.*

19. Sc. *coniferus Poiret;* culmo tereti articulato; spicâ solitariâ coniformi, glumis latissimis obtusis. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 756.

Culmi apice subulati glaberrimi striati glauci 2-4pedales; squamae ad basin quaedam longitudinaliter fissae; spica solitaria, pollicaris circiter sub apicem sessilis, magnitudine avellanae, basi subincrassata, glumis aeque latis ac longis, saturate fuscis, subscariosis, apice saepius laceris. Paleae 6 breves filamentis interjectae. Ovarium compressum utrinque acuminatum, stylus bifidus. Semina ovalia fusca compressa glaberrima. In *paludosis ins. Madagascar. Aubert d. Petit-Thouars.*

20. Sc. *flavescens Poir.;* culmo stricto tereti striato nudo; spicâ minimâ subuniflora. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 756.

Maxime affinis Sc. *cespitoso*, et hujus forte varietas, sed habitus alius et spicae multo minores. Radices fibrosae, fasciculatae, tenuissimae; culmi numerosi, viridi-flavescentes, 2-3pollicares, fere filiformes, rigidi, basi vaginâ membranaceâ, apice subu-

Digitized by Google

latâ. Spica ovalis, floribus 1-3, flavescentibus; squamae basi oppositae steriles concavae obtusae, floribus quidquam breviores. In *Puerto-Ricco. Le Dru.*

2. *Culmo polystachyo.*

a. *Spicis lateralibus.*

21. * Sc. *minimus;* spicis ovatis acutis subsolitariis, culmis foliisque capillaribus curvatis. *Vahl Enum.* II. p. 253. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 55. *Plukn. alm.* p. 179. t. 300. f. 5. *Morison Hist.* III. S. 8. p. 233. *Linn. Hort. cliff.* 21.? Cyperus *minimus Linn. Syst. Veg.* 98? (quem *Rottboell* cum Scirp. *supino* et *setaceo* conjunxit). Scirpus *setaceus Rottb. Gram.* p. 47. t. 15. f. 4.

Facies Sc. *acicularis*, at infra apicem spicula. Culmi 1 1/2-2pollic., omnium tenuissimi, trigoni, monophylli. Folia culmo parum breviora et angustiora, plerumque recurva. Spicae solitariae vel geminae, minutae, semper sessiles, pauciflorae, squamis ovatis, carinatis, fuscis, carinâ viridibus, infimâ attenuatâ, longitudine fere spicae. *Vahl.* In *Virginia ad Carolinam*, *Africa.* ♃.

22. Sc. *debilis;* spicis brevi-ovatis conglomerato-sessilibus, squamis subrotundis membranaceis, culmis striatis. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 55.

Culmi teretes, striati, pedales et ultra. Spiculae 4-6 crassae; squamis latis acutiusculis. Setulae semine duplo longiores. Affinis S. *setaceo.* In *pratis udis Pensylvaniae.* ♃.

23. Sc. *natans Thunb.;* spicis duabus lateralibus, culmo compresso folioso flexuoso erecto. *Thunb. Prodr.* I. p. 17. *Fl. capens.* I. p. 361. *Vahl Enum.* II. p. 254. *Willd. Spec.* I. p. 299.

Culmi palmares-spithamaei. Folia subvaginantia, glabra, flaccida, culmo breviora. Spicae ovatae, inaequales, glabrae. Seta terminalis, spicis duplo longior, erecta. In *promont. b. spei, in aquis.*

24. Sc. *marginatus Thunb.;* capitulo tristachyo, glumis integris glabris, involucro monophyllo, culmo capillari. *Thunb. Prodr.* I. p. 17. *Fl. capens.* I. p. 363. *Vahl Enum.* II. p. 255.

Culmus teres, palmaris. Folia radicalia pauca, capillaria, glabra, culmo breviora. Capitulum raro mono- vel distachyum. Spiculae ovatae, acuminatae. Involucrum setaceum, erectum, capitulo duplo longius. Glumae parum acutae, brunneae margine albo. *Ad promont. b. spei.*

25. Sc. *pungens Vahl;* culmi triquetri apice recto, basi vaginato vaginis foliiferiis, glomerulo florum laterali nudo glumis ovato-rotundis apice bifidis, antheris aristatis, stigma-

Digitized by Google

tibus duobus. Sc. *Rothii Hoppe* in *Sturm Deutschl. Flor.* Fasc. 36. n. 4. Sc. *triqueter Roth n. Beytr.* I. p. 91. Sc. *triqueter β. Willd. Spec.* I. p. 303. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 141. Sc. *mucronatus Host Gram. austr.* III. t. 66? (excl. synon. suadente *Schrad.*)? Sc. *mucronatus Roth Fl. germ. Schrank, Gmelin bad. Schweig.* et *Hort.*, teste *Hoppe* (*omnes, Schradero* auctore, *excl. synon.*). Sc. *pungens Vahl Enum.* II. p. 255. Sc. *triqueter* (*triangularis*) *Pers. Syn.* I. p. 68.

Differt a Sc. *triquetro*, praeter characteres datos, staturâ minori, culmo tenuiore, vaginis 4-5 omnibus foliiferis, spiculis 4-6 sessilibus, 3-4pollicaribus, ab apice distantibus, glumis castaneis, rotundioribus, laciniis acutis, nervo magis prominente. Sc. *mucronatus* multo altior crassiorque, glumis integris mucronatis, praeter reliqua, differt. In *Europae et Americae merid. udis et in insula Borboniae. Commerson.* 2.

Obs. Cl. *Vahl Enum.* II. p. 255., agnoscens: Juncum acutum maritimum, caule triangulo. *C. Bauh. Prodr.* p. 18. *Morison Hist.* III. p. 132. s. 8. t. 10. f. 20. Juncum acutum maritimum, caule triquetro rigido, mucrone pungente. *Plukn. almag.* p. 200. t. 40. f. 1. ut synonyma, distinguit hanc speciem: „spicis oblongis, squamis ciliato-laceris emarginatis aristatis, culmo subdiphyllo trigono" in definitione; in descriptione vero addit: „in variis differre ab affini *mucronato*; culmo humiliore, teneriore, rigido; foliis longioribus multo angustioribus, carinatis, extrorsum margine scabris; vaginis magis membranaceis, spicis autoritate Rothii constanter sessilibus; variare spicis 1-2-3, interdum squamâ infimâ in acumen longitudine spicae desinente. Squamae (addit, quae tamen diversissimae!) et fructificatio ut in *mucronato*. *Schrader* praeter spiculas subsessiles nullum se videre discrimen certum, nec pro diversa specie habere posse; pro varietate habet *Gaudin* et *Smith*.

26. Sc. *conglomeratus Humb.* et *Bonpl.*; culmis teretibus, apice obtuse trigonis, subulato-pungentibus; vaginis aphyllis; spiculis lateralibus, conglomeratis, ovatis; glumis ovalibus, acuminato-aristatis, ciliatis; semine lenticulari, apicato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 183.

Valde affinis Sc. *pungenti Vahl.* Culmi caespitosi erecti 3-6-ped., crassitie pennae columbinae, glabri, laeves, vaginati. Vaginae 3, membranaceae, acutae, striatae, glabrae, fuscae. Capitulum 8-12stachyum, infra apicem culmi exsertum, sessile, nudum. Spiculae obtusae, 4-5 lin., multiflorae; glumae albidae, apice fuscae, glabrae, arcte imbricatae. Stylus bifidus. Semen obovatum, basi setis sex, retrorsum aculeato-scabris. In *calidis regni Peruviani prope Truxillo-* 2.

27. Sc. *americanus Pers.*; culmo acute triquetro nudo, spiculis sessilibus conglomeratis oblongo-ovatis, mucrone brevioribus. *Pers. Syn.* I. p. 68. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 56. Sc. *triqueter Mich. Fl. bor. amer.* p. 30.

Digitized by Google

Persoon ab europaeo diversus videtur spiculis majoribus. *Hunth* vero apud *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *Spec.* I. p. 182 eundem omnino esse cum *pungente Vahlii.* In *Carolina inferiore.* 4.

28. Sc. *littoralis Schrad.;* culmi triquetri apice rectiusculo, vaginis foliiferis, cymâ laterali decompositâ involucro monophyllo suffultâ, spiculis oblongis, stigmatibus duobus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 142. *Ic.* t. V. f. 7. *Loiseleur Notice* p. 10. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 300. Scirp. *triqueter La Peyr. Abr.* p. 27.

Habitus Scirpi *triquetri*, sed inflorescentiâ et spiculis abunde distinctus. Involucrum universale umbellae subjectum monophyllum, acutum, 1/2-1pollices longum; partiale foliolum triplo minus, acuminatum, membranaceum. Pedunculi 1/2 1pollicares, basi, ut pedicelli, bracteâ membranaceâ fuscescente haud dissimili involucro partiali. Pedicelli pedunculis duplo minores tenuiores. Spiculae obtusae, glumae lato-ovatae, obtusissimae, margine dilutiores, nervo dorsali in mucronem longiorem et apice magis reflexum abeunte; 2-3 inferioribus obtusioribus, plerumque sterilibus. Stigmata et reliqua Sc. *triquetri. Schrad.* In *lacustribus inundatis maritimis Duini et Monfalconi. Walfen. In insulis Hieris.* 4.

29. * Sc. *mucronatus;* culmi triquetri apice demum horizontaliter retrofracto, vaginis aphyllis, spiculis lateralibus sessilibus glomeratis nudis, stigmatibus tribus, radice fibrosâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 139. *Willd. Spec.* I. p. 303. (excl. syn. *Hall.* et *Micheli*). *Roth n. Beytr.* I. p. 91. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 55. *R. Brown Prodr.* I. p. 223. *Linn. Syst. Veg.* ed. XIV. p. 100. *Scirpo-Cyperus palustris caule molli* paniculâ nitidâ, glomeratâ, semine nigro. *Mich. gen. nov.* p. 47. *Scirpo-Cyperus panicalâ glomeratâ* e spicis imbricatis compositâ. *Scheuchz. Agrost.* p. 404. t. IX. f. 14. (etiam auctoritate *Smith Fl. brit.* I. p. 56.) Sc. *glomeratus Scop. Carn.* n. 63. (ergo et *Host Gram. austr.* IV. t. 68., et *Sturm Fl. germ.* Fasc. 36. t. 7.) *Vahl Enum.* II. p. 256, (qui *Scopolium* non adducit, sed *Mich.* et *Scheuchz.* et *Plukn. alm.* t. 40. f. 3.) *Gaudin Agr. helv.* II. p. 37. *Schult. östr. Fl.* ed. 2. I. p. 118. (excl. syn. *Host* III. t. 66. quod ad *triquetrum* vel *pungentem?*) Sc. *mucronatus* (*tricarinatus*) *Pers. Syn.* I. p. 68.

Rad. lignescens, culmis plurimis 1 1/2-3pedalibus erectis, lateribus excavatis, striatis, glabris, praeter squamas basi lignescentes vaginâ longissima plerumque solitariâ obvallatis membranaceâ, nitidâ, aetate basi fuscescente. Spiculae 3-15 et plures in capitulum densum ebracteatum conglomeratae, crassiusculae ovatae obtusae multiflorae. Glumae lato-ovatae, integerrimae, scariosae, striatae virentes, marginem ciliatum

Digitized by Google

versus ferrugineae, nervo carinali in mucronem brevissimum paulo reflexum desinente. Nux obovata lata subtrigona, obsolete transverse undulata, castanea nitida, setis receptaculi 5-6 retrorsum hispidis, nuce paulo longioribus. In *paludibus lacubus fossis Erlangae, Carinthiae, Carnioliae, Italiae, Americae Septentr., Indiae orientalis, novae Hollandiae, ad Portum Jackson.* 4.

30. Sc. *erectus Poir.;* culmo gracili subtereti nudo; spicis lateralibus glomeratis; glumis lanceolato-acuminatis; involucro monophyllo subulato. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 760.

Affinis Sc. *supino*, sed culmi graciliores et magis recti, spiculae angustiores. Radix fibris simplicibus subtortuosis fuscis brevibus fasciculatis; culmi numerosi cespitosi subfiliformes striati 6-10pollicares, basi vaginâ arctâ, 2-4pollicari, saepius apice subulatâ: vaginae longiores a medio ad apicem quidquam dilatatae, et sub basi dilatationis subarticulatae. Spicae ad 2/3 altitudinis culmi, sessiles, unâ alterâve pedicellatâ, inaequales, sublanceolatae; glumae pallidae margine fuscae. Filamenta brevissima, stylus squamâ longior bifidus. Semina minima, compressa, fusca. *Ad ripas fluviorum in rupibus insulae Madagascar. Aub. d. Petit-Thouars.*

31. * Sc. *articulatus;* aphyllus, spicis ovatis globoso-capitatis, culmo interstincto. *Vahl Enum.* II. p. 238. *Willd. Spec.* I. p. 290. Sc. *fistulosus Forsk. descr.* p. 14. *Tsjeli Rheede mal.* XII. p. 135. t. 71. *β. tenuis Roth nov. plant. spec. Ms.*

Rad. fibrosa; culmi 1 1/2-3pedales, interdum crassitie pennae cygneae, fistulosi, isthmis intercepti, vaginis laxis oblique truncatis. Involucrum nullum. Capitulum in exemplaribus ex Ind. or. infra medium, in Ind. occ. versus summitatem culmi, magnitudine Avellanae; spicae plurimae squamis ferrugineis, lato-ovatis, acutis, ferrugineis. Stylus bifidus. Semen trigonum, laeve, nigrum. Setae versus apicem vix denticulatae. Specimina americana robustiora. In *β* culmi filiformes flaccidi; capitula longe minora vix ultra unciam a radice remota. In *Aegypti aquosis arenosis, in India utraque.* 4.

32. Sc. *praelongatus Poir.;* culmo tereti articulato nudo; spicis sessilibus fasciculato-globosis inferiori parti culmi insertis. *Poir. Enc. meth.* VI. p. 764.

Affinis Sc. *articulato;* radix fibrosa, fasciculata; culmi numerosi recti inaequales pedales, fistulosi, apice subulati, basi vaginis quibusdam spathaceis, ad quarum ultimae oram spiculae sessiles breves inaequales subconicae obtusae, squamis lanceolatis acutiusculis dilute fulvis, utrinque striis 2 viridibus. Stylus apice trifidus. In *Indiis, Aub. d. Petit-Thouars.*

33. Sc. *vaginatus Thunb.;* capitulis alternis involucro brevioribus, culmo filiformi. *Thunb. prodr.* I. p. 17. *Fl.*

Digitized by Google

capens. I. p. 365. *Vahl Enum.* II. p. 258. *Willd. Spec.* I. p. 300.

Culmus curvus, palmaris. Folia vagina membranacea alba involuta, capillaria, culmo duplo breviora. Capitula circiter tria, ovata. Involucrum filiforme, erectum, capitulis duplo longius. Glumae ovatae, ferrugineae. *Ad promont. b. spei.*

b. *Spicis terminalibus.*

34. Sc. *Hystrix Thunb.;* capitulo subdistachyo, glumis acuminatis squarrosis, involucro monophyllo, culmo capillari. *Thunb. prodr.* I. p. 17. *Fl. capens.* I. p. 362. *Vahl Enum.* II. p. 259. *Willd. Spec.* I. p. 259.

Culmi e radice fibrosa plures sulcati, glabri, pollicares usque digitales. Folia radicalia plura, capillaria, striata, culmo breviora. Capitulum solitarium rarius, tristachyum raro, saepius distachyum, terminale, globosum. Involucrum lanceolatum, acuminatum, patens, capitulo duplo longius. Glumae basi ovatae, striatae, glabrae, apicibus reflexis. *Circa rivulos infra Tafelberg in Langekloof et alibi ad promont. b. spei.*

35. * Sc. *trispicatus;* spicis oblongis ternis, culmo angulato aphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 260. *Willd. Spec.* I. p. 302. *Thunb. prodr.* p. 17. *Fl. capens.* I. p. 363. Scirp. *Sparmanni Lam. Illustr.* I. p. 140.

Culmi plures 1-sped., sulcati. Folia vix ulla nisi squamae ferrugineae. Involucrum polyphyllum, foliolis subulatis brevissimis. Spicae parvae oblongae aequales erectae. In *promont. b. spei.*

36. Sc. *gracilis Poir.;* culmo tereti subcompresso; foliis filiformibus strictis; involucro diphyllo; capitulo globoso terminali. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 763.

Rad. fibrosa; culmi graciles duri fasciculati, 1-1 1/2pedales, basi foliis rigidis angustissimis subsetaceis subulatis 5-6pollicaribus, vaginis fuscis laxis elongatis scariosis. Involucri foliolum alterum rectum subulatum floribus longius, alterum brevius, subinde et tertium minimum. Spiculae in capitulo circiter 12, inaequales, breviusculae parvae ovatae fuscae obtusae, uti glumae 1 1/2 lineares. Stylus trifidus. Semina fusca oblonga supra convexa. In *promont. b. spei. Aub. d. Petit-Thouars.*

37. Sc. *bonariensis Poir.;* caule filiformi subtriquetro nudo; foliis setaceis; spiculis glomerato-capitatis sessilibus; involucro diphyllo, capillari longo. *β.* culmis foliisque latioribus. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 763.

Culmi recti 6-8pollicares, glabri, basi folio unico capillari, culmo 1/3 breviore, vaginâ purpurascente arctissimâ. Capitulum terminale subglobulosum, spiculis fasciculatis parvis ovatis ob-

Digitized by Google

longis, squamis membranaceis dilute flavis, genitalibus exsertis. In *Buenos-Aires. Commerson.* An Fimbristylis *pygmaea Vahl?*

38. Sc. *truncatus Thunb.*; capitulo glomerato globoso, involucro diphyllo, foliis linearibus, culmo tereti. *Thunb. prodr.* I. p. 17. *Fl. capens.* I. p. 366. *Vahl Enum.* II. p. 260. *Willd. Spec.* I. p. 296.

Culmus filiformis, aphyllus, spithamaeus. Folia fasciculata, truncata, margine membranacea, culmo triplo breviora. Capitulum e spicis plurimis arcte connexis glomeratum, globosum. Involucri foliolum exterius capitulo vix longius. *Crescit prope van Stades rivier ad promont. b. spei.*

39. Sc. *laciniatus Thunb.*; capitulo triangulari, glumis ovatis ciliatis, involucro diphyllo. *Thunb. prodr.* I. p. 17. *Fl. capens.* I. p. 367. *Vahl Enum.* II. p. 260. *Willd. Spec.* I. p. 296.

Culmus filiformis, profunde striatus, pedalis. Folia filiformia, obtusa, culmo triplo breviora. Capitulum cernuum. Involucra foliacea duo, alterum longitudine capituli, alterum duplo longius, filiforme. Glumae obtusae, lacero-ciliatae, brunneae ciliis albis. *Ad promont. b. spei.*

40. Sc. *hemisphaericus Roth*; capitulo terminali sessili hemisphaerico, involucro monophyllo e latissima basi lineari canaliculato multo breviore, culmo filiformi aphyllo basi vaginato. *Roth nov. plant. spec. Ms.*

Vagina ad basin culmi membranacea ferruginea laxa obtuse mucronata. Capitulum magnitudine grani piperis nigri, dense imbricatum; squamae obovatae obtusae. *Roth.* In *India orientali.*

41. Sc. *fastigiatus Thunb.*; capitulo convexo compresso, glumis extimis mucronatis, involucro nullo, culmo filiformi. *Thunb. prodr.* I. p. 18. *Fl. capens.* I. p. 373 *Vahl Enum.* II. p. 260. *Willd. Spec.* I. p. 301.

Culmus erectus, digitalis. Folia ferrugineo-vaginata, filiformi capillaria, culmum subaequantia. Capitulum e spicis circiter septem sessilibus, unguiculare. Spiculae ovatae compressae glabrae. Glumae ovatae, margine ciliatae; exteriores cuspidatae mucrone et carina viridibus; interiores obtusae. *Ad promont. b. spei.*

42. Sc. *pilosus Thunb.*; capitulo ovato, glumis lanceolatis ciliatis, involucro tetraphyllo, culmo compresso. *Thunb. prodr.* I. p. 18. *Fl. capens.* I. p. 372. *Vahl Enum.* II. p. 263. *Willd. Spec.* I. p. 297.

Culmus spithamaeus vel palmaris. Folia glomerata, convoluta, margine et carina ciliata, culmo breviora. Involucri foliola reflexa, extimum 2-3pollicare, reliqua sensim breviora. Glu-

Digitized by Google

mae lanceolatae, acuminatae, tenuissime ciliatae, flavae, margine virescente. *Ad promont. b. spei.*

43. Sc. *biceps Poir.*; culmo filiformi striato subcompresso; foliis setaceis vaginâ niveâ; spicis sessilibus bicapitatis, (singulâ) involucro monophyllo setaceo. Sc. *bicapitatus Poiret Enc. meth.* VI. p. 761.

Rad. gracilis fibrosa; culmi cespitosi, 8-10pollicares, recti, glabri, basi foliis imbricatis setaceis, brevioribus culmo, vaginâ longâ laxâ tenui scariosâ niveâ, subtus latere nervo viridi. Folia infimâ fortiter spiralia, inprimis sub desiccatione. Spica brevis, spicula superior terminalis, inferior lateralis: spiculae parvae breves similes illis Schoeni, ovatae, apice quidquam dilatatae, 2-3lineares, 8-10 in fasciculo. Glumae oblongae acutae rufescentes scariosae mucronulatae. Stylus trifidus. Germen trigonum. In *promont. b. spei. Aub. d. Petit-Thouars.*

44. Sc. *cephalotes*; capitulo ovato squarroso, involucro triphyllo longo. *Linn. Sp. pl.* p. 76. *Vahl Enum.* II. p. 263. *Willd. Spec.* I. p. 311. *Houttuyn* XII. t. 88 f. 3.

Culmus altus, trigonus laevis. Involucrum longissimum, 3-4-phyllum, reflexum, margine scabrum. In *India.*

45. Sc. *nanus Poiret*; culmo subtriquetro filiformi foliis breviori; spicis agglomeratis terminalibus; involucro triphyllo capitulis longiore. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 759.

Rad. fibris duris nigris longissimis; culmi cespitosi foliosi glaberrimi glauci, 1-2pollicares, basi foliis planis angustissimis laevibus rigidis, vaginis largis scariosis albidis. Fasciculus spicularum sat magnus. Spiculae oblongae cylindricae sessiles inaequales obtusae cinereae, 2-3lineares, glumis minimis ovatis acutiusculis. Stylus articulatus bifidus. Semen parvum subrotundum. In *India. Aub. d. Petit-Thouars.*

46. Sc. *Thouarsi*; culmo filiformi angulato subtriquetro; foliis setaceis (involucris pedunculisque) pubescentibus; spicis pedunculatis umbellatis; involucro subtetraphyllo; glumis glabris bimaculatis. Sc. *puberulus Poiret Enc. meth.* VI. p. 767.

Radix fibris longis fuscis setaceis fere simplicibus fasciculatis. Culmi numerosi recti debiles 6-15pollicares, basi foliis 2/3 culmo brevioribus. Folia radicalia cespitosa, subspiralia, vaginis pubescentibus, orâ pilis longis. Involucri foliola umbellâ 1-2plo longiora. Spiculae quaedam in centro sessiles; radii breves pubescentes apice spiculis 1-3, tenuibus, lanceolatis subangulatis acutis 2-3linearibus; glumae ovatae acutae, carinâ virides, maculâ utrinque purpureâ. Ovarium tuberculo apice brevi, unde stylus trifidus. (An Rhynchospora?) In *arenosis uliginosis maritimis. Aub. du Petit-Thouars.*

Digitized by Google

47. Sc. *lupulinus Spreng.*; culmo triquetro aphyllo, corymbo terminali, spicularum squamis laxis obtusis, involucro triphyllo longo. *Spreng. Mant.* II. 30. n. 4.

Culmus nudus apice subsetaceus. Corymbus spiculis divaricatis. Squamae pallidae scariosae obtusae laxiusculae. Involucrum capitulo multo longius, foliolis canaliculatis margine scabris. In *Pensylvania. Mühlenb.*

48. Sc. *globiferus*; spicis capitato-glomeratis, capitulis umbellatis globosis proliferis, involucro diphyllo, culmo tereti. *Vahl Enum.* II. p. 266. *Willd. Spec.* I. p. 301.

Culmus aphyllus, glaberrimus, spathâ terminatus brevissimâ diphyllâ, foliolis aequalibus subulatis mucronatis. Pedunculi e spatha plures ancipites globulis e spicis brevissimis congestis, proliferis, unde umbella prolifera. *Linn.* In *Teneriffa.*

49. * Sc. *luzulae*; spicis subrotundis capitato-glomeratis, capitulis umbellatis globosis proliferis, involucro polyphyllo, culmo trigono. *Vahl Enum.* II. p. 266. *Willd. Spec.* I. p. 307. (excl. syn. *Plukn.* t. 417. f. 3.)

Plus quam pedalis; involucrum universale foliis ensiformibus, umbellâ longioribus; partiale setae brevissimae; pedunculi intermedii brevissimi, omnes terminati capitello, iterum prolifero. Spiculae subrotundae. *Linn.* In *Ind. oriental.*

50. * Sc. *lacustris*; culmo tereti, vaginis interioribus s. supremis in folium breve desinentibus, cymâ terminali decompositâ involucro 2-4phyllo suffultâ, spiculis ovatis glabris, stylo trifido. *Vahl Enum.* II. p. 267. *Linn. Spec.* I. p. 72. *Willd. Spec.* I. p. 296. *Smith Fl. brit.* I. p. 52. *Engl. bot.* t. 666. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 134. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 24. *Hall. hist.* n. 1337. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 55. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 365. Sc. umbellâ compositâ apicem subulatum culmi teretis aphylli superante, spicis ovato-oblongis, squamis emarginatis mucronatis ciliatis glabris, stylis bifidis, setis hypogynis denticulis reversis. *R. Brown Prodr.* I. p. 223. *Host Gram. austr.* III. t. 61. (conf. Sc. *Tabernaemontani*). *Fl. Dan.* t. 1142. *Starm Fl. germ.* fasc. 36.

Vahl, *Smith*, *Schrader* species sequentes, Sc. *Tabernaemontani Gmel.* et Sc. *Duvalii Hoppe* hujus varietates β et γ fecere: prior tamen culturâ perstat, et alter observationibus repetitis in loco natali species affirmatur. — Rad. valde repens, crassa, fusca, articulata et quasi annulata. Culmi 5-12pedales, recti, teretes, vix striati, glabri, nitidi, medullâ spongiosâ. Vaginae membranaceae nervosae, purpurascentes, superiores sensim longiores, supremâ desinente in folium canaliculatum, rigidum, 1-2pollicare. Involucri foliola inaequalia, margine ad basin membranacea. Partiale bractea una alterave membranacea ferruginea, margine fimbriato. Pedunculi fasciculati, valde

Digitized by Google

inaequales, ochreâ laxâ, inaequaliter fissâ, fuscescente, aut compressi glabri, aut semiteretes pilis brevibus rigidulis ad angulos: longiores cymâ simplici, breviores fasciculo spicularum. Spiculae sessiles congestae ferrugineae multiflorae, glumis lato-ovatis carinatis margine dilutiori fimbriatis, multinervibus, nervo intermedio infra apicem bifidum in mucronem hispidulum producto. Antherae apice pilosae. Stigmata raro duo. Nux subtrigona, apice mucronulata parva, pallide flava. Setae receptaculi 6, flexuosae, retrorsum hispidae. In *Europae a Lapponia usque, et Americae, Caucasi, capitis bonae spei, novae Hollandiae aquis puris stagnantibus, lacubus, fluviis, piscinis.* 2. —

Varietatem *in Hispania* se legisse asserit *Vahl* l. c. Culmo triplo teneriore et multo humiliore, involucri folio majore vix semiunguiculari, spicis plurimis in capitulo congestis absque radiis lateralibus, forte e solo siccioro ortam. An sequens?

51. Sc. *Tabernaemontani Gmel.*; culmo tereti nudo glauco; spicis pedunculatis ovatis terminalibus; involucri foliolis duobus membranaceis falcatis pungentibus. *Gmel. Fl. bad.* 1 p. 101. n. 69. et hoc teste, de *Pollichio* certissimo, Sc. *lacustris* β. *Pollich Fl. palat.* n. 41. (erit ergo et Sc. *lacustris* γ. minor *Schrad.*). Scirpus palustris humilior *Scheuchz. Agrost.* p. 356. Juncus sylvaticus. *Tabernaemont.* p. 566. Icon. Juncus sive Scirpus medius *C. Bauh. Theatr.* p. 181. *c. ic.* (tunc et *Smithii* et *Vahlii* Sc. *lacustris* β et Schraderi β *medius*, ad quem *Schrad.* Sc. *Holoschoenum Fl. Dan.* t. 454. citat, quem vero *Vahl* ad Sc. *Holoschoenum* duxit sine dubio. *) *Juncus sylvaticus Tabernaemont.* p. 566. c. ic.

Differre a Sc. lacustri: Culmis semper humilioribus vix bipedalibus, multo gracilioribus, rore viridi glauco; involucro triphyllo, altero recto paniculam triplo excedente lineari viridi, 2 reliquis minoribus inaequalibus diaphanis albidis falcatis mucronatis; spicis duplo fere minoribus; glumis calycinis inferioribus ovatis apice aristatis fusco-spadiceis, seminibus minoribus; in horto ex seminibus culturâ natum perstare *Gmelin* l. c. In *stagnis et paludibus sylvaticis rhenanis et ad mare mediterraneum in Hispania.* 2.

52. Sc. *Düvalii Hoppe*; culmo subtriquetro apice erecto vaginis aphyllis, paniculâ laterali ultra apicem prominente,

---

* Cl. *Wahlenberg Fl. carpat.* p. 13. n. 39. Sc. *lacustrem* β *medium Schrad.* sequentibus definit: culmo tereti, vaginâ intimâ foliolo terminata, involucri foliolo erecto teretiusculo, spicis subsessilibus; huc spectare Sc. *lacustrem Host Gram. austr.* III. p. 41. t. 61. *Beseer galic.* n. 61., et differre non parum a *lacustri* involucro super cymam teretiusculo et apice tantum plano, semper recto, apicem culmi fere constituente, simulque cymâ laterali depauperatâ, quibus faciem Junci *arctici* fere accipit.

Digitized by Google

spiculis confertis ovatis sessilibus, stigmatibus duobus. *Hoppe* ap. *Sturm Fl. germ.* fasc. 36. *Juncus aquaticus medius caule carinato Ray. Hudson.* Ergo Sc. *lacustris* γ. *Smith Fl. brit.* p. 52. et *Vahl Enum.* II. p. 267.

Medius Sc. *lacustrem* inter et *triquetrum*; culmus basi teres, dein triqueter, latere, quo panicula oritur, planus, altero teres. Culmi apex panicula brevior. Spiculae acutiusculae. Glumae bifidae. Scirpo *lacustri* minor. A Scirpo *tabernaemontano* differt praeter characteres datos colore non glauco, involucris non pungentibus. *Ad Danubii littora circa Donaustauf.* 4.

53. Sc. *Brayii Hoppe;* 4-5pedalis, culmo tereti nudo infra cymam attenuato, cyma laterali, pedunculis universalibus carinatis scabris involucro membranaceo suffultis, spiculis solitariis conglomeratisve, glumis ovatis apice ciliatis mucrone exerto, stigmatibus trifidis, apice culmi supra cymam longissima. *DeBray act. monac.* 1814. p. 74.

Affinis Scirpo *lacustri*, sed et ab hoc et a Sc. *Duvalii* characteribus datis distinctus. In *Aa Livoniae.* 4.

54. Sc. *tranquebariensis Roth;* culmis compressis striatis subnudis, spicis ovalibus terminalibus, centrali sessili, lateralibus pedunculatis, involucro diphyllo brevi serrulato. *Roth Catal.* III. p. 6. Sc. *maderaspatanus* spic. conoidibus fuscis. *Scheuchz. Agrost.* p. 359. (quoad descr. excl. synonym. quae ad Sc. *dichotomum.*)

Affinis Scirpo *lacustri*, pro cujus varietate a Missionariis tranquebariensibus missus illo. *Schreber*, et a quo differt: staturâ longe minori et tenuiori, culmi enim pedales et longiores, crassitie culmorum Sc. *palustris*, suprâ basin vestiti vaginis 1-2poll.; culmo striato-sulcato, compresso, basi folioso; corymbo simpliciori (in exemplari cli. *Roth* tetrastachyo); involucro ancipiti, brevi, serrulato, altero longitudine pedunculorum, altero spicâ centrali dimidio breviore; glumis integerrimis fuscis quidem, sed dorso pubescentibus, griseis, nec trifidis glaberrimis; semine basi nudo. Spicae tres circiter lineas longae, tum florent, fructiferae fere unciales, fusco-flavescentes. A Sc. *arvensi Retz*, cui proxime affinis, differt: culmis basi vaginis 3-4 diversae longitudinis, in folium elongatis, tectis, nec folio simul cum caule erumpente; involucro descripto, nec monophyllo, spicâ intermediâ constanter sessili, nec omnibus pedunculatis; glumis ovalibus, extus pubescenti cinereis, nec lanceolatis. In *India orientali.*

55. Sc. *validus Vahl;* aphyllus, spicis ovato-oblongis, squamis dorso villosis, stylis bifidis, umbellâ decompositâ, involucro brevissimo apice tereti. *Vahl Enum.* II. p. 268. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 56.

4-10pedalis. Valde similis Sc. *lacustri*, sed distinctus praeter characteres datos crassitie culmi inferne pollicaris glauci; squa-

Digitized by Google

mis pallidis. Forte Juncus *Sloane hist.* I. p. 122. n. 55. In *Caribaeis et in lacubus et paludibus a Canada ad Carolinam.* 4.

56. Sc. *plumosus Br.*; umbellâ compositâ, apicem subulatum culmi teretis aphylli superante vel aequante, squamis ovatis mucronatis glabris margine nudis, stylis bifidis, setis hypogynis 4-5 extrorsum plumosis, basi nudis. *R. Brown Prodr.* I. p. 223. T.

α. Umbella decomposita, spicae oblongae cylindricae, apex culmi umbellam aequans vel parum superans. T. *Brown.*

β. Umbella composita apicem culmi superans, spicae ovatae. T. *Brown.*

α a praecedente Scirpo *valido* diversa stylis bifidis, squamis glabris; β forsan distinctum vaginis baseos culmi foliolo subulato terminatis. *R. Brown.* In *viciniis Endeavour's river et in Bay of inlets.*

57. Sc. *subulatus Vahl*; aphyllus, spicis oblongis, squamis carinâ pubescentibus, stylo trifido, involucri foliolo longiore rigido, laevi. *Vahl Enum.* II. p. 268.

Culmi pennâ columbinâ parum crassiores, glauci. Affinis Sc. *lacastri*; differt inprimis setis non longitudinaliter retrorsum ciliatis, ciliis distantibus, sed ciliis superne confertis longioribus. In *Insulis nicobaricis.* 4.

58. Sc. *tetragonus Poir.*; culmo quadrangulari, foliis gladiatis; umbellâ decompositâ; spiculis conico-subrotundis brevibus; involucro diphyllo. *Poiret Enc. meth.* V. p. 767. — β. humilior, foliis angustioribus convolutis.

Culmi angulis prominentibus scabriusculi, subcompressi, recti, debiles quidquam, 1-2pedales, viridescentes; folia radicalia firma, fere ut in *Iride*, 6-7pollicaria, 1-2 lineas lata, vaginâ superne fissâ, oblique truncatâ. Involucri foliola spathacea subulata umbellâ breviora. Umbella dichotoma in radiis primariis, dein paniculata, bracteis sub singulâ divisione 2 setaceis, brevissimis. Spiculae ad bifurcationes sessiles et terminales, glumis scariosis albidis ovatis obtusissimis. Stam. tria. Ovarium minimum. Stylus trifidus stigmatibus tribus subvillosis. Semina minima compressa. In *uliginosis paludosis insulae Madagascar, circa Monplaisir. Aub. d. Petit-Thouars.*

59.* Sc. *maritimus*; culmo triquetro, vaginis foliiferis; spiculis terminalibus oblongis (ovatisve) fasciculatis pedunculatis sessilibusve involucro polyphyllo cinctis, glumis mucronatis lacero trifidis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 143. *Linn. Spec.* I. p. 74. *Willd. Spec.* I. p. 306. *Smith Fl. brit.* I. p. 56. *Gaud. Agrost. helv.* II. p. 32. Sc. *maritimus* (*riparius*) *Pers. Syn.* I. p. 68. *Decand. Fl.*

Digitized by Google

fr. III. n. 1782. Sc. *cyperoides Lam. Fl. fr.* III. p. 553. Sc. *macrostachyos Lam. Illustr.* n. 692. *Hall. helv.* n. 1339. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 369. *R. Brown Prodr.* I. p. 224. *Schrader* l. c. sequentes distinguit varietates:

α. vulgaris: *a.* culmis altioribus, spiculis pedunculatis sessilibusve: *Engl. bot.* t. 542. *Curtis Fl. lond.* t. 284. *Host Gram. austr.* III. t. 67. *Roemer Fl. Europ.* Fasc XII. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 13. Sc. *mucronatus Pall. ind. taur.* teste *M. a Bieberst. Moris. Hist. sect.* 8. t. 11. f. 25. et, teste *Gaud., Scheuchz. Agrost.* t. 9. f. 9. *b.* culmis humilioribus, spiculis paucioribus sessilibus. Sc. *maritimus a Fl. Wetter. Krock. Siles.* n. 78. var. minor. t. 19. Sc. *compactus Hoffm. germ.* II. p. 25. Varietatem hanc, ut speciem propriam, nomine Sc. *compacti*, posuit *Pers. Syn.* I. p. 68. et *Schreber* in *Schweigg. Fl. erlang.* p. 13.

β. *tuberosus.* Sc. *tuberosus Desfont. atlas.* I. p. 50. Scirp. *maritimus Fl. Dan.* t. 937. *Schkuhr Handb.* I. t. 8. *Moris* l. c. t. 11. f. 9. *Vahl* vero sic in *Enum.* II. p. 269. n. 61. disposuit varietates numerosas hujus speciei: β. Cyperus rotundus littoreus inodorus *Moris. Hist.* III. t. 11. f. 8.

γ. Cyperus paniculâ compactâ e spicis teretibus crassioribus compositâ. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 400.

δ. Cyperus rotundus inodorus *Moris. Hist.* III. t. 11. f. 9.

ε. Scirp. *corymbosus Forsk. descr.* p. 14. *Scheuchz. Agrostogr.* t. 9. f. 7. 8. (Hanccc varietatem, prius in *Spec.* p. 306. sub δ. habitam, nunc in *Enum. H. berol.* cl. *Willdenow* ut speciem propriam sistit: „Sc. *macrostachys*; culmo triquetro folioso, umbellâ compositâ pauciradiatâ, spicis fasciculatis cylindraceis elongatis, squamis subtridentatis, involucro subdiphyllo.“ Est omnino eadem cum Sc. *aegyptiaco Poiret Enc. meth.* VI. p. 770. species.)

ζ. Scirpo-Cyperus palustris radice repente nodosâ inodorâ, paniculâ sparsâ, capitulis majoribus. *Mich. gen.* p. 48.

η. Spiculis cylindricis sesquipollicaribus, radiis umbellâ brevissimis, involucro umbellâ dimidio longiore. *Vahl* l. c.

ϑ. Sc. *glaucus Lam.*, culmo triquetro folioso umbellâ compositâ subpaniculato spiculis pedicellatis. *Lam. Illustr.* I. p. 142. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 769. ut species!

2. Spicis ovatis magnis. Qui nobis saltem videtur idem ac Sc. *macrostachyus Mich.*; culmo acute triquetro folioso, bracteis pluribus longissimis, spicis sessilibus pedunculatisque crassis ovatis, squamis subaristatis. *Mich. Fl. bor. am.*

Digitized by Google

p. 32. Sc. *maritimus* β. *Persoon*, et γ. *Poiret* (cf. Sc. *robustum Pursh.*).

Rad. repens squamosa, ad culmorum exortum plus minus incrassata, in β tuberosa, extus fusca, intus alba, subdulcis. Culmi spongiosi, erecti, striati, 1-3pedales, superne scabri, basi foliosi. Folia linearia acuminata carinata, 2-3 lineas lata, ad oras plus minus scabra, superiora majora, culmum sensim superantia. Vaginae striatae glabrae, ligulâ o. Inflorescentia *Smithio* panicula conglobata, *Gaudinio* panicula fere simplex, *Vahlio* corymbus foliosus. Involucri folia 2-5, inaequalia. Spiculae oblongo-ovatae, acutae, sexlineares, nitidae, fuscae, aut fusco-ferrugineae. Pedunculi compresso-trigoni glabri, basi ochreâ fissâ dilute fuscâ aut rufescente, numero et longitudine varii, 1-3flori. Glumae lato-ovatae rugosae 3-4dentatae, dente intermedio aristaeformi reflexo, inferiores duo majores, steriles. Stigmata 3, 2. Nux triquetra, apice mucrone parvo, laevissima, pallide fusca. Setae receptaculi 3-6, retrorsum hispidae, nuce vix longiores. In *Europae, Caucasi, novae Hollandiae et Arabiae maritimis, lacubus, fossis, pratis udis; ε. in Italia; η in Arragonia, ϑ ad Senegal, ι in Carolina.*

60. Sc. *affinis Roth*; culmo triquetro folioso laevi, capitulo ovato-subrotundo terminali, involucro subtriphyllo inaequali, spicis ovato-oblongis squarrosis, squamis ovatis discoloribus apice trifidis, laciniâ intermediâ aristaeformi elongatâ, nuce subrotundâ compressâ. *Roth nov. plant. spec. MS.* Sc. *cephalotes B. Heyne.*

Simillimus Sc. *compacto Schreb.* in *Schweigg. Fl. erlang.* I. p. 13, at distinctus: culmo toto laevi, squamis spicae margine argenteo membranaceis, inferioribus trinerviis, stylo bifido, nuce compressâ. *Roth.* In *India orientali.*

61. Sc. *membranaceus Thunb.*; capitulo (3-5) angulato, glumis ovatis membranaceis, involucro triphyllo. *Thunb. prodr.* I. p. 17. *Fl. capens.* I. p. 369. *Vahl Enum.* II. p. 261. *Willd. Spec.* I. p. 297.

Culmus teres, aphyllus, pedalis. Capitulum ovatum e 3-5 spiculis glomeratum. Involucri foliola lanceolata, cuspidata, capitulo longiora, extima duplo longiora. Glumae latae, margine scariosae, albidae, vix lacerae. *Ad promont. b. spei.*

62. Sc. *robustus*; spicis oblongis, corymbo composito, involucris polyphyllis longissimis, involucellis ovatis longissime aristatis, squamis acutis aristatis, apice laceris, culmo triquetro folioso. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 56,

Qui Sc. *maritimum* β. macrostachyon *Mich.* I. p. 32. citat, eundemque certissime a Sc. *maritimo* differre dicit. In *aquis salsis stagnantibus Am. Sept.* 4.

Digitized by Google

63. Sc. *triqueter*; culmi triquetri apice rectiusculo, vaginis superioribus foliiferis, paniculâ laterali sub apice, spicis sessilibus pedunculatisque spiculis ovatis confertis, stigmatibus duobus. *Hoppe* in *Starm Fl. germ.* Fasc. 36. *Linn. Mant.* p. 105. *Willd. Spec.* I. p. 302. *Vahl Enum.* II. p. 270. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 35. et hoc teste: *Hall.* n. 1338.* (excl. syn. *Scheuchz.*). *Smith* hoc *Fl. brit.* p. 55. α. et hoc teste Sc. *mucronatus* β. *triqueter Huds.* p. 20. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 140. α. spiculis maxima ex parte pedunculatis, et hoc teste, Sc. *trigonus Roth n. Beytr.* I. p. 90. et *Ejusd.* Sc. *triqueter Fl. germ.* T. II. P. 1. p. 59. Sc. *mucronatus Pollich palat.* n. 48. (excl. syn.). *Host Gram. austr.* III. t. 66. (excl. syn.). Sc. *triqueter trigonus Pers. Syn.* I. p. 68. Sc. *triqueter*, culmo triquetro basi 1-2phyllo, spicis lateralibus glomeratis solitariisve ovato-oblongis, squamis mucronatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 223.

Rad. repens, crassitie calami scriptorii, flavescens, vaginis concoloribus, fibris fuscis. Culmi solitarii et cespitosi, 3-4pedales, erecti, pallide virentes, angulis acutis, lateribus planis, intus medullâ farcti, basi vaginis 2-3, supremâ in folium pollicare triquetro-canaliculatum erectum attenuatâ. Panicula dimidia fere apicis longitudine sine involucro. Ochreae brevissimae membranaceae, pedunculi inaequales, canaliculati aut plani, margine scabri. Spiculae sessiles 3-5, rubro-fuscae, ut glumae ovatae, margine ciliatae, apice obtusae emarginatae nervo prominente. Antherae apice cuspide parvâ albâ diaphanâ. Nux obovata subcompressa, intus plana, margine rotundata, laevissima, nitide fusca, apice mucronata. Setae 6 breves retrorsum hispidae. *Ad ripas fluviorum, in paludosis, piscinis, a mediterraneo ad balticum mare et atlanticam: in insula van Diemen.* 4.

64. * Sc. *grossus;* spicis ovatis pedicellatis, corymb. supradecomposito folioso, involucro subdiphyllo longissim. lanceolato, culmo triquetro. *Vahl Enum.* II. p. 270. *Willd. Spec.* I. p. 306. *Retz Obs.* V. p. 15.

Culmi 9pedales, crassitie digiti basi foliosi; involucrum 3phyllum, foliolis 2 majoribus, longiore bipedali, basi semipollicem lato, sensim attenuato-subulatis. Ochreae semipollicares, truncatae. Panicula corymbosa, pedunculis canaliculatis. Spicae solitariae, pipere nigro parum minores, fusco-ferrugineae; squamae ovatae mucronatae virentes. Stylus trifidus. Semen subrotundum, altero latere planiusculum. Setae purpureae,

---

* Cel. *Gmelin* in *Fl. Badensi* p. 105. *Hall.* n. 1348. citat, et subjungit: „*Halleri* planta omnino huc pertinet, ut ex Herbario b. *Lechenalii* amicissimi, certus factus sum."

Digitized by Google

retrorsum denticulatae, semine parum longiores. In *Indiae orientat. lacubus. Koenig.* 4.

65. Sc. *aristatus Willd.*; spicis ovatis squarroso-echinatis, corymbo terminali diphyllo subfastigiato, culmo tereti folioso. *Vahl Enum.* II. p. 271. *Willd. Spec.* I. p. 300. Sc. *pilosus Retz Obs.* VI. p. 19.

Culmus spithamaeus tenuis superne pilosus; folium in medio culmi unum, eòdemque parum longius, margine pilosum. Involucri foliolum inferius paniculâ quinquies, superius sesquilongius. Pedunculi 1-2stachyi. Spicarum squamae obovatae pellucidae, terminatae filo albido longitudine ipsius squamae, utrinque pilis albis quasi pinnatae. Stamina fusca. Germen fuscum. Stylus trifidus. *Retz.* In *Ind. orient.*

66. * Sc. *sylvaticus*; culmo trigono folioso, cymâ terminali supradecompositâ involucro polyphyllo cinctâ, spiculis ovatis confertis, glumis mucronatis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 145. *Linn. Spec.* I. p. 75. *Willd. Spec.* I. p. 307. *Smith Fl. brit.* I. p. 57. *Engl. bot.* t. 919. *Vahl Enum.* II. p. 271. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 32. *Hall. Hist.* n. 1340. *Fl. Dan.* t. 307. *Leers* t. 1. f. 4. *Host Gram. austr.* III. t. 68. *Sturm Fl. germ.* fasc. 36. SCIRPUS *gramineus Neck. gallob.* p. 27. CYPERUS *gramineus Scheuchz. Agrostogr.* p. 393.

Rad. repens, crassa, dura subdulci-adstringens; culmi solitarii aut plures fistulosi, bipedales, erecti, supra medium foliosi, geniculis plurimis intercepti. Folia 1-1½pedalia, firma, nitida, latiuscula acuta margine scabra, superiora sensim minora; vaginae striatae glabrae ligulâ obsoletâ. Involucrum 2-3-5-phyllum, folio unico multo majore, cymam superante. Pedunculi communes inaequales, inferiores reliquis multo longiores trigoni, glabri scabrive, ut pedicelli ochreâ laxâ truncatâ dein lacinulatâ virente, et insuper bracteâ acuminatâ. Spiculae exiguae, sordide virentes; glumae oblongo ovatae obtusiusculae mucronatae carinatae dorso scabrae, apice obsolete pubescentes. Stigmata tria. Nux trigona, glabra, pallide flava. Setae 5-6, retrorsum hispidae, nuce paulo longiores. In *sylvis et nemorosis humidis, pratis udis, ad fossas, lacus, fluviorum ripas Europae, Caucasi et Americae borealis.* 4.

67. Sc. *radicans Schkuhr*; culmo trigono folioso, cymâ terminali supradecompositâ, involucro polyphyllo, spiculis oblongo-ovatis, glumis muticis, culmis sterilibus demum deflexis et apice radicantibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 146. *Schkuhr* in *Usteri Annal.* IV. p. 48. t. 1. *Hoppe Taschenb.* 1796. p. 158. *Host Gram. austr.* IV. t. 69. *Sturm Fl. germ.* fasc. 36. Sc. *sylvaticus* β. *radicans Vahl Enum.* II. p. 271. *Willd. Spec.* I. p. 308.

Digitized by Google

Culmi florigeri simillimi altitudine, inflorescentiâ et notis reliquis praeter spiculas, Scirpo *sylvatico*; steriles vero tenuiores, ab initio florigeris minores, his vero defloratis, sensim altiores, 4pedales, deflexi, apice radicantes. Spiculae porro in *radicante* non congestae, sed solitariae, majores, oblongo-attenuatae, longius pedicellatae; glumarum nervus non in mucronem productus, sed infra apicem evanescens. Setae nuce 3-4plo longiores, varie curvatae, apice tantum hispidae. *Ad ripas flaviorum in inundatis Salzae, Danubii, Dravi, Marosi, Albis, Viadri, Regnitz.* 4.

68. Sc. *atrovirens Willd.*; culmo triquetro folioso, umbellâ decompositâ, spiculis globoso-capitatis ovato-oblongis, squamis mucronatis, involucro subtriphyllo umbellâ longiore. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 79.

Accedit ad Sc. *sylvaticum*; sed spicae duplo-majores in capitulo globoso magnitudine fructus Ribesii atrovirides. In *America boreali.* 4.

69. Sc. *exaltatus*; spicis brevi-ovatis congestis, corymbo composito, squamis rhomboideis carinatis mucronatis coloratis, culmo folioso obtuse trigono. (Sc. *brunneus Mühlenb. in litt.*) β. culmo altissimo (saepe decempedali) subscandente, corymbis viviparis basi ramulorum floriferis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 56.

In *sylvis umbrosis a Noveboraco ad Carolinam.* 4.

70. Sc. *junciformis Retz*; spicis trigonis paucifloris sessilibus pedunculatisque, paniculâ diphyllâ, culmo filiformi subtrigono. *Vahl Enum.* II. p. 272. *Willd. Spec.* I. p. 309. *Retz Obs.* VI. p. 19.

Culmus pedalis, fere subquadrangularis; folia radicalia, culmo breviora, linearia; involucrum paniculâ Juncı fere *bufonii* brevius. Stamen 1-2, vel pistillum tantum inter squamas exteriores magis carinatas; interiores hermaphroditae, staminibus tribus (ut toties et in aliis vidimus nostratibus plurimis.) Stylus trifidus. *Retzius.* In *China.*

71. Sc. *cuspidatus Roth*; culmo folioso inferne compresso ancipiti, superne triquetro, foliis linearibus superioribus longe cuspidatis, umbellâ simplici biradiatâ, involucro monophyllo breviore, spicis fasciculatis ex oblongo-ovatis squarrosis cinerascentibus, squamis ovalibus mucronatis extus pubescentibus. *Roth nov. plant. spec. Ms.*

Quoad umbellae structuram affinis Fuirenae *glomeratae Vahl* s. Scirpo *ciliari Linn.*; cave ne cum illa confundas. *Roth.* In *Ind. orient. B. Heyne.*

72. Sc. *polyphyllus Vahl*; spicis capitulisque subglobosis glomeratis, corymbo terminali, culmo folioso. *Vahl Enum.* II. p. 274. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 57. qui

Digitized by Google

SCHOENUM *cymosum Willd. Spec.* I. p. 265., dubitans quidem, huc trahit.

Culmus pennâ columbinâ parum crassior, vaginis foliorum tectus, apice trigonus. Folia frequentissima, 6-7pollicaria, superiora culmum superantia. Involucrum sub-5-phyllum, umbellâ duplo longius, nullum sub capitulis. Pedunculi circiter 10, longiores 1 1/2pollicares. Capitula piso duplo majora, 4-5. Spicae plures parvae ovato-subglobosae, fusco-ferrugineae, squamis ovatis mucronatis. Stylus trifidus. Setae nonnullae ad basin seminis. In *sylvis umbrosis Virginiae et Carolinae.* 4.

73. Sc. *glomeratus Retz;* spicis oblongis, involucro diphyllo umbellâ glomeratâ breviore, foliis linearibus obtusis rigidis. *Vahl Enum.* II. p. 274. *Willd. Spec.* I. p. 296. *Retzius Obs.* IV. p. 11. Sc. *cymosus Lam. Illustr.* I. p. 141.

Omnino similis sequenti *obtusifolio*, sed umbella semper contracta in capitulum. Stam. 2. Styli bi- nec trifidi. Spicae sensim elongantur, ut squamae obtusae dicidunt. Semen subrotundum nigrum. Variat culmo breviore, palmari, foliisque bipollicaribus, vel culmo 1 1/2pedali foliisque 5pollicaribus. *Ad margines agrorum Zeylonae. Koenig; in Java. Commerson.*

74. Sc. *dichotomus Lam.;* culmo triquetro nudo, umbellâ decompositâ, foliis hirsutis. *Lam. Illustr.* p. 142. n. 688. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 779.

Omnino distinctum esse a FIMBRISTYLI *annua* seu SCIRPO *dichotomo* L. Culmi recti, pedales, glabri, basi foliis 2 lineas latis planis, firmis, striatis, subinde caule longioribus, pilis ubique, inprimis margine, albidis sparsis, basi membranaceis albidis. Umbellae radii longi striati inaequales, subinde dichotomi. Spiculae ovatae acutiusculae, in centro umbellarum sessiles, glumis rufescentibus oblongiusculis acutis scariosis. Involucri universalis foliola linearia umbellâ breviora; partialis subulata acuta spiculis breviora. In *India orientali et America. Poiret.*

75. Sc. *hispidulus Vahl;* pilosus, spicis oblongis acutis, umbellâ subuniradiatâ, culmo angulato, foliis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 276.

Rad. fibrosa; culmi pedales et minores, setacei, pilis longis albidis patentibus. Folia culmo breviora. Involucrum diphyllum, capillare, foliolo unico umbellâ longiore, semipollicari. Umbella simplex, 1-2radiata. Spicae semine tritici duplo minores, squamis ovatis fusco-nigricantibus, carinâ viridi. Stylus trifidus. Semen trigonum, transversim undulato-rugosum. In *Guinea. Thonning.*

76. Sc. *fragrans Ruiz* et *Pav.;* spicis ovatis, umbellâ subsimplici, involucris polyphyllis, foliolis setaceis, culmoque

Digitized by Google

filiformi pubescentibus. *Flor. peruv.* I. p. 47. *Vahl Enum.* II. p. 277.

Rad. fibrosa, odoratissima; culmus solitarius, bipollicaris, foliis fere duplo longior, nudus. Foliâ semiteretia. Involucri foliola setacea, exteriora spicis duplo longiora. Spicae rarius divisae, squamis ovatis. Stigmata tria. Semen triquetrum glabrum. In *Peraviae nemorum runcationibus.*

77. Sc. *mucronulatus Mich.;* spicis oblongis acutis, involucro diphyllo umbellâ compositâ breviore, culmo filiformi, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 278. *Mich. Fl. bor. am.* I. p. 32. *Poiret Enc. meth.* p. 772. Sc. *Michauxi Pers. Syn.* I. p. 68. Sc. *autumnalis Willd. Spec.* I. p. 301. excl. synon. Rottboellii. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 57. S. foliosus pusillus autumnalis, etc. *Gronov. Fl. virg.* p. 10.

Facies Fimbristylis *dichotomae;* glaucus, culmo semipedali, filiformi; foliis angustis culmo dimidio brevioribus. Involucella setacea. Umbella subquinqueradiata, radiis capillaribus, longioribus vix pollicaribus; partiales biradiatae, radiis monostachyis. Spicae parvae, squamis lanceolatis acutissimis, ferrugineis. Stylus trifidus. In *montibus inde a nova Caesarea ad Carolinam.* 2.

78. Sc. *bivalvis Lam.;* spicis oblongis, squamis ovatis mucronatis, involucro diphyllo umbellâ compositâ breviore, culmo semitereti. *Vahl Enum.* II. p. 278. *Lam. Illustr.* I. p. 141.

Pedalis et ultra. Involucrum radiis 5plo brevius, erectum. Umbella 7radiata, radii 1-3stachyi. Squamae apice ferrugineae. In *Madagascar.*

79. Sc. *quinquangularis Vahl;* spicis ovato-oblongis, involucro subtriphyllo umbellâ supradecompositâ breviore, culmo quinquangulato, foliis brevissimis. *Vahl Enum.* II. p. 279.

Culmi bipedales, folium ex apice vaginae longioris, 1½pollicare; vaginae 3-4, longior spithamaea. Involucri foliola duo bipollicaria; partialis squamae 2-3. Ochreae oblique truncatae. Umbella expansa, laxa, subduodecimradiata, praeter plurimos brevissimos monostachyos; partialis 8-9radiata, ultima biradiata, universales subtripollicares. Spicae semine milii duplo majores, fusco-flavescentes, squamis ovatis acutis, margine albido, deciduis. Stylus trifidus. Semen trigonum tuberculatum album. In *India orientali. Koenig.* 2.

3. *Dubiae sectionis s. generis.*

80. Sc. *anceps Poir.;* caule compresso ancipiti; foliis latis ensiformibus; paniculis axillaribus paucifloris; spiculis glomeratis. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 782.

Digitized by Google

Hunc et sequentem Sc. *lavarum* habitu discedere a reliquis Scirpis tam formâ culmi, quam paniculis longis axillaribus. Rad. fibrosa; culmi angusti recti striati pedales, basi foliis firmissimis fere ut in Iridibus, striatis, culmo longioribus; folia caulina pauca brevia, e quorum superiorum axillis panicula rigida vix ramosa, ramis laevibus glaberrimis brevibus. Spiculae ad apicem pedicellorum in capitulum conglomeratae basi squamis duabus largis concavis coriaceis loco involucri. Spiculae parvae, haud numerosae, sessiles, 3-4florae, glumis calycinis dilute fuscis ovatis acutis lucidis subdivergentibus. Stam. 3. filamentis complanatis, antheris sagittatis. Ovarium trigonum stylo trifido; semina triquetra angulis acutissimis. In *uliginosis Madagascar.* *Aubert du Petit-Thouars.*

81. Sc. *bromeliaefolius Rudge*; culmo triquetro crasso, foliis anguste lanceolatis, corymbo valde decomposito, spiculis chrysaloideis. *Rudge gajan.* p. 19. t. 24.

Tripedalis et ultra. Culmus basi foliosus; folia lata, carinata, margine carinâque scabra, glabra, culmo multo longiora. Involucrum universale subtriphyllum, foliolis inaequalibus, maximo sesquipedali umbellâ duplo longiore patentissimis, remotiusculis, partiale foliolis setaceis umbellâ brevioribus. Pedunculi compressi, laeves, axillares, inferiores remotiores, longiores, 7 circiter pollicum, apice corymbiferi. Umbella decomposita radiis 9-10, centrali subsessili. Spicae alternae, teretes, unciales, acuminatae, chrysalides insectorum quorumdam referentes. Glumae grandiusculae obtusae rubrae. Habitus Sc. *radicantis.* In *Gujana.* 4.

82. Sc. (?) *anomalus Retz*; culmo triquetro folioso, spiculis ovatis, floribus corollatis, infimis diandris, superioribus triandris. *Retz Obs.* V. p. 15. *Willd. Spec.* I. p. 305. *Vahl Enum.* II. p. 281.

Proprii generis esse videtur *Vahlio*, fors Kyllingia *Willd.* l. c. Culmus subbipedalis, trigonus. Folia ad basin multa, longitudine culmi, semipollicem lata, plana, trinervia, inermia; in culmo 3 hisce similia, at breviora. Involucri folium sub infimo pedunculo paniculâ quadruplo longius, huic simile sub secundo pedunculo, sed paniculâ vix longius, reliqua folia sensim breviora, omnia ciliato-scabra Panicula 1½pollicaris, pedunculis brevibus semiteretibus, 3-5floris, ciliato-scabris; pedicelli brevissimi, squamis 2-3 lanceolatis. Spicae imbricatae, squamis obtusis. Cor. dipetala, glumis aequalibus compressis carinâ ciliatis. Stigmata 2. *Retzius.* In *Ind. orient.*

83. Sc. *capsularis Lour.*; culmo tereti nudo, paniculâ coarctatâ laterali, fructu capsulari. *Lour. Fl. cochinch.* I. p. 44. *Juncus indic. porosus Clus. cur. post.*

Quadripedalis, cespitosus; folia brevia, arcte convoluta. Stigmata 3. Caps. triloba polysperma. *Lour.* Juncus videtur.

Digitized by Google

84. * Sc. *echinatus;* culmo triquetro nudo, umbella simplici, spicis ovatis. *Linn. Fl. zeyl.* p. 38. *Willd. Spec.* I. p. 374. *Plukn. Alm.* t. 91. f. 4.?

Planta valde dubia. Confer Mariscum *ovularem. Vahl.* In *India utraque.*

85. Sc. *ellychniarius Molina;* culmo tereti nudo, spicis globosis quaternis. *Molina Hist. Chili,* p. 129. *Vahl Enum.* II. p. 280.

In *Chili.*

86. Sc. *capensis Burm.;* culmo triquetro folioso, spicis capitatis, involucro diphyllo. *Burm. prodr.* p. 3. *Vahl Enum.* II. p. 280.

In *promont. b. spei.*

87. * Sc. *eriophorus Vahl;* spicis ovatis obtusis setis exsertis, involucro pentaphyllo, umbellâ supradecompositâ longiore, culmo folioso. *Vahl Enum.* II. p. 282. *Mich. Fl. am. bor.* I. p. 33. Eriophorum *cyperinum Linn. Sp. Pl.* p. 77. *Willd. Spec.* I. p. 313. Trichophorum *cyperinum Pers. Syn.* I. p. 69. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 57. Sc. *paniculatus Gronov. virg.* p. 12. *Plukn. Mant.* p. 62. t. 419. f. 3. Sc. *thyrsiflorus:* culmo tereti apice obsolete trigono folioso, umbellâ supradecompositâ, radiis nutantibus, pedunculis propriis tristachyis, spicis ovatis obtusis, squamis lanceolatis obtusis, setis demum squamis parum longioribus, involucro triphyllo. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 78.

Facie recedit ab Eriophoris, Scirpis propinquior, sed setae longiores et laxiores. Culmus obtuse trigonus, altissimus, crassitie pennae anserinae; folia longissima carinata, margine carinâque scabra; involucrum basi ferrugineum, partiale squamae nonnullae lanceolatae ferrugineae. Umbella supradecomposita spithamaea. Umbella spithamaea, radiis capillaribus ultimis geminis monostachyis cum spica sessili in centro. Spicae fructiferae semine cannabis parum majores, squamis oblongis carinatis mucronatis ferrugineis. Semina trigona albida. Setae squamis longiores gilvae. *A Canada ad Carolinam.* 2.

88. Sc.? *iridifolius Poir.;* caule compresso altissimo; foliis ensiformibus angustis; paniculis axillaribus fastigiatis laxis; spiculis obtuso-conicis. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 783.

Culmi fere pollicem lati, glauci, laevissimi. Folia ad basin fere Iridis, 2-3pedales et ultra, rigida, semipollicem lata, margine acutissima laevia, inferiora longe vaginantia. E superiorum axillis paniculae graciles fastigiatae subrecurvae, pedales; ramuli subsimplices ochreâ brevi, altero latere acuti. Spiculae saturate fuscae sessiles aut pedicellatae subconicae obtusissimae apice dilatatae; glumae angustae oblongae obtusae. Stam. tria. Styl. trifidus. In *Madagascar. Aub. du Petit-Thouars.*

Digitized by Google

89.* Sc. *lateralis Forsk.*; aphyllus, culmo angulato vaginato, vaginis obtusis submucronatis, spicis lateralibus fasciculatis sessilibus lanceolatis multifloris, glumis acutis margine diaphanis, stigmatibus binis, setis receptaculis ternis. *Sprengel pug.* I. p. 5. *Vahl Enum.* II. p. 280. *Forsk. descr.* p. 15.

Vahlio dubia erat planta, in Herb. *Forskåli* desiderata. Pedalis; culmi plures recti, basi vaginâ laxiusculâ, pollicari; spicae 8, bracteis lanceolatis deciduis suffultae ferrugineae, singulae 10-12florae. Semen lenticulare, compressum. In *Aegypto.*

90. Sc. *lavarum Poir.*; caule compresso striato; foliis latis ensiformibus longissimis; paniculis axillaribus compactis; spiculis numerosissimis. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 783. et, hoc teste, *Gram. cyper. maderasp. caule compress. sparsâ paniculâ junci. Plukn.* t. 199. f. 5.

Rad. stolonibus repentibus squamatis. Culmi 3-4pedales, anceps laevissimi recti, foliis distichis laevissimis firmis, caulinis spathaceis; paniculae quasi majorum Sorghi specierum ex axillis foliorum superiorum ramosissimae ramis brevibus subverticillatis, ochreâ sub singulo verticillo brevi mucronatâ. Spiculae agglomeratae, sessiles aut pedicellatae, breves obtusae apice subincrassatae. Squamae parvae, lucidae, oblongae obtusae castaneae, staminibus 3, stylo trifido, ovario ovato subcompresso acuto. In *locis elevatis insulae Bourbon et Madagascar, prima lavae incola. Aub. du Petit-Thouars.* Quibusdam idem videtur cum Machaerina *restioide.*

91. Sc.? *longifolius*; culmo triquetro, foliis involucrisque longissimis nervosis, corymbo sessili composito. *Act. soc. Hist. nat. paris.* I. p. 106.

In *Cajenna.*

92. Sc. *pulcher Rudge*; foliis rigidis altero latere sulcatis, culmo triquetro, spicis cylindraceis conglomeratis terminalibus. *Rudge guian.* p. 18. t. 23.

Schoeno *mucronato* perquam similis; 1-2pedalis; folia radicalia culmo dimidio breviora, striata; involucrum monophyllum, semiunciale, carinatum; pedicelli brevissimi; spicae 4-10, crassitie pennae anserinae (in icone columbinae) semiunciales obtusae inaequales, sessiles. Stigmata duo. In *Guiana.*

93. Sc. *reticulatus Lam.*; culmo gladiato nudo aspero, umbellâ compositâ foliaceâ, involucri foliis superficie reticulatis. *Lam. Illustr.* I. p. 142. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 771.

Sylvatico proximus. Culmus basi foliosus subtrigonus, substriatus, angulis acutis asperis. Pedunculi inaequales rigidi angulosi; spiculae in umbellis partialibus fasciculatae, tenues, parvulae, oblongae acutae pedunculatae, subfulvae. Glumae

Digitized by Google

angustae lanceolatae acutae. Involucrum universale foliolis 6-8 amplis, inaequalibus, floribus multo longioribus, margine asperis: partiale e foliolis duobus oppositis lanceolatis acutis longioribus spiculis. In *Carolina. Fraser. Pursh* non habet.

94. Sc. *tennifolius Rudge;* foliis tenuissimis, culmo nudo striato, spicis umbellatis terminalibus. *Rudge gujan.* p. 18. t. 22.

Sc. *setaceo* similis, sed tenuior et major. Culmi aggregati 4-6-pollicares; folia plurima radicalia, culmo fere dimidio breviora, profunde striata, basi membranacea, albida; spicae 5-6, terminales, centralis sessilis, oblongo ovatae imbricatae. Squamae ovatae apice rubrae. In *Gujana.*

95. Sc. *Willemet Herb. maur.* 9. *Vahl Enum.* II. p. 280.

Culmus basi foliosus; folia culmo dimidio breviora; involucrum polyphyllum umbellâ compositâ longius. Spicae ovatae. In *Ins. Mauritii. Willemet.*

96. Sc. *Willemet Herb. maur.* 9. *Vahl Enum.* II. p. 281.

Rad. fibrosa; culmi inferne foliosi, foliis gramineis duplo longiores. Involucrum polyphyllum corymbo longius. Spicae ovatae exiguae in corymbo conglomerato. Pedicelli flexuosi. In *Insul. Mauritii. Willemet.*

97. Quid Scirpus *Scheuchzeri Vitm.;* minimus, foliis teretibus lineatis, spica unica, decemflora. *Vitm. Summ.* p. 150. *Hall. emend.* et *Act. Helv. Scheuchz. gram.* 7. f. 1.

178. ELEOCHARIS.*

I. *Culmo tereti vel subcompresso.*

1. E. *sphacelata Br.;* culmo articulato inani, spicâ cylindraceâ, squamis ovali-oblongis uninervibus, margine sphacelatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 224.

Proxima Scirpo *plantagineo*, sed diversa videtur. Affinis etiam Sc *interstincto Vahl* (qui Sc. *geniculatus Herb. Linn.* et Sc. *plantagineus Swartz Fl. Ind. occid.*) sed differt culmo farcto et squamarum figurâ. *Hab. in insula van Diemen.*

2. E. *interstincta;* squamis subrotundis laevibus, culmis superne approximate interstinctis. Scirpus *interstinctus Vahl Enum.* II. p. 251. Scirpus *geniculatus Herb. Linn.* et *plantagineus Swartz Fl. Ind. occid.* fide *R. Brown.*

---

* „Plantae paludosae (unde nomen). Culmi simplices aphylli basi vaginati. Spica unica terminalis erecta, nuda."

Digitized by Google

Similis praecedenti, at isthmi superne approximati, nec remotissimi, squamae non carinatae. Culmus flavescens. Spica bipoll., obtusa; squamae prope marginem lineâ fuscâ cum macula in apice. Stylus trifidus. *Vahl.* In *Caribaeis.* *Martfelt.*

3. E. *elegans;* culmis teretibus, articulatis, glabris; spiculâ cylindraceâ; glumis oblongo-cuneatis, obtusis, uninerviis; semine lenticulari, punctato-scabro. SCIRPUS *elegans Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 182.

A Sc. *interstincto* stylo bifido, semine lenticulari satis diversus. Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti pedales et bipedales, crassitie pennae anserinae, substriati, septis transversis interstincti, basi vaginati, interstitiis quinque linearibus. Vaginae 2 striatae glabrae truncatae aphyllae adpressae fuscescentes inferior pollicaris, superior 2poll. Spicula obtusa semipollicaris, basi bracteis 6 viridibus margine sphacelatis obtusis adpressis spiculâ multo brevioribus. Glumae glabrae rubro-fuscae, lineam longae, densissime imbricatae. Stylus bifidus. Stigmata ciliata. Semen obovatum acuminatum, apice tuberculatum basi setis sex retrorsum scabris. In *ripa rivi Tucutunemo prope Villa de Cura; in locis planis prope littus Oceani pacifici inter Guamang et Truxillo.* 4. An ELEOCHARIS *sphacelata. R. Brown?*

4. E. *plantaginea;* spicâ cylindricâ, squamis subrotundis carinatis, culmis remote interstinctis. SCIRPUS *plantagineus Vahl Enum.* II. p. 251. *Willd. Spec.* I. p. 291. *Retz Obs.* V. p. 14. Sc. *plantaginoides Rottboell Gram.* p. 45. t. 15. f. 2. An huc *Cyperus dulcis Rumph Amb.* VI. p. 7. t. 3. f. 1. uti et *Hippuris indica Lour. Fl. cochin.?*

Culmi 2-3pedales, crassitie pennae cygneae, juniores pilis raris, basi vaginis longis. Spica 1½pollicaris, acutiuscula. Squamae margine fuscae. Stylus trifidus. Germen setis purpureis. *Vahl. Poiretio*, ex descriptione *Rottboelli*, videtur varietas levior Sc. *geniculati.* In *India orient.* 4.

5. * E. *geniculata;* spicâ ovato-oblongâ, squamis ovato-subrotundis, culmis approximate interstinctis. SCIRPUS *geniculatus Vahl Enum.* II. p. 250. *Willd. Spec.* I. p. 291. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 55. *Sloane Hist.* I. t. 83. f. 3. β. *minor:* spicâ subglobosâ *Sloane Hist.* t. 75. f. 2.

Culmi 1½pedales, vix crassitie pennae anserinae. Spica semipollicaris, penna anserina crassior, obtusa. Squamae numerosissimae, parvae, fuscae, margine albidae. Stylus bifidus. Semen ut in priori. Setae plures purpureae semine longiores. An β. distincta species? *Vahl.* In *Jamaica, Surinam, Cayenna, Virginia et Carolina.* Confer Sc. *plantaginoidem.*

6. E. *compacta Br.;* culmo tereti inarticulato intus celluloso, spicâ cylindraceâ, squamis densissime imbricatis cuneato-obovatis ecarinatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 224.

In *Endeavour-rivers viciniis, et in Bay of inlets.*

Digitized by Google

7. E. *acuta Br.;* culmo tereti laevissimo inarticulato vaginis truncatis mucronulo foliaceo, spicâ cylindraceâ; squamis lanceolatis acutis carinatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 224.

In *insula van Diemen et ad portum Jackson.*

8. E. *atricha Br.;* culmo tereti striato; spicâ oblongo-cylindraceâ acutâ, squamis obtusiusculis, setis nullis hypogynis. *R. Brown Prodr.* I. p. 225.

Hab. ad Portum Jackson.

9. * E. *palustris;* spicâ ovali, nudâ; squamis lanceolatis acutis; culmis subteretibus, vaginis aphyllis muticis lanceolatis acutis; stigmatibus 2; radice repente. Scirpus *palustris Vahl Enum.* II. p. 247. *Linn. Spec.* I. p. 70. *Willd. Spec.* I. p. 296. *Enum. H. berol.* I. p. 75. *Smith Fl. brit.* I. p. 48. *Engl. Bot.* t. 131. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 127. *Hall. Hist.* n. 1336. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 21. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 14. *helv.* p. 10. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 54. *Fl. Dan.* t. 273 *Leers Fl. herb.* n. 34. t. 1. f. 3. *Host Gram. austr.* III. t. 55. *Sturm Fl. germ.* fasc. 10. t. 5. *Poit.* et *Turp. Paris.* t. 59. *β. minor. Schrad.* l. c. Sc. *palustris Roth germ.* II. P. 1. p. 52. *β.* (excl. syn. *Scheuchz.* t. VII. f. 17. quod ad *α*). Scirp. *Baeothryon Wohlleb. Suppl.* p. 3. Sc. *acicularis Fl. Dan.* t. 167. et, teste *Vahlio*, Sc. *reptans Thuill. Fl. paris.* p. 22.* (Sc. *varius Schweigg.* et *Hortum Fl. erlang.* vix diversus videtur. *Gaudin* quaerit, an *Host* III. t. 58. hujus sit loci?) γ. spicâ pollicari, cylindraceâ, culmo compressiusculo. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 75. — δ. spicis radicantibus in folia abeuntibus.

Radix fusca, vel e fusco nigra; in *β* crassior et sublignosa magis repens; culmi 1-2 erecti, e tereti compressi, semicylindrici, glabri, striati, basi vaginati, caeterum nudi. In *β*, quod vix nisi culmis recurvatis a *palustri* differre *Vahlius* ait, culmi digitales, rarius semipedales, tenuiores, rigidiores, minus erecti et spicae minores; vaginae arcte culmo appressae, exteriores obscurius coloratae. Spica subinde lanceolata, teretiuscula vel compressa; glumae oblongo-ovatae, subcarinatae, nitidae, fuscescentes aut ex fusco-ferrugineae, margine albidae: inferiores 2 subrotundo-ovatae, obtusae, steriles Stigmata 2. Nux obovata, lenticulari-compressa, pallide flava, apice appendice ovata. Setae 4. Omnibus partibus duplo

* Sc. *reptans Thuill.* radice (stirpe) reptante, culmis caespitosis, plurimis sterilibus recurvis, spicâ oblongâ: squamis lanceolatis acutissimis *Thuillier* l. c. p. 22. ad ripas Sequanae est *Persoonio* propria species, *Poiretio δ palustris.*

Digitized by Google

major, structurâ eâdem. In *fossis*, *paludibus*, *rivulis totius Europae ad Caucasum usque.* β. *in pratis et pascuis humidiusculis. Berolini.* 4.

10. * E. *ovata;* spicâ ovatâ nudâ, squamis oblongis obtusis; floribus subdiandris; stigmatibus duobus; culmis subcompressis, vaginis muticis, aphyllis; radice fibrosa. Scirpus *ovatus Vahl Enum.* II. p. 249. *Willd. Spec.* I. p. 294. (excl. syn. *Bergen* et *Rupp.*). *Roth Catal.* I. p. 5. *Fl. germ.* T. II. P. 2. p. 562. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 129. *Gaud. Agrost. helv.* II. p. 23. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 54. *Host Gram. austr.* III. t. 56. (excl. syn. Sc. *multicaulis Smith*). Sc. *soloniensis* (des environs de Sologne) *Dubois.* Sc. *multicaulis Gmelin Fl. Badens.* I. p. 96. n. 65. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 10. Sc. *capitatus Schreb. spicil.* p. 60. *Roth Fl. germ.* I. p. 21. II. p. 54. Sc. *compressus Moench. meth.* p. 349. β. Sc. *annuus Thuill. Fl. par.* p. 22.

Cespes densus culmorum 2-6pollicarium, adscendentium, erectiusculorum vel patentium, gracilium, obsolete striatorum, apicem versus contractorum, glabrorum, inferiore parte vaginis strictis truncatis, saepe mucronulatis. Spica terminalis obtusa; glumae glabrae, fuscae aut ferrugineae, apice dilutiores, nervo viridi, duo inferiores obtusiores steriles. Nux minor quam in *palustri*, basi magis attenuata. Setae 6, retrorsum hispidae. β. Scirpus *annuum Thuill.* non differre a germanicis, nisi quod omnibus partibus robustior sit. *Vahl.* Rarissime variare spiculis geminis. *Flor. Wetter.* T. I. p. 64. In *paludosis limosis humidis*, *aquis stagnantibus Europae*, *Pensylvaniae.* ⊙.

11. E. *tuberculosa;* spicâ ovatâ acutâ, squamis subrotundis, seminibus tuberculo ovato coronatis. Scirpus *tuberculosus Vahl Enum.* II. p. 248. *Mich. Fl. bor. am.* I. p. 30. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 753. hunc cum Scirpo *filiformi* jungit.

Culmi pedales, graciles. Vaginae oblique truncatae, acumine brevissimo, ovato, acuto. Spica magnitudine pisi, squamis latis sordide flavescentibus, margine parum rufescentibus. Setae 6 ad basin seminis eôque parum longiores. Semen subglobosum, flavescens, terminatum tuberculo semine longiore et latiore, compresso. In *Carolina inferiore.* 4.

II. *Culmo setaceo, vel filiformi striato, angulatove.*

12. E. *gracilis R. Br.;* culmo setaceo striato, vaginis obliquis mucronulatis, spicâ ovali acutâ, squamis obtusis, setis quatuor hypogynis, ovario parum longioribus. *R. Brown Prodr.* I. p. 224.

Ad portam Jackson.

Digitized by Google

13. E. *pusilla Br.*; culmo setaceo striato, vaginis ore obliquo scarioso mutico; spicâ lanceolatâ, squamis obtusis, setis hypogynis 4-5 ovario brevioribus. *R. Brown Prodr.* I. p. 225.

Ad portum Jackson.

14. E. *capitata Br.*; culmo filiformi striato; spicâ globoso-ovatâ; squamis obtusis sensim deciduis, infimis majoribus; nucibus nitentibus atris. *R. Brown Prodr.* I. p. 225. SCIRPUS *capitatus*, spicâ subglobosâ, culmis sulcato-angulatis setaceis, vaginis muticis. (?) *Vahl Enum.* II. p. 250. *Willd. Spec.* I. p. 294. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 55. Sc. culmis sulcato-angulatis glabris, spiculâ subglobosâ; glumis oblongis obtusis; semine lenticulari. *Humb.* et *Bonpl.* I. p. 181. Sc. *caribaeus Rottboell Gram.* t. XV. f. 3.

Culmi basi vaginati, pallide virides; vaginâ truncata, in aristam desinens (hinc *non* mutica!). Folia nulla, nisi culmi steriles. Spica parva, vix magnitudine seminis Coriandri. Squamae oblongae obtusae concavae testaceae vel ferrugineae. Semen pyriforme, nigrum, nitidum, apice tuberculo albido. Setae purpureae. — *Rottboelli* plantam a Linnaeana non diversam, sed juniorem tenellam, *Vahl.* In *America septentrionali*, *Caribaeis*, *in nova Andalusia*, *in Endeavour-rivers viciniis*, *Bay of inlets*, *inque Indiâ orientali.* 4.

In Herb. Gronov. diversus. Haec autem, *Linnaeo* nullum exemplar habente in Herbario suo cum primum *Spec. pl.* ediderat, hujus speciei unica auctoritas est.

SCIRPUS culmo nudo, spicâ terminatrice subrotundâ L. *Hort. Cliff.* p. 21. (fide speciminis in *Herb. Cliff.*) *Br.* — *Kunth*, qui dubi non solvit, stylum bifidum esse, et semen lenticulare! setis 6 retrorsi scabris, fuscis.

15. E. *montana*; repens, culmis teretibus, striatis, glabris; spiculâ cylindraceâ; glumis subrotundis, acuti(usculo)s, enerviis; semine subtrigono, laevi. SCIRP. *montanus Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 182.

Rhizoma horizontale, articulatum fuscum squamis ovatis oblongis membranaceis sphacelatis, crassitie pennae columbinae, ut culmi erecti pedales, basi instructi vaginâ membranaceâ truncatâ muticâ aphyllâ striatâ glabrâ adpressâ pollicari. Spicula semipollicaris multiflora, basi bracteis squamaeformibus subrotundis acutis, glumis parum majoribus. Glumae glabrae, virides, margine rubrae. Stylus bifidus, basi bulbosus. Stigmata reflexa. Semen ovatum, hinc convexum lineâ elevatâ longitudinali, inde planum, laeve, nitidum, flavum, basi setis sex retrorsum scabris, apice tuberculo conico. In *monte Quindiu.* 4.

Digitized by Google

16. E. *setacea Br.*; culmo filiformi striato, spicâ globoso-ovatâ, squamis ovalibus obtusis, extimis conformibus; nucibus fuscis. *R. Brown Prodr.* I. p. 225.

Hab. in Endeavour-rivers viciniis, et in Bay of inlets.

17. E. *chaetaria*; spicula solitaria subquinqueflora, involucro nullo, culmis setaceis rectis. E. *setacea R. Brown.* Cyperus *setaceus Retz Obs.* V. p. 10. *Vahl Enum.* II. p. 305. *Willd. Spec.* I. p. 269.

Facies Scirpi *setacei*. Culmi plures digitales erecti, basi vaginati, aphylli, vaginâ 1/2pollic., purpurascente. Spicula ovata 4-5-6-flora, valvulis dorso-virescentibus, disco purpurascentibus. In *graminosis humidiusculis Calcutae.*

18. * E. *acicularis*; spicâ ovatâ, nudâ, squamis duabus infimis vix majoribus, culmis tetragonis setaceis, vaginis muticis aphyllis. Scirpus *acicularis Vahl Enum.* II. p. 245. *Linn. Spec.* I. p. 71. *Willd. Spec.* I. p. 295. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 130. *Smith Fl. brit.* p. 51. *Engl. bot.* t. 749. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 17. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 15. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 54. *Fl. Dan.* t. 287. *Sturm Fl. germ.* fasc. 10. *Hayne term. bot.* t. 7. f. 6. *Host Gram. austr.* III. t. 60. Cyperus *acicularis With.* p. 78. *Hall. Hist.* n. 1346. In *Linn. Sp. Pl.* 71. excl. syn. *Scheuchzeri.*

Rad. fibrosa, cespitosa, subinde repens. Culmi plures, sterilibus intermixtis longioribus, recurvis, obtusis, apice fuscis, digitales, 1 1/2digitales, filiformes, glabri, nodosi. Vaginae tenuissimae, oblique truncatae; spica exigua, acuta, solitaria, demum nigricans, terminalis, 5-11flora. Glumae ovatae obtusae, nervo viridi, imbricatae, nec distichae, exteriori infimâ minori. Stigmata 3. Nux obovata, lenticulari compressa, alba, nitida. Setae plerumque nullae: 4 in *Sturm*; deciduas esse *Spreng.* In *Europae et Americae septentr. paludosis, inundatis, ad lacus, fossas aquâ pariore repletas.* 4 *Smith* et *Vahl, Pursh* et *Willd.* et in *Enum. H. berol.* I. p. 77 adhuc; ⊙ *Schrader, Host, Gmelin.*

19. E. *exigua*; repens. culmis quadrangularibus, glabris; spiculâ ovatâ, compressâ, glumis oblongis, acutiusculis, inferioribus majoribus; staminibus duobus: semine triangulari. Scirpus *exiguus Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 181.

Sc. *aciculari* proximus, vix distinguendus nisi numero staminum, et ob affinitatem cum Sc. *trichoidi*, *capitato* et *palustri* a cl. *Kunth* inter Scirpos retenta, licet setae nullae. In *humidis umbrosis Andium Quindaensiam prope Quebrada de Toche.* 4.

20. E. *maculosa R. Brown*; spicâ oblongâ acutâ, seminibus orbiculo coronatis, culmis filiformibus angulatis fer-

Digitized by Google

rugineo-maculatis, vaginis muticis. SCIRPUS *maculosus Vahl Enum.* II. p. 247.

Culmi pedales et ultra, trisulcati. Vagina culmum arcte vestiens, 1 1/2pollicaris, sulcata, purpurascens. Spica vix semiunguicularis. Squamae oblongae, obtusae, castaneae, margine tuberculo orbiculato. Semen obovatum compressiusculum, apice e basi styli persistente coronatum, laeve nigrum. In *Guadeloupe. Richard.*

21. E. *spiralis*; spicâ cylindricâ, squamis spiralibus cuneiformibus truncatis, culmis triquetris. SCIRPUS *spiralis Vahl Enum.* II. p. 252. *Willd. Spec.* I. p. 290. *Rottboell Gram.* p. 45. t 15. f. 1.

Rad. fibrosa; culmi plures, 1 1/2pollicares, triquetri, inferne vaginis membranaceis; spica pollicaris, obtusa, squamae flavescentes, prope marginem lineâ subfuscâ cinctae, minime carinatae. In *Ind. orient. Koenig.* 4.

22. E. *mutata*; spicâ cylindricâ, squamis obovatis, culmis triquetris nudis. SCIRPUS *mutatus Vahl Enum.* II. p. 252. *Willd. Spec.* I. p. 290. *Brown jam.* 126. n. 4.

Parum differre ab E. *spirali*, culmo crassiore, spicâ longiore bipollicari. *Vahl.* Simillima E. *geniculatae*, sed culmus triqueter, molliusculus, nec articulatus. *Linn.* In *Jamaica.* 4.

23. E. *quadrangulata*; spicâ cylindricâ, squamis oblongo-subrotundis, culmis tetragonis. SCIRPUS *quadrangulatus Vahl Enum.* II. p. 252. *Mich. Fl. Am. bor.* I. p. 30.

Facies antecedentium praecipue E. *mutatae.* Culmi basi vaginati, Spica 1 1/2pollicaris, squamis flavescentibus, prope marginem lineâ subfuscâ. Stamina, pistilla, semina, setae ut in 4 antecedentibus. In *Carolina.*

24. E. *cyperina*; spicis supradecomposito-umbellatis involucratis, floribus hermaphroditis. KOBRESIA *cyperina Willd. Spec.* IV. p. 206. CAREX *hermaphrodita Jacq. Collect.* IV. p. 174. *Icon. rar.* t. 615.

Habitus CYPERI vel KILLINGAE *incompletae.* Culmus bipedalis, triqueter, nudus, glaberrimus, nitidus. Folia saepius 4, basi vaginantia, carinata, bipedalia; 1/3poll. lata, ad oras retrorsum scabra. Involucrum polyphyllum umbellâ longius, longissimum pedale. Radii longiores 5pollicares glabri. Spicae cylindricae, 1-1 1/2pollicares, plerumque solitariae, involucro monophyllo setaceo minimo, rarius 3-4nae. Spiculae numerosae patentissimae subulatae acutae, 3-4lineares, brevissime pedicellatae, subquinquefloraе. Glumae uniflorae alternae ovatae erectae conniventes imbricatae, inferiores obtusae. Nectarium nullum. Filamenta 3 calyce longiora. Antherae oblongae erectae. Germen oblongum triquetrum. Stylus brevis. Stigmata 3 calyce longiora glabra. Sem. oblongum triquetrum acutum. In *udis ad Caracas. Jacq.* l. c.

Digitized by Google

179. E L Y N A.

1. E. *spicata;* foliis filiformibus, spicâ simplici sublineari, flosculorum squamâ duplici. *Wahlenb. Schrad. Fl. germ.* I. p. 155. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 55. CAREX *myosuroides vill. delph.* II. p. 149. t. 6. CAREX *Bellardi Allioni pedem.* n. 2293. t. 92. f. 2. *Wahlenb. act. holm.* 1803. *Sturm Fl. germ.* fasc. 26. *Schkuhr Car.* n. 6. t. D. f. 16. *Host Gram. austr.* IV. t. 77. CAREX *dioica Lam. Enc. meth.* III. p. 378. (excl. syn.) teste *Decand.* et *Lam. Fl. fr.* p. 103. qui etiam C. *hermaphroditam Gmel. Syst.* p. 139. huc ducunt. KOBRESIA *scirpina Willd. Spec.* IV. p. 205. FROELICHIA *caricoides Wulf. in litt.* SCIRPUS *Bellardi Wahlenb. Fl. lapp.* p. 15.

Rad. fibrosa, atra; culmi 3-6pollicares, tenues, erecti, superne subtrigoni scabriusculi, inferne teretiusculi glabri, enodes, basi foliis tecti, rigiduli ut folia longitudine varia erecta aut varie flexa, setacea, plus minus canaliculata, margine apice scabriuscula. Vaginae nitidae fuscae, exteriores squamiformes. Spica terminalis stricta linearis teretiuscula, 6linearis. Glumae calycinae corollam includentes, lato-ovatae, obtusae, dorso convexiusculae, uninerves, glabrae, nitidae, ferrugineae, margine dilutiores. Gluma corollina exterior ovato-lanceolata acutiuscula concava, marginibus basi coadunatis, enervis, calyci concolor; interior multo angustior, lineari-lanceolata, fusca. Stamina pedicello exiguo insidentia. Nux obovata trigona fusca. (Testa seminis nuda cum stylo optime concreta.) In *pratis uliginosis per totum alpium tractum a Styria et Bavaria ad Delphinatam usque; et in Lapponiae alpibus Lulensibus prope Virijaar.* 2.

180. E R I O P H O R U M.

* *Spicâ solitariâ.*

1. * E. *alpinum;* culmis triquetris scabriusculis longe nudis; foliis brevissimis, spicâ oblongâ; lanae filis crispatulis rarioribus. — *Willd. Spec.* I. p. 314. *Vahl Enum.* II. p. 388. *Schrad. Fl. germ.* p. 149. *Gaudin Agrost. helv.* II. p. 42. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 16. *Hall. Hist.* n. 1333. *Fl. Dan.* t. 620. *Engl. bot.* t. 311. *Host Gram. austr.* I. t. 40. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 10. TRICHOPHORUM *alpinum Pers. Syn.* I. p. 70. E. *hudsonianum Mich. Fl. bor. am.* I. p. 134. TRICHOPHORUM *alpinum* β. hudsonianum *Pers. Syn.* I. p. 69.

Florens simile Sc. *cespitoso;* rad. repens, squamosa; culmi graciles, enodes, interdum tetraquetri, 3-4pollicares et pedales, basi vaginis pallentibus, interioribus in folium breve terminatis obtusum; spica parva, compressa, squamis obtusis, flavo-ferrugineis, extimâ lato-ovatâ, sterili, mucrone brevi. Lana

Digitized by Google

spicâ 2-3plo longior, 9-10 linearis. Stamen 1, 2 saepius, et ☿♂, ✓ et ☿☿; interdum mere ☿. Maxime affine esse Sc. *cespitoso*, *Wahlenb.* sed culmo scabro et triquetro, glumisque duabus infimis sterilibus facile dignoscendum. *Gaudin.* — E. *hudsonianum* culmo nudissimo acute triquetro, foliis radicalibus paucis, subtrigone canaliculato-setaceis, spicâ 1, villis paucioribus, vix diversum apparet. *Vahl.* In *Europae et Americae alpibus et ad ostia Albis et Visurgis.* 4.

2. * E. *vaginatum;* culmo superne triquetro laevissimo duriusculo, vaginis superne inflatis, ventricosis, spicâ oblongo-ovatâ, lanae filis rectis densissimis, antheris linearibus elongatis. — *Gaud. Agr. helv.* II. p. 39. *Willd. Spec.* I. p. 312. *Vahl Enum.* II. p. 388. *Smith Fl. brit.* I. p. 58. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 17. *Fl. Dan.* t. 236. *Curt. Fl. lond.* fasc. 37. *Engl. Bot.* t. 873. *Sturm Fl. germ.* fasc. 10. E. *cespitosum Host Gram. austr.* I. t. 39. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 150. LINAGROSTIS *vaginata Lam. Fl. fr.* 3. p. 555. *Hall. helv.* p. 1332.

Rad. horizontalis, crassa, fusca, cespitem densum foliorum culmorumque emittens; culmi basi incrassati, geniculis 3-4, 1½pedales, florentes ad apicem fere usque vaginati, deflorati duplo longiores, seminudi, foliis subulatis (triquetris superne serrulatis *Wahlenb.*) breviores. Vaginae inferiores fuscescentes in folia longa terminatae, aestate filamentoso-lacerae, mediae flavescentes, inflatae; glumae ecarinatae, acuminatae, lividae aut nigricantes, inferiores 7-10 steriles; lana spicâ semipollicari et pollicari 2-3plo longior, valde fragilis. In *Europae et Amer. borealis (Pursh) uliginosis turfosis frigidis alpinis et demissis.* 4.

3. E. *capitatum Hoffm.*; culmis teretibus spongiosi mollibus, vaginis parum inflatis, spicâ subrotundâ, antheris cordato-ovatâ brevi. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 41. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 151. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 18. *Decand. Fl. fr.* III. n. 1771. *Host Gram. austr.* I. t. 38. E. *vaginatum* β. *Suter helv.* I. p. 28. *Gmel. Fl. bad.* I. p. 110. E. *Scheuchzeri Vahl Enum.* II. p. 388. *Pers. Syn.* I. p. 70. *Scheuchzer prodr.* t. 7. f. dextr. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 10. E. *alpinum Vill.* (excl. syn.) *delph.* II. p. 184. teste *Decand.*

Rad. valde repens; culmi nodis 2-3, jam florentes nudi, foliis canaliculatis (ecarinatis, totis laevissimis et integerrimis, nec apice serrulatis, mollibus *Wahlenb.*) fere longiores. Vagina media folium exserit culmo longius. Glumae angustiores quam in praecedente, infima vero 5-7nervis involucri ad instar spicam florentem includens. In *alpibus noricis et rhaeticis.* 4.

** *Spicis pluribus pedunculatis.*

4. E. *triquetrum Hoppe;* culmis trigonis, foliis (subfiliformibus) triquetris, pedunculis scabris, spicis florentibus

Digitized by Google

erectis, seminibus linearibus. *Hoppe Taschenb.* 1800. p. 106. 1801. p. 133. 1802. p. 62. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 10. *Host Gram. austr.* IV. t. 74. E. *gracile Roth Catal.* II. *Append. Neue Beytr.* I. p. 95. *Vahl Enum.* II. p. 390. *Persoon Synops.* I. p. 70. *Decand. Fl. fr.* n. 1769. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 19. Linagrostis paniculâ minore. *Vaill. paris.* t. 16. f. 2. Linagrostis *paniculata* β. *Lam. Fl. fr.* 3. p. 555.

Rad. repens, articulata, squamosa; culmi graciles, 2-3nodes, florentes pedales ad apicem usque vaginati, deflorati 1 1/2-2ped., ad medium usque nudi. Folia basi inprimis canaliculata; vaginae inferiores fuscae, apice in appendicem foliaceum excurrentes; spicae 3-4 oblongae, inaequaliter pedunculatae, fructiferae cernuae; pedunculi basi ochreâ laxâ truncatâ; glumae e nigricante virentes, duabus inferioribus lato-ovatis. Lana spiculis duplo longior. Differre ab E. *latifolio*: habitu toto tenuiori, foliis pedunculisque compressis brevioribus, his tenuissime tomentoso-hirsutis, nec retrorsum hispidis, glumis obtusioribus minoribus elevato-nervosis, fructibus oblongo-lanceolatis basi attenuatis obtusis. *Wallroth ann. bot.* p. 11. In *aliginosis paludosis Carinthiae et per Germaniam Galliamque.* 4.

5. E. *angustifolium Roth;* culmis subtrigonis, foliis canaliculato-triquetris, pedunculis glabris laevissimis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 53. E. *angustifolium Willd. Spec.* I. p. 313. *Decand. Fl. fr.* n. 1768. *Smith Fl. brit.* I p. 59. (cujus descriptionem *Vahl Enum.* II. p. 390. ad E. *triquetrum* potius pertinere asserit). *Hoppe Taschenb.* 1800. p. 107. *Roth Fl. germ.* II. 2. p. 63. *N. Beytr.* I. p. 94. *Engl. Bot.* t. 564. *Gaudin Agr. helv.* II. p. 46. *Sturm Fl. germ.* fasc. 10. E. *polystachyum Pollich palat.* n. 52. (excl. syn.) *Curt. Fl. lond.* fasc. 4. t. 9. *Host Gram. austr.* I. t. 37. E. *polystachyon* β. *Willd. Spec.* I. p. 312.

β. E. *polystachyon Wahlenb. Fl. lapp.* p. 18. (qui huc spectare E. *polystachyon Linn. Fl. suec.* n. 49. *lapp.* n. 22.) *Hall. helv.* n. 1331. β. Cl. *Gaudin* distinguit: α. *alpinum*, foliis angustissimis eximie carinatis (*Sturm Fl. germ.* fasc. X.) et β. *planitiei*, foliis latiusculis carinatis. *Host Gram. austr.* I. t. 37. (excl. fig. sin.). *Vaill. paris.* t. 16. f. 1.

Media quasi praecedentem inter et sequentem: ab E. *triquetro* cui proximum, differt: culmo crassiore; foliis longioribus, latioribus; spicis 3-5 majoribus; glumis latioribus uninerviis; fructibus latioribus, basin versus magis attenuatis; ab E. *latifolio* radice repente; (culmo strictiori teretiori *Wahlenb.*) foliis duplo longioribus (saturate viridibus, rigidis, duris *Wahlenb.*); involucris et vaginis glabris; (pedunculis simplicissimis *Gaud.*); spicis paucioribus, brevius pedunculatis, (nutantibus *Gaud.*) et omnium partium habitu tenuiore. Ab utroque:

Digitized by Google

culmis, inferne teretibus superne trigonis, foliis canaliculato-triquetris, pedunculis glabris, glumis obscure rugosis, lanâ omnium longissimâ (1½pedalis *Gaud.*) Glumae e fuscescente vel purpurascente et viridi variae. Flores hermaphroditi, subinde et polygami dioïci. In *uliginosis turfosis Europae et Amer. boreal.* [*Pursh.*]. 4. *

6. * E. *latifolium Hoppe;* culmis (sub) trigonis, foliis planiusculis apice triquetris, pedunculis (retrorsum) scabris. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 154. *Hoppe Taschenb.* 1800. p. 108. *Wallroth ann. bot.* p. 12. *Sturm Fl. germ.* fasc. 10. t. 11. *Host Gram. austr.* IV. t. 73. E. *polystachyon Willd. Spec.* I. p. 312. *Smith Fl. brit.* I. p. 59. *Gaud. Agr. helv.* II. p. 45. *Engl. Bot.* t. 563. *Vahl Enum.* II. p. 389. E. *vulgare Pers. Syn.* p. 70. LINAGROSTIS *pedunculata Lam. Fl. fr.* 3. p. 555. *Hall. helv.* 3. 1331. *α. Vaill. bot.* t. 16. f. 1. (quae a *Gaudin* ad sequentem ducitur).

Rad. fibrosa, fusca, cespites foliorum culmorumque emittens 3-4nodium, vaginatorum, 1-1½pedalium; folia 2-6pollic. long., 2-5 lin. lat. (dilute vel luteo-viridibus *Wahlenb.*); ligulae loco lineâ fuscâ; vaginae et culmi apice foliosi; pedunculi quandoque divisi; spicae ovatae demum nutantes; glumae uninerves, atro-virides; spicae cum lana pollicares hermaphr. In *Europae Caucasi iberici, et Amer. boreal.* [*Pursh*] *uliginosis turfosis* 4.

7. * E. *virginicum;* culmo tereti folioso, foliis plani spicis congestis subsessilibus involucro brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 390. *Willd. Spec.* I. p. 313. *Mori Hist.* III. p. 224. S. 8. t. 9. f. 2. *Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 34. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 58.

Involucrum triphyllum, foliolo altero tripollicari; lana albido-gilva. Capitulum fructiferum hemisphaericum. Stam. 2. Stigmata 3. *Rich.* *A Canada usque ad Georgiam.* 4.

181. ABILDGAARDIA. **

1. * A. *monostachya Vahl;* monandra, spicâ solitariâ, cespite laxo, squamis 2 infimis aristatis. *Vahl Enum.* II. p.

---

* Varietatem E. *angustifolii* memorabilem in paludis Doelaviensis fossis observavi, quae radice stolonifera articulata perpendiculari; culmis crassis fistulosis strictis 2pedalibus teretiusculis vaginatis; foliis inferioribus plurimis longissimis fere brachialibus carinatis in apicem triquetrum spithamam fere longum excurrentibus. Toto habitu et lanâ pedunculi longissimi ab E. *angustifolio* differt. *Schult.*

** „Culmi angulati, graciles, enodes basi foliati. Folia angusta. Spiculae ovato-oblongae, squamis arcte imbricatis carinatis, albis, carinâ viridi in mucronulum producta." *R. Brown.*

Digitized by Google

296. (excl. syn. *Rottboell*). A. spicâ solitariâ, squamis conformibus, fere omnibus floriferis. *R. Brown Prodr.* I. p. 229. CYPERUS *monostachyus Linn. Mant.* p. 180. *Swartz Obs.* p. 29. *Lam. Illustr.* I. n. 704. *Willd. Spec.* I. p. 271. n. 11. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 241. C. culmo triquetro foliis longiore; spiculâ terminali solitariâ ovatâ; glumis mucronatis; semine triquetro apice tuberculato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 164. IRIA CYPERUS *caribaeus Persoon Synops. plant.* I. p. 65. n. 91. *Sloane jam. Hist.* I. p. 120. t. 79. f. 2.

Cl. *Vahl* hanc cum sequente *indica* junxit: differre vero testes 3 alii: *Persoon*, *Richard*, et *Poiret*. Radix tuberculis odoratis; culmi plures laxi, molles, filiformes triangulares, nudi exceptâ basi, 8-10pollicares. Folia radicalia numerosa linearia angustissima laevia laxa 6-7pollicaria. Spica simplex terminalis ovata imbricata compressiuscula laevis, magnitudine seminis Cucumeris: squamis carinatis mucronatis, superioribus arcte appressis muticis submucronatis, 2 inferioribus laxis aristatis. Involucrum foliolis 1-2 subulatis longitudine spicae. Stigmata 2. Semina mutica. In *pascuis siccis Americae meridionalis*, *Jamaicae*, *ad ripam fluminis Magdalenae*. *Humb. et Bonpl.* 4.

2. A. *indica*; monandra, spicâ solitariâ, cespite stricto, squamis plurimis aristatis. CYPERUS *indicus Pers. Syn.* I. p. 65. *Poiret Enc meth.* VII. p. 241. CYPERUS *monostachyus Rottb. Gram.* p. 18. t. 13. f. 3.

Maxime affinis A. *monostachyae*, sed culmi recti, rigidiores, magis approximati in cespite denso, tenuiores, setacei, basi foliis tenuissimis. In *pascuis siccis Indiae orientalis*. *Koenig*.

3. * A. *tristachya Vahl*; triandra, spicis ternis. *Vahl Enum.* II. p. 297. CYPERUS *triflorus Willd. Spec.* I. p. 272. *Pers. Syn.* I. p. 61. SCHOENUS *cyperoides Retz Obs.* IV. p. 8.

Culmi 1-2pedales, erecti, rigidiusculi, basi bulbosi, vaginis aridis sordide fuscis, inferne semiteretes, superne teretes; folia culmo breviora, canaliculata, laevia. Spicae 3.4, laterales pedunculatae, intermedia sessilis, interdum unico absque radiis lateralibus, pollicares, attenuatae, tortae; valvulae carinatae, inferiores breviores, angustiores, mucronatae. In *pascuis aridis Indiae orientalis*. *Koenig*.

4. A. *polystachya Spreng.*; triandra, spicis confertis linearibus. *Spreng. Mant.* II. p. 29.

Culmus triqueter, pedalis, aphyllus. Folia non vidit. Spiculae terminales, confertae, 12-20 lineares, mucronatae, rubrobadiae, squamis laxiusculis. Semen trigono-acuminatum, stylo persistente coronatum. Setae nullae. In *India orientali*.

Digitized by Google

5. A. *schoenoides Br.*; spicâ solitariâ nudâ, squamis extimis sterilibus brevioribus, terminalibus angustioribus, mucronulis patulis. *R. Brown Prodr.* p. 229. T.

6. A. *vaginata Br.*; spicis subternis; intermediâ sessili, squamis mucronatis, culmo setaceo-angulato aphyllo basi vaginato. *R. Brown* l. c. T.

182. ARTHROSTYLIS.

1. A. *aphylla R. Brown Prodr.* I. p. 229.

Culmi graciles simplices enodes, basi vaginati, supra nudi. Capitulum terminale, simplex, turbinatum, involucro 3-4phyllo subulato longius. T.

183. CYPERUS.

Synopsis Sectionum.

1. Culmo tereti. n. 1-22.
2. Culmo triquetro.
   - *a.* Spiculis solitariis vel aggregatis. n. 23-45.
   - *b.* Umbellis contractis. n. 46-55.
   - *c.* Umbellae radiis elongatis, spiculis terminalibus umbellatis. n. 56-87.
   - *d.* Umbellae radiis elongatis, spiculis alternis. n. 88-205.
3. *Rob. Brownii* species e nova Hollandia. n. 206-241.

---

1. *Culmo tereti.* *

1. C. *pectinatus Vahl*; spiculis terminalibus sessilibus oblongis obtusis laevibus involucrum aequantibus. *Vahl Enum.* II. p. 298.

Culmi plures pedales, basi vaginis duobus; interior 3-4plo longior. Folia nulla. Involucri foliola bina vel nulla, subulata, rigida, spiculis vix longiora. Spiculae 3-8, unguiculares, latae, 3oflorae, complanatae, e valvularum apice patente dentatae flavescentes, valvulis lanceolatis acutis. Semen compressum oblongum, altero latere subcarinatum, medio fuscum, margine flavum. In *Guinea. Isert.*

2. C. *arenarius Retz*; spiculis ovatis subgloboso-capitatis involucro subdiphyllo brevioribus, culmo teretiusculo basi folioso. *Vahl Enum* II. p. 298. *Willd. Spec.* I. p. 269. *Retz Obs.* IV. p. 9. *Plukn. Alm.* t. 300. f. 7.

---

* „Culmi simplices enodes basi foliosi vel vaginati, inflorescentiâ terminalis, involucrata, simplex vel supradecomposita.“ *R. Brown.*

Digitized by Google

Radices longae, repentes, squamis lanceolatis ferrugineis, ad geniculos surculos simplices 2-3fidos adscendentes emittentes. Culmus palmaris et ultra, ex singulo apice surculi. Folia plura, nonnulla culmo longiora. Capitulum avellanae fere magnitudinis. Involucrum interdum 3-raro monophyllum, folio altero saepe 3-4plo longiore, altero capitulo parum longiore. Spiculae 7-8 sessiles, 12-14florae, valvulae ovatae acutae griseo-purpurascentes (albicantes *Koenig*). Tota canescenti-viridis. In *arena mobili Indiae orientalis. Koenig.*

3. C. *tener Vahl;* spiculis oblongis obtusis capitatis, valvulis striatis, culmo nudo. *Vahl Enum.* II. p. 299.

Culmus tenuis, pedalis; capitulum laterale supra medium. Spiculae 7-9, vix unguiculares. Squamae ovatae mucronatae flavae? virides? Semina globoso-triquetra. In *Guzurate.*

4. C. *reflexus Vahl;* capitulis ovatis glomeratis involucro triphyllo reflexo brevioribus, spiculis ovatis, culmo semitereti. *Vahl Enum.* II. p. 299.

Culmi erecti stricti basi foliosi; folia pauca linearia brevia canaliculata margine laevia. Capitulum magnitudine Cerasi, spiculis sessilibus, parvis acutis 5floris, valvulis ovatis carinatis fuscis, carinâ virente, minime striatis. Involucri foliola linearia, angustissima, margine laevia, longius 2-3pollicare. In *Monte Video. Commers. Herb. Juss.*

5. C. *prolifer Vahl;* capitulis globosis glomeratis proliferis, spiculis ovatis, valvulis margine membranaceis. *Vahl Enum.* II. p. 299. *Willd. Spec.* I. p. 270. (excl. synon. *Rottb.*). C. *glomeratus Thunb. prodr.* I. p. 18. *Fl. capens.* I. p. 374.

Culmus sesquipedalis, teres; capitulum sessile congestum, piso parum majus, 2-3 alia breviter pedunculata. Spiculae brevissimae, valvulae lanceolatae. In *promont. b. spei.*

6. C. *Aitoni Spreng.;* culmo tereti folioso, foliis planis glabris, spiculis glomeratis obtusis involucro polyphyllo brevioribus. *Sprengel Mant.* I. p. 29. n. 2.

Accedit ad C. *proliferum Thunb.*, sed spiculae non proliferae ovatae. Culmus a basi foliis vestitus; folia dodrantalia; capitulum sessile congestum spiculis brunneis obtusissimis. Involucri foliola inaequalia gracilia capitulum multo excedentia. *Ex Horto Kew.*

7. C. *crassipes Vahl;* spiculis aggregatis lanceolatis, umbellâ contractâ, radiis brevissimis. *Vahl Enum.* II. p. 300.

Culmus pedalis, crassitie pennae cygneae, rectus, basi foliosus, longitudine foliorum carinatorum, laevium, glauco-viridium. Umbellae radii contracti in capitulum magnitudine pomi minoris. Spiculae semipollicares, compressae, 17florae, valvulis acutis. *Ad Senegal? Herb. Juss.*

Digitized by Google

8. C. *serrulatus Vahl*; spiculis subcapitatis lanceolato-oblongis obtusis, involucro triphyllo, foliis lineari-lanceolatis. *Vahl Enum.* II. p. 300.

Culmi spithamaei et ultra, basi foliosi, subcompressi, uti folia, glauci, breviores foliis attenuatis, margine serrulato-scabris, basi fuscis. Involucri foliola 2 capitulo multo longiora. Umbella simplex, 4-5radiata, radiis brevissimis, fere in capitulum contractis. Spiculae sessiles, 6-7, unguiculares, latae, compressae, 10florae, valvulis ovatis, obtusis. In *Madagascar.*

9. C. *effusus Rottb.*; capitulis subternis, intermedio sessili, spiculis oblongis, involucris rigidis unico longiore adunco. *Vahl Enum.* II. p. 300. *Rottb. Gram.* t. 12. f. 3. *Willd. Spec.* I. p. 270.

Culmi crassitie fere pennae columbinae, duri. Capitula solitaria 2-3. Involucrum universale 2-3phyllum; foliolum maximum e culmo continuato, 1½pollicare, capitulo vel umbellâ longius, subulatum, anceps, ut reliqua, margine denticulato-scabrum. Spiculae circiter 7 in singulo capitulo, unguiculares, oblongo-lanceolatae, flosculis 21-31; valvulae ovatae carinatae acumine brevi, sordide flavescentes, nitidiusculae. In *Arabia circa Meccam. Forskål*

10. C. *spicigerus Vahl*; spicis cylindricis imbricatis, spiculis subulatis, involucro hexaphyllo umbellâ simplici (?) multoties breviore. *Vahl Enum.* II. p. 300.

Culmus sesquipedales, aphyllus; involucri foliola unguicularia unicum ovatum, acuminatum, reliqua subulata. Ochreae semi unguiculares, bifidae fuscae. Umbellae radii 9, pollicares vel minores. Spiculae numerosae in spica fere pollicari, quadriflorae, parvae, valvulis fusco-virentibus. *Prope Para in ripa dextra fluminis Amazonum. Richard.*

11. C. *striatus Ruiz* et *Pav.*; spiculis umbellatis ovatis, foliis subulatis canaliculatis, culmo retrorsum scabro. *Fl. peruv.* I. p. 47. C. *collinus Vahl Enum.* II. p. 301. C. *atropurpureus Pers. Syn.* p. 60.

Rad. fibrosa; culmus teres striatus filiformis, paulo longior foliis ad medium usque vaginantibus, inferne margine ciliatis. Valvulae ovatae atropurpureae. Semen acuminatum nitidum. *Fl. per.* In *collibus aridis Tarmae, in Peruvia.*

12. * C. *articulatus*; spiculis compressis elongatis nitidiusculis, involucro subnullo, culmo articulato. *Vahl Enum.* II. p. 301. *Willd. Spec.* I. p. 270. (excl. syn. *Forsk.*). *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 50. C. culmo articulato tereti aphyllo vaginato, umbellâ multiradiatâ, umbellulis solitariis aut ternis subdecastachyis; involucro triphyllo, brevissimo; glumis ovatis lanceolatis obtusis; semine trigono punc-

Digitized by Google

tato-scabro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 164. CYPERUS *nodosus Willd. Enum. H. berol.* I. p. 72. *Sloane Hist.* I. t. 81. f. 1.

„Culmus inferne crassitie digiti minimi aphylli, vaginis palmaribus purpurascentibus. Involucrum squamae 2, lineari-lanceolatae, longior vix unguicularis. Umbella subsimplex, sexradiata; radius longior 2poll. Spiculae 1-11/2poll., 3-10, sessiles, approximatae, lineares, acutae, 36florae, valvulis lineari-lanceolatis flavescentibus." *Vahl.* — CYPERUM *nodosum Willd. Enum.* l. c. nullo modo differre, culmum enim et inflorescentiam prorsus esse ut in *articulato*, colorem vero spicularum valde variare, ut ex speciminibus permultis in Herb. *Juss.* et *Hort. paris.* patet, *Humb.* et *Bonpl.* l. c., qui sequentem C. *articulati* exhibent descriptionem: Culmus erectus, 3-4ped., crassitie pennae anserinae, apice tenuior, et subtrigonus, striatus, septis transversis distinctus, glaberrimus; umbella terminalis composita, radiis 8-10, inaequalibus, pollicaribus aut 3poll., intermediis brevissimis, vix nullis; spiculae lineares, acutae, semipollicares aut pollicares, sessiles, multiflorae; involucrum foliolis lanceolatis acuminatis striatis glabris inaequalibus, longiore 1/2poll.; involucella diphylla, squamaeformia, subulata, brevissima; ocreae breves, subtruncatae, fuscescentes, glabrae; glumae carinatae, striatae, glabrae, albidae aut saepius magis minusve rufae; stylus profunde trifidus, semen oblongum, obtusiusculum, nitidum, nudum. In *rivulis Caribaeorum et Guineae Vahl; in planis calidis littorum oceani pacifici, et prope Bordones Cumanensiam.* 2.

* *Poiret Enc. meth.* VII. p. 238. recipit synonymiam ex *Willdenow* l. c. additque C. *articulatum Mich.* qui: „aphyllus elatior; supremen-tibus digitis quasi articulosus culmus; umbella composita spiculis subfasciculatis, longo-linearibus erectis." *Flor. bor. amer.* I. p. 27. et ut β. subjungit: C. *articulatum Lam.* β umbellulis paniculatis, spiculis duplo longioribus. Planta *Michauxi* in Carolina; β. *in Insula Mauritii!* — Hucne?!

13. C. *niloticus Forsk.*; spiculis compressis brevibus, involucris subnullis, culmo articulato. *Vahl Enum.* II. p. 302. *Forsk. descr.* p. 13. *Willd. Spec.* I. p. 270. sub C. *articulato.*

Convenit cum praecedente culmo, longitudine involucri, radiis umbellae filiformibus, figurâ et colore valvularum flosculorum; differt: involucri foliolis latioribus; umbellae radiis longioribus, pluribus, ad 9; spiculis pluribus 4-13, vix unguicularibus, angustioribus, magis approximatis, minime nitidis, acutis, nec attenuatis; flosculis paucioribus vix ultra 20, terminalibus saepe divaricatis. *Ad ripam Nili occidentalem limosam circa Rosette et in India orient.* 2.

14. C. *Roenigii*; spiculis teretiusculis brevibus, involucro triphyllo umbellâ breviore, culmo aequali. *Vahl Enum.* II. p. 302.

Digitized by Google

Habitus duorum praecedentium (*articulati* et *nilotici*); at culmus minime articulatus. Involucri foliola 3, 1 1/2pollicaria, graminea; spiculae angustiores, valvulis striatis pallide viridibus margine albidis. Umbella composita universalis 9-radiata, radius longior quadripollicaris, partialis 2-5radiata. Flosculi vix ultra 20. In *Ind. orient. Koenig.*

15. C. *pusillus Retz;* spiculis lanceolatis, valvulis mucronatis, involucro tetraphyllo umbella longiore. *Vahl Enum.* II. p. 303. *Retz Obs.* IV. p. 9.

Culmus vix sesquipedalis. Folia radicalia culmo duplo longiora, filiformia. Umbella composita, radiis partialibus 5-6, 4-6floris. Valvulae pallidae, medio rufo-fuscae. *Retz.* In *arenosis Tranquebariae. Koenig.*

16. C. *marginatus Thunb.;* culmo aphyllo, spiculis oblongis, umbellâ compositâ. *Thunb. prodr.* I. p. 18. *Fl. capens.* I. p. 376. *Vahl Enum.* II. p. 303. *Willd. Spec.* I. p. 270.

Culmus pedalis et ultra. Involucrum diphyllum: folia lanceolata, brevissima, vix lineam longa. Spiculae aggregatae, subsessili capitatae, plurimae, lanceolatae, serratae, compressae, brunneae marginibus glumarum albis. *Ad promont. b. spei.* 2.

17. C. *viscosus Ait.;* spiculis aggregatis ovatis subsquarrosis capitato-glomeratis, involucro umbella longiore, foliis convoluto-teretibus involucrisque asperis. *Vahl Enum.* II. p. 303. *Hort. Kew.* I. p. 79. *Swartz Fl. Ind. occ* I. p. 113. *Jacq. Ic. rar.* II. t. 295. *Willd. Spec.* I p. 276. C. *elegans Rottb. Gram.* p. 34. t. 6. f. 4. *fide herb. Vahl.* SCIRPUS *viscosus Poir. Enc. meth.* VI. p. 778.

Culmus 2-3pedalis, nudus, subcompressus, superne semiteres, apice vix trigonus. Folia altitudine culmi, striata, vaginae membranaceae humore resinoso-viscoso odorato. Involucrum 3-4phyllum, foliolum 1 umbellâ brevius, reliqua longiora; unico interdum 1 1/2pollicari, omnia convoluta, sursum triquetra, ex angulis denticulatis asperrima, involucella subtriphylla, capitulo breviora, reflexa. Ochreae breves bidentatae. Umbella composita 5-7radiata, radiis 3 4pollicaribus, trigonis, partialis 2-5radiata, radiis horizontaliter patentibus. Spiculae 7-16, ovatae, 9-11florae, valvulis ovatis, pallide viridibus, margine fuscis. Umbella interdum simplex. In *humidis maritimis Caribaearum.* 2.

18. C. *compactus Retz;* spiculis subulatis capitatis subspiralibus, involucro pentaphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 304. *Retz Obs.* V. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 271. C. *congestus Poiret Enc. meth.* VII. p. 239.

Culmus 2pedalis, inferne foliosus, longitudine fere foliorum linearium ubique inermium; vaginae purpurascentes. Involucri foliolum unicum 1 1/2pedale, brevissimum tripollicare, omnia

Digitized by Google

margine scabra: involucella capitulo breviora, ciliata. Umbella decomposita, 3-5radiata. Capitula compacta e spiculis patentissimis, semipollicaribus, lineari-subulatis, ferrugineis, sexfloris, valvulae subulatae, margine conniventes, purpurascentes. *Retz.* In *China.*

19. C. *textilis Thunb.*; spicis corymbosis, spiculis lineari-lanceolatis terminalibus, involucro duodecimphyllo umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 305. *Thunb. prodr.* I. p. 18. *Fl. capens.* I. p. 377. *Willd. Spec.* I. p. 271.

Culmi pennâ columbinâ vix crassiores; involucri universalis foliola semipedalia, vel minora, omnia umbellâ longiora, margine serrulato-scabra; partiale nullum. Ochreae breves membranaceae, oblique truncatae. Umbella subdecomposita. Spiculae terminales, 3-5, circiter 14florae, sordide flavescentes; valvulae lanceolatae acutae. — Differt a C. *flabelliformi Rottb.* culmo tereti, laevi, alias simillimus. In *promont. b. spei. Stadtmann.* 4.

20. C. *pennatus Lam.*; spicis corymbosis, spiculis alternis confertis, involucro hexaphyllo, culmo semitereti. *Vahl Enum.* II. p. 305. *Lam. Illustr.* I. p. 144.

Involucri foliola margine scabra. Umbella supradecomposita radiis 6-7 ramosis, ramis alternis. Spiculae sessiles, pallide ferrugineae, 5florae, valvulis ovatis acutis, margine tenuissimo membranaceo. In *Java. Commerson.*

21. C. *maritimus Poiret*; culmo pumilo, foliis latis subcanaliculatis (margine) asperis; umbellâ compositâ; spiculis confertis sessilibus subcylindricis; involucro polyphyllo nullo; radice repente. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 240.

Culmus foliosus rigidus strictus laevis tenuiter striatus 4-6pollicaris; folia firma, coriacea, laevissima, acutissima, 6-10pollicaria, 4-5 lineas lata. Involucri foliola inaequalia umbellâ longiora. Radii inaequales, numerosi, 1/2-1pollicares, congesti, ochreâ dentibus 2 subulatis oppositis Spicae in singulo radio numerosae, acutae, semipollicares, rufescentes, glumis striatis ovalibus obtusis arcte appressis. Stylus profunde tripartitus. In *sabulosis ad littora maris in ins. Madagascar.* 4. *Aubert du Petit-Thouars.*

22. C. *nudicaulis Poiret*; culmo subcylindrico gracili nudo: spiculis sessilibus subcapitatis ovatis planis; involucro subdiphyllo brevi. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 241.

Culmi bipedales striati recti glabri. Spiculae 6-8, obtusae, nitidae, semipollicares, saepius griseo-albo et rubro fusco variegatae, glumis coriaceis obtusiusculis. Involucri foliola 2-3 inaequalia, maxima vix longitudine spiculae. Stylus trifidus, semina triangularia. In *Madagascar. A. du Petit-Thouars.*

Digitized by Google

2. *Culmo triquetro.*

a. *Spiculis solitariis* vel aggregatis:*

23. *C. depauperatus Vahl;* spiculâ solitariâ oblongâ subtriflorâ, involucro nullo, culmis capillaribus incurvis. *Vahl Enum.* II. p. 305.

Culmi vix longitudine digiti minimi, tenuissimi, triquetri, nudi. Spicula magnitudine capituli aciculae, 2-3flora; valvulae lanceolatae, purpurascentes, margine membranaceae. In *India occident. v. Rohr.*

24. * *C. tenellus;* spiculis solitariis geminisque (ternisque) sessilibus, involucro monophyllo, culmis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 305. C. culmo nudo setaceo, spicis solitariis geminisque sessilibus. *Linn. Suppl.* p. 103. Cyperus *lateralis*, culmo teretiusculo nudo, spicâ laterali sessili. *Linn. Suppl.* p. 102. *C. minimus*, culmo capillari, spicâ solitariâ geminâque, involucro monophyllo. *Thunb. Prodr.* I. p. 18. *Fl. capens.* I. p. 375. C. culmo tereti nudo spicâ sub apice. *Linn. Spec.* 66. *Willd. Spec.* I. p. 269. (excl. syn. *Rottb.* quod verae Scirpis *setacei* varietates, fide *Vahl.*) *C. pygmaeus;* culmo teretiusculo nudo vix unciali, spicâ sessili sub apice, squamis striatis. *Lamarck Illustr.* I. p. 143. *Plukn.* p. 176. t. 300. f. 4. 5. (*Poiret Enc. meth.* VII. p. 237. pro hujus varietate *a. C. minimum Linn.*, pro *β. C. tenellum Linn.* et *lateralem Linn.;* pro *γ. C. pygmaeum Lam.* habet. Nobis δ. spicâ simplici et gemellâ, plerumque vero spiculis ternis.

Culmi plures, pollicares et digitales. Spiculae 1-2, infra apicem culmi, oblongae, 10-12florae, valvulis acutis ovatis pallide viridibus, interdum margine pallide ferrugineis. *Ad prom. b. spei.* ☉.

Obs. Gramen cyperoides capillaceis foliis pusillum, ex insula Chusan *Plukn.* t. 417. f. 8., quod ad Cyperum *nanum* s. Mariscum *capillarem Vahl* vulgo duci solet, et quod *Vahlio* dubium, δ nostrum quodammodo referre videtur.

25. * *C. mucronatus;* spiculis lineari-lanceolatis aggregatis, involucra diphyllo, culmis (sub) erectis apice trigonis, radice repente. *Vahl Enum.* II. p. 306.

a. pumilus. C. paniculâ minimâ, radice rubrâ inodorâ repente. *Tournef. Cor.* 39.

β. albidus. *C. mucronatus Rottb.;* scapo nudo vaginato triquetro, involucro monophyllo stricto, spicis subternis

---

* Cyperi spiculis solitariis caute recipiendi, cum inter cespites umbellatissimorum Cyperorum in genere hocce Proteorum vegetabilium, nonnunquam individua monostachya nascantur, saepius fere microscopica. Nid

sessilibus. *Rottb. Gram.* 19. t. 8. f. 4. *Willd. Spec.* I. p. 273. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 34. t. 49. C. *lateralis Forsk. descr.* p. 13. (fide *Vahl*).

γ. *maritimus Gouan.* culmo gracili incurvo, spiculis 2-3, fusco alboque variis. C. *incurvus Spreng.* (fide specim. ex herb. *Gouan.* et *Spreng.*). C. *mucronatus* culmo tereti? nudo, spiculis lateralibus sessilibus, involucro monophyllo. *Retz Obs.* V. p. 10?

δ. *ater.* C. *distachyus*; culmo triquetro nudo, spicis sessilibus lateralibus, radice perenni. *Allion. auct.* 48. t. 2. f. 5. *Willd. Spec.* I. p. 272. *Pers. Syn.* I. p. 61. C. *junciformis*, culmo mucronato, spiculis lateralibus nigris absque involucro. *Cavan. Icon.* I. p. 2. t. 204. f. 1.

ε. C. *junciformis;* culmo subtereti basi monophyllo; spiculis aggregatis sessilibus, spathâ diphyllâ, folio altero spiculis breviore. *Desfont. atl.* I. p. 42. t. 7. f. 1. *Pers. Syn.* I. p. 61. C. *mucronatus* γ. *macrostachyus*, spicis pollicaribus. *Vahl Enum.* l. c. (fide speciminis cli. *Desfont.*).

Rad. stolonifera; stolones articulati saepe nodosi flexuosi vaginis ferrugineis. Culmi ex singulo geniculo 1-2-3, plerumque 2 e singula vagina, alter sterilis, pallidi, sub spiculis trigoni. Folium ex apice vaginae longioris unguiculare, setaceum; vaginae 3 fuscae, intima pollicaris et ultra. Involucrum 1-2phyllum, foliolis brevissimis, basi dilatatis. Spiculae 12-20florae, valvulis ovatis obtusiusculis nitidis. Culmi in α pollicares vel digitales; in β. palmares vel pedales, ut in γ. et δ.; ε bipedale, omnium maximum, et inter reliquas omnes maxime distincta videtur species, neque tamen CYPERUS *macrostachyus Link*, radice fibrosâ, culmo triquetro subnudo, umbellâ pluries compositâ, spicis alternis linearibus elongatis, squamis rhachin obtegentibus fuscis; involucro 4phyllo, umbellam vix superante. *Link* ap. *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 311. ε affinem esse *pannonico* cls. *Defont. l. c.*; differre culmo altiore tereti, spiculis longioribus, folio involucri altero spiculis breviore; sed vix *pannonico* similis nostro, cum spiculae lineares teretes pollicares! In *Emendatione* vero altera (*Schrad. n. Journ.* III. p. 253) jungit *junciformem* cum C. *laterali Forsk.*, cui magis videtur similis, monens variare numero spicularum et colore pallido, subfusco (ut in exemplari nostro) et fusco, qui tamen in β. albidus. α *in Oriente*; β. *in Arabia et India Orient.*; γ et δ *in Europa meridionali, Italia, Hispania, Graecia, Barbaria, Aegypto, thermis mexicanis?* ε *in Aegypto et Barbaria.* 4 *Vahl.* ⊙ *Humb.* et alii.

Obs. Plures fora sub-varietatibus hisce distinctae latitant species; C. saltem *mucronatus* repens, culmo erecto triquetro; foliis subulato-trigonis culmo brevioribus; umbellâ laterali sessili tri- aut pentastachya; involucro monophyllo umbellam subaequante; glumis ovatis obtusis; semine hinc convexo, inde plano. *Humb.* et *Bonpl. Nov. spec.* et *gen.* I. p.

Digitized by Google

164. distinctus videtur. Rhizoma huic horizontale repens, fusco-atrum, crassitie pennae columbinae; culmi 6-8 poll., striati, glabri, mucrone terminati, basi foliati; folia striata glabra basi vaginantia, culmo breviora, vaginae membranaceae, striatae glabrae rufescentes; umbella simplex, sub apice culmi pollicem circiter, involucrata; spiculae sessiles, ovato-oblongae, duas aut tres lineas longae, multiflorae; involucrum setaceum. Glumae concavae, striatae, membranaceae, glabrae, albidae. Stylus bifidus. Semen obovatum obtusum glabrum, basi nudum.

26. * C. *pannonicus*; culmo trigono aphyllo adscendente decumbente, spiculis subquinis oblongis obtusis brevissime pedicellatis, radice annuâ. *L. Syst. Veg.* p. 98. *Willd. Spec.* I. p. 273. *Vahl Enum.* II. p. 307. *Jacq. Fl. austr. app.* t. 6. *Host Gram. austr.* III. p. 47. t. 70. β? *Ortega Dec.* IX. t. 14. γ. minor vaginis foliorum laxis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 242.

Culmi pedales-semipedales, glabri laeves inferne vaginati, vaginâ supremâ longissimâ, nunc aphyllâ, nunc folio canaliculato laevi, brevi. Spiculae 1-5, inferiores 2-3 folio subjecto, reliquae nudae. Glumae ovatae, dorso virentes, margine albae aut ferrugineae; antherae apice membranaceae; stigma bifidum. Semen obovatum. In γ vaginae magis inflatae, spiculae breviores, involucri foliolum majus minus rigidum minusque rectum. Interdum culmus bilinearis, spiculâ 1, ut et in aliis Cyperis. In *arenosis salsis Ungariae et ad maris Euxini littora Sibth.*; β *in Pera*; γ. *in Madagascar*. ⊙.

27. C. *margaritaceus Thonning*; spiculis aggregatis oblongo-lanceolatis, involucrum quadriphyllum subaequantibus, foliis convoluto-subulatis culmoque rigidis. *Vahl Enum.* II. p. 307.

Culmi cespitosi, pedales et ultra, obtuse angulati, basi vaginis ferrugineis subbulbosi. Folia spithamaea, convoluta, subglaucescentia. Involucri foliola patentissima, rigida, acuta, 2 spiculis parum longiora. Spiculae 4-5, subpollicares, ungue dimidio latiores, circiter 20florae, nitidae, niveae; valvulae ovatae obtusae apice fuscescentes. In *Guinea. Isert* et *Thonning*.

28. C. *niveus Retz*; spiculis aggregatis valvulisque lanceolatis involucro diphyllo brevioribus, culmo debili filiformi. *Vahl Enum.* II. p. 308. *Retz Obs.* V. p. 12. *Willd. Spec.* I. p. 273.

Culmus nudus, 1½ped., obtuse angulatus; folia radicalia pauca brevia, angusta, uti foliola laevia involucri, quorum 1 spiculis triplo longius. Spiculae circiter 12, subpollicares, semiunguem fere latae, subinde 36florae, valde compressae, niveae, valvulis acutis, infimis sterilibus. In *nemorosis ad Midnapour, Tschandrancona. Koenig*.

Digitized by Google

29. C. *obtusiflorus;* spiculis aggregatis ovatis obtusis, involucro diphyllo brevioribus, foliis carinatis culmoque rigidis. *Vahl Enum.* II. p. 308.

Culmus 1/2ped., nudus, basi e foliis congestis bulbosus, angulis acutis. Folia radicalia plurima 2-3pollicaria, basi fusco-ferruginea. Involucri foliola rigida, subreflexa, unicum capitulo duplo longius. Spiculae circiter 11 in capitulo subgloboso, semiunguiculares, 18florae, sordide niveae, valvulis lineari-lanceolatis. In *Madagascar. Herb. Lamarck.*

30. C. *rubicundus Vent.;* spiculis aggregatis oblongis obtusis, involucro diphyllo brevioribus, foliis linearibus culmoque filiformi laxis. *Vahl Enum.* II. p. 308.

Culmi cespitosi spithamaei acute angulati nudi, basi vaginis foliorum ferrugineis. Folia angusta, nonnulla altitudine culmi. Involucri foliola patentia, unicum capitulo duplo longius, filiformia. Spiculae 8 unguiculares in capitulo subgloboso, circiter 18florae; valvulae teneriores quam in affinibus, ovatae, apice patulae, purpurascentes. In *Puertorico. Ventenat.*

31. C. *rigidus;* spiculis aggregatis obtusis involucro tetraphyllo brevioribus, foliis culmoque rigidis, radice repente. *Vahl Enum.* II. p. 309.

Similis praecedenti *rubicundo*, a quo praeter characteres datos differt: culmo semipollicari (?) obtusangulo, valvulis latioribus. Facies SCHOENI *mucronati;* radix pennâ anserinâ crassior, squamis ovatis fusco-ferrugineis tecta. Folia et involucra e rigiditate subpungentia, culmo altiora. Involucri foliola uti folia intus albida. Valvulae obtusae. Hic et 4 praecedentes (a *margaritaceo* ad *rubicundum*) et CYPERUS *pectinatus* ab omnibus differunt spiculis latis et valde compressis carinatis. In *Madagascar.* Ex Herb. *Lamarck.*

32. C. *globosus Allioni;* capitulo globoso, spiculis lineari-lanceolatis, involucro tetraphyllo longissimo dependente. *Vahl Enum.* II. p. 309. *Allione auct.* 49. C. *fascicularis Lam. Illustr.* I. p. 144. t. 38. f. 2. *Desfont. atl.* I. p. 144. (fide herbar.). β. C. *humifusus Clem.;* culmo humifuso triquetro, umbellâ simplici compositâque triphyllâ, spicis confertis lineari-lanceolatis, glumis obtusis apice subreflexis margine rubentibus. *Clemente Ensayo* p. 234. (fide *Clement.* et *Allion.*). γ. umbellâ composità.

Culmus rigidus, pedalis, angulis acutis; folia radicalia altitudine culmi, unicum altius, culmo parum latiora, canaliculato-triquetra. Involucri foliola capitulo multoties longiora, foliis simillima. Capitulum magnitudine juglandis. Spiculae numerosissimae, sessiles, unguiculares, circiter 20florae, valvulis lineari-lanceolatis obtusis, disco purpureis. β. nonnisi culmo humifuso differt ab α; a CYPERO vero *flavescente* culmis debi-

libus acutius angulatis, spiculis duplo angustioribus (semilineam fere latis), glumis triplo minoribus apice subreflexis, albidis, margine rubentibus nec flavis etc. Umbella bi-triphylla. Rachides cito floribus denudantur. γ. adeo similis C. *patulo Kitaib.*, ut, quoad iconem cli. *Host Gram. austr.* III. t. 74. facile eandem crederes, sed collatis exemplaribus amicissimi *Kitaibel* cum illis *Allionii* differre utrumque, inprimis vero *patulum* proceritate, partibus omnibus majoribus, robustioribus, foliis latioribus magisque glaucis, glumis obtusioribus, magis convexis nec complanatis, manifestum est. Mirum sane, ut a nostris Botanicis C. *patulus* commutatur cum *strigoso*, sic Cyperum quoque *globosum* γ cum *strigoso* commutari a Botanicis australibus. α-γ. In *pratis spongiosis ad flumen la Var. Bellardi.*; β. *in humidis circa Bornos et Valentiam et in Tetuan*. ♃.

33. C. *recurvus Vahl*; capitulo involucro triphyllo breviore, valvulis obtusis aristatis, aristis recurvatis, culmo foliisque setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 310.

Culmi plures digitales et ultra, basi foliosi, longitudine foliorum. Involucri foliola setacea, pollicaria. Capitulum piso parum majus globosum. Spiculae 10-20, vix unguiculares, angustae, circiter 20florae, valvulis laxis purpureis, aristae longitudine. Distinctissimus a C. *aristato*. *Ad Sierram Leonem. Ex herbario Thouini vel Lamarck.*

34. * C. *laevigatus*; capitulo globoso involucro diphyllo breviore, spiculis valvulisque obtusis. *Vahl Enum.* II. p. 310. *Rottb. Gram.* p. 19. t. XVI. f. 1. *Willd. Spec.* 1. p. 274. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 385.

Culmi pedales, trigoni, crassitie fere pennae anserinae, spongiosi, minime vero articulati. Capitulum avellanâ parum minus. Involucri foliola subulata canaliculata, majore erecto. Spiculae 14-30, 16-20florae, valvulis dorso striatis. In *promont. b. spei.*

35. C. *ornithopus Pers.*; culmis cespitosis incurvis; umbellâ sessili sublaterali; spiculis teretiusculis sublinearibus; involucro triphyllo longissimo. *Pers. Syn.* I. p. 61. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 245. *Sprengel pug.* II. p. 3.

Culmi dodrantales et ultra, filiformes, glabri sub apice umbelliferi. Folia basi triquetra, glabra, dodrantalia. Spiculae acuminatae subteretiusculae, lineares, pollicares circiter, 10florae, stramineae; glumae imbricatae sparsae obtusiusculae. Proximus C. *tetrastachys Desf.* differt: involucris brevioribus, foliis planis carinatis tenuissime serratis, spiculis 28floris, glumis acutis purpureis. *Spreng.* In *paludibus exsiccatis S. Domingo.* Confer Mariscum *filiformem* et Cyperum *filiformem*.

36. C. *sphaerocephalus Vahl*; capitulis globosis, spiculis ovatis obtusis, foliis convoluto-subulatis, culmo obtusangulo rigido. *Vahl Enum.* II. p. 310.

Rad. repens, crassitie digiti minimi. Culmus semipedalis. Folia radicalia 3-4pollicaria, viridi-glauca. Involucrum 2-3phyllum, foliola 2 capitulo avellanae magnitudine longiora. Spiculae 8-12, fere unguiculares, 8florae, flavo-ferrugineae, nitidae. In *promont. b. spei.* 2.

37. C. *striatulus Vahl;* spiculis capitatis ovatis complanatis, valvulis lanceolatis, involucro triphyllo, culmo acutangulo. *Vahl Enum.* II. p. 311. C. *compactus Lam. Illustr.* I. p. 144.

Culmi saepe pedales, foliis radicalibus duplo longioribus. Involucri foliolum alterum bipollicare, tertium longitudine capituli. Spiculae plures, multiflorae, pallidae. In *Madagascar. Commers.*

38. C. *cephalotes Vahl;* capitulo globoso involucro triphyllo breviore, spiculis complanatis valvulisque ovatis, culmo obtusangulo. *Vahl Enum.* II. p. 311.

Rad. fere sesquipedalis; culmus semipedalis, crassitie pennae columbinae. Folia 2, radicalia, altitudine fere culmi, vix 2pollic. lata. Capitulum fere juglandis magnitudine. Spiculae numerosissimae vix semiunguiculares, 14florae, confertissimae; valvulae carinatae virides, lateribus nitidiusculis fusco-ferrugineis. In *insulis nicobaricis in aquosis.*

39. C. *scirpoides Vahl;* capitulo globoso, spiculis teretibus, involucris foliisque canaliculatis recurvis rigidis. *Vahl Enum.* II. p. 311.

Rad. repens crassitie pennae cygneae; culmi vix pedales, obtuse angulati, rigidi. Folia radicalia culmo altiora, vix lineam lata, convoluto-canaliculata, extrorsum recurva. Involucri foliola 3 exteriora, 3 interiora, 5 capitulo longiora. Capitulum avellanae majus, globosum. Spiculae plurimae unguiculares, crassiores quam in ulla alia specie, 8-10florae, pallide fuscae, valvulis ovato-lanceolatis. Facies SCIRPI at valvulae bifariam lanceolatae. In *Guinea. Thonning.*

40. C. *coloratus Vahl;* capitulo ovato, spiculis oblongis, subquinquefloris, involucro pentaphyllo foliisque culmo longioribus laxis. *Vahl Enum.* II. p. 312.

Maxime affinis Sc. *micheliano*, similis CYP. *Hyllingaeoidi*, at squamae undique imbricatae. Culmus sesquipedalis, trigonus, foliosus. Folia plura, culmo saepe duplo altiora, linearia, laxa. Vaginae culmo parum ampliores, membranaceae. Involucrum dependens, foliolis 2 culmo longioribus, basi niveum. Capitulum avellanâ parum minus. Spiculae copiosae oblongae squamis ovatis mucronatis apice saepe flavescentibus. Stylus trifidus. Setae nullae. -- Alium e Guinea attulit foliis plurimis filiformibus 4-5pollicaribus dependentibus inter spiculas inferiores. An diversum? In *Guinea. Thonning.*

41. C. *Kyllingaeoides Vahl;* capitulo globoso, spiculis oblongis convexis subocto-floris, involucro tetraphyllo, foliisque carinatis laxis. *Vahl Enum.* II. p. 312. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 50. C. *dubius Rottb. Gram.* p. 20. t. 4. f. 5. fide herb. *Rottb.* *Willd. Spec.* I. p. 273. *Pers. Syn.* I. p. 61. (uterque excl. C. *leucocephalo Retz.*)

Facies exacte KYLLINGIAE *monocephalae.* Culmi plures palmares vel spithamaei, filiformes et tenuiores, basi foliosi, e vaginis bulbosi. Folia pauca, unicum saepe altitudine culmi; reliqua breviora angusta: vaginae aridae, fusco punctatae. Involucri foliola inaequalia, unicum tripollicare patentissimum, reliqua reflexa. Spiculae numerosissimae in capitulo duplo piso majore confertissimae, breves, 4-8florae, valvulae ovatae concavae obtusae. Semen oblongum triquetrum. Omnino diversus a sequente. In *Indiae orientalis umbrosis graminosis. Koenig. Noveboraco, Carolina* etc. *Pursh.* ♃.

42. C. *seslerioides Humb.* et *Bonpl.;* culmo obtuse trigono, glabro; foliis planis, margine scabris, culmo brevioribus; capitulo globoso, polystachyo; involucro triphyllo, capitulum longe superante; glumis acutis; semine triquetro, punctato-scabro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 168.

C. *Kyllingioidi Vahl* valde affinis. Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti semipedales striati basi foliati; folia lineari-graminea, acuminato-subulata, striata, basi vaginantia. Vaginae membranaceae striatae, glabrae, fuscescentes. Capitulum terminale e spiculis creberrimis, piso duplo majus. Spiculae ovatae, 2 lin. longae 10-12florae. Involucri folioia lineari-lanceolata, carinata, apice subulata, basi dilatata, concava, striata, glabra, inaequalia, spicam (capitulum?) sextuplo aut octuplo superantia. Glumae lanceolatae membranaceae glabrae flavescentes. Stylus trifidus. Semen obovatum, obtusum, mucronatum glabrum basi nudum. In *ripa fluminis Orinoci prope Atures.* ♃.

43. C. *divergens Humb.* et *Bonpl.;* radice tuberosâ; culmo triquetro, glabro; foliis planis, glabris, culmum subaequantibus; capitulo (oblongo-) subgloboso, polystachyo; involucro subtetraphyllo, capitulum superante, glumis mucronatis, semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 168.

Rad. perpendicularis teres solida, fibris pluribus ramosis. Culmus solitarius erectus semipedalis striatus basi foliatus. Folia lineari-graminea, obsolete striata, basi vaginantia. Vaginae membranaceae striatae, glabrae fuscescentes. Capitulum terminale densissimum, magnitudine Cerasi, e capitulis 3-4, spiculas 20-25 ferentibus. Spiculae oblongae, 4-5florae, basi bracteâ subulatâ brevi suffultae. Involucri foliola linearia reflexa glabra, margine serrulato-scabra inaequalia, spicam

Digitized by Google

(capitulum?) longe superantia. Glumae subrotundae, carinatae, obtusae, glabrae membranaceae flavescentes, mucrone brevi reflexo. Stylus trifidus. Semen obovatum, apicatum glabrum, punctato-scabrum, basi nudum. *Cam variegato.*

44. C. *leucocephalus Retz;* spiculis lato-ovatis capitatis, valvulis obtusis, involucro subquadriphyllo setaceo, foliis culmo filiformi brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 313. *Retz Obs.* V. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 273. sub C. *dubio.*

Rad. bulbosa, oblonga; culmi semipedales, folia graminea; involucrum plerumque polyphyllum, foliolo longiore pollicari. Spiculae 8-12, valvulis linearibus compressis, infimis longis. Stamen 1. *Retz.* In *nemorosis Tschandrancorae. Koenig.*

45. C. *pygmaeus Rottb.;* capitulis globosis glomeratis, spiculis ovatis planis, involucro polyphyllo foliisque culmo longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 313. *Rottb. Gram.* 20. t. 14. f. 4. 5. *Willd. Spec.* I. p. 274.

Radices longae capillares; culmi plurimi, digitales et minores, acutanguli. Folia radicalia linearia. Involucri foliola 4-7, patentissima. Capitulum solitarium (interdum 3-4) piso duplo majus. Spiculae numerosissimae parvae 10-12florae, valvulis lanceolatis, apice patulo minime reflexo cinereae. *Plukenet* synonymon *Vahlio* dubium. Saepius pro Sc. *micheliano* habitus. In *Ind. orient.*

b. *Umbellis contractis.*

46. C. *minutulus Vahl;* capitulis globosis, spiculis ovato-lanceolatis squarrosis involucro polyphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 314. C. *pygmaeus Cavan. Ic.* 6. p. 65. t. 568. f. 2.

Rad. fibrosa. Culmi pollicares, basi foliosi. Involucri foliola 3 culmo longiora. Capitulum vix magnitudine Ciceris. Spiculae numerosissimae, 12florae. Affinem esse C. *fasciculari* suo, sed multo minorem *Poiret Enc. meth.* VII. p. 245. In *Mauritania juxta flumen Sebu* (*Vahl*) *Jebu* (*Poiret.*)

47. C. *capitatus Retz;* spiculis lineari-oblongis capitatis, involucro triphyllo, culmo subangulato compresso medio folioso. *Vahl Enum.* II. p. 314. *Retz Obs.* IV. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 273.

Culmus 4poll., basi folium unum vel alterum, fasciculus in medio. Folia basi multum latiora, culmo parum longiora. Valvulae scariosae mucrone subaristato recurvo. In *India?* Vix hujus esse loci videtur C. *capitatus*, *Poir.*, culmo setaceo subanguloso cespitoso; foliis setaceis planis; capitulo terminali sub-3-phyllo; spicis agglomeratis sessilibus; glumis striatis obtusis viridibus. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 246, qui cum? citat *Retzium.* Descriptio *Poireti* haec est: Culmi gracillimi striati 3-6pollicares et ultra; folia culmi longitudine et

ultra, laevia, vaginâ membranaceâ albâ; spicae ovatae, acutiusculae, lineares et ultra, squamis raris striatis. Foliola involucri 2-3, inaequalia, foliis similia. In *sylvis in Madagascar. A. du Petit-Thouars.*

48. C. *mollis Poir.*; culmo anguloso subcompresso; foliis sublinearibus planis; capitulo terminali subtetraphyllo; spicis numerosissimis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 247.

Maxime affinis C. *capitato*, et vix nisi omnium partium magnitudine, spiculis crassioribus, involucro tetraphyllo diversus. Culmi molles cespitosi, pedales et ultra, striati, subangulosi, laevissimi, culmo breviores. Spiculae albo-virentes, semipollicares, sub 12florae, glumis subventricosis striatis, acumine obtuso. Folia involucri 3-4 longitudine fere foliorum, margine laevia. Semina parva triangularia. Cum C. *capitato A. d. P. Thouars.*

49. C. *filiformis Swartz*; spiculis tereti-subulatis erectis confertis, valvulis oblongis dorso convexis, foliis culmoque filiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 314. *Swartz prodr.* 20. *Fl. Ind. occid.* I. p. 120. *Willd. Spec.* I. p. 273.

Culmi 1-3pedales, foliaque laxa, longitudine culmi. Involucrum 2-3phyllum, foliolo 1-2 spiculis duplo longiore. Umbella simplex. Spiculae interdum tantum geminae, interdum plures, subpollicares filiformes, minime imbricatae, valvulis ferrugineo-punctatis. Pars rhachidis flosculo opposita nuda. Filamenta solitaria plerumque inter glumas terminales. In *graminosis nemorosis Jamaicae temperatioris australis.* Confer. MARISCUM *filiformem* et CYPERUM *ornithopoda.* Confunditur saepius cum sequente tenui.

50. C. *tenuis Swartz*; spiculis subulatis confertis horizontali reflexis, involucro subhexaphyllo lineari, culmo filiformi. *Vahl Enum.* II. p. 315. *Swartz prodr.* 20. *Fl. Ind. occid.* I. p. 119. *Willd. Spec.* I. p. 315.

Culmus pedalis, longitudine foliorum radicalium laxorum, vaginis nigricantibus. Involucri foliolum longius, quadripollicare, unicum umbellâ brevius. Umbella simplex, radiis brevissimis. Spiculae vix semipollicares, valvulis lanceolatis acute virentibus. Filamenta plerumque solitaria. In *graminosis montosis Jamaicae occid.*

51. C. *polystachyos Rottb.*; spiculis lineari-lanceolatis complanatis corymboso-fasciculatis confertissimis, involucro subpentaphyllo brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 315. (excl. syn. *Lam.* et *Desf.* ad *globosum* spectant.) *Rottb. Gram.* p. 39. t. XI. f. 1. *Willd. Spec.* I. p. 275. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 384. β. spiculis sessilibus. *Plukn. Mant.* 97. t. 416. f. 6.

Culmi sesquipedales, stricti, obtuse angulati, basi foliosi; folia palmaria, margine laevia, glauco-viridia. Involucri foliola 5-6, unum 3-4pollicare. Ochreae bidentatae. Umbellae radii plures

brevissimi ramosi. Spiculae 1/2pollicares, radiis umbellae quintuplo longiores, circiter 20florae, valvulae lineares mucronatae, latere purpureae. In *Ind. orient.*, *Arabia et Africa boreali et in Port Jackson.* 2. *Poiret*, cui, *Enc. meth.* T. VII. p. 246 β est α, huc cum? tulit C. *polystachyon Thunb. prodr.* p. 18. culmo trigono; umbellâ compositâ convexâ; involucris 5, spiculis lanceolatis; et hujus omnino videtur loci: possidemus enim in Herb. nostro exemplar capense, nomine *umbellati* inscriptum, quod minime est. CYPERI hujus sequentem definitionem dedit *R. Brown Prodr.* I. p. 214: C. spiculis lineari-lanceolatis confertissimis corymboso-capitatis, squamis acutis adpressis enervibus, involucris subpentaphyllis capitulo longioribus foliisque planis culmo laevi brevioribus, monetque plantam novae Hollandiae esse diandram, stylo bifido, quandoque radiis umbellae elongatis ludere.

52. C. *brunneus Swartz*; spiculis lanceolatis complanatis subsessilibus, involucro triphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 316. *Swartz Fl. Ind. occ.* I. p. 116.

Radices filiformes fasciculatae; culmus 2-3pedalis, acutangulus; folia radicalia rigidiuscula; umbellae radii numerosi, brevissimi, saepe nulli. Involucri foliolum unum longius. Spiculae lanceolatae ferrugineae valvulis nitidis. Setae 2 latiusculae ad latera germinis. In *India occidentali.*

53. C. *brizaeus Rich.*; spiculis linearibus teretiusculis, involucro triphyllo brevioribus, foliis retrorsum subscabris. *Vahl Enum.* II. p. 316. *Rich. Act. soc. h. n. par.* I. p. 106. C. spiculis oblongo-ovatis obtusis, umbellulis confertis aphyllis, foliis angustis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 51.

Variat culmo breviore, foliis latioribus, unico culmo longiore. Culmi sesquipedales, acutanguli; folia radicalia culmo dimidio breviora, vix 2 lineas lata, basi fusco-purpurascentia; involucri foliola 3-4pollicaria; spiculae copiosae in capitulo hemisphaerico magnitudine Avellanae, semipollicares, circiter 20florae, fuscae; valvulae oblongae, apice patulae. In *Cajenna Richard*; *in Puertorico Le Dru.*

54. C. *polyphyllus Vahl*; spiculis linearibus complanatis confertis divergentibus, involucro triphyllo filiformi, foliis linearibus culmum filiformem aequantibus. *Vahl Enum.* II. p. 317.

Culmus pedalis, obsolete angulatus. Folia radicalia basi vix lineam lata, sensim in setam attenuata. Involucrum reflexum, foliis angustius, longius bipollicare. Spiculae circiter 20, semipollicares, sessiles, 18-20florae, valvulis oblongis, obtusis, latere purpurascentibus. In *Guinea. Thonning.*

55. C. *oligostachyus Humb.* et *Bonpl.*; culmis cespitosis, erectis, trigonis, filiformibus; foliis setaceis, culmo (dimidio) brevioribus; umbellâ terminali, hexa- aut octostachyâ; involucro subtriphyllo, umbellâ quadruplo longiore; glumis

ovatis, emarginatis, mucronatis; semine trigono. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 164.

Rad. fibrosa; culmi striati glabri, basi foliati, 6-7poll.; folia glabra, basi vaginantia; umbella simplex; spiculae sessiles lineares multiflorae, 4 lin. longae. Involucri foliola setacea glabra. Glumae carinatae glabrae aurantiaco-fuscae. Stylus trifidus. Semen obovatum obtusum mucronatum glabrum fuscum basi nudum. In *planis calidis umbrosis convallis Bordonensis in Nov. Andalusia.* ⊙.

c. *Umbellae radiis elongatis spiculis terminalibus, umbellatis.*

56. C. *castaneus Willd.;* spiculis linearibus digitatis squarrosis, valvulis aristato-recurvatis, culmis foliisque setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 317. *Willd. Spec.* I. p. 278.

Radices capillares. Culmi plurimi digitales, palmares, acutanguli. Folia altitudine culmi, convoluto-setacea. Involucrum pentaphyllum, foliolis setaceis, 3 longioribus, ochreis truncatis. Umbella simplex, radiis 3, capillaribus, longior 2pollic. Spiculae circiter 14, patentes, unguiculares vel parum longiores, circiter 26florae: valvulae lineares aristâ uncinatâ, purpureo-fuscae. Variat colore dilutiore, culmo pollicari, spiculis omnibus sessilibus absque radiis lateralibus, involucris 2phyllis. In *India orientali.* ⊙.

57. C. *uncinatus Poir.;* culmo triquetro pumilo; foliis filiformibus; involucro triphyllo longo; spiculis sessilibus congestis lineari-oblongis; glumis obtusis, mucrone uncinato. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 247.

Affinis C. *castaneo Willd.* sed sessiles spicae et agglomeratae. Radix fibrosa, fasciculata; culmi cespitosi, erecti, graciles, 4-6pollicares, basi foliis 2-3 plerumque culmo brevioribus, laevissimis, vaginâ laxâ purpurascente. Spicae castaneae, compressae, pollicares, lineam latae, glumis carinâ viridibus. Folia involucri inaequalia, filiformia. Semina minima triangularia flava. In *Madagascar. Aub. d. P. Thouars.*

58. C. *Purshii;* capitulo subgloboso glomerato, spiculis linearibus suboctofloris; valvulis lanceolatis recurvato-acuminatis, involucro subdiphyllo longissimo. — C. *uncinatus Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 50.

Speciem hanc, quae maxime affinis videtur praecedenti, sequentibus describit cl. *Pursh:* Planta pusilla. Folia linearia glabra, longitudine culmi. Culmus setaceus, acute triqueter, biuncialis. Involucri foliola 2, interdum 3, unum culmo longius, structurâ foliorum. Capitulum conglomeratum, solitarium, ratione plantae magnum. Spiculae numerosae, divaricatae, lineari-oblongae, 6-8florae: valvulae lanceolato-ovatae, longe acuminatae, apice divaricato quasi uncinatim reflexae, nervosae, pallide castaneae, margine albidae. C. *pygmaeo* affinis.

In *inundatis petrosis fluviorum et lacuum Canadae, Noveboraci, et ad lacum Champlain.* ♂.

59. C. *amabilis Vahl;* spiculis linearibus digitatis, valvulis muticis, foliis convoluto-subulatis, culmo filiformi brevioribus, involucro longitudine umbellae. *Vahl Enum.* II. p. 318.

Species pulcherrima. Culmi plures fasciculati palmares, acutanguli. Folia radicalia, 1-1 1/2pollicaria, vaginis purpurascentibus. Involucrum tetraphyllum, praeter foliola 2 ad spiculas centrales. Ochreae truncatae. Umbella simplex: radii 6, erecto-patentes, longiores 1 1/2pollicares. Spiculae 3-7 unguiculares, tenues, 22florae, ferrugineo-purpurascentes, nitidissimae. Valvulae lineari-oblongae. In *Guinea. Thonning.* ⊙.

60. C. *microstachyus Vahl;* spiculis linearibus digitatis subquinquenis, valvulis mucronatis, umbellulae involucellis foliisque subulatis. *Vahl Enum.* II. p. 318.

Culmi palmares filiformes acutanguli longitudine foliorum convoluto-subulatorum. Involucrum univ. et part. subtriphyllum umbellis longius, ochreis truncatis. Umbella univ. 6-, partialis triradiata, longior pollicaris. Spiculae 3-5, 10-12florae, valvulis lineari-lanceolatis, mucronatis complanatis. In *Guinea. Thonning.* ⊙.

61. C. *autumnalis Vahl;* spiculis linearibus digitato-subternis, umbellâ involucrum diphyllum subaequante. *Vahl Enum.* II. p. 318. (excl., monente *Willd.* in *Berl. Mag.* p. 286. synon. *Clayton*, *Linn. Mant.* 180. et C. *complanato Willd.*). SCIRPUS *autumnalis Rottboell,* involucro diphyllo, paniculâ supradecompositâ, spicis terminalibus solitariis lanceolatis subtetraquetris. *Rottb. Gram.* p. 58. t. 17. f. 3. C. *juncoides Lam. Illustr.* I. p. 147. An Sc. *carolinianus Lam.?*

Facies Junci. Culmi 9pollic.-pedales, pennâ columbinâ tenuiores, triquetri, laxi, ut folia culmo breviora, altero saepe latiore. Involucri foliola interdum umbellâ parum longiora, 1 interdum semipedalia; partialis nulla. Ochreae truncatae. Umbella decomposita, radiis 10-12, longiores tri-quadripollicares, partiales 7-10, ultimi gemini. Spiculae raro solitariae vel 2, plerumque 3, 16florae; valvulae lineari-oblongae, latere ferrugineae, acutiores vel obtusiores. *Vahl* l. c., qui de synonymia *Rottboelli* omne dubium solvit. In *Ind. or. et Virginia, Carolina.*

62. C. *amentaceus Rudge;* culmo compresso nudo, umbellâ laxâ gracili; spicâ divaricatâ, apicibus squamarum deciduis, amentiformibus. *Rudge gujan.* p. 16. t. 19.

Habitus SCIRPI *sylvatici* 2-3pedalis. Rad. fibrosa ferruginea, nodulosa s. tuberosa, novam hinc inde prolem emittens, sed ne

Digitized by Google

quidem SAXIFRAGAE *bulbiferae* majorem. Culmus tenuis, basi foliosus. Folia radicalia culmo breviora, linearia, aspera, subtus isthmis transversis reticulata. Involucrum univ. tri-, partiale pentaphyllum, setaceum, umbellulis multo brevius. Umbella decomposita. Stigmata 3. In *Gujana*. — An a CYPERO *autumnali Vahl* vere diversus? *Swartz*.

63. C. *Haspan;* spiculis linearibus digitatis, umbellâ involucrum subdiphyllum subaequante. *Vahl Enum.* II. p. 320. *Willd. Spec.* I. p. 287. *Rottb. Gram.* p. 36. t. 6. f. 2. C. *aphyllus Rohr* in *Vahl Ecl. am.* II. p. 6.

Praecedenti *autumnali* tam similis, ut habitu solummodo robustiore et radiis umbellae spiculisque copiosioribus differre videatur. Folia nulla nisi vaginae 2-3 in ligulam lanceolatam desinentes, interior 5pollicaris. Spiculae 3-12. In *India orient.*, *insul. Trinitatis*, *Cajenna.*

64. C. *longifolius Poir.;* culmo triquetro basi longe folioso; umbellâ supradecompositâ; involucro polyphyllo longissimo. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 270.

Affinis praecedenti *Haspan;* culmi 1-11/2pedales, basi foliis 5-6, planis, mollibus, striatis, margine non asperis, culmo longioribus, semipollicem ad minimum latis, vaginâ laxâ membranaceâ basi purpurascente. Folia involucri 5-6 inaequalia. Umbella ter-composita praeter spiculas in centro sessiles. Radii numerosi patentes inaequales rigidi elongati laeves triangulares. Umbellulae involucro subulato polyphyllo radiis breviore. Spiculae fasciculatae sessiles parvae ovatae compressae rufescentes glumis ovatis acutis apice subreflexis. In *Madagascar. Aub. du Petit-Thouars.*

65. C. *aequalis Vahl;* spiculis subgeminatis linearibus, radiis umbellae numerosissimis aequalibus, involucro subnullo. *Vahl Enum.* II. p. 320. C. *prolifer Lam. Illustr.* I. p. 147. C. *papyroides Poiret Enc. meth.* VII. p. 272.

Culmus 11/2pedalis, crassitie fere pennae columbinae, obsolete angulatus. Folia nulla nisi vaginae 3pollicares, fuscae, in ligulam pollicarem desinentes. Involucrum squamae 3-4, semiunguiculares, ovatae. Umbella composita, radiis 50 et ultra, 11/2pollicaribus, capillaribus; partialis 1-2radiata vel 1flora. Spiculae semiunguiculares, 2oflorae, ferrugineo-flavescentes, valvulis oblongis obtusis. In *insula Franciae.*

66. C. *diffusus Vahl;* spiculis subgeminatis lineari-lanceolatis, umbellâ diffusâ, foliis culmo altioribus. *Vahl Enum.* II. p. 321.

Culmi sesquipedales, triquetri; folia culmo altiora, unguem fere lata. Involucrum subheptaphyllum, umbellâ longius; partiale 3-5phyllum, brevissimum. Ochreae obliquae, truncatae. Umbella supradecomposita, 10-12radiata: radii longiores spithamaei filiformes; partiales radiis 8-10, ultimae radiis 3-5 patentissimis. Spiculae solitariae, 2-3, laterales pedicellatae,

Digitized by Google

lineam longae, 10florae, valvulis mucronatis, margine fuscis. In *India orientali*. 2.

67. * C. *alternifolius*; spiculis linearibus, umbellis umbellulisque corymbosis, involucris alternis culmoque nudo substriato laevibus. *Vahl Enum.* II. p. 321. *Willd. Spec.* I. p. 289. *Jacq. Coll.* 2. p. 306. *Ic. rar.* II. t. 298.

Culmus crassitie fere pennae cygneae. Valde affinis sequenti; differt: culmo teneriore laevi, subtilissime striato, involucri foliolis angustioribus, margine tantum scabris, radiis capillaribus, spiculis linearibus, 26floris, valvulis lanceolatis. In *Madagascar*. 2.

68. C. *flabelliformis Rottb.*; spiculis ovato-lanceolatis, umbellis umbellulisque corymbosis, involucris alternis utrinque culmoque sulcato scabris. *Vahl Enum.* II. p. 322. *Willd. Spec.* I. p. 289. *Rottb. Gram.* t. 12. f. 2. C. *gradatus Forsk. descr.* p. 13.

Glaucus. Culmus bicubitalis, apice crassitie pennae anserinae, obtusangulus, sulcatus. Involucra alterna, circiter 20pedalia, semipollicem lata, semiamplectentia, triplici serie, ensiformia; involucella nulla, nisi squamae ovatae aridae. Ochreae in ligulam lanceolatam acutam desinentes, longior pollicaris. Pedunculi solitarii involucro duplo breviores, obscure triquetri, scabriusculi; partiales circiter 10 confertissimi, patentes, terminales 3-4. Spiculae 3-6, 12-14florae, valvulae ovatae. In *Arabia*. 2.

69. C. *Eragrostis Vahl*; spiculis sub-(4) ternis lanceolatis, obtusiusculis, valvulis ovatis, umbella triradiata, involucro diphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 323. C. *cruentus Retz Obs.* 5. p. 13.

Culmus pedalis et ultra, gracilis, acute trigonus, basi foliosus. Folia culmo breviora, laxa, vaginis sordide griseis. Involucrum patens, foliolis umbellà longioribus. Ochreae breves. Umbella simplex; radius longior 3pollicaris. Spiculae plerumque 4, interdum 3, semipollicares, circiter 20florae; valvulae obtusae, lateribus sanguineae. Semen ovato-subglobosum, fuscum. In *Tranquebaria*. *Roenig*.

70. * C. *elegans Vahl*; spiculis subternis linearibus, valvulis obcordatis mucronatis distinctis patulis, umbellà laxâ. *Vahl Enum.* II. p. 323. *Eclog. am.* II. p. 7. *Willd. Spec.* I. p. 278. *Rottb. Gram.* t. VI. f. 4. C. *laxus Lam. Illustr.* I. p. 146. *Sloane Hist.* t. 75. f. 1.

Culmus acute trigonus, pennâ columbinâ parum crassior; folia semiunguem lata; involucrum subheptaphyllum; foliolum unicum umbellâ longius, partiale 2-3phyllum umbellulâ brevius, setaceum. Ochreae brevissimae. Umbella composita, 8radiata, brevissima; radii longiores, quadripollicares, filiformes; partialis subtriradiata, radiis pollicaribus. Spiculae subternae

lineares, 13-14florae. Semina triquetra. In *Jamaica*, *Cajenna*, *Brasilia*. Cl. *Poiret*, qui et *elegantem* et *laxum* vidit, affinitatem non negans, utrumque distinguit ut speciem, huic et cum *alternifolio* tribuens similitudinem, ob umbellas laxas nutantes, culmos vix 1½pedales, spiculas pauciores, glumis viridibus margine albis obtusis, quae in *eleganti* rubellae, mucronatae.

71. C. *toluccnsis Humb.* et *Bonpl.*; culmo triquetro, glabro; foliis planis margine scabris, culmo brevioribus; umbellâ suboctoradiatâ; umbellulis subhexastachyis; involucro pentaphyllo, umbellam superante; glumis emarginatis, reflexo-mucronatis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl., Nov. gen.* et *spec.* I. p. 166.

Valde affinis CYPERO *laxo Lam.*, (*eleganti Vahl Ecl. am.* II. p. 7) inflorescentiâ tamen diversus. Radix fibrosa. Culmus erectus pedalis striatus basi foliatus. Folia lineari-graminea striata, basi vaginantia. Umbella composita terminalis, radiis 1-2poll. longis, intermediis brevissimis. Umbellulae solitariae sessiles, aut geminae, altera sessilis, altera pedicellata. Spiculae brevissime pedicellatae oblongae acutae multiflorae, 3-4 lin. longae. Involucri foliola foliis simillima, inaequalia; involucella 3-4phylla foliolis setaceis. Ochreae breves truncatae fuscescentes. Glumae ovatae obtusae concavae glabrae, margine membranaceae fuscescentes. Stylus trifidus. Semen ovatum, obtusum glabrum nigrescens basi nudum. In *montanis scopalosis frigidis nobilissimi montis Mexicani*, *Nevado de Toluca*. 4.

72. C. *simplex Humb.* et *Bonpl.*; culmis triquetris, glabris; foliis planis, margine scabriusculis, culmum (duplo triploque) superantibus; umbellâ subseptemradiatâ; umbellulis depauperatis, mono- aut distachyis; involucro pentaphyllo, umbellâ longiore; glumis acuminatis; semine trigono pulverulento-pubescente. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 166.

Variat rarissime spicis viviparis. Rad. fibrosa. Culmus erectus, 3-4poll.; folia lineari-graminea acuminata striata glabra basi vaginantia subpedalia. Umbella radiis inaequalibus triquetris, longioribus subpollicaribus, mono- aut distachyis. Spiculae lanceolatae acutae semipollicares multiflorae. Involucri foliola inaequalia, foliis simillima. Ochreae breves truncatae. Glumae ovatae carinatae membranaceae glabrae fuseo-virentes, purpureo-punctatae. Stylus trifidus. Semen subrotundum obtusum apicatum basi nudum. In *temperatis et frigidis Andium Novogranatensium*, *in monte Quindiu inter los Volcanitos et la Seja*. 4.

73. * C. *denudatus*; spiculis linearibus digitatis subsenis, valvulis lanceolatis apice patulis, involucro submonophyllo brevissimo. *Vahl Enum.* II. p. 324. *Willd. Spec.* I. p. 285.

Digitized by Google

Culmus sesquipedalis, pennâ columbinâ crassior, triqueter. Involucrum submonophyllum, semipollicare, partiale nullum. Ochreae brevissimae. Umbella composita, radiis 7-8, bipollicaribus; partialis subbiradiata, radiis vix unguicularibus. Spiculae 3-6, unguiculares, 26florae, fuscae, valvulis acutis. In *promont. b. spei.* ♃.

74. C. *tremulus Poir.*; culmo basi folioso; umbellâ decompositâ; spiculis subulatis; glumis obtusis, albo marginatis; involucro polyphyllo; foliolis 3 externis, umbellâ multo longioribus, asperis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 264.

Elegans, spiculis teneris viridi, flavo, et albo variegatis, culmi foliaque mollia flexilia. Culmi satis crassi, recti, laevissimi, striati, 3-4pedales, foliis fere planis margine asperis. Involucri folia maxime inaequalia, interiora angustissima; partialis fere filiformia, umbellulâ breviora. Umbella ampla, patens, radiis centralibus brevissimis simplicibus, fere fasciculatis, exterioribus elongatis, inaequalibus, apice umbelliferis; spiculis radiorum horizontaliter patentibus, glumis brevibus ovatis. Ochrea radiorum laxa cylindrica fusca bidentata. In *ripis Madagascar. Aub. du Petit-Thouars.*

75. * C. *compressus*; spiculis digitatis, subquaternis, lanceolatis; valvulis mucronatis latioribus membranaceis. *Vahl Enum.* II. p. 324. *Willd. Spec.* I. p. 282. *Plukn. Mant.* p. 97. t. 417. f. 2. *Sloane Jam.* I. p. 117. t. 17. f. 1. (*Vahl*) t. 76. f. 1. (*Pers.* et *Willd.*). *Rottb. Gram.* p. 27. t. 9. f. 3.

Culmi semipedales, acute trigoni. Folia culmo breviora. Involucrum 2-4phyllum, omnia umbellâ longiora. Ochreae (saepius) coccineae. Umbella simplex, radii plerumque 4, bipollicares. Spiculae 2-5, unguiculares vel semipollicares, 24florae, valvulis ovatis, mucrone patulo, striâ unâ alterâve purpureâ. Spiculae interdum flavescunt. In *pratis graminosis subhumidis Caribaeorum, Americae septentrionalis et in Ind. orientali. In Pedemontii udis spongiosis venire Loiseleur des Longchamps Fl. gall. p.* 29. ♃.

Obs. C. *compressus*; culmo trigono glabro, foliis glabris planis culmo longioribus, junioribus margine serrulato-scabris; umbellâ subquadriradiatâ; umbellulis tetra- aut hexastachyis; involucro hexaphyllo umbellâ longiore; glumis mucronatis, semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 167., laudatis licet *Vahl*, *Bottboell* et *Willd.* hic citatis, diversus videtur, ut magis ex descriptione adhuc patet: Rad. fibrosa; culmus erectus, 2-3 poll.; striatus, basi foliatus. Folia lineari-graminea, striata, basi vaginantia. Umbella 4-5radiata, radiis 1-1 1/2 poll. longis, intermedio brevissimo, subnullo. Spiculae alternae lineari-lanceolatae acutae compressae semipollicares, multiflorae. Involucri foliola linearia acuminata striata glabra inaequalia, apice serrulato-scabra, umbellâ duplo longiora. Glumae ovatae carinatae glabrae membranaceae virescentes margine ochraceae. Stylus trifidus. Semen obovatum obtusum glabrum fuscum basi nudum. *In calidis regni mexicani ad radices Jorullo.*

Digitized by Google

76. C. *jemenicus Rottb.*; spiculis lanceolatis subquaternis, involucro tetraphyllo setaceo scabro, culmo foliisque filiformibus incurvis. *Vahl Enum.* II. p. 325. *Rottboell Gram.* p. 25. t. 8. f. 1. *Willd. Spec.* I. p. 281. quoad *Rottb.*, excl., suadente *Vahl*, C. *jemenico Retz Obs.* IV. p. 11. culmo seminudo triquetro basi bulboso, involucro diphyllo, umbella subsimplici, spiculis linearibus.

Culmi plures, palmares, tenues, obsolete trigoni, uti folia, glauco-virentes; folia plurima, nonnulla longitudine culmi, rigida, vaginis pallide ferrugineis. Involucri foliola 2 umbellâ longiora, 2 breviora, incurva: partiale nullum. Umbella simplex 3-4radiata, radii 2 plerumque, subinde omnes, brevissimi et tunc capitulum globosum magnitudine fere juglandis. Spiculae 4, rarius 5-6, unguiculares, 12-14florae, valvulis lanceolatis, apice patulis, versus carinam dilute fuscis. Bulbum nunquam vidit *Vahl*. In *Arabia*.

77. C. *ochraceus Vahl*; spiculis lineari-oblongis globoso-capitatis patentibus, valvulis ovatis, involucro pentaphyllo umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 325.

Culmi plures fasciculati, pedales, rigidi, acute trigoni, basi foliosi, foliis pallide viridibus breviores. Involucelli foliola 5 in capitulo centrali. Umbella simplex triradiata, radio longiore semipollicari. Capitulum avellanâ majus. Spiculae copiosae, sessiles, unguiculares, 28florae, nitidae, plus minus intense flavae, valvulis ovatis. In *insulis St. Crucis. West.* 4.

78. C. *vegetus Willd.*; spiculis lanceolatis subglobosocapitatis compactis, valvulis ovatis uninerviis, involucro umbella longiore. *Vahl Enum.* II. p. 326. *Willd. Spec.* I. p. 283. CYPERUS *compressus Jacq. Hort. vind.* III. t. 12. CYP. *glomeratus Walt. Fl. car.* p. 70. CYP. *eragrostis Lam. Illustr.* I. p. 146. CYP. *declinatus Moench. meth.* p. 317. CYP. *monandrus Roth Catal.* I. p. 3. *Pers. Syn.* I. p. 63.

Glauco-virens. Culmus 1½pedalis, acute trigonus, inferne foliosus. Folia culmo breviora, lineari-lanceolata, margine serrulato-scabra. Involucri foliola 5 praeter nonnulla breviora ad capitulum centrale; partiale sub 2phyllum. Ochreae oblique truncatae pallide purpureae, subpunctatae. Umbella composita, universalis circiter 8radiata, radius longior pollicaris, partialis 3-4radiata patens. Spiculae plurimae griseae, valvulis acutis, in hortensi lanceolatae, 28florae, in spontaneo ovatae, 14florae. Umbella subinde simplex, interdum in capitulum contracta. In *America meridionali et Carolina*. 4.

79. C. *brachiatus Poir.*, culmo trigono basi folioso; foliis angustis linearibus brevibus; umbellâ compositâ; radiis lateralibus patentissimis; involucro subtetraphyllo, umbellâ longiore; spiculis sessilibus umbellatim agglomeratis oblongo-

Digitized by Google

lanceolatis; glumis acutis apice patentibus. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 259.

Formâ spicularum convenire cum C. *nudicauli*, sed post *vegetum* posuit. Rad. fibrosa, odorata; culmi graciles, striati, obtusanguli, 1 1/2-2pedales, basi foliis margine asperulis acutis culmo brevioribus, vaginis laxis scariosis albidis. Radii 3-5 maxime inaequales, exteriores 3-5pollicares, rigidi divaricati, ochreâ brevi truncatâ basi nigrescente; spiculae lucidae, lilacinae, largae, compressae, 8-10linearis, ovato-oblongae obtusae. Involucri foliola inaequalia. Semina parva nigra triangularia. In *Madagascar. A. du Petit-Thouars.*

80. C. *formosus Vahl;* spiculis ovato-lanceolatis capitatis, involucro subhexaphyllo longissimo margine scabro. *Vahl Enum.* II. p. 327. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 51.

Culmi crassitie pennae anserinae, acute trigoni, basi foliosi. Folia linearia. Involucrum partiale 2-3phyllum, umbellulâ brevius. Ochreae breves truncatae. Umbella composita, radiis circiter 10, 1 1/2pollicaris, teretibus; partialis pauciorîbus brevibus. Spiculae circiter 8, unguiculares, 20-30florae, flavescentes, valvulis linear-lanceolatis acutis, deciduis. In *Louisiana et Caribaeis. Herb. Juss.*

81. C. *rufus H. et B.;* culmo triquetro, angulis scabro; foliis subcarinatis, margine scabris, culmo brevioribus; umbellâ decompositâ, (sub) decemradiatâ; capitulis subglobosis, polystachyis; involucro subocfophyllo, umbellâ (duplo et) triplo longiore; glumis mucronatis, punctatis; semine trigono. *Humb. et Bonpl. Nov. gen. et spec.* I. p. 169.

Culmus 3-6ped., sulcatus glaber, crassitie digiti minoris; folia linearia sulcato-striata glabra, 6 lin. lata; umbella terminalis composita (in definitione: decomposita), radiis triquetris, pollicaribus, aut tripollicaribus; partiales umbellae 10- aut 12-radiatae; capitula solitaria; radii breviores umbellae universalis saepius capitulum solitarium loco umbellae partialis ferunt. Spiculae 30 aut 40 in quovis capitulo, oblongae, acutae, multiflorae. Involucri foliola foliis simillima, inaequalia; involucella di- aut quadriphylla, foliolis lanceolatis acuminatis, umbellâ partiali triplo longioribus. Ochreae semipollicares, acutae, fuscescentes. Glumae ovatae obtusae carinatae glabrae fuscae pellucido-punctatae. Stylus trifidus. Semen oblongum, acuminato-apicatum, fuscum, glabrum, basi nudum. In *inundatis frigidis altae convallis bogotensis inter Suacha et Chia.* 4.

82. C. *surinamensis Rottb.;* capitulis subglobosis glomeratis, spiculis ovatis, involucro longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 327. *Graminis tertia species Marcgr. Hist.* p. 1. *Rottboell Gram.* 35. t. 6. f. 5. *Willd. Spec.* I. p. 279. *Pers. Syn.* I. p. 62.

Similis SCIRPO. Variat: umbellis subcompositis, compositis et decompositis; rad. fibrosa; culmus 1/2-1 1/2pedalis, crassitie

pennae columbinae, rigidus, obtuse trigonus; folia radicalia nonnulla altitudine culmi, extrorsum margine serrulato-scabra, uti culmi, viridi-glaucescentia. Involucrum 5phyllum, foliola 2 fere longitudine culmi; partiale 2phyllum, umbellâ brevius, patentissimum, foliola in acumen unguiculare desinentia. Umbellae radii 5-13, longior pollicaris; partialis 3-6radiata. Capitula subglobosa, semine Coriandri duplo majora, e 3-6 minoribus conglomerata, squamulis 2 acutis. Spiculae minimae, 10 circiter in singulo capitulo, 1oflorae, stramineae, valvulis ovatis. In *Surinamo Rolander*, v. *Rohr*, in *Puertorico*. 4.

Obs. Utrum C. *surinamensis Humb.* et *Bonpl.*; culmo triquetro scabro, foliis subcarinatis, carinâ scabris culmo duplo (dimidio) brevioribus, umbellâ 6-13radiatâ, capitulis globosis solitariis aut ternis, involucro subpentaphyllo, umbellam superante, glumis acuminatis, semine trigono, *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 169 re verâ C. *surinamensis Vahl* ipse auctor cls. *Kunth* dubitat, et jure, ut ex descriptione patere videtur. Radix fibrosa, culmi caespitosi erecti pedales striati basi foliati; folia linearia graminea, striata glabra, culmo dimidio „(in definitione *duplo!*)" breviora, basi vaginantia. Umbella terminalis, 6-7radiata „(in definitione 6-13radiata)" radiis semipollicaribus aut pollicaribus, intermediis subnullis. Capitula globosa, polystachya, sessilia (?), intermedio sessili, lateralibus pedicellatis; spiculae oblongae, sessiles, 2 lin. longae, numerosae: involucrum foliolis lineari-gramineis, sulcatis glabris, carinâ scabris, apicem versus serrulatis; glumae ovatae, glabrae, carinatae, flavescentes, stylus trifidus, semen oblongo-lineare, glabrum, basi nudum. *In apricis calidis novae Andalusiae inter Bordones, Cumana et Quetepe.* 4.

83. C. *Manimae H.* et *B.*; culmo triquetro; foliis carinatis, scabris, culmo duplo (et triplo) breviores; umbellâ subsexradiatâ; capitulis ellipticis; involucro octophyllo, umbellam superante; glumis (infra apicem) mucronatis; semine triquetro, punctato-scabro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 168.

Rad. fibrosa; culmus erectus, 1½ped., striatus, glaber, foliatus; folia lincaria, acuminata, basi vaginantia, vaginae membranaceae, striatae, glabrae, bipollicares. Umbella terminalis radiis subpollicaribus, intermediis brevissimis, subnullis; capitula densa, polystachya, magnitudine fructus *Pruni spinosae;* spiculae oblongae, compressae, sessiles, 8-9florae. Involucrum foliolis lanceolato-setaceis, externe scabris, inaequalibus, patentibus. Ochreae truncatae fuscae. Glumae subrotundae, obtusae, carinatae, septemnerviae, glabrae fuscae. Stylus trifidus. Semen obovatum obtusum apicatum glabrum fuscum. In *opacatis humidis sylvarum Atabapensium et Orinocensium prope catarractas Manimi et Guarinuma.* 4.

84. C. *Luzulae Rottb.*; capitulis simplicibus glomeratisque ovatis, spiculis oblongis, involucro longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 328. *Rottb. Gram.* p. 23. t. 13. f. 2. (excl. s. n. auctore *Vahl*). *Willd. Spec.* I. p. 276. (qui vero

Digitized by Google

citat f. 3. *Rottb.*). CYP. *polycephalus Lam. Illustr.* I. p. 147. CYP. *conoideus Rich. act. soc. h. n. paris.* I. p. 106.

Culmus bipedalis, crassitie pennae columbinae, superne acutangulus, foliis pallide viridibus longior. Involucrum subheptaphyllum, umbellâ longius, duo interdum sesquipedalia. Ochreae oblique truncatae ferrugineae. Umbella simplex subradiata: radii longiores, bipollicares. Capitulo piso 2-4plo breviora, interdum e 3 vel 4 minoribus glomerata. Spiculae numerosissimae oblongae confertissimae pallide virentes, interdum latere ferrugineae. In *Sarinam*, *Cayenna Vahl*; *in S. Thomas Poiret.* 4.

Obs. Cl. *Vahl* l. c. fide quidem herbarii *Lamarck* C. *conoideum Rich.* eandem esse dicit speciem cum C. *Luzulae* s. *polycephalo*: attamen cl. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 249., qui utrumque in herbario *Lamarck* vidit, specie differre ait C. *conoideum Rich.*: „culmo triquetro folioso; umbellâ simplici; spiculis compactis obtuse conicis." Affinis omnino C. *Luzulae*, sed multo minor. Culmi recti, striati, basi foliis elongatis. Involucri *polyphylli* foliola angusta, longissima, vix margine scabra; spiculae sessiles, breves, congestae, compressae, squamis membranaceis brevibus obtusis, cinereis. Etiam cl. *Pers. Syn.* I. p. 62., distinguit ut speciem *conoideum* a *Luzula* affini. In *Guyana.* Attamen Kunth iterum sub C. *Luzulae* suo: culmo triquetro, foliis carinatis margine scabris culmum superantibus, umbellâ 10-1radiatâ, capitulis ovatis, involucro enneaphyllo, umbellam superante, glumis acuminatis, semine triquetro laevi, *Humb.* et *Bonpl.* I. p. 169 jungit CYPERUM *Luzulae Vahl* cum *polycephalo Lam.* et *conoideo Rich.* addens tamen sub fine: „Planta nostra a CYPERO *Luzulae Vahl*" (quem supra tamen adduxit) „differt radiis brevioribus, involucro enneaphyllo foliisque longioribus." Ex descriptione CYPERUS *Luzulae H.* et *B.* potius *conoideus* videtur, quod et patria suadet: Guyana. — Novum aliud adhuc dubium movet synonymon ex *Sloane jam.* t. 79. f. 1. adductum in *Willd. Spec.* I. p. 276. ad *Luzulam*, a *Vahlio* neglectum. Idem vero synonymon a *Vitmann Summ. plant.* p. 138 et ducitur ad C. *globulosum*: „culmo triquetro nudo, umbella foliosa, spicis compactis subrotundis flavicantibus" cui *Aubl. Guian.* et Caiennam pro patria assignat. Reliqui omnes hanc speciem non habebant.

85. C. *subbulbosus*; culmo seminudo triquetro basi bulbifero; umbellâ simplici, involucro triphyllo longo, spiculis linearibus conglomeratis, squamis obtusiusculis. C. *bulbosus Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 2.

Stylus trifidus. Variat: *α.* capitulis pedunculatis erectis. *β.* capit. pedunc. reflexis. *Patria ignoratur.* ⊙.

86. C. *filiculmis Vahl*; spiculis linearibus globoso-capitatis patentissimis, umbellâ subuniradiatâ, involucris triphyllis, culmis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 328. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 51.

Culmus pedalis, obsolete trigonus, angulis laevibus, longior foliis spithamaeis; involucrum erecto-patens, foliolis 2 umbellâ longioribus. Ochreae oblique truncatae. Radius bipol-

Digitized by Google

licaris. Spiculae confertae in capitulo globoso, piso duplo majore, uno in apice radii, altero ad basin, unguiculares teretiusculae, 10florae; valvulae laxe imbricatae, lineari-oblongae, obtusissimae, latere flavescentes. In *Carolina.*

87. C. *nudus H.* et *B.;* culmo triquetro, aphyllo, vaginato; umbellâ multiradiatâ umbellulis solitariis aut ternis, tristachyis; involucro diphyllo, umbellâ duplo breviore; glumis ovatis, subemarginatis, mucronatis; semine trigono. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 163.

Culmus erectus tripedalis triquetrus striatus glaber, basi vaginis 2-3, purpurascens; vaginae aphyllae, 3-6poll., culmum arcte involventes, acuminatae, striatae, glabrae; umbella terminalis, irregulariter decomposita; universalis 12-16radiata, radiis inaequalibus, dimidii aut unius pollicis, brevioribus umbellulas tres, longioribus umbellam partialem ferentibus; umbellae partiales 8-10radiatae, radiis 3-4 lin. longis; spiculae linearilanceolatae, acutae, sessiles, pauciflorae, 2-3 lin. longae. Involucri foliola linearia acuminata striata, glabra inaequalia; ochreae abbreviatae fuscae; glumae obtusae carinatae trinerviae glabrae membranaceae fuscescentes. Stylus trifidus. Semen minutissimum, oblongum obtusum apiculatum glabrum, basi nudum. In *alta convalli Tenochtitlensi ad lacum Tezeucensem inter Pennol de los Pannos et urbem Mexico.* 4.

d. *Umbellae radiis elongatis: spiculis alternis:*

88. C. *hyalinus;* spiculis oblongis multifloris remotiusculis squarrosis, valvulis ovatis attenuatis, involucro 6phyllo longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 329.

Affinis sequenti *conferto*: digitalis — 1/2pedalis; differt: foliis et involucris latioribus copiosioribus; spiculis latioribus, distantibus, squarrosis, paucioribus; valvulis attenuatis nec mucronatis, lateribus membranaceis obsolete trinerviis hyalinis. In *Ind. orient. Roal.* ⊙.

89. C. *confertus* Swartz;* spiculis oblongis confertis subgloboso-capitatis, patentibus, valvulis oblongis striatis mucronatis, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 329. *Swartz prodr.* 20. *Fl. Ind. occid.* I. p. 115. *Willd. Spec.* I. p. 276.

Culmi palmares — bipedales, acutanguli, basi foliosi, altitudine fere foliorum. Involucrum triphyllum, longissimum, tria foliola umbellâ breviora. Ochreae truncatae. Umbella simplex, radiis 4, triquetris. Spiculae circiter 14 (et 24), 8-10florae, valvulis striatis flavis. Filamenta 2-3. Semina trigona. In *Caribaeis. West.*

* Alius videtur C. *confertus Lam.:* „culmo triquetro; umbellâ decompositâ, foliosâ, confertâ; spiculis tenuibus acutis alternis" *Lam. Illustr. gen.* p. 145. n. 718. eôdem nomine adductus a cl. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 243. n. 46., qui tamen priùs C. *confertum Swartz* sub n. 44.

Digitized by Google

eôdem nomine adduxit. Si diversa species, ut certe est, alio fuisset nomine designandus, et, cum *confertus*, *congestus*, *conglomeratus* jam sit CYPERUS, nunc simili non amplius nomine utendum. Cl. *Vahl* non citat *confertum Lam.*; vidit *Poiret* l. c., qui affinem esse C. *stricto*, culmos rectos debiles striatos virentes subcompressos, umbellam brevissimam, radiis inaequalibus, brevissimis, spiculis alternis subsessilibus gracilibus acutis, glumis fuscis rufescentibus vix acutis describit, et involucrum 5-6-phyllum, foliolis longissimis inaequalibus linearibus acutis margine scabris. *In India orientali Sonnerat.*

90. C. *bidentatus Vahl;* spiculis oblongis subtrifloris confertis, valvulis oblongis acuminatis, involucro pentaphyllo longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 330.

Culmi plures pedales, acutanguli, foliis linearibus laxis breviores interdum. Ochreae truncatae. Umbella 4-5radiata, radius longior vix pollicaris. Spica semiunguicularis, flavescens, foliolo capillari brevi ad basin, spiculis parvis compressis, 3-4-floris. Valvulae oblongae, 2 infimae inaequales, steriles, reliquae acumine patulo, unde spiculae apice quasi bidentatae. In *Senegal*? 2.

91. C. *membranaceus Vahl;* spiculis oblongis confertissimis subsquarrosis, valvulis oblongis obtusis mucronatis laevibus, foliis involucrisque linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 330.

Affinis C. *nitenti*, differt: spiculis minoribus alternis, nec ex apice, minime nitidis; valvulae latere griseae, membranaceae, involucro pentaphyllo, umbellâ longiore, foliolo unico culmo dimidio longiore. In *India orientali.* ⊙.

92. * C. *pumilus;* spiculis lanceolatis, valvulis mucronatis, involucro diphyllo umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 330. *Linn. amoen. acad.* IV. p. 302. *Plukn. alm.* t. 191. f. 8. *Gaertn. sem.* et *fruct.* I. t. 2. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 282. *Pers. Syn.* I. p. 63. (uterque excl., teste *Vahl*, syn. *Rottboell*). Confer C. *atrum*, ad quem *Poiret* citat C. *nitidum Lam.*

Similis C. *compresso*, sed brevior; distinctus: glumis minus imbricatis et apice mucronatis, spiculae vix alternae, fere digitatae. *Linn.* l. c. In *India*

93. C. *nitens Retz;* spiculis lanceolatis glomeratis subsquarrosis mucronatis, valvulis obtusis, involucro triphyllo umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 331. *Retz Obs. spec.* 13. *Willd. Spec.* I. p. 275.

„Saepius sub C. *pumilo Linn.* ex India mittitur orientali. An diversus?“ *Vahl.* Accedit ad C. *squarrosum;* differt: spiculis latioribus nitidis, disco non flexuosis, minus squarrosis. Culmi 2-4pollicares, filiformes; foliorum radicalium uno alterove culmo longiore. Umbella 2-4radiata, radiis vix pollicaribus. Spiculae 14-sofloraе. In *India orientali. Roenig.*

94. * C. *squarrosus;* spiculis linearibus confertissimis, valvulis aristatis recurvis, foliis involucrisque linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 331. *Linn. Amoen. ac.* IV. p. 303. *Rottb. Gram.* t. 6. f. 3. *Willd. Spec.* I. p. 274. (excl. syn. Cyp. *pygmaei Rottb.*). Cyp. *maderaspatanus Willd. Spec.* I. p. 278. *Pers. Syn.* I. p. 62. teste *Vahl* et *Poiret.*

Culmi digitales, filiformes, foliis saepe breviores. Umbella simplex 3radiata. Spiculae 12florae, semiunguiculares, disco flexuosae, valvulis linearibus. In *India orient.* ⊙.

94. C. *filicinus Vahl;* spiculis lineari-lanceolatis remotiusculis, laxe imbricatis, involucro triphyllo umbellâ longiore foliisque laxis. *Vahl Enum.* II. p. 332. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 52.

Culmi semipedales, filiformes, acutanguli, longitudine foliorum laxorum; involucri foliola foliis similia; partiale nullum. Ochreae truncatae. Umbella subcomposita 3-4radiata, radius longior pollicaris; partialis triradiata, radiis brevissimis. Spiculae 4-8, vix unguiculares, 12florae, complanatae, patentissimae, laxe imbricatae, flavo-ferrugineae, nitidae, valvulis oblongis. In *Virginiae et Carolinae Septentr. paludibus.* 4.

96. C. *intactus Vahl;* spiculis linearibus remotis, involucro triphyllo foliisque rigidis. *Vahl Enum.* II. p. 332.

Similis C. *filicino;* folia rigida. Spiculae vero breviores et arctius imbricatae. *Habitat Galam. Ex Herb. Juss.* 4.

97. C. *olivaceus Vahl;* spicis corymbosis laxis, spiculis lineari-lanceolatis rectis, involucro umbellam aequante. *Vahl Enum.* II. p. 333.

Culmus sesquipedalis, gracilis. Differt ab *olido*: involucro brevi; radiis umbellae longioribus, pluribus; spiculis distantibus. In *promont. b. spei?*

98. C. *olidus Vahl;* spiculis lineari-lanceolatis arcuatis, umbellulis corymboso-fasciculatis, involucro triphyllo umbellâ triradiatâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 333.

Differt a C. *paniculato:* involucro triphyllo longiore, umbellâ universali triradiatâ, radiis 3-4plo longioribus; spiculis longioribus 32floris, arcuatis. In *America meridionali. Richard.*

99. C. *paniculatus Rottb.;* spiculis lineari-lanceolatis, umbellulis corymboso-fasciculatis, involucro subhexaphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 333. *Rottb. Gram.* p. 40. Cyp. *scopellatus Vahl Ecl. am.* 2. p. 7. *Rich. Act. soc. h. n. par.* I. p. 106. *Pers. Syn.* I. p. 62.

Culmus pedalis, acute trigonus, uti folia pallide virens. Folia culmo breviora, infima disticha, patentissima, 2-3pollicaria, rigidiuscula. Involucrum 5-7phyllum; foliola 3-4 umbellâ lon-

giora, unum 5pollicare. Ochreae breves, fusco-ferrugineae, bidentatae. Umbella composita, sub septemradiata, radiis 1 1/2pollicaribus et unguicularibus; partialibus capillaribus. Spiculae semiunguiculares, circiter 13florae, albidae vel flavae, valvulis lanceolatis. In *Surinam*, *Cayenna*, *Montserrat*.

100. C. *patens Vahl*; spiculis linearibus remotiusculis, valvulis oblongis mucronatis patentibus, involucro subtriphyllo, foliisque lineari subulatis. *Vahl Enum.* II. p. 334.

Culmi sesquipedales vel digitales, setacei, triquetri, longitudine foliorum. Involucri foliolum unicum umbellâ longius; ochreae compressae; umbella composita, subquadriradiata, radiis capillaribus; longiores 1 1/2pollicares. Spiculae 4-8, interdum 2, patentissimae, 36florae, valvulis patentissimis, lineari-oblongis, enerviis, latere albidis vel ferrugineis. Semina oblongo-subrotunda, compressa, nigra. In *Guinea*. *Thonning*. ⊙.

101. C. *flavidus Retz*; spiculis approximatis patentibus, valvulis imbricatis lineari-lanceolatis, involucro triphyllo subulato. *Vahl Enum.* II. p. 334. *Retz Obs.* V. p. 13. *Willd. Spec.* I. p. 279. *Pers. Syn.* I. p. 62. CYP. *divaricatus Lam. Illustr.* I. p. 145.

Culmi semipedales obsolete trigoni. Folia radicalia plurima, unicum inferne in culmo. Involucri foliola erecto-patentia, 2 umbellâ longiora. Ochreae breves. Umbella subsimplex: radii plerumque quatuor, longior 2-3pollicaris. Spiculae circiter 18, 20-30florae, in culta 50florae, sordide flavescentes, nitidae, valvulis lineari-oblongis. Semen pyriforme, triquetrum, nigrum. Stamen 1, ut *Retzius*. Ab antecedente *patente* differt: valvulis non patentibus apiceque non mucronatis. In *India orientali*, et *Lamarckii planta etiam in Madagascar*. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 256 et 257 *flavidum* a *divaricato* separat; sed *Vahl*, qui *Lamarckii* exemplaria culta vidit, conjungit.

102. C. *ater Rottb.*; spiculis ovato-lanceolatis, involucro subtriphyllo lineari-lanceolato, umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 335. CYPERUS *pumilus Rottb. progr.* p. 19. *Gram.* p. 29. t. 9. f. 4. CYP. *nitidus Lam. Illustr.* I. p. 145. teste *Vahl*; *Poiret* hunc vero ad *pumilum* citat.

Culmus palmaris et ultra acutangulus; folia lineari-lanceolata vaginis purpurascentibus. Involucri foliola 2 patentia, 2-3 umbellâ longiora, partiale nullum. Ochreae obtusae fuscae. Umbella subcomposita, sexradiata, radiis 1 1/2pollicaribus, 4 subaequalibus, 2 centralibus brevioribus. Spiculae 15, 4-6 in radiiis centralibus, infimae plerumque geminae, interdum ternae, rarius solitariae, unguiculares, sessiles, 16-18florae, luteae, fuscae, vel obscure purpureae, valvulis lineari-oblongis, obtusis. Descriptionem *Linn.* et figuram *Pluk.*, ut minus quadrantem, *Vahl* omisit. In *India orientali*. *Poiret* vidit in Herb. *Lamarcki* varietatem omnibus partibus minorem, spiculis paucioribus.

Digitized by Google

103. * C. *flavescens*; spiculis lineari-lanceolatis alternis confertis, glumis obtusis, involucro triphyllo umbellâ trifidâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 335. *Linn. Spec.* I. p. 68. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 117. *Willd. Spec.* I. p. 279. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 48. *Hall. Hist.* n. 1348. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 53. C. digynus, culmo triquetro nudo, umbellâ triphyllâ, spiculis lanceolatis, seminibus obtuse triquetris sublenticularibus. *Smith prodr. Flor. graec.* I. p. 31. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 33. t. 47. *Schkuhr Handb.* I. t. 7. *Host Gram. austr.* III. p. 48. t. 72. *Poiteau* et *Turp. Fl. paris.* t. 74. C. *terminalis Michaux* (fide herb. *Palis. de Beauv.* Non extat apud *Michaux.*) β. culmo altiore, spiculis longius pedunculatis. *Poiret voy. en Barb.* II. p. 89. *Enc. meth.* VII. p. 257. γ. minor, foliis setaceis. C. *flavescens* β. *Gaud.* l. c. δ. *castaneus*, pusillus, spiculis brevioribus castaneis. *Pursh* l. c.

Rad. fibrosa. Culmi basi tantum vaginis laxis glabris, digitales et sesquipedales, cespitosi, obscure triquetri, tenues, glabri. Folia culmum aequantia, vel parum breviora, mollia, angustissima, linearia, carinata, ad oras et carinam scabriuscula. Involucri folia (raro 4) inaequalia, maximum 1-1 1/2pollicare. Umbella e fasciculis s. umbellulis 2-4, solitariis spiculis saepe immixtis: spiculae subsessiles obtusae; glumae oblongo-ovatae, nitidae, dilute aut flavo-fuscescentes, carinâ viridi scabrâ. Stigmata 2. Semen lenticulare mucronatum, obsolete punctatum, nigro-fuscum. — β. differt caule firmiori, spiculis copiosioribus, pedunculis subinde pollicaribus, involucris subtetraphyllis. In *uliginosis pratis humidis Europae, Asiae minoris, Caucasi et Africae borealis*; β. *in littoribus Barbariae.* ♃!

104. * C. *fuscus*; spiculis lineari-lanceolatis alternis confertissimis, valvulis acutis, involucro sub-3-5phyllo longissimo foliisque linearibus, umbellâ 3-5-fidâ. *Vahl Enum.* II. p. 336. *Linn. Spec.* I. p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 280. *Hall. Hist.* n. 1349. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 118. *Gaud. Agrost. helv.* II. p. 50. *Fl. Dan.* t. 179. *Leers Fl. Herborn.* t. I. f. 2. *Schkuhr bot. Handb.* I. t. 7. *Host Gram. austr.* III. p. 49. t. 73. *Poit.* et *Turpin Fl. paris.* t. 75. C. trigynus, culmo triquetro nudo, umbellâ triphyllâ, spiculis linearibus, glumis laevibus, seminibus nitidis *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 32. *Sibthorp Fl. gr.* I. p. 34. t. 48. Cyp. *ferrugineus Forsk. descr.* p. 14.

β. Cyp. *virescens Hoffm.*; culmo triquetro, umbella composita triphylla, spicis linearibus confertis compressis, glumis acutis patulis. *Willd. Spec.* I. p. 280. *Hoffm. germ.* p. 16. *Schultz Fl. Stargard.* p. 15. *Pers. Syn.* I. p. 62. C. *viridis Krocker Siles.* n. 69. t. 13.

Digitized by Google

γ. Culmo altiore, pedunculis exterioribus multo longioribus apice subumbellatis. *Poiret voy. en Barb.* II. p. 90. *Enc. meth.* VII. p. 256. sub C. *fusci* β.

Differt a C. *flavescente:* culmis altioribus, magis exacte triquetris; foliis latioribus; umbellulis sessilibus et pedunculatis; pedunculis ochreâ laxâ albidâ oblique truncatâ; spiculis magis linearibus, atro-fuscis, glumis demum distinctis carinâ viridi. Semen elongatum, utrinque acuminatum, triquetrum, albidum aut dilute fuscum. In β. spiculae angustiores, glumae remotiores, dilutiores, et habitus tenuior. In *paludosis, pratis humidis totius Continentis Europae, Asiae minoris, et ad Caucasum.* β. *in Silesia, Argentorati et Stargardiae;* γ *in Barbaria et Aegypto.* ⊙.

105. C. *melanostachyus H.* et *B.;* culmis caespitosis, adscendentibus, triquetris, foliisque glabris, planis, culmo brevioribus; umbellâ (quinque et saepius) suboctoradiatâ, confertâ; umbellulis tetra- aut hexastachyis; involucro subtetraphyllo, umbellâ multo longiore, glumis subrotundis, acutis; semine compresso, punctato-scabro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 167.

Cypero *fusco* habitu affinis, semine praesertim compresso diversus. Rad. fibrosa. Culmi striati, semipedales, saepius humiliores, basi foliati. Folia lineari-graminea striata basi vaginantia. Vaginae membranaceae striatae glabrae fuscescentes. Umbella terminalis composita, radiis brevissimis, intermediis subnullis. Spiculae ovato-lanceolatae acutae sessiles multiflorae, 2 lin. longae. Involucri foliola linearia striata glabra, margine serrulato-scabra, inaequalia, patentia, umbellam superantia. Glumae concavae nitidae glabrae fusco-nigrae. Stylus bifidus. Semen obovatum acutum fuscum basi nudum. In *praeruptis temperatis regni Novogranatensis, ad radices Andium Qainduensium prope Combeina et inter Alto de Gascas et Santa Fe de Bogota.* ⊙.

106. C. *variegatus H.* et *B.;* culmo basi repente, adscendente, triquetro; glabro; foliis carinatis, carinâ margineque scabris, culmum subaequantibus; umbellâ subcapituliformi, subtriradiatâ; umbellulis penta- aut heptastachyis; involucro triphyllo, umbellam superante; glumis obtusis; semine compresso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener,* et *spec.* I. p. 167.

Culmus striatus, subpedalis, basi foliatus; folia linearia acuminata striata glabra, culmum subaequantia, basi vaginâ longâ. Umbella radiis brevissimis; spiculae lineari-lanceolatae sessiles multiflorae, 4 lin. longae. Foliola involucri foliis simillima. Glumae ovatae carinatae glabrae castaneae, margine carinâque albidae. Stylus bifidus. Semen subrotundum compressum apicatum glabrum basi nudum. In *calidis regni Mexicani prope rivum San Pedro Jorullensium.* 2.

107. * C. *difformis;* umbellâ subsimplici 3-6radiatâ, capitulis (globosis) polystachyis, spiculis confertissimis linearibus, squamis orbiculatis obtusis, involucro bi-triphyllo umbellam superante foliisque planis. *R. Brown Prodr.* I. p. 215.

α. culmo angulis apice laevibus, foliis aliquoties longior. C. *difformis Herb. Linn.* C. spiculis confertissimis globoso-capitatis; valvulis obovatis, umbellulis subbiradiatis, involucro diphyllo umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 337. *Willd. Spec.* I. p. 280. C. digynus, culmo triquetro nudo, umbellâ foliosâ, spiculis linearibus arcuatis, glumis ventricosis retusis. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 31. *Sibthorp Fl. graec.* t. 46. *Rottboell Gram.* t. 9. f. 2. *Plukn. Alm.* t. 192. f. 3. et t. 417. f. 5.

β. culmo angulis apice scabris, foliis parum longior.

Rad. fibrosa; culmus 1/2-1 1/2ped., trigonus, flaccidus. Folia culmo breviora, pauca, linearia, laxa. Involucri folium, interdum tertium interius umbellâ brevius, reliqua longiora, unicum saepe semipedale, partiale nullum. Ochreae truncatae mucrone obtuso. Umbellae radii 5-9, longiores pollicares, setacei, partiales plerumque 2, horizontales. Spiculae confertissimae in capitulo laxo piso parum majore, 26florae, semiunguiculares lineares convexae; valvulae obovato-subrotundae, versus dorsum saepe fuscae, deciduae. In *India orientali et Guinea ad Patras; in nova Hollandia; α. ad Endeavour river. β. Ad portum Jackson.* Occurrere quoque a *Loiseleur* (notice p. 152.) dicitur *Vercellis* et *Novarrae* in Pedemontio, et in *Valentia*... an certe? ♃?

108. C. *poaeformis Pursh;* spiculis oblongis complanatis fasciculato-corymbosis: fasciculis sessilibus pedunculatisque, involucro triphyllo longissimo. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 50.

Planta spithamaea. Folia angusto-linearia, glabra, vix culmi longitudine. Culmus trigonus, glaber. Involucrum triphyllum, phyllis binis longissimis. Fasciculi florum ovati, sessiles, uno alterove brevi-pedunculato. Ochreae truncatae, coloratae. Spiculae ovato-oblongae, circiter octo, breves, 4-6florae: valvulae ovatae, obtusae, carinatae, flavescentes. In *campis arenosis Carolinae australis* etc. An C. *difformis*? ♃.

109. C. *curvatus Vahl;* spiculis lineari-lanceolatis complanatis approximatis incurvis, involucro subtriphyllo subulato umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 338.

Facie varietatis C. *stoloniferi.* Rad. fibrosa. Culmi pedales, acute trigoni, basi foliosi, superne torti. Folia linearia convoluta. Involucri foliola duo erecta, umbellâ duplo longiora, tertium brevius. Ochreae oblique truncatae. Umbella simplex 2-3-radiata, longior pollicaris. Spiculae circiter 11, inferiores geminatae, reliquae solitariae, 26-28florae, plerumque incurvae;

valvulae lanceolatae obtusiusculae, latere sordide flavescentes. In *India orientali. Koenig.* 4.

110. C. *stoloniferus Retz;* spiculis confertissimis linearilanceolatis convexis, involucro subtriphyllo subulato, culmo acutangulo, radice tuberosa. *Vahl Enum.* II. p. 338. *Willd. Spec.* I. p. 282. *Retz Obs.* IV. p. 10. C. *spadiceus Lam. Illustr.* I. p. 147.

Variat culmo pedali, foliis brevioribus, angustioribus, pallide viridibus; umbellis 2-3radiatis, spiculis 4 pallide viridibus apice purpurascentibus vel totis pallide purpureis, interdum spiculis glomeratis absque radio. — Rad. tuberosa, semipollicaris, zonata, tecta setis pollicaribus nigris, stolonibus membranis fuscis vaginatis. Culmi semipedales, acute trigoni, basi foliis vaginati margine laevibus. Folia 2-3 loco involucelli ad spiculas centrales, 1 umbellâ 1½ vel duplo longius, extrorsum convoluto-subulata. Ochreae obtusae. Umbella simplex, radii 5, longior 1½pollicaris; spiculae fere 9, unguiculares, 18-20florae, obtusae, valvulis concavis obtusis purpurascentibus, margine albidis. In *India orientali. Koenig.* 4.

111. C. *cespitosus Poir.;* culmo filiformi triquetro; foliis linearibus planis; involucro triphyllo elongato; spiculis umbellatim subsessilibus agglomeratis; glumis obtusis dorso purpurascentibus. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 251.

Rad. fibrosa. Culmi graciles, 6-8pollicares. Folia quaedam etiam fere filiformia, omnia cespitosa, acuta, culmo breviora. Spiculae lineari-oblongae, compressae 5-10, glumis ovato-subrotundis, margine scariosis. In *fissuris rupium insulae Madagascar. Aub. d. Petit-Thouars.*

112. C. *conglomeratus Rottb.;* spiculis ovatis confertissimis, culmo subtrigono, foliis canaliculatis. *Vahl Enum.* II. p. 339. *Willd. Spec.* I. p. 275. *Rottb. Gram.* 21. t. 15. f. 7. C. *arundinaceus? Forsk. Fl. arab.* n. 45. C. *strictus Lam. Illustr.* I. p. 146.?

Caulis pedalis et ultra, crassitie digiti minimi, vaginis aridis, flavescentes. Folia radicalia plurima, nonnulla culmo altiora, tenacia glauca. Involucrum tetraphyllum laxum. Ochreae obtusae. Umbella simplex, radii brevissimi, pauci. Spicae breves, 14-16florae, ovatae, griseae cum tinctura purpurascente: valvulae ovatae concavae. Valde affinis praecedenti *stolonifero.* In *Arabia.* 4. Licet cl. *Vahl* C. *conglomeratum* junxisset cum *stricto Lam.*, hujus tamen descriptio in *Poiret* multum differt (*Enc. meth.* VII. p. 253); culmi enim in hoc graciles debiles subcompressi, basi foliis mollibus angustissimis linearibus acutis culmo brevioribus; umbella parva; involucrum triphyllum, foliolis inaequalibus, firmiusculis, angustissimis, umbellâ, alterum et culmo, longioribus. Radii breves, valde inaequales, paniculam parvam spicularum sustinentes ovatarum, compressarum obtusarum cinerascentium, valvulis obtusis. In *Java. Commers.*

113. C. *scoparius Poir.;* culmo triquetro angulis asperis; umbellâ decompositâ strictâ; spiculis sparsis paucifloris; involucro subtetraphyllo maximo denticulato; involucellis brevissimis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 253.

Culmi alti, subcompressi; folia involucri inaequalia, pollicem lata, sesquipedalia, firma, striata, acutissima. Radii umbellae firmi, congesti, subcompressi, 2-3pollicares, basi ochreâ cylindricâ membranaceâ laxiusculâ pollicari, apice inaequaliter truncatâ. Spicae graciles elongatae fasciculatae, inaequales, bipollicares; spicularum glomeruli sparsi; spiculae parvae, ovatae, acutae, subcylindricae, sessiles, 4-6florae, rubellae. Glumae ovatae acuminatae margine albae scariosae. Involucri partialis foliola 3-4 inaequalia, subulata, 2/3 spiculis breviora. In *Madagascar. Aubert du Petit-Thouars.* 2.

114. C. *involucratus Poir.;* culmo triquetro inferne folioso; umbellis spicatis subcylindricis; involucro longissimo polyphyllo aspero; spiculis minimis glumis acutis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 253.

Medium quasi tenere C. *ligularem* inter et *alopecuroïdem.* Culmi bipedales, laeves, firmi; folia longitudine fere culmi angusta flaccida, denticulata, vaginâ tenuissimâ scariosâ. Involucri foliola 3-4 bipedalia, pendentia, angusta, denticulata. Radii umbellae inaequales, 1-3pollicares, congesti, rigidi, basi ochreâ laxâ 2dentatâ dentibus subulatis. Spicae crassitie calami cygnei, 1-2pollicares, spiculis sessilibus fasciculatis fuscis, glumis acutis. Involucra partialia nulla, aut foliolis subulatis acutis. In *Madagascar. Aubert du Petit-Thouars.*

115. C. *torosus Vahl;* spicis corymbosis patentibus, spiculis teretiusculis, involucro subtriphyllo umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 339. C. *strigosus Rottb. Gram.* t. 11. f. 3.

Culmus acute angulatus. Involucrum 2-4phyllum, margine carinâque scabrum: partiale nullum. Ochreae truncatae. Umbella simplex, 5-6radiata, radius longior pollicaris; partialis 3-5-radiata radii brevissimi. Spiculae 4-8, unguiculares, circiter 20florae, valvulae ovatae obtusae, convexae, totae spadiceae. A C. *strigoso Linn.* toto coelo diversus. In *India orient.*

116. C. *bicolor Vahl;* spiculis linearibus convexiusculis ternis, involucro diphyllo, umbellâ triradiatâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 340.

Culmus bipedalis, acute trigonus; folia culmo breviora, angusta, carinata margine laevia. Involucri foliola foliis parum angustiora, umbellâ sesquilongiora. Umbella simplex. Spiculae pollicares, angustae, 36florae nitidae, valvulae oblongae, obtusae, albo-virentes, striâ dorsali unica, lateribus fuscis, margine laevi. In *promont. b. spei vel insulâ Franciae. Stadtmann.*

117. C. *tuberosus Rottb.*; spiculis lineari-lanceolatis convexiusculis, involucro triphyllo, umbellâ quinqueradiatâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 340. *Willd. Spec.* I. p. 281. *Rottb. Gram.* t. 7. f. 1. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 52.

Glaucus; radix tuberosa magnitudine coryli, stolonifera ut in C. *stolonifero*. Culmi saepe bipedales, acute trigoni, basi foliosi, plerumque immaculati, interdum punctis paucissimis purpureis. Folia altitudine culmi. Involucri foliola omnia umbellâ longiora, unicum 1/2pollicare. Ochreae truncatae albidae vel purpurascentes. Umbella simplex. Radii 5-6, longior bipollicaris, semiteretes. Spiculae 3-10, vix semipollicares, inferiores remotiusculae, patentes, 24florae, acutae, valvulis ovatis, pallide virentibus vel latere purpureis. In *India orientali*, *Pensylvania ad Carolinam*, *ubi radices dulces ab infantibus comedantur*. 4.

118. C. *pustulatus Vahl*; spiculis lineari-oblongis, confertissimis, convexis obtusis, valvulis margine sphacelatis, involucro umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 341.

Culmus pedalis acute trigonus. Folia culmo breviora, linearia, angusta. Involucrum universale 3phyllum, 2 umbellâ longiora, unicum semipollicare, partiale vel nullum, vel foliolum 1-2, setaceum, umbellulâ brevius. Ochreae oblique truncatae, purpurascentes. Umbella composita, 4-5radiata, radius longior subtripollicaris; partialis 2-3radiata, radiis brevibus. Spiculae 4 8, vix 2 lineas longae, 10-12florae, convexiusculae, valvulae virides maculâ atropurpureâ. Differt a sequenti: spiculis triplo brevioribus, oblongis, nec lineari-lanceolatis, ochreis minime aristatis. In *Guinea*. *Thonning*.

119. C. *sphacelatus Rottb.*; spiculis lineari-lanceolatis complanatis acutis, valvulis margine sphacelatis, involucro subtetraphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 341. *Rottb. Gram.* 26. C. *hexastachyos Swartz Fl. Ind. occid.* I. p. 117.

Culmus sesquipedalis vel brevior, acutangulus, inferne 2-3foliatus, interdum flavescens. Folia culmo breviora, linearia, superne margine scabra, pallide viridia. Involucrum 3-4-6-phyllum, 2-3 umbellâ longiora, structurâ foliorum; partiale aut nullum, aut foliola 2 setacea umbellulâ breviora. Ochreae aristatae. Umbella subcomposita 3-7radiata, radii filiformes, longior interdum 4pollicaris; partiales brevissimi 3-4stachyi; radii indivisi interdum 4-10stachyi. Spiculae vix pollicares, remotiusculae, erectae, circiter 24florae: valvulae oblongae obtusiusculae, carinam versus pallide virentes, margine laeves, maculâ ibidem atro-rubente. In *Surinamo*, *Cajenna*, *Puerto-Rico; Guinea*. *Thonning*.

120. C. *pallescens Desfont.*; spicis corymbosis, spiculis lineari-lanceolatis, involucro umbellâ breviore. *Vahl Enum.* II. p. 342. *Desfont. Fl. atlant.* I. p. 45. t. 9.

Digitized by Google

C. *longus Poiret voy. en Barb.* II. p. 260. ipso teste in *Enc. meth.* VII. p. 360.

Culmi basi crassitie fere digiti minimi, superne acutanguli. Folia pauca culmo longe breviora, vaginantia, margine tenuissime serrata. Involucrum 3-4phyllum. Umbella composita 5-12radiata. Spiculae 4-12, horizontales, primum albae, dein pallide rufae, valvulis concavis obtusiusculis, margine membranaceis. *Desfont.* In *Barbaria, et in paludosis circa Malaccam vulgaris, fide cl. Agardh.*

121. C. *ferrugineus Poir.*; culmo triquetro; foliis ensiformibus subcoriaceis; involucro longissimo polyphyllo; umbellâ decompositâ brevi subagglomeratâ; radiis apice paniculatis; spiculis lanceolatis acutis. *Poir. Enc. meth.* II. p. 261.

Fibrae magnae fasciculatae; culmus rectus striatus, 1/2pedalis; folia alterna, satis lata, culmo breviora, margine aspera, vaginâ laxâ, membranaceâ, fortiter striatâ. Involucrum 6-8-phyllum, umbellis longius, longiora 8-10pollicaria. Ex eorumdem axillis radii plures breves graciles inaequales, spiculis subsessilibus 3-4linearibus, lucidis, fusco-rubris fere atris, valde compressis, squamis parvis ovatis, vix acutis. In *Madagascar. Aub. du Petit-Thouars.*

122. C. *rigidulus Vahl*; spiculis linearibus confertissimis, involucro diphyllo, umbellâ uniradiatâ longiore foliisque filiformibus rigidis. *Vahl Enum.* II. p. 342.

Culmi spithamaei, filiformes; folia altitudine et latitudine culmi: vaginae purpurascentes. Involucrum erectum, foliolo uno bipollicari. Ochrea oblique truncata, purpurascens. Spiculae 6-12, semiunguiculares, 12florae, purpureae, valvulae oblongae, obtusae. In *India orientali.*

123. C. *bulbosus Vahl*; spiculis lineari-lanceolatis distantibus, involucro umbellâ uniradiatâ longiore foliisque setaceis, radice bulbosa. *Vahl Enum.* II. p. 342.

Bulbus magnitudine pisi, tectus valvulis ovatis, nigris, apice in setas plurimas divisis, cum bulbo alio ferrugineo in axilla. Culmi solitarii spithamaei, obsolete triquetri, filiformes. Folia 5-7, plurima altitudine culmi, convoluto-canaliculata, laxa; vaginae fusco-ferrugineae. Involucrum universale et partiale monophyllum, (interdum partiale deest) setaceum, infimum quintuplo longius. Rhachis vix pollicaris, flexuosa. Spiculae 15, alternae, plerumque geminatae, saepe semipollicares, compressae, 12-14florae, purpurascentes. Stylus trifidus. *Ad Senegal, in Guinea et India orientali. Juss. Thonning, Koenig.*

124. C. *tetrastachyus Desfont.*; spiculis lineari-lanceolatis subquaternis, involucro subtriphyllo umbellâ breviore foliisque filiformibus. *Vahl Enum.* II. p. 343. *Desfont. Fl. atl.* t. 8.

Digitized by Google

Valde affinis C. *rotundo*; differt: culmo teneriori filiformi; foliis angustioribus fere filiformibus, brevioribus; involucris filiformibus, umbellâ brevioribus; spiculis duplo longioribus. *Vahl. Poiret Enc. meth.* VII. p. 242 vero ait: valde affinem esse C. *pannonico*, et ab hoc differre: spiculis longioribus magis compressis arcuatis, involucro spiculis breviore, glumis acutis nec obtusis, culmo magis erecto, altiore, (pedali-bipedali), foliis latioribus. Nos in exemplari nostro, quod ipsi clo. *Desfontaines* debemus, nullam prorsus cum *pannonico* affinitatem videmus, sed omnino cum *rotundo*. In *Algiria ad ripas Faddah.*

125. * C. *rotundus*; umbellâ foliosâ supradecompositâ, spiculis lanceolatis acutis, tuberibus oblongis. *Smith Prodr. Flor. graec.* I. p. 29. C. spiculis lineari-lanceolatis subsenis, involuero subtriphyllo umbellâ longiore, foliisque linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 344. C. culmo subnudo, umbellâ decompositâ, spicis alternis linearibus. *Linn. Spec.* I. p. 67. (excl. *Flor. zeyl.* p. 36. et C. *hexastachyo Rottb. Gram.* t. XIV. f. 2.). *Willd. Spec.* I. p. 283. *Desf. Fl. atl. Emend. altera* in *Schrad. neu. Journ.* T. 3. p. 254. *Decand. Fl. fr.* III. n. 1803. (excl. syn. *Linn.* in utroque.) C. *olivaris Targ. Tozzetti*, *lettera sopra una specie distinta di Cipero.* p. 6. *Mem. Soc. ital.* T. XIII. (excl. quib. syn.). C. esculentus *Gouan Fl. monsp.* p. 388. *Vill. dauph.* II. p. 182. *Savi Fl. Pis.* I. p. 140. C. orientalis, radice olivari, spicis longis, e spadiceo purpurascentibus. *Scheuchz. Agrost.* p. 391. t. 9. f. 3. C. rotundus *Camer. epitome* p. 10. *ic. Joh. Bauh. hist.* II. p. 502. β. C. rotundus vulgaris *Bauh. Pin.* p. 13. *theatr.* 210. *c. ic. Moris. Hist. S.* VIII. t. 11. f. 1. teste *Poiret Enc. meth.* VII. p. 265. C. rotundus pumilus? *Clus. cur. post.* p. 72.

Variat involucris umbellâ longioribus vel aequalibus, frequentius vero longioribus, spiculis magis vel minus purpureis. Rad. fibrosa, hinc inde tuberosa, (tuberibus odoratis, amaro-resinosis, non edulibus). Culmi sesquipedales, acute triquetri, basi foliis interdum altitudine culmi, laxis, margine laevibus. Involucrum 2-3-(et 4-)phyllum. Ochreae truncatae, pallidae, basi purpureae. Umbella simplex, radiis 3-4, filiformibus, longior 2-3pollic. Spiculae 2-6, unguiculares, parum distantes, 10-12florae, acutae, valvulae latere purpureae, laeves, margine membranaceae. *Vahl.* In *Arabia*, *Aegypto*, *Paro*, *Naxo. An in India orientali? in nov. Holland.* 4. — Exemplaria nostra aegyptiaca, et gallica optime quadrant cum italicis C. *olivaris* cli. *Targione Tozetti.* Aliud specimen e *Porto-Ricco* possidemus, nomine C. *odorati*, minime a *rotundo* s. *olivari* hocce diversum.

126. C. *hexastachyus Rottb.*; foliis gramineis linearibus molliusculis glaucis, umbellâ simplici flaccidâ, spicis linearibus alternis subsenis. *Rottboell Gram.* p. 28. t. 14.

f. 2. C. *rotundus Linn. Syst. veg.* 98. C. culmo triquetro subnudo, umbellâ decompositâ, spicis alternis linearibus. *Linn. Fl. zeyl.* p. 36. C. umbellâ 4-5radiatâ simplici, spicis 4-6 alternis linearibus, squamarum lateribus enervibus obtusis, involucro 2-3phyllo umbellam paullo superante foliisque planis margine scabriusculis culmo laevi brevioribus. *R. Brown Prodr.* I. p. 216.

Cfs. *Brown* l. c. addit: C. *rotundus* fide Herb. *Herrmanni:* nullum enim exemplar possidebat *Linnaeus* cum *Spec.* Plant. primâ vice edidit; postea sub hoc nomine speciem a zeylanica valde diversam charactere ab illo dato tamen melius convenientem in Herbario suo posuit. Confer quoque *Targion. Tozzetti* ad C. *rotundum* supra citatum. In *Ind. orient.*, *Zeylona*, *et port. Jackson.* 4.

127. * C. *glaber;* culmo triquetro nudo laevi, umbellâ triphyllâ, floribus glomeratis, inferioribus brachiatis, foliis glabris. *Linn. Mant.* 2. p. 179. *Willd. Spec.* I. p. 283. *Pers. Syn.* I. p. 63. *Seguier veron. Suppl.* t. 2. f. 1. C. trigynus, culmo triquetro nudo, umbellâ triphyllâ, spiculis lanceolatis, glumis nervosis obtusis mucronulatis. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 31.

Mirum, cl. *Vahlium* vetustam hanc in *horto upsal.* cultam plantam omisisse; fors quia apud Italos, ut novimus C. *Monti* subinde sub hoc nomine occurrit. Convenit cum *flavescente* facie, colore, atque magnitudine, sed differt stigmatibus tribus, seminibus acute triquetris apice obtusis, glumisque nervosis. Culmus palmaris, glaber, longitudine foliorum radicalium erectorum. Involucri folia culmo longiora, tria alia subulata brevia. Umbella simplex apice floribus alternis sessilibus, infimis pedicellatis. Flores ovati compressi, maturi fuscescentes. In *Asiae minoris*, *Veronae*, *Delphinatus*, *Occitaniae*, *Pedemontii humentibus.*

128. C. *australis Schrad.;* capitulis sessilibus pedunculatisve, involucro universali 5-6phyllo, partiali subtriphyllo. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 116. *Seguier veron.* III. t. 2. f. 2. *Monti prodr.* t. 1. f. 1. CYP. *glomeratus Host Gram. austr.* III. t. 71. (excl. syn. *Linn.*). CYP. *glomeratus Willd. Enum. H. berol.* I. p. 75. (excl. syn. *Linn.*) et *Vahl* (quoad *syn. Segu.* et *Monti*, praeter reliqua) et CYP. *alopecuroides* β? *Poir. Enc. meth.* VII. p. 231. Varietatem β minorem, capitulo unico sessili *Mich. gen.* p. 45. n. 13. *Scheuchz. Agr.* p. 383. n. 3. adducit *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 36. et huic proxime accedere C. *polystachyum Rottb.* t. 11. f. 1.

Rad. fusca; culmi 1½-3pedales, adscendentes, glabri; folia linearia acuminata carinata, margine et carinâ apicem versus scabra, superiora culmo longiora. Vaginae pallidae vel ex glauco fus-

Digitized by Google

cescentes. Involucrum exterius foliis margine scabrioribus, umbellam superantibus, maximum 1 1/2-2pedale; partiale foliis inaequalibus multo tenuioribus minoribus. Ochreae laxae truncatae diluto ferrugineae. Umbella capitulis 5-8, pedunculis compressis glabris, semi-sesquipollicaribus. Capitula ovata vel subrotundo-ovata, saepius subtriquetra, spiculis numerosis exiguis linearibus 9-13floris. Glumae minutissimae, linearilanceolatae, obtusiusculae compressae glabrae rufo-ferrugineae nervo unico viridi, serius remotiusculae. Glumae 2 inferiores lanceolato-acuminatae dilutiores, exteriore majore sterili. Semen minutissimum triquetrum. Cultus interdum capitulo solitario sessili, interdum umbellâ simplici, radiis brevibus capitatis, et tunc nomine C. *thyrsiflori* venit. In *Europa meridionali transalpina*, *Pannonia meridionali*, *ad Caucasum*. ⊙.

Obs. C. *australem*, *alopecuroidem*, *cinnamomeum*, *glomeratum* specie esse distinctos, non facile negabimus, sed confiteamur oportet CYPERUM *australem* nostrum spontaneum ex Italia et Pannonia non differre ab illis, quos nomine *alopecuroidis*, *cinnamomei*, *glomerati*, *thyrsiflori*, *paniculati*, *conferti*, *multumbelliferi* e diversis et celeberrimis hortis botanicis cultos obtinuimus et in herbario possidemus. Nil Cyperis quibusdam, tum in olla coluntur, fallacius!

129. C. *cuspidatus H.* et *B.*; culmis caespitosis, triquetris, glabris, foliis setaceis glabris culmum subaequantibus; umbellâ subquinqueradiatâ; umbellulis hexa- aut octostachyis; involucro triphyllo, umbellam (duplo-triploque) superante; glumis emarginatis, recurvato-aristatis; semine trigono, punctato-scabro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 165.

Rad. fibrosa; culmi erecti, 1/2-2poll., folia basi vaginantia; vaginae striatae glabrae; umbella terminalis composita, radiis semipollicaribus, intermediis subnullis; spiculae lineares, multiflorae, subsemipollicares; involucrum foliolis linearibus mucronatis glabris margine scabris inaequalibus; glumae oblongae obtusae carinatae trinerviae mucronatae membranaceae fuscescentes, mucrone recurvato longitudine glumae. Stylus trifidus. Semen minutissimum, obovatum, obtusum, apicatum, glabrum, basi nudum. In *ripa arenosa sole exusta fluminis Orinoci prope Maypures*, *Atures*, *et Carichana*. ⊙.

130. C. *aurantiacus H.* et *B.*; culmis (obtuse) trigonis, glabris; foliis setaceis, culmo brevioribus, glabris; umbellâ subsexradiatâ, umbellulis hexa- aut octostachyis; involucro triphyllo, umbellam subaequante; glumis emarginatis, submucronatis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 165.

Radix fibrosa; culmi erecti 2-3poll., glabri, basi foliati; folia lineari-setacea; umbella terminalis, composita, radiis pollicaribus, intermedio brevissimo subnullo; spiculae lineares acutae sessiles, subsemipollicares; involucrum foliolis linearisetaceis glabris, margine scabris; ochreae brevissimae trunca-

Digitized by Google

tae; glumae ovatae obtusae carinatae rufae; stylus trifidus. Semen minutissimum obovatum apicatum glabrum nitidum basi nudum. In *opacatis et inundatis sylvarum Orinocensium prope Conucos de Siquita et rupem Aricagua.* ⊙.

131. C. *aureus H.* et *B.*; culmis (obtuse) trigonis, glabris, monophyllis; folio plano, glabro, culmum subaequante; umbellâ subdecemradiatâ; umbellulis polystachyis; involucro subhexaphyllo, umbellâ longiore; glumis emarginatis, (infra apicem) mucronatis; semine triquetro, punctato-scabro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 165.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti, 8poll., striati, basi vaginati; vaginae membranaceae glabrae striatae fuscae, inferior aphylla, acuminata, superior desinens in folium lineare acuminato-subulatum, planum, striatum; umbella terminalis, composita, radiis inaequalibus pollicaribus aut 2poll., intermediis subnullis; umbellulae spiculis 16-20, linearibus, sessilibus, 1/2poll., 40-50floribus; involucri foliola linearia, subulata, striata, plana, glabra, inaequalia, longioribus umbellam superantibus. Involucella diphylla, foliolis subulatis brevissimis. Ochreae breves, obliquae, truncatae; glumae oblongae acuminatae, emarginato-bidentatae, membranaceae glabrae laxae fusco-flavae, carinâ mucroneque viridi, subreflexo, brevi. Stylus trifidus. Semen ovatum obtusum glabrum basi nudum. In *planis calidissimis prope Quayaquil, ad pedem Jorullo.* ⊙.

132. C. *Hydra Mich.*; culmo laevi, umbella simplici spicis subfasciculatis alternis; spiculis lineari-lanceolatis patentibus, compressis; involucris subtetraphyllis; foliis recurvatis; radice repente tuberifera. — *Vahl Enum.* II. p. 344. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 251. *Mich. Fl. bor. am.* I. p. 27. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 52. C. radice tuberosâ culmo triquetro glabro, foliis carinatis glabris culmum subaequantibus, umbellâ subquadriradiatâ, radiis polystachyis, spiculis fasciculatis, involucro pentaphyllo umbellâ longiore, glumis obtusis breviter mucronatis, semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 166. *β.* culmo altiore, spiculis fere duplo longioribus *Poir.* l. c.

Maxime affinem esse varietatibus C. *proceri* ex India orientali *Vahl*; sed C. *procerum* apud *Vahl* non invenimus, licet eundem et sub C. *Pangorei* adducat: hinc, cum comparando cum *procero* eundem describat, descriptionem ex *Poiret* dabimus. Rad. fibrosa, tuberculis fibris hinc inde adnatis; culmi recti, graciles trigoni, nudi glabri, pedales, basi foliis laevibus angustis subulatis, saepe recurvis, culmo brevioribus, vaginâ glaberrimâ 1-2poll. Radii umbellae simplicis et compositae valde inaequales, exteriores 1-2pollicares, filiformes, trigoni, interiores brevissimi. Involucri foliola umbellâ saepe breviora, maxime inaequalia. Spiculae approximatae, subsessiles angustissimae, acutae, 6-8lineares, lineam latae, castaneae, glumis glabris minimis

Digitized by Google

compressis obtusis dorso substriatis membranaceis margine albidis. *Pestis agrorum in Carolina, Virginia, Florida, et S. Cruz et β Porto-Ricco.* 2.

133. C. *prolixus H.* et *B.*; culmo triquetro, glabro; foliis planis, margine carinâque scabris; umbellâ decompositâ, multiradiatâ, partialibus suboctoradiatis; radiis polystachyis; spiculis fasciculatis; involucro subdecaphyllo, umbellâ longiore; glumis mucronatis; semine triangulari. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 166.

Culmus 6ped. et ultra, striatus; folia linearia, acuminata striato-sulcata, 5-6 lin. lata. Umbella terminalis, universalis 12-14-radiata, radiis triquetris inaequalibus, 3poll. aut pedem longis, brevioribus umbellae partialis loco fasciculum spicularum ferentibus. Umbellae partiales radiis 1-4poll. longis, polystachyis. Spiculae 28-30, lineares, 7-11florae. Involucella 8-10phylla, foliolis linearibus, margine serrulatis, umbellâ partiali triplo brevioribus. Ochreae radiorum universalium 11/2 poll., striatae, fuscescentes, apice bifidae, laciniis oppositis acutis, partialium 4 lin. longae, truncatae, integrae. Glumae oblongae carinatae obtusae obstantes glabrae, 7nerviae, pallide flavae. Stylus profunde tripartitus. Semen lanceolato-lineare acuminatum triangulare punctato-scabrum, glabrum. In *montosis R. Novogranatensis, circa Bogota inter Facatativa et Canoas et prope lacum Guatavitae.* 2.

134. C. *esculentus;* spiculis lineari-lanceolatis distantibus acutis, umbellulae radiis subseptenis terminalibus involucro 3-5phyllo brevioribus; foliis erectis, tuberibus zonatis ovatis. *Vahl Enum.* I. p. 345. *Willd. Spec.* I. p. 284. *Schrad. Fl. germ.* p. 119. (excl. syn. *Camerarii*). *Desfont. Fl. atl.* p. 44. (excl., monente ipso auct. in *emend. altera*, syn. *Camerarii*, et deletâ descriptione jubente sic auctore). *Targ. Tozzetti lett. sopra una spec. distint. di Cipero* p. 4. *Host Gram. austr.* III. p. 50. t. 75. Malinathalla *Column. phytobas. ed. flor.* p. 3. t. 2. β. Cyperus rotundus esculentus angustifolius, minoribus et rotundioribus radicibus *Mont. prodr.* 12. γ. Cyp. esculentus latifolius, *Bauh. pin.* 14.?

„A C. *Hydra* difficile dignoscitur, et vix nisi tuberibus magis ovatis, foliis erectis, radiis umbellularum saepius 3nis, quae ultima nota forte constans. Radii umbellae filiformes ut in *Hydra* et *Pangoreo.* Setae 2 sub umbellâ partiali. Variat umbellis simplicibus et compositis *Vahl.*“ Cl. *Desfontaines* monet in *emend. altera*, radices fasciculatae fibrosae, *e quorum apice* tubera ovata aut subrotunda zonis transversis intersecta, edulia, Castaneae saporis, solum et unicum exhibere characterem certum, quo tuto a sequente *Camerarii*, quocum vel ipse *Desfontaines* in Fl. atlantica confundebat, distingui possit exhibere. — Spiculae flavescentes aut ferrugineae. Stigma 3-4-

Digitized by Google

fidum. In *Africa boreali*, *Oriente*. 2. Apud nos, et nec in Hetruria quidem, non floret; saltem rarissime.

135. C. *Pangorei Rottb.*; spicis corymbosis, spiculis filiformibus remotiusculis, valvulis linearibus obtusis, involucro triphyllo, culmo triquetro. *Vahl Enum.* II. p. 345. *Rottb. Gram.* t. 7. f. 3. *Willd. Spec.* I. p. 284.

„Veremur cl. *Retzii* Cyp. *Pangorei* (culmo triquetro basi folioso, involucro triphyllo, umbellâ universali decompositâ, partialibus subtrifidis *Retz obs.* 4. p. 10) ait cl. *Vahl* l. c. diversum esse a *Rottboellii*: haud raro enim C. *proceri* varietates aeque ac aliorum sub nomine *Pangorei* habui.“ *Rottboellii* ab omnibus distinctus definitione data. — Variat: magnitudine, involucri longitudine, spiculis remotis vel magis approximatis. Involucrum absque foliis minoribus in centro. — Culmi interdum hominis altitudine, crassitie pennae anserinae. Ochrea ferruginea. Umbella composita, radii 7-8, longior 4pollicaris; partiales poll. Spiculae 4-8, pollicares, 26florae, ferrugineae, valvulae obtusae, enerviae, deciduae. In *humidis Zeylonae*. *Hoenig.* 2.

136. C. *badius Desfont.*; spicis corymboso-fasciculatis, spiculis lineari-lanceolatis dense confertis, involucro triphyllo, pedunculis longiore, foliis margine dorsoque serrulatis. *Vahl Enum.* II. p. 346. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 45. t. 7. f. 2.

Differt ab affini C. *tenuiflоro Rottb.* (quem *badii β.* dixit *Poiret Enc. meth.* VII. p. 248.) culmo et foliis altioribus majoribus, spiculis numerosioribus densius congestis, fusco-ferrugineis, acutioribus. *Ad ripas rivulorum Algiriae.* 2.

Obs. Confunditur, ut vidimus, saepius cum *strigoso*, quem confer.

137. C. *patulus Kit.*; culmo superne triquetro, umbellae paniculatae ramis 5 basi incrassatis, spiculis confertis alternis lineari-lanceolatis, semiferis patulis, valvulis mucronatis carinâ scabriis, involucro triphyllo longissimo; radice annuâ. — *Host Gram. austr.* III. t. 74. *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 73. C. *imbricatus Villars* fide speciminis a clo. *Balbis* communicati.

Rad. fibrosa, omnino, monente cl. *Kitaibel*, ⊙, nec 2; culmi glabri laeves, inferne tantum trigoni, vaginis foliorum tecti; folia canaliculata glabra, superne scabra, ad oras carinamque aculeata. Vaginae glabrae laeves, infimae squamiformes, aphyllae; rhachis brevissima; rami inferne ochreâ membranaceâ oblongâ; inferiores longi, in ramulos divisi, primum erecti, dein obliqui aut divaricati, ramuli brevissimi, inferiores squamulâ in foliolum attenuatâ, reliqui squamâ aphyllâ, spiculâ unicâ vel pluribus. Spiculae compressae basi squamis 2, ex flavescenti, ferrugineo et viridi variae, florentes ovatae erectae, seminiferae oblongae. Stigma trifidum villosum. Semen

minimum trigonum. In *Pannoniae arenosis humidis Danubii; in Banatus fossis, pratis humidis.* ⊙.

Obs. Multum affinis CYPERO *globoso* γ, ut facile eundem crederes. Confer C. *globosum.*

138. * C. *longus;* spicis corymbosis, spiculis linearilanceolatis (alternis distantibus bracteâ diphyllâ) complanatis, involucris, radiisque umbellae longissimis (4-6, corymbosis, nudis) culmo folioso, (radice repente). *Vahl Enum.* II. p. 346. *Willd. Spec.* I. p. 285. (excl. C. *procero Rottb.*). *Smith Fl. brit.* I. p. 47. *Engl. Bot.* t. 1309. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 121. (excl. syn. C. *proceri*). *Gaud. Agr. helv.* I. p. 51. C. culmo folioso laevi, umbellâ supradecompositâ corymbosâ, spiculis fasciculatis alternis approximatis erecto-patulis, linearibus. *Roth Catal. bot.* III. p. 5. *Jacq. Ic. rar.* II. t. 297. *Host Gram. austr.* III. p. 51. t. 76. *St. Hilaire* 34 Livr. t. 4.

Culmi 2-4pedales, glabri, crassitie pennae anserinae, acute trigoni, inferne foliosi. Folia pedalia et ultra, carinata, nitida, margine scabra, vaginis truncatis fuscescentibus aut purpurâ maculatis. Involucrum 3-6phyllum, 2 sesquipedalia, umbellam plerumque superans; involucellum 2-4phyllum, setaceum, umbellâ brevius. Ochreae pollicares, laxae, ferrugineae. Umbella decomposita, radiis circiter 11, longiores saepe pedales, graciles, subinde filiformes, ut partiales 5 et plures, 2-3poll., ultimi 2-3, omnes glabri. Umbellulae fastigiatae, centralis subsessilis. Spiculae 3-10, unguiculares, 4-9-16florae, approximatae, erecto patulae, obtusae, valvulis oblongis obtusis margine membranaceis, nervo viridi, exteriore majore. Semen triquetrum, nigrum. Stigmata tria. Rad. crassa, fusco-nigra, odorata, aromatica. In *Europae meridionalis, et Angliae, Aegypti, Indiae orientalis paludosis.* 2.

139. C. *procerus Rottb.;* culmo aspero basi folioso, umbellâ decompositâ paniculatâ, spiculis racemosis alternis dissitis patentissimis lineari-lanceolatis. *Roth Catal.* III. p. 5. C. culmo triquetro subnudo, foliis lanceolatis, umbellâ decompositâ, spicis lineari-lanceolatis alternis nitidis. *Rottboell Gram.* p. 29. t. 5. f. 3. C. filicinus medius *Scheuchz. Agrost.* p. 388. t. VIII. f. 15. An CYP. *rotundus Linn. mat. med.* et *Spec.* ed. I.?

Cyperus hic partim cum *longo*, a quo diversissimus, confusus, partim plane a Systematis editoribus neglectus. Culmus ad angulos sursum praesertim aculeolis sparsis; umbella rara, pedunculis inaequalibus; racemi oblongi laxi, simplices aut divisi, nudi; spiculae patentissimae distichae; glumae fusco-ferrugineae, margine albido membranaceae et scariosae; involucrum triphyllum, priori folio umbellam longe superante; altero longitudine circiter umbellae; tertio minimo unciali s. sesquiunciali. — Differt a C. *rotundo* et *Pangorei*, ad quos spicarum situ quodammodo accedit: staturâ longe majori et robustiori;

Digitized by Google

culmo ad angulos aspero, nec laevi; spiculis latioribus, lineari-lanceolatis, brevioribus, patentissimis, nec linearibus, duplo longioribus, erecto-patulis. A CYP. *rotundo* recedit umbellâ paniculatâ nec corymbosâ; a CYP. *Pangorei* foliis margine scabris, nec plane laevibus, pedunculis apice sub racemo nudis, nec apice sub umbellulis decompositis involucellis linearisetaceis auctis. *Roth* l. c. ad exemplar ex ipsius *Rottboelli* herbario. In *India orientali*. *In Aegypto? Rottboelli* specimina sua habuit a b. *Forskål*.

140. C. *corymbosus Rottb.*; spicis corymbosis, spiculis linearibus teretiusculis involucro umbellâ longiore, culmo vaginato. *Vahl Enum.* II. p. 347. *Willd. Spec.* I. p. 287. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 382. *Rottboell Gram.* p. 42. t. VII. f. 4.

Culmus tripedalis, acutangulus. Stolones ascendentes. Folia nulla nisi vaginae 3 fuscae, inferior fere pedalis. Involucri foliola 3-4, 2-3 umbellâ longiora, margine carinâque scaberrima; partiale squamae et setae duae ad basin radiorum. Umbella decomposita, patens, 12-15radiata, radiis filiformibus, longioribus palmaribus: partiales saepe bipollicares. Spiculae 3-8, tenues, unguiculares, 16florae, valvulis pallide purpureis, margine albido membranaceis. In *Arabia*, *India orientali*, *promont. b. spei*. ♃.

141. C. *gramineus Poiret*; culmo debili subtriquetro humili basi folioso; umbellâ supradecompositâ, spiculis minimis, involucro subdiphyllo. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 267.

Tri-quadripollicaris, radices fasciculatae; culmi subcompressi, basi foliis mollibus angustis planis glabris, culmo quidquam brevioribus. Involucri folium majus umbellâ quidquam longius. Umbella in centro subsessilis, radii graciles, inaequales filiformes divaricati ex ambitu, singulus umbellulâ minimâ, spiculis brevissime pedicellatis, subulatis, saepe reflexis, rubescentibus, obtusis minimis. Involucrum partiale nullum. In *India*. *Herb. Aub. d. Petit-Thouars*.

142. C. *tenuiflorus Rottb.*; spicis corymbosis, spiculis linearibus (acutis) convexiusculis (alternis distantibus, bracteâ tetraphyllâ), involucro umbellâ longiore, culmo folioso. *Vahl Enum.* II. p. 347. *Willd. Spec.* I. p. 284. *Rottb. Gram.* p. 30. t. 14. f. 1. *Jacq. Collect.* III. p. 190. *Ic. rar.* II. t. 296.

Viridi glaucus, culmus bipedalis, acutangulus. Folia culmo parum breviora, margine laevia (seu potius, monente *Jacquin*, scabriuscula.) Involucrum sub-4-phyllum, unicum umbellâ duplo longius; partiale diphyllum setaceum. Umbella composita, subseptemradiata, radiis filiformibus, longior tripollicaris, partiales 5-6, semipollicares, capillares. Spiculae 2-8, distichae semipollicares, angustae, 16-20florae, spadiceae. *Habitat in palustribus arenosis ad fluvium Ryndacum Bithyniae et in Sicilia.* ♃.

Digitized by Google

143. C. *diphyllus Retz;* spicis corymbosis, spiculis teretibus, involucro diphyllo brevissimo. *Vahl Enum.* II. p. 348. *Willd. Spec.* I. p. 288. *Retz Obs.* V. p. 11.

Culmi 2-6pedales, spongiosi, inferne teretes, apice acutanguli, stolonibus ascendentibus. Folia nulla? sed vaginae 2, apice lanceolatae, purpureo-punctatae. Involucri foliola vix pollicaria, involucella nulla. Ochreae purpurascentes. Umbella composita, radii universales 10, compressi, longior 3-4pollicaris, 2-4radiati. Spiculae semipollicares, circiter 9, sub-27florae, flavescentes, margine pallidiores. Tota habitu Cyp. *articulato* similis. In *fluviorum stagnis Indiae orientalis.* 4.

144. C. *puncticulatus Vahl;* spicis corymbosis distichis, spiculis lineari-lanceolatis subpendulis distantibus, involucro triphyllo umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 348.

Radices longissimae, fibrosae. Culmi tripedales, basi crassitie digiti minimi, acutanguli. Folia bipedalia et ultra, 2 lineas lata. Involucrum triphyllum, foliola omnia umbellâ longiora, partiale nullum. Umbella composita, sub-8-radiata, longior 5-pollicaris, partialis radiis 3-5 brevibus. Spicae bipollicares. Spiculae 24-26florae, vix semipollicares, subpedicellatae, subpendulae, circiter 20 in singulo radio lineari-lanceolatae: valvulae latere ferrugineo-purpurascentes. Rhachidis foveola superne puncto fusco notata. In *Indiae orientalis aquosis.* 4.

145. C. *macrostachyus Lam.;* spicis corymbosis, spiculis lineari-lanceolatis remotiusculis longissimis arcuatis, involucro subdiphyllo, umbellis amplissimis. *Vahl Enum.* II. p. 349. *Lam. Illustr.* I. p. 147.

Viridi-glaucus, tripedalis et altior, inferne crassitie fere digiti, triqueter, foliosus. Folia bipedalia et ultra, vix unguem lata, margine et carinâ serrulato-scabra. Involucrum subtriphyllum, pedale, reliqua umbellâ breviora, partiale diphyllum, breve. Ochreae pollicares, nigricantes. Umbella composita, radiis 4-5, longior spithamaeus: partiales patentissimi, 2-3, breves. Spiculae 1-2pollicares, lineam latae, saepe 70florae, adultiores curvatae, ferrugineo-purpurascentes: valvulae oblongae obtusae sensim deciduae. In *Africa Lamarck*, in *India orientali Rottler.*

146. C. *latifolius Poir.;* culmo excelso triangulari laevi, foliis culmum aequantibus, involucro maximo, subquadriphyllo, umbellâ supradecompositâ, spiculis confertis oblongis, squamis distinctis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 268.

An diversa a praecedenti *macrostachyo*? Spiculae satis similes. Species magna, culmis fortibus rectis, 3-4ped., angulis acutis, basi foliis magnis lateralibus, longitudine culmi, poll. et ultra latis, firmis, margine scindentibus, non tamen scabris. Involucri foliola inaequalia, longiora 1 1/2 pedalia, breviora vix longitudine umbellae. Radii 6-8, maxime inaequales, firmi, striati,

Digitized by Google

ochreâ laxâ. Umbella in centro fere sessilis. Radii plus minus apice ramosi, spiculis plurimis dilute flavis tenuibus, vix compressis, pollicaribus, glumis alternis subdistantibus obtusis, coriaceis. Semina parva triangularia. *Ad ripas in Madagascar. Aub. du Petit-Thouars.* 2.

147. C. *pulcher Thunb.;* spiculis ovatis, involucro subhexaphyllo. *Thunb. Prodr.* I. p. 18. *Fl. capens.* I. p. 378. *Vahl Enum.* II. p. 351. *Willd. Spec.* I. p. 282.

Culmus trigonus, basi foliosus, suprà tenuissime subserratus, bipedalis. Folia circiter quatuor, linearia, culmo longiora. Umbella decomposita. Pedunculi trigoni inaequales. Pedicelli ex umbellis quasi proliferi, inaequales, capillares, 1-3 lineas longi. Spiculae plures, sessiles, vix lineam longae. Glumae naviculares, margine membranaceo, tenuissimo, albo. Involucrum 5-7-phyllum, inaequale, umbella 3-6tuplo longius. Foliola ensiformia, carinata, tenuissime subserrata, interioribus brevioribus et angustioribus. — Praeter cel. *Thunberg* nemini visus. *Ad promont. b. Spei.*

148. C. *lanceus Thunb.;* spiculis lanceolato-oblongis arcte imbricatis confertis, involucro subtriphyllo. *Thunb. Prodr.* I. p. 18. *Fl. capens.* I. p. 383. *Vahl Enum.* II. p. 350. *Willd. Spec.* I. p. 285.

Culmus pedalis et ultra, crassitie pennae columbinae, acutangulus, basi foliosus. Folia altitudine fere culmi. Involucrum subtriphyllum, foliola 1-2 umbellâ breviora, partiale nullum. Umbella composita, 3-4radiata; radii erecto-patentes, longior subtripollicaris; partiales 2-3radiatae, radiis brevissimis, 2-3nis. Spiculae 2-3nae, in radiis partialibus quaternae, semiunciales, lineam vel parum ultra latae, 24florae, fusco-ferrugineae, margine et carinâ pallide flavescentes. *In promont. b. spei.* 2.

149. * C. *Monti;* umbellâ decompositâ 4-6phyllâ spicis corymbosis patentissimis, spiculis lineari-lanceolatis laxe imbricatis distichis demum remotiusculis compresso-teretiusculis, involucro umbellâ longiore, radice repente, foliis late linearibus virentibus. *Linn. Suppl.* p. 102? *Willd. Spec.* I. p. 286. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 122. *Gaud. Agr. helv.* p. 53. *Host Gram. austr.* IV. t. 67. C. *serotinus Rottb. Gram.* p. 31. *Vahl Enum.* II. p. 350. C. *serotinus odoratus. Monti* t. 1. f. 1. C. *glaber Vill. Fl. delph.?* β. spiculis aggregatis paucis, quasi lateralibus ob involucrum erectum.

Rad. repens, crassiuscula fusca, vetusta fere fibrosa. Culmi 2-3, pedales, acutanguli, (teretes! apud *Linn. Suppl.!*) glabri, basi vaginis pallide virentibus aut purpurascentibus. Folia linearia culmo longiora breviorave intus spongiosa carinâ alata scabriuscula, margine scabra. Involucri subhexaphylli folia omnia, aut 2 saltem, umbellâ longiora, maximum 1 1/2-2pedale. Ochreae laxae, truncatae oblique, purpurascentes. Radii umbellae com-

Digitized by Google

pressi, glabri, patentes, inaequales, majores 2-4pollicares, inferne subinde ramulosi; partiales 3-5, horizontaliter patentes pollicares. Spiculae 14-20 alterne pinnatim pedunculis insidentes, obtusae, glabrae, nitidae, 11-19florae. Glumae ovatae latae obtusae ferrugineae aut obscure purpurascentes, 7-nerves, intermedio viridi: juniores imbricatae. Glumae 2 inferiores paulo minores, inaequales, steriles. Semen obovatum pallide fuscum. — Levem quamdam varietatem spiculis tenuioribus magisque acutis nomine C. *acutiusculi* in hortis coli videmus. β. Eminus fere Scirpum *mucronatum* mentitur et novam speciem, exemplaribus in nostro herbario ultra tricenis transitum probantibus confusam. Variat spiculis angustioribus 21-31-floris. In *maritimis et oryzetis Europae meridionalis*, *in Pyrenaeis Delphinatu*, *Tyroli*, *ad Caucasum*. 4.

150. C. *Paramatta Martius*; umbellâ compositâ decompositâque triphyllâ, spicis corymbosis patentibus, spiculis lineari-lanceolatis laxe imbricatis distichis demum remotiusculis compresso-teretiusculis, involucro umbellâ multoties longiore, radice tuberosâ, foliis anguste linearibus glaucescentibus.

Martius Cat. H. Erlang. p. 24. bonam Cyperi hujus descriptionem, diagnosin vero nullam dedit. Eandem esse cum C. *patulo Host* credidit, qui longe diversa species. Exemplaria, quae nos nomine C. *spectabilis Schreber* tulimus, et coluimus, idem omnino cum *Paramatta*, sub quo nomine e Horto parisino Erlangam venit, licet in *Catal. parisin.* desideretur. Rad. in nostro tuberibus fuscis, magnitudine piperis. Culmus 1½ped., et altior, triqueter, superne acutangulus, glaber. Folia culmo multo longiora linearia longissime acuminata carinata striata glabra margine serrulato-scabra vaginantia. Involucrum triphyllum foliis reliquis similibus inaequalibus, unico pedali, saepius culmi longitudine, reliquis 2 multo minoribus. Umbella radiis 4-5, inaequalibus, semipollicaribus, ochreis oblique truncatis, colore ferrugineis, apice emarginato pallidioribus. Spiculae in quovis pedunculo 8-10, alternae, lineari-lanceolatae, patulae glabrae nitidae e ferrugineo purpurascentes 8-12florae. Glumae imbricatae oblongo-ovatae obtuse mucronulatae. *Mart.* l. c. Utrum species a *Brownio* allata sit, nec ne? judicare non audemus.

151. C. *niger Ruiz* et *Pav.*; culmo triquetro nudo glabro; foliis ensiformibus, umbellâ foliosâ, pedunculis plurimis longis; spicis laxis nigricantibus. *Fl. peruv.* I. p. 64. n. 79. *Pers. Syn.* I. p. 64.

In *inundatis Provinciae Cercado et Chancag.* Cl. *Vahl* non recepit, nec *Poiret*.

152. C. *sanguinolentus Vahl*; spiculis subquinis oblongis approximatis, valvulis margine sanguinolentis involucro triphyllo. *Vahl Enum* II. p. 351. C. *albidus Lam. Illustr.* I. p. 146.

Digitized by Google

Affinis C. *cruento*; culmus vix spithamaeus, basi foliosus; folia culmi breviora; involucri foliola 2 umbellâ longiora. Umbella simplex quinqueradiata. Valvulae ovatae albidae. In *India orientali*. *Herb. Lamarck.*

153. C. *Teneriffae Poiret*; culmo triquetro basi folioso; spiculis sessilibus glomeratis lato-complanatis; squamis membranaceis apice subreflexis; involucro subtriphyllo longo. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 245.

Valde parvus, vix 2-3pollicaris. Culmi graciles, debiles; folia subulata longitudine culmi; vaginae tenuissimae, latae, albidae, imbricatae. Flores in capitulo terminali; spiculae majusculae 8-10 arcte congestae, ovali-oblongae, obtusae, squamis carinatis fusco-rubris, mucrone parvo subreflexo. Foliola involucri 3-4 inaequalia, acuta, angusta, spiculis longiora. In *insula Teneriffae*. *Herb. Lamarck.*

154. C. *lanceolatus Poir.*; culmo triquetro stricto; foliis angustis triquetris; involucro subtriphyllo; spiculis sessilibus congestis lanceolato-linearibus compressis; glumis obtusis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 245. β culmo breviori, foliis sublinearibus planis. *Poir.*

Affinis C. *polystachyo* s. *fasciculari Lam.*, sed spiculae latiores, folia angustiora. Radices fibrosae, fasciculatae; culmi graciles, pedales, inferne foliis rigidis, rectis vestiti, vaginâ elongatâ saepe dimidiatâ. Spiculae numerosae lineari-lanceolatae, 6-8 lineares, 2 lineas latae, laevissimae, flavescentes, lucidae. Glumae obtusae. Involucri foliolum unicum longius. In β culmi crassiores; folia breviora, acuta, glumae pallidae margine virides. *Uterque in Madagascar* ab *A. du Petit-Thouars.*

155. C. *cruentus Rottb.*; spiculis subquinis oblongis convexis, valvulis punctatis, involucri quinquephyllis, foliolis omnibus umbellâ longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 351. *Rottb. Gram.* p. 21. t. 5. f. 1. *Willd. Spec.* I. p. 275. C. *globosus Forsk. descr.* p. 13. n. 40.

Culmi plures palmares vel spithamaei, graciles, stricti, acute angulati, basi vaginis aridis ferrugineis. Folia altitudine culmi, carinata, laxa. Involucri foliola inaequalia, unicum longitudine fere culmi, reliqua patentia; partiale nullum. Umbella simplex; radii interdum semipollicares, interdum brevissimi. Spiculae 4-6, parvae, acutae, 11-14florae, valvulae ovatae, purpureo confertim punctatae, margine membranaceae. Radii saepe ut in C. *jeminico* contrahuntur. In *Arabia*. *Forsk.* 4.

156. C. *monophyllus Vahl*; spicis corymbosis, spiculisque teretibus laxo-imbricatis, umbellâ involucrum diphyllum subaequante. *Vahl Enum.* II. p. 352.

Culmus bipedalis, crassitie fere pennae anserinae, acutangulus, inferne vagina in folium bipollicare desinente vestitus. Involu-

lucri foliola rigida, unicum umbellâ parum longius, bipollicare: partiale nullum nisi squamae 2 brevissimae. Ochreae acuminatae. Umbella composita, radii 5, 1 1/2pollicares, partiales brevissimi. Spiculae 4-6, 10florae, unguiculares, fusco-virentes; valvulae oblongae, obtusissimae, albidae. In *India orientali.* ? 4.

157. C. *parviflorus Vahl;* spicis corymbosis linearibus teretiusculis, spiculis oblongis teretibus distantibus, involucro 7phyllo longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 352.

Viridi glaucus. Culmus obtusangulus. Involucri foliola omnia umbellâ longiora, nonnulla pedalia et ultra, margine carinâque serrulato-scabra: involucella nulla nisi squamae 2. Umbella decomposita, radii 4, longior pollicaris, partiales 3-4, tres ultimi brevissimi. Spicae pollicares, erectae. Spiculae 4-6-florae, fusco-virentes, valvulis ovatis acutis convexis striatis. In *Java. Burmann.*

158. C. *albidus Retz;* spicis corymbosis, spiculis latis, seminibus apice capitulatis, involucro polyphyllo longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 353. *Retz Obs.* VI. p. 21. *Willd. Spec.* I. p. 283. C. *Retzii Poir. Enc. meth.* VII. p. 255.

Culmus tripedalis. Folia ad basin culmi, bipedalia. Involucrum 8phyllum, longius 1 1/2pedale, brevissimum tripollicare, partiale nullum. Ochrea fissa. Umbella 8radiata: radii 2-3pollicares. Spiculae latiusculae, subsemipollicares, albidae 16-20-florae: valvulae apice divergentes. Semen altero apice acumine elongatum, altero capitulo truncato terminatum. In *China.*

159. C. *virens Mich.*; spicis corymbosis, spiculis ovalibus, involucro longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 353. *Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 29. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 52.

Majusculus nitidus; culmus acutangulus. involucrum polyphyllum; umbella composita, ramis summitate divaricato-ramulosis; spiculis fasciculatis virentibus ovalibus plano-compressis, breviuscule ovatis. In *pratis humidis et sylvis Pensylvaniae ad Carolinam.* 4.

160. C. *malaccensis Lam.;* spicis corymbosis, spiculis linearibus teretibus curvatis, valvulis fructiferis basi hiantibus, involucro triphyllo. *Lam. Illustr.* I. p. 146. *Vahl Enum.* II. p. 353. *Rottboell Gram.* t. 11. f. 3. cum? huc tulit cl. *Poiret.*

Culmus bipedalis et ultra, triqueter, altitudine foliorum, lineas 2 latorum, flaccidorum, margine levium. Foliola omnia umbellâ longiora, longius pedale. Ochreae unidentatae, fuscae. Umbellae radii circiter 8, longior sub-3-pollicaris; partiales 3-5, semipollicares. Spiculae 5-8, distichae, semipollicares, patentissimae, 20florae: valvulae obtusissimae, apice imbricatae, fusco-virentes, margine membranaceae. In *Malacca Hoenig. Ad littora maris Sonnerat. Aub. du Petit-Thouars*

Digitized by Google

retulisse e *Madagascar* maxime affinem, culmis ad medium usque foliosis; foliis planis linearibus margine asperis culmo longioribus; vaginâ 3-4pollicari; spiculis angustissimis, 8-10-linearibus, rubro et viridi variegatis, glumis oblongis acutiusculis. *Poiret.*

161. C. *planifolius Rich.*; spicis corymbosis, spiculis lineari-lanceolatis confertis convexis, involucro subpentaphyllo longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 354. *Richard act. soc. hist. nat.* I. p. 106. An *Sloane Cat.* 35. *Hist.* I. p. 116. t. 74. f. 2. 3.

Variat umbellis compositis, radiis brevioribus, ut spicae fere glomeratae. Culmus altus crassitie pennae cygneae, acutangulus, apice fusco-ferrugineus; folia semipollicem lata, serrulato-scabra. Involucrum partiale nullum, nisi setae 2-3, unguiculares. Ochreae ligula truncata, brevissima. Umbella decomposita, radii 6-9, longiores fere spithamaei; partiales 5-6; ultimi 4-5 brevissimi. Spiculae plures unguiculares 18florae, lineari-lanceolatae, valvulis obtusiusculis concavis, fructiferis totis castaneis. In *Cajenna v. Rohr; in insula St. Crucis West; in Barbados Hartfelt.* 4.

162. C. *pilosus Vahl*; spicis sessilibus radiatis lanceolato-oblongis, spiculis patentibus distichis remotiusculis, rhachi piloso-ciliatâ. *Vahl Enum.* II. p. 355.

Culmus sesquipedalis, pennâ columbinâ crassior, triqueter; folia altitudine culmi, lineas duas lata, serrulata; involucrum 5phyllum, umbellâ longius; partiale 1-2phyllum, setaceum; ochrea unidentata, purpureo-punctata. Umbella composita 6-7radiata: radii 4pollicares. Spicae 4-6, sessiles confertae, horizontales, brevissimae. Spiculae 16-30, 2 lineas longae, horizontales, 12florae, lineari-lanceolatae: valvulae ovatae, mucronatae, purpureo-striatae. In *India orientali.* 4.

163. C. *canescens Vahl*; spicis sessilibus imbricatis spiculisque oblongis teretiusculis reflexis. *Vahl Enum.* II. p. 355. *Wora-pulla Rheed. mal.* XII. p. 77. t. 42.

Virescenti-glaucus. Culmus bipedalis, pennâ columbinâ crassior, obtusangulus, sub umbella ferrugineus. Folia altitudine fere culmi, unguem lata. Involucrum hexaphyllum, unicum 1½pedale, partiale nullum. Ochreae oblique truncatae, altero latere bidentatae. Umbella composita, universalis 8radiata, radius longior 2-3pollicaris, partialis quadriradiata; radii semipollicares, horizontaliter patentes, 2 altiores. Spiculae copiosae, vix ½-unguiculares, 6florae, confertae, valvulae ovatae obtusiusculae. Semen triquetrum nigrum. In *India orientali.* 4.

164. C. *racemosus Retz*; spicis corymbosis imbricatis, spiculis linearibus, involucro polyphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 355. *Retz Obs.* VI. p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 287.

Digitized by Google

Culmus pedalis, crassus; folia radicalia culmo altiora. Involucrum decaphyllum, foliolo exteriore umbellâ duplo longiore: partiale umbellulâ brevioribus. Ochreae albae. Umbella supradecomposita, decempollicaris. Spiculae densae, 12florae, rufescentes. In *India orientali.* *

165. * *C. odoratus;* spicis corymbosis, spiculis subulatis remotis distichis, valvulis subdistantibus, umbellulis patentissimis involucellum subaequantibus. *Vahl Enum.* II. p. 356. *Willd. Spec.* I. p. 284. quoad synonymon *Sloane Hist.* I. t. 74. f. 1. et t. 8. f. 1. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 52. *C. stellatus,* culmo triquetro nudo, umbellâ foliosa composita, involucellis elongatis, spicis oblongis, spiculis subulatis linearibus. *Rudge pl. rar. Gujan.* p. 17. t. XX. PAPYRUS *odorata;* culmo trigono, basi foliato; involucris pentaphyllis umbellâ longioribus; involucellis diphyllis, umbellas partiales subaequantibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 175.

A sequentibus differt: longitudine et crassitie spicularum. Culmus altus, crassitie pennae anserinae, acute trigonus; folia culmo breviora, unguem et ultra lata, margine scabra. Involucrum subpentaphyllum, foliola 4, umbellâ longiora; partiale diphyllum, longitudine umbellulae, unicum brevius ad singulum radium. Ochreae pollicares, bifidae: laciniae linearisubulatae, margine serrulatae, partiales aristatae. Umbella magna, diffusa, composita; radii 7, longior spithamaeus; partiales 3-5, semipollicares, horizontaliter patentes. Spiculae pollicares, 12-19, aetate reflexae, teretes, valde attenuatae, 20florae, viridi-flavescentes: valvulis oblongis obtusis. In *Caribaeis ad ripas fluviorum v. Rohr, prope Camanam et Bordones Humb. In Pensylvania ad Carolinam, raro, Pursh, in Gujana Rudge.* 4. **

---

* Huc *Poiret Enc. meth.* VII. p. 168. ducendam esse credit plantam, quam *Aub. du Petit-Thouars* in *Madagascar* legit, et cujus descriptio haec est: „Radices durae, crassae, fere lignosae; culmi plures graciles firmi 1 1/2 ped., fortiter striati, subcompressi, angulosi potius quam triquetri, aphylli, basi tantum vaginis tenuibus membranaceis alternis culmum ad medium usque fere investientibus. Involucrum universale foliolis pluribus longissimis planis latis subaequalibus rectis acutis tenuibus striatis non rigidis. Umbella satis magna, radiis sat numerosis, fere capillaribus, triquetris, ochreâ brevissimâ, ramosis, ramis brevibus, simplicibus aut brevi ramosis; spiculae fusco-rubrae, planae, lineares, 1/2 poll., glumae acutiusculae. Umbellae subinde graciliores, spiculae minores."

** *Obs.* Genus PAPYRI a cl. *Kunth* ad nutum cl. *Aubert de Petit-Thouars* receptum MARISCO habitu simillimum, et ab eo solummodo diversum: *squamis liberis.* Spiculae multiflorae; glumae distiche imbricatae uniflorae; squamae duae, membranaceae, oppositae, glumis contrariae, liberae; semen triquetrum, setae nullae. — Culmi simplices, basi foliati. Umbellâ terminalis, decomposita, involucrata.

166. C. *affinis*; culmo trigono; involucris subenneaphyllis, umbellâ brevioribus; involucellis octophyllis, umbellâ partiali multo longioribus. PAPYRUS *comosa Hamb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 175.

Culmus 6ped. et altior, tenuissime striatus, glaber; umbella terminalis composita, universalis 7-12radiata, radius 5-6poll.; partiales 8-10radiatae, involucratae, radiis 1 1/2-2poll. Spicae oblongae cylindraceae obtusae, 8-9 lin. longae, nudae. Spiculae numerosae, lineari-subulatae, teretes, 1 1/2 lin., 8-10florae. Involucri foliola lanceolata acuminata striata, apicem versus serrulata, glabra, radios universales subaequantia. Involucellorum foliola linearia glabra, margine scabra, 4-6poll. Ochreae radiorum universalium pollicares fuscae glabrae bidentatae, partialium subtruncatae, fuscae, glabrae, 3-4 lin. Glumae 8-10, subrotundae, convoluto-concavae emarginatae, aristato-mucronatae, glabrae, albidae, medio fuscae, squamis longiores, omnes fertiles. Squamae 2 ovatae acutae, tenuissime membranaceae albidae ovarium subaequantes. Stylus trifidus. Semen ellipticum, trigonum, glabrum, basi nudum. In *calidissimis inundatis prope Guayaquil ad ripam fluvii.* 4.

167. C. *ferax* * *Rich.*; spiculis filiformi-subulatis confertissimis flexuosis reflexis, involucro partiali subnullo. *Vahl Enum.* II. p. 357. *Rich. act. soc. h. nat.* I. p. 106.

Culmi pedales, pennâ columbinâ crassiores, triquetri, rigidi, angulis laevibus. Folium 1-2, duo inferne in culmo, graminea, altitudine culmi, vix semiunguem lata, margine scabra. Involucri 4 foliola umbellâ plerumque longiora, saepe foliis latiora. Ochreae bimucronatae, compressae. Umbella composita, diffusa: radii universales plerumque 7, longiores 2-4-pollicares, semiteretes; partiales triradiatae; radii breves horizontales. Spiculae plurimae pollicares, primum patentes, demum reflexae, 16florae, valvulae oblongae obtusae, dorso virides substriatae, latere laeves, purpureae, unde alternatim rubro-viridique maculatae. Umbella interdum simplex, radiis paucis brevibus. In *America meridionali v. Rohr, Richard; in Montserrat Ryan.*

168. C. *croceus Vahl*; spiculis teretibus globoso-capitatis, involucro subpentaphyllo umbellâ longiore. *Vahl Enum.* II. p. 357.

Radix repens. Culmi pedales, filiformes, acutanguli. Folia radicalia tripollicaria, rigidiuscula, viridi-flavescentia. Involucrum subpentaphyllum umbellâ longius. Ochreae transversim truncatae. Umbella 6-7radiata: radii capillares, longior polli-

* Cl. *Vahl* bis C. *ferox* scribit, sed in *Actis paris.* legitur *ferax*. Cl. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 262. citat C. *feracem* ad C. *strigosum Mich. Fl. bor. am.* p. 28.; sed, cum simul C. *strigosum Willd.* cum excludendo *Sloani* synonymo citat, profecto nescimus de quo hic sermo sit.

Digitized by Google

caris. Spiculae confertissimae in capitulum piso parum majus, lineam longae, 4-6florae, flavescenti-ferrugineae: valvulae oblongae, acutae. In *Puertorico? Ex Herb. Juss.* 2.

169. C. *dilutus Vahl;* spiculis subulatis teretiusculis confertissimis subgloboso-capitatis, involucellis umbellam aequantibus. *Vahl Enum.* II. p. 357.

Culmi bipedales et ultra, superne acutanguli. Involucrum subhexaphyllum: foliola omnia umbellâ longiora, unicum 1½pedale, partiale 3-4phyllum. Ochreae acuminatae. Umbella decomposita, longior tripedalis, partialis 3-5radiata, radii pollicares, 2-3 confertissimi. Capitulum piso 2-3plo majus. Spiculae copiosae, semiunguiculares, octoflorae: valvulae lineari-oblongae, acutiusculae. In *India orientali. Rottler.*

170. C. *congestus Vahl;* spicis capitato-subglobosis, spiculis subulatis confertissimis reflexis rectis, ligulâ ochrearum bidentatâ, involucro triphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 358.

Affinis antecedenti *dilato:* at diversus: culmo inde ad basin acutangulo, involucri foliolis radiisque umbellae paucioribus; capitulis triplo majoribus; spiculis duplo longioribus. Anne huc C. *ligularis Thunb.?* In *promont. b. spei.* 2.

171. * C. *strigosus;* spicis oblongis laxis, spiculis subulatis alternis capitato-aggregatis horizontaliter involucris longissimis, patentibus remotiusculis, involucellis subnullis, umbellulae radiis alternis. *Vahl Enum.* II. p. 358. *Linn. Spec.* I. p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 281. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 52. *Pers. Syn.* I. p. 63. (uterque excl. syn. *Sloane*, et *Rottb.*). An huc C. *strigosus Mich. Fl. bor. am.* p. 28.: culmo nudo triquetro, umbellâ compositâ, involucro longissimo, spiculis teretiusculis patentissimis, quem *Pers. Syn.* I. p. 64. iterum nomine *strigosi* adducit, licet prius eodem nomine *strigosum Linn.* adduxisset. *Poiret strigosum Mich.* duxit ad *feracem. Pursh Michauxii* synonymon haud citat.

Rad. fibrosa. Culmi 1½ped., triquetri, basi foliosi. Folia altitudine culmi. Involucri foliola 4-5 umbellâ longiora, unicum longitudine culmi, partiale vix ullum. Umbella composita: radii tripollicares vel breviores, partiales 3-5 brevissimi, patentissimi. Spiculae circiter 20 in singulo radio, vix semiunguiculares, angustissimae, 8florae, valvulis linearibus, substriatis, margine flavescentibus. — Hic, suadente immortali *Vahlio*, est C. *strigosus* toto coelo diversus a C. *strigoso Sloane* et *Rottb. Sloani* plantam fors pertinere ad varietatem *planifolii Vahl.* Confer hunc et *feracem*, et *torosum*, ubi *Rottboelli* synonymum. Commutatur a botanicis saepius, ut vidimus, planta haec polymorpha cum *ligulari*, *sphaerocephalo*, *badio*, *patulo*, *Kyllingaeoideo*, *dubio*. In *Virginiae paludosis.*

172. *C. flexuosus Vahl;* spicis oblongis retrorsum imbricatis, spiculis subulatis flexuosis, involucellis pentaphyllis longitudine umbellulae. *Vahl Enum.* II. p. 359.

Culmus tripedalis, basi crassitie pennae cygneae, triqueter, apice ferrugineus. Folia culmo breviora, interdum semipollicem lata, margine scabra. Involucrum subpentaphyllum; foliola umbellâ longiora, interiora breviora, structurâ foliorum. Ochreae oblique hiantes, desinentes in laciniam lanceolatam bifidam, partiales truncatae, bidentatae. Umbella composita, radiis circiter 10-12, longiores spithamaei, partiales 7-8, patentissimi, saepe reflexi, longiores pollicares. Spicae pollicares. Spiculae numerosae, semiunguiculares, 6florae, virides, primum patentes; demum sensim reflexae angustissimae, apice purpurascentes, valvulae oblongae, obtusae, convexae, striatae, interdum alternatim purpureae et virides. Variat spiculis paucioribus. Hic et sequens *purpurascens* nomine C. *ligularis* L. occurrit. In *America merid. v. Rohr.*

173. C. *purpurascens Vahl;* corymbis ovatis fasciculatis, spiculis lineari-subulatis convexiusculis, involucro longissimo scaberrimo. *Vahl Enum.* II p. 360.

Culmus altus, acute trigonus. Folia semipollicem lata, margine carinâque scabra. Involucrum pentaphyllum, foliola omnia praeter unicum umbellâ longiora, unicum 1½pedale, unguem latum, margine carinâque scaberrima: partiale nullum nisi squamula minuta ad basin radiorum. Ochreae bidentatae. Umbella decomposita: radii sub-10, longiores fere spithamaei: partiales 6-7, brevissimi, contracti in capitulum laxum. Spiculae confertae, circiter 10, unguiculares, distichae, lineari-subulatae, convexiusculae, 14florae, purpurascentes, valvulis lanceolatis acutis concavis, versus dorsum striatis, basi pallidioribus, carinâ vix viridibus. In *insula St. Crucis. West.* 4.

174. *C. flavicomus Mich.*; spiculis lineari-lanceolatis, valvulis oblongis obtusis, fructiferis patentibus, involucro longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 360. *Mich. Fl. bor. amer.* I. p. 27. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 53. *C. elegans Walt. Fl. Carol.* p. 70.

Culmus pedalis et ultra, acute trigonus; folia radicalia culmo breviora, linearia, angusta. Involucrum 3-5phyllum, partiale radiis intermediis triphyllum, lateralibus diphyllum. Ochreae truncatae ferrugineae, apice membranaceae. Umbella composita, quinqueradiata, radiis partialibus pollicaribus. Spiculae frequentes, distinctae patentes, semiunguiculares, 7-12florae, acutae, flavo-ferrugineae: valvulae parum distantes oblongae obtusissimae nitidae, margine membranaceo niveo. Humiliora specimina umbellâ simplici quadriradiatâ absque involucro partiali. In *sylvis paludosis a Pensylvania ad Carolinam.* 4.

175. * C. *Iria;* spicis corymbosis, spiculis linearibus, valvulis remotiusculis obovatis obtusissimis, fructiferis paten-

Digitized by Google

tibus, umbellis laxis. *Vahl Enum.* II. p. 361. *Willd. Spec.* I. p. 286. C. *Santonici Rottb. Gram.* t. IX. f. 1. *Willd. Spec.* I. p. 287. *Pers. Syn.* I. p. 64. junior Iria. C. *panicoides Lam. Illustr.* I. p. 145. *Scheuchz. Agrost.* t. IX. f. 2. junior; t. IX. f. 4. adultior. *Pluhn. almag.* p. 179. t. 191. f. 7.

Culmus pedalis et ultra, laxus, triqueter, basi foliosus; folia culmo breviora, flaccida, linearia, extrorsum margine scabra. Involucrum subtriphyllum, unicum semipedale, partiale nullum, nisi squamae setaceae. Ochreae compressae, obtusae, mucronatae. Umbella decomposita: radii 6-7, longiores saepe spithamaei, filiformes: partiales distantes, 4-5, capillares, infimi 2-3stachyi, reliqui monostachyi brevissimi. Spicae infimae 1 1/2 pollicares. Spiculae approximatae, 20florae, floriferae lineam longae, fructiferae unguiculares, obtusae, valvulis remotiusculis, conduplicatis, parvis, striâ utrinque prope dorsum, latere membranaceae flavescentes, sensim, rhachi denticulatâ superstite, deciduae. *Vahl.* Distinctissimus spiculis dentium pectinis instar parum distantibus. *Willd.* In *India orientali. China.*

176. * C. *distans;* spicis distichis, spiculis filiformibus patentibus, flosculis distantibus, umbellâ strictâ. *Vahl Enum.* II. p. 363. *Willd. Spec.* I. p. 288. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 53. *Jacq. Ic. pl. rar.* t. 299. *P. de Beauv. Fl. d'Oware* I. p. 35. t. 20. C. *elatus Rottb. Gram.* p. 37. t. 10.

Culmi 2-3pedales et ultra, pennâ anserinâ tenuiores, acutanguli. Folia culmo breviora. Involucrum subhexaphyllum, plurima umbellâ longiora, unicum 1 1/2pedale, nervi duo parum elevatiores, supra extrorsum scabriuscula: partiale triphyllum, umbellulâ brevius. Ochreae in setam attenuatae. Umbella decomposita, subnovemradiata: radii longiores spithamaei: partiales 3-5, ultimi subterni subsessiles. Spicae sesquipollicares patentes. Spiculae plures, interdum 30, unguiculares, distantes, 10-14florae, teretes, parum flexuosae: valvulae oblongae convexae. In *Caribaeis; Guinea Thonning, in India orientali Rottler. In sylvis arenosis siccis Pensylvaniae ad Carolinam. Pursh.* 2.

177. C. *expansus Poir.;* culmo praealto nudo triangulari; umbellâ supra-decompositâ ramisque expansis complanatis; involucro subtetraphyllo longissimo; spiculis subulatis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 268.

Affinis C. *distanti*, sed spiculae magis congestae, nec culmus basi foliosus. Culmi basi fere crassitie digiti minimi glabri tripedales, basi vaginis fuscis membranaceis. Folia involucri satis lata, subaequalia, laevissima, striata, quarto minore. Radii graciles inaequales, superne ramis pluribus alternis horizontalibus fere capillaribus; spiculae fere sessiles subdistantes,

Digitized by Google

semipollicares, squamis laxe imbricatis rubellis obtusis margine albis. In *Madagascar. Aub. d. P. Thouars.*

178. C. *umbellatus Burm.*; spicis corymbosis, spiculis linearibus, umbellae radiis elongatis involucro diphyllo longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 362. *Burm. Ind.* 21. t. 9. f. 1.

Folia longitudine culmi triquetri nudi, involucella setacea, umbellae radii circiter 7. In *India orientali.*

179. C. *laxus Vahl*; spicis corymbosis, spiculis filiformibus, umbellulis fastigiatis laxis. *Vahl Enum.* II. p. 362.

Culmus bipedalis, crassitie pennae anserinae, acute trigonus. Folia altitudine culmi, semipollicem lata, extrorsum margine carinâque scabra. Involucrum sub-5-phyllum, umbellâ longius: partiale folium sub radiis 5 inferioribus, lineari-subulatum, umbellulâ longius. Ochreae ligula fere pollicaris, lineari-lanceolata, valde attenuata, serrulata. Umbella decomposita, 6-8-radiata: radii 3-4pollicares, laxi: partiales 4-6, capillares, vix pollicares, ultimi breves, remotiusculi. Spiculae remotiusculae unguiculares, teretes, tenuissimae, 6-8florae: valvulae lineares obtusae concavae, latere membranaceae, pallide ferrugineae, dorso virentes, utrinque unisulcatae. In *India orientali.* 4.

180. C. *nutans Vahl*; corymbis contractis subnutantibus, spiculis linearibus erectis, flosculis distantibus, umbellâ laxâ. *Vahl Enum.* II. p. 363.

Viridi-glaucus. Culmi triquetri. Folia carinata, extrorsum margine carinâque scabra. Involucri foliola 3 umbellâ longiora, unicum 1½pedale, facie foliorum: partiale sub spiculis infimis 2-4phyllum, setaceum, spiculis brevius. Ochreae obtusae pallidae purpureo-punctatae. Umbella composita radiis circiter 6, 3 longioribus filiformibus, subspithamaeis vel brevioribus laxis erectiusculis, reliquis capillaribus, saepe pendulis. Spiculae circiter 10, approximatae, rhachidi subadpressae, unguiculares, angustae, 16-18florae acutae, valvulis lineari-oblongis acutis apice patulis, fusco-virentibus, margine membranaceis. Diversissimus a C. *distante.* In *India orientali. Koenig.*

181. * C. *elatus*; culmo triquetro nudo, umbellâ foliosâ supradecompositâ, spicis digitalibus imbricatis, spiculis subulatis. *Linn. am. acad.* IV. p. 301. *Vahl Enum.* II. p. 363. *Willd. Spec.* I. p. 287.

Gramen magnum, culmus laevis, umbella inaequalis, involucrum universale longissimum: partialia spicis breviora. Spicae sessiles non modo ad umbellas universales, sed et ad partiales, longitudine digiti, ferrugineae, spiculis teneris distichis. In *India orientali.*

Digitized by Google

182. C. *speciosus Vahl;* spicis corymbosis, spiculis subulatis distichis, umbellulis involucello brevioribus, ochreis biaristatis, culmo acutangulo. *Vahl Enum.* II. p. 364. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 53. *Royen Lugdb.* p. 50. n. 6.? *Gronov. Fl. virgin.* p. 131. C. *virginicus Jacq.* in *Herb. Lambert.*, teste *Pursh.*

Culmus vix crassitie pennae columbinae; involucrum sub-5-phyllum, partiale subtetraphyllum, umbellulâ longius. Umbellae radii circiter 8, longiores pollicares, patentes, partiales breves; spicae vix pollicares, spiculae vix semiunguiculares, teretes, 6florae, viridi flavescentes, valvulis linearibus. In *Virginia. Herbar. Hort. paris.*

183. C. *Enslenii Pursh;* spicis corymbosis oblongis basi ramosis nudis, spiculis numerosis divaricatis confertis linearibus subsexfloris, valvulis oblongis striatis, involucro octophyllo umbellam subaequante. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 53.

Folia radicalia linearia, trinervia, glabra, margine carinâque scabra, culmo breviora. Culmus laevigatus, triqueter. Umbella composita, radii octo vel decem. Spicae oblongae, basi ramosae, magnae. Spiculae numerosae (circiter 100) horizontales, castaneae. In *Virginia ad Floridam.* Rarus. 4. An var. C. *speciosi?*

184. C. *giganteus Vahl;* spicis umbellatis, spiculis subulatis, umbellulis involucellum aequantibus, ochreis bifidis, culmo obtusangulo. *Vahl Enum.* II. p. 364. *Rottboell Gram.* p. 38. n. 49. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 263. C. *fubaeflorus*, culmo triquetro nudo, umbellâ foliosa composita, spicis oblongis dense imbricatis, spiculis subulatis. *Rudge guian.* p. 17. t. XXI. *Swartz.*

Similis C. *specioso*, sed culmus 5-8pedalis, apice saepe crassitie fere digiti minimi, obtusangulus; involucri universalis foliola 18, longiora umbellam aequantia, uti involucelli foliola 5 longitudine umbellulae; umbella maxima, 16radiata, radiis spithamaeis, partialibus bipollicaribus, erecto-patentibus, rigidis. Spicae bipollicares, spiculae 10florae, tenues, flavescentes, valvulis oblongis. Variat culmo parum teneriore, radiisque umbellae paucioribus. In *Puerto-Rico West, in Surinam von Rohr, Gujana Rudge.* 4.

185. * C. *Papyrus;* culmo obtusangulo, spicis umbellatis, spiculis subulatis, umbellulis involucello longioribus, ochreis truncatis. *Vahl Enum.* II. p. 365.* *Willd.*

---

* Sub Cypero *Papyro* plures fors latere species eô lubentius cum *Poiret* credimus, quum ipsa haec definitio *Vahlii* a *Linnaeana* non parum recedat. Ait enim *Linnaeus Syst. Veg.* „culmo triquetro nudo, umbella involucris longiore, *involucellis triphyllis setaceis longioribus,*

Spec. I. p. 288. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 270. *Micheli gen. plant.* t. 19. *Bruce iter ed. germ.* V. t. 1. *Cyrillo monogr. Parmae,* 1796. fol. tab. 1. 2. *Henkel* de *Donnersmark adumbr. pl. Hort. hal.* α. Involucellis umbellulâ quadruplo longioribus. β. Involucellis umbellulâ decies et ultra longioribus. γ. Involucellis umbellulae fere longitudine.

Glaucus; culmus crassitie saepe digiti, involucri foliola 4 praeter interiora, lanceolata, basi semipollicaria, margine laevia; partiale tetraphyllum, umbellulâ adultiore brevius, setaceum; ochreae transversim, partialium oblique truncatae; umbella composita, radiis saepe 40, spithamaeis, filiformibus; partialis 2-3radiata, brevis; spiculae 3-2-1, teretes, minimae, 6florae: valvulis concavis linearibus, dorso fuscis, latere flavis. Specimina e *Madagascaria* 3plo majora, involucro ferrugineo; radii umbellae partialis saepe 1½pollicares, supra medium floriferi. In *fluviis Calabriae, Siciliae, Aegypti, Syriae, Madagascariae.* ♃.

Obs. Generis proprii PAPYRI characterem, (ad quod *laxiflorus, odoratus* et *comosus*) vide sub *odorato.*

186. C. *laxiflorus Poir.*; culmo triquetro nudo; umbellâ compositâ, radiis numerosissimis longissimis; spiculis subulatis laxifloris umbellato-sessilibus; involucro polyphyllo brevi, partiali subdiphyllo. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 270.

Habitu accedit ad C. *Papyrum.* Culmi alti, glabri; radii umbellae flexiles 8-10pollicares; spiculae haud numerosae 1-2pollicares, glumis fuscis obtusis nitidis lanceolatis. Involucri folia rigida ensiformia striata acuta; partialia brevissima inaequalia. In *Madagascar. A. d P. Thouars.*

187. C. *exaltatus Retz*; spicis laxis, spiculis linearibus subdistichis, umbellulae terminales tri idae, ochreae biaristatae. *Vahl Enum.* II. p. 366. (et, hoc teste, *Peliv. mus.* n. 539.). *Retz Obs.* V. p. 11. β. C. *canaliculatus Retz*; culmo triquetro canaliculato nudo, umbellâ decompo-

---

spiculis ternis;" et in *Vahl* umbellulae *involucro longiores* dicuntur. In descriptione apertius *Linnaeus:* „Involucrum 8phyllum umbellâ brevius, foliolis exterioribus 4 latioribus. Umbella univers. subaequalis copiosissima, radiis basi vaginatis. Involucella triphylla setacea erecta longitudine involucri universalis: umbellulae *pedunculis* ternis *brevissimis.* Spiculae plures alternae subulatae sessiles." Sic et *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 74. dicit: „umbella multiradiata fastigiata, involucris linearibus longiore, involucellis setaceis umbellulis multo longioribus, spiculis subulatis alternis distantibus. Linnaeanam plantam involucello radiis multo longiore coli Parisiis *Poiret*; alium vero, C. *Papyro* simillimum Cyperum e Madagascar attulisse cl. *Aubert du Petit-Thouars*, involucello radiis breviore. In hoc squamulae 2 ovatae ad utrumque latus ovarii praeter glumam calycinalem.

sitâ, pedunculis racemosis, involucro polyphyllo longissimo. *Retz Obs.* VI. p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 286. *Pers. Syn.* I. p. 64.

Culmus superne crassitie pennae anserinae, obtuse angulatus. Folium bipedale et ultra, inferne semipollicem latum, margine carinâque serrulato-scabrum. Involucrum triphyllum praeter interiora minora, umbellâ longius; partiale 2-3phyllum, angustissimum, umbellâ brevius. Ochreae bifidae, laciniis pollicaribus, subulatis, margine serrulatis. Umbella decomposita maxima, radiis 11-12, longioribus pedalibus; partiales 5-6, bipollicares; terminales 3. Spicae bipollicares vel breviores, subfastigiatae. Spiculae circiter 30-50, fructiferae elongatae, latere purpureae, dorso viridis: valvulae ovatae acutae, dorso substriatae, sensim deciduae. — β. nil esse nisi juniorem *exaltatum*. *Vahl.* In *paludosis, ad rivulos Indiae orientalis Koenig, Rottler.* 4.

188. C. *fastigiatus Rottboell;* spicis cylyndricis imbricatis erectis subfastigiatis, spiculis teretibus. *Vahl Enum.* II. p. 367. *Willd. Spec.* I. p. 285. (excl. *exaltato*), *Enum. H. berol.* I. p. 74.: „umbellae decompositae radiis elongatis fastigiatis, spiculis alternis confertis teretibus (*excl. omn. syn. praeter Rottboell*)." C. *fastigiosus Gmel. S. V.* I. p. 134. *Rottboell Gram.* p. 32. t. 7. f. 2. C. *imbricatus Retz Obs.* V. p. 12. *Willd. Spec.* I. p. 278.

Culmus cubitalis et ultra, crassitie pennae cygneae, acutangulus; foliа ped. lata, extrorsum margine carinâque scabra. Involucri foliola 3 longissima, unico bipedali, pollicem lato, supra trinervia, margine et carinâ denticulis ferrugineis scabra; partiale triphyllum, foliolis subulatis, umbellulâ brevioribus. Ochreae semipollicares, oblique truncatae, integrae, obtusae. Umbella maxima, pedalis, decomposita, 7-8radiata, radiis triquetris laxis; partiales 8, brevissimi, 2-3stachyi. Spicae interdum longitudine digiti minimi, pennâ columbinâ parum crassiores, laxe imbricatae. Spiculae numerosae confertissimae, vix semiunguiculares, 10florae, acutae, flavae, valvulis oblongis, mucronatis, lateribus membranaceis. *Aegyptiacus* glaucus nec flavescens, omnibus partibus 3-4lo angustioribus; *indicus* culmo superne ferrugineo-denticulato. In *Aegypto Forsk.*, *in India orientali Rottler.* 4. — Cf. infra C. *venustum Brown.*

189. C. *alopecuroides Rottb.;* spicis subsessilibus imbricatis teretibus spiculisque ovato-oblongis patentibus. *Vahl Enum.* II. p. 368. *Rottb. Gram.* p. 38. t. VIII. f. 2. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 381. (*ligulari* summopere esse affinem, ut vix nisi umbellâ ampliore et magis compositâ differat). C. umbellâ multiradiatâ compositâ; spiculis spicato-congestis, lanceolatis; squamis arctissime imbricatis margine inflexis; involucro 5-6phyllo elongato, involucellis subseta-

Digitized by Google

ceis umbellulas aequantibus; culmo laevi, longitudine foliorum. *R. Brown Prodr.* I. p. 217. C. *glomeratus Willd. Spec.* I. p. 277. (teste *Willd. Enum. H. berol.* I. p. 75.) *Pers. Syn.* I. p. 62. *Petiver* p. 55. n. 591. (fide *Vahl*).

Culmus acutangulus, crassitie pennae anserinae. Folia semipollicem lata, margine scabra. Involucrum subtriphyllum, foliola unguem lata, duo umbellâ longiora, partiale triphyllum, umbellâ brevius. Ochreae lamina bifida. Umbellae radii 7-8, longiores spithamaei et ultra, partialis 3-7radiata. Spicae 3-5, 1-2pollicares, interdum crassitie digiti minimi, oblongae vel cylindricae, obtusae. Spiculae confertissimae, demum patentes, 12-26florae, 2 lineas longae, ovato-oblongae, acutae: valvulis ovatis obtusis mucronatis sensim deciduis. In *Arabia Forsk.*, *in India orientali Rottler*, *ad promont. b. spei Thunb. In endeavour Rivers viciniis et Bay of inlets. R. Brown.* 2. Confer C. *australem* et *glomeratum*.

190. C. *biceps Vahl*; spicis teretibus compactis, spiculis linearibus confertissimis, valvulis oblongis acuminatis, umbellâ subuniradiatâ, culmô obtusangulô. *Vahl Enum.* II. p. 368.

Culmus pedalis vel brevior, obtuse trigonus, rigidus. Folia radicalia copiosa, altitudine culmi, linearia. Involucri foliola 5, umbellâ 3-4plô longiora. Capitulum alterum sessile, nuce juglandis majus, e plurimis minoribus, alterum pedunculatum duplô minus, radius longitudine capituli centralis. Spiculae numerosissimae, semipollicares, 36-40florae, obtusiusculae, flavescentes, nitidae: valvulae acumine patulo. In *Galam. Herb. Juss.*

191. C. *radiatus Vahl*; spicis sessilibus patentibus imbricatis teretibus, spiculis oblongis subsquarrosis, involucro triphyllo, culmo acutangulo. *Vahl Enum.* II. p. 369.

Culmus sesquipedalis, inferne crassitie pennae anserinae; folia plura altitudine culmi, linearia, margine carinâque scabra, glauca. Involucri foliola 3, umbellâ longiora, unum pedale, partialis squamae brevissimae setaceae. Ochreae unidentatae. Umbellae compositae, radiis 6-7, longiore polliçari. Spicae 4-6, sessiles, intermedia erecta, reliquae horizontales, pollicares, laxe imbricatae. Spiculae numerosae, 14-20florae, lineam longae, convexiusculae, confertissimae: valvulis ovatis acumine patente membranaceis, sordide flavescentes, prope carinam striatae, sensim deciduae. Spiculae, ut in C. *bicipite*, ex acumine patente valvularum ciliatae videntur. In *India orientali Koenig*; *in Guinea Isert.*

192. C. *aristatus Rottb.*; capitulis oblongis, valvulis calycinis subulatis recurvis. *Vahl Enum.* II. p. 369. *Willd. Spec.* I. p. 275. *Rottb. Gram.* p. 23. t. VI. f. 1. SCIRPUS *capitatus Burm. Ind.* p. 21. SCIRPUS *intricatus Linn.*

Digitized by Google

bifidâ, laciniis divaricatis. *Vahl Enum.* II. p. 371. *C. alopecuroides Thunb. Prodr.* I. p. 18. *C. ligularis Herb. Lam.*

Viridi-glaucus. Culmus altus, crassitie fere pennae anserinae, acutangulus. Involucrum 5-6phyllum, foliola omnia umbellâ longiora, longius 1 1/2pedale, margine carinâque serrulato-scabra; partiale ad singulum capitulum monophyllum, eodemque longius, lineari-subulatum. Ochreae pollicares, trigonae, oblique truncatae, ligulâ serrulato-scabrâ. Umbella composita, radiis 5-6, longioribus 5-6pollicaribus. Spicae 5-8, intermediâ 1-1 1/2pollic., crassitie saepe digiti, erecta: laterales radiatim patentes, breviores, tenuiores, omnes obtusissimae, undique spiculis copiosissimis. Spiculae parvae 2-6florae, vix semiunguiculares, acutae, valvulis linearibus attenuatis concavis dorso striatis viridibus, margine purpureis. In *promont. b. spei.*

199. C. *comosus;* culmo triquetro nudo, umbellâ foliosâ, spiculis linearibus longissimis, tuberibus ovatis: Zonis obsoletis. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 30. *Sibth. Fl. gr.* t. XLIV.

Radix repens, tuberifera. Tubera solitaria obsolete zonatâ nec mollia, aromatica. Culmi sesquipedales triquetri. Folia apice recurvata. Umbella supradecomposita, pedunculis filiformibus. Involucrum polyphyllum, umbellâ longius. Spiculae subalternae sesquiunciales! graciles, spadiceo-rutilantes. An κυπειρος ὁ ἑτερος *Theophr. Hist. IV.* II. In *palustribus prope Patras.* 4.

200. C. *radicosus;* culmo triquetro nudo, umbellâ foliosâ, spiculis lanceolatis, foliis patentissimis rigidis recurvis. *Sibth. Fl. gr.* t. 45. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 30.

Radix perpendicularis, subtuberosa. Culmi spithamaei. Folia arcuato-deflexa. Umbella decomposita, quandoque supra. Involucrum subtriphyllum umbellâ triplo longius. Spiculae lanceolatae semiunciales spadiceo-rufae, glumarum margine albido. In *arenosis ad flaviam Ryndacam prope Sousougherli, qua via a Smyrna ad Bursam ducit, et in insulis Graeciae, sed rarius.* 4.

201. C. *hirtus;* culmo trigono aphyllo, umbellâ simplici, involucro subtriphyllo, foliis filiformibus hirtis. *Thunb. in phytogr. Bl.* I. p. 6. *Fl. capens.* I. p. 378.

Folia radicalia plurima, longitudine fere scapi capillaris erecti inaequalis; umbellae circiter sexflorae, medio flore sessili; involucr. 3-4phyllum; spiculae ovatae glumis acuminatis. In *promont. b. spei.* ⊙?

202. C.? *melicoides Poiret;* caule tereti folioso; paniculâ elongatâ coarctatâ; spiculis parvis acutis; glumis mucronatis. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 273.

Digitized by Google

Paniculae habitus Melicae *coeruleae*. Rad. fibrae capillares terrae fortiter adhaerentes. Culmi firmi, 2-3ped.; folia radicalia angusta, caulina rigida plana, satis larga, margine aspera, acutissima. Panicula fastigiata, pedalis, e ramis fasciculatim ex axillis foliorum superiorum egressis, culmo canaliculato arcte appressis, ancipitibus, ramosissimis. Spiculae vix compressae axillares et terminales pedicellatae, rufescentes ovatae pauciflorae. Glumae 2 exteriores fuscae scariosae cuspide recta longitudine fere glumae. Filamenta 6 sterilia villosa, 3 fertilia, vix glumâ longiora. Ovarium trigonum. Stylus trifidus longitudine staminum. Semen flavum laeve triquetrum. In *sylvis humidis montosis île de France et Bourbon. Aub. du Petit-Thouars.* Certe non hujus generis.

203. C.? *hirsutus Berg.*; culmo tereti folioso; spicis ovatis lobato-conglomeratis terminalibus; glumis mucronatis ciliatis; foliolo lineari lobis spicae subjecto. *Berg. Fl. cap.* p. 11. *Buxb.* Cent. III. p. 29. t. 53. *Gmel. S. Veg.* p. 130. *Vitman Summ. pl.* I. p. 137.

Gramen paludosum, radix repens, culmi plures pedales, simplices erecti striati hirsuto-scabri, folia 5pollicaria, linearia, basi vaginante, hirsuto-scabra, striata. Spicae plures obtusae. In *promont. b. spei.* 4.

204. C. *minutus Forsk.*; foliis planis semiteretibus canaliculatis recurvis, capitulo terminali, involucro triphyllo. *Forskål Fl. aeg. arab.* p. 202. *Gmel. S. V.* I. p. 130.

Praeter *Gmelinum* recepit nemo.

205. C. *acutiusculus Lagasca*; culmo triquetro superne nudo, umbellâ simplici, spiculis linearibus obtusis spicato-capitatis, capitulis pedunculatis reflexis. *Lagasca gen. et spec. nov. diagn.* p. 2. n. 19.

Umbella 6radiata, radiis duobus infimis elongatis, recurvatis; 4 interioribus brevissimis. Spiculae circiter duodecimflorae. Involucrum diphyllum, umbellâ triplo fere longius. *Hab. in nova Hispania.*

Species

adhuc minus cognitae e nova Hollandia.

cf. *R. Brown Prodr. pl. nov. Holland.* I. p. 213. sqq.

A. *Culmus teres.*

206. C. *vaginatus Br.*; culmo basi vaginato, involucris 6-8phyllis subaequalibus planis, umbellâ compositâ longioribus, spiculis lineari-lanceolatis serratis multifloris.

In *Port. Jackson's viciniis et ad oram meridionalem novae Hollandiae.*

B. *Culmus triqueter.*

a. *Spiculae solitariae vel aggregatae, fasciculis indivisis.*

207. C. *debilis Br.*; spiculâ solitariâ lineari-lanceolatâ, squamarum lateribus subenervibus, involucris 2-3phyllis elongatis, culmis setaceis.

Ad portum Jackson.

208. C. *gracilis Br.*; spiculis 2-4linearibus, squamarum lateribus nervosis acutis, apicibus patulis, involucris triphyllis elongatis, culmis setaceis.

Ad portum Jackson.

209. C. *enervis Br.*; spiculis 2-4 linearibus, squamarum lateribus enervibus; apicibus acutis strictis; involucris triphyllis elongatis, minore fasciculum superante, omnibus foliisque subsetaceis, culmis laxis.

In *Endeavour-rivers vicinitate, et Bay of Inlets.*

210. C. *laevis Br.*; spiculis 6-8 congestis, lineari-lanceolatis, squamarum lateribus subenervibus, involucris 2-3-phyllis, longiore foliisque planis, culmo erecto.

Ad portum Jackson.

211. C. *pulchellus Br.*; capitulo globoso polystachyo, spiculis linearibus, squamis membranaceis obtusis, monandris, involucris triphyllis, elongatis, divaricatis, culmis erectis setaceis.

In *Endeavour-rivers vicinitate, et in Bay of Inlets.*

b. *Umbellae radii elongatae vel distinctae, spiculis terminalibus umbellatis.*

212. C. *trinervis Br.*; umbellae radiis 6-8 subindivisis, spiculis 4-8 linearibus, squamarum lateribus uninervibus acutis, involucris subtetraphyllis, umbellâ duplo longioribus, foliisque planis.

Habit. cum praecedente, et ad portum Jackson.

213. C. *imbecillis Br.*; umbellae radiis 4-6 capillaribus indivisis; spiculis 1-4linearibus; squamis enervibus acutis; involucris diphyllis; longiore umbellam subaequante, culmo foliisque laxis.

Habit. ad portum Jackson.

214. C. *aquatilis Br.*; umbellae radiis 4'-6 capillaribus paucifloris; longioribus divisis; spiculis lineari-lanceolatis; squamis acutis semiscariosis diandris; involucro diphyllo; majore umbellâ breviore foliisque planis flaccidis.

In *Endeavour-rivers viciniis et in Bay of Inlets.*

Digitized by Google

215. C. *flaccidus Br.*; umbellae radiis 4-5 capillaribus, indivisis, pauciflоris, spiculis oblongo-linearibus, inciso-serratis; squamis semi-scariosis, apice acuto recurvato-patulo, involucris monophyllis umbellam subaequantibus, culmo parum brevioribus foliisque planis.

Hab. cum praecedente.

216. C. *inundatus Br.*; umbellae radiis 3-4 capillaribus, pauciflоris; longiore culmum diffusum aequante; spiculis lineari-lanceolatis, pinnatifidis, squamis acutis, involucris monophyllis, umbellâ brevioribus. p. 214.

Hab. cum praecedentibus.

217. C. *tetraphyllus Br.*; umbellae radiis 4-6 pauciflоris, strictis, indivisis, spiculis linearibus, squamis acutis tenuissime nervosis, involucris tetraphyllis longissimis, foliisque planis culmo longioribus.

Habit. ad portum Jackson.

218. C. *breviculmis Br.*; umbellâ culmum erectum vel involucrum diphyllum subaequante; radiis 3-5; longiore subinde diviso; spiculis linearibus pinnatifidis; squamis acutis diandris.

In *Endeavour-rivers viciniis, et in Bay of Inlets.*

219. C. *platyculmis Br.*; umbellâ multiradiatâ compositâ effusâ, involucrum diphyllum planum subaequante; spiculis subternis linearibus, squamis acutiusculis triandris, nucibus laevibus, culmo compresso foliis duplo longiore.

In *iisdem locis cum antecedente.*

Obs. Ab hoc C. *Haspan* L. differt squamarum figurâ nucibusque obovatis punctato-scabris.

220. C. *concinnus Br.*; umbellâ multiradiatâ subdecompositâ, spiculis subternis ovalibus squamisque obtusis scariosis, involucro triphyllo umbellam superante, culmo extrorsum scabro folia laxa subaequante.

Hab. cum praecedente.

221. C. *angustatus Br.*; umbellâ multiradiatâ compositâ spiculis 3-5 patulis angusto-linearibus, teretiusculis; squamis nervosis acutis, involucris triphyllis longissimis.

Hab. cum praecedentibus.

c. *Umbellae contractae, radiis brevissimis.*

d. *Umbellae radii elongati vel distincti, spiculis alternis distinctis vel congestis.*

222. C. *platystylis Br.*; umbellâ simplici, radiis 4-6 subaequantibus spiculas 5-6 congestas patulas lineari-lanceo-

latas, squamis acutis enervibus, stylis compressis ciliatis, involucris 3-4phyllis umbellâ longioribus, foliisque planis culmo brevioribus.

Ad portum Jackson.

223. C. *Brownii;* umbellâ simplici-pauciradiatâ, capitulis subrotundis polystachyis, squamis nervosis acumine uncinato-recurvo, monandris, stylis bifidis, involucris triphyllis umbellâ longioribus foliisque planis. C. *uncinatus R. Br.* l. c. p. 215.

In *Endeavour-rivers viciniis, et in Bay of Inlets.*

Obs. Variat capitulo solitario. Nomen mutandum erat ob *uncinatum* antiquius *Poiret.*

224. C. *fulvus Br.;* umbellâ 5-6radiatâ simplici, capitulis globosis polystachyis, spiculis linearibus 5-7floris pinnatifidis, squamis nervosis mucronulo erecto; involucro 4-5-phyllo, umbellam superante, plano; culmo obtuse angulato laevifolia subaequante.

Ad Endeavour-river, et in Bay of Inlets.

Obs. Hic cum duobus sequentibus CYPERO *conferto Swartz* et *viscoso Sw.* valde affinis.

225. C. *sporobolus Br.;* umbellâ 5-6radiatâ simplici et semicompositâ; capitulis globosis polystachyis, spiculis linearibus subquinquefloris pinnatifidis; squamis nervosis mucronulo erecto persistentibus; involucro 4-5phyllo umbellam superante; involucellis setaceis capitulum subaequantibus; culmo obtuse angulato, foliis laevibus duplo longiore.

Hab. cum praecedente.

226. C. *sexflorus Br.;* umbellâ 6-8radiatâ compositâ strictâ; spiculis umbellato-capitatis, linearibus, subsexfloris pinnatifidis, squamis nervosis, involucris hexaphyllis elongatis, involucellis umbellulâ brevioribus, culmo laevi foliis scabris longiore.

Habit. cum praecedentibus.

227. C. *microcephalus Br.;* umbellâ 5-6radiatâ semicompositâ, spiculis umbellato-capitatis linearibus subquinquefloris pinnatifidis, squamis nervosis, involucro 3-4phyllo longissimo, radiis divisis involucellatis, culmo scabro foliis carinatis breviore.

Ad Endeavour-river, et Port. Jackson.

228. C. *Holoschoenus Br.;* umbellâ 5-6radiatâ compositâ et semidecompositâ: capitulis globosis polystachyis, spiculis 4-5floris, ovatis; squamis enervibus obtusiusculis; in-

volucri foliolis duobus umbellam superantibus foliisque carinatis; culmo obtusangulo laevi.

In *iisdem locis.*

229. C. *unioloides Br.*; umbellâ 2-4radiatâ, simplici, spiculis 8-10 confertis, lanceolatis, serratis, squamis acutis enervibus; nucibus orbiculatis lenticularibus, rugosiusculis; involucris triphyllis longissimis foliisque planis laxis, culmo acutangulo laevi. p. 216.

Habit. cum praecedentibus.

230. C. *carinatus Br.*; umbellâ 6-7radiatâ compositâ; capitulis polystachyis, spiculis linearibus incisis 12-14floris; squamis nervosis acutiusculis; involucri triphylli foliolis duobus umbellam superantibus; foliisque carinatis culmo obtusangulo laevi brevioribus.

Hab. ubi praecedens.

231. C. *alterniflorus Br.*; umbellâ 6-7radiatâ composita; capitulis polystachyis; spiculis linearibus multifloris; squamis distinctis, nervosis, acutiusculis; involucro triphyllo, longissimo, reflexo, aspero; culmo acutangulo.

Hab. in iisdem locis.

232. C. *areolatus Br.*; umbellâ 2-3radiatâ simplici; spiculis approximato-alternis, linearibus; squamis acutis enervibus diandris; stylis bifidis; nucibus lenticularibus; involucris 2-3phyllis elongatis foliisque planis.

Ad Endeavour-river, et in Bay of Inlets.

233. C. *scariosus Br.*; umbellâ 2-5radiatâ simplici, spiculis approximato-alternis, lineari-subulatis, teretiusculis; squamis acutiusculis subenervibus; rhachi alatâ; involucro diphyllo, umbellam subaequante; culmo laevi, foliis carinatis duplo longiore.

Hab. in iisdem locis.

Obs. Proximus CYPERO *diphyllo Retz Obs.* 5. p. 11., secundum exemplar *Koenigii.*

234. C. *littoralis Br.*; umbellâ 3-4radiatâ, simplici; spiculis 5-6 approximato-alternis, linearibus; squamis arcte imbricatis, obtusis, enervibus; involucris diphyllis, umbellam superantibus foliisque carinatis, intus maculatis, culmum laevem subaequantibus.

Hab. cum praecedentibus.

Obs. Valde affinis CYPERO *rotundo* L.

235. C. *ornatus Br.*; umbellâ 4-6radiatâ semicompositâ; spicis 6-12floris; spiculis lanceolato-linearibus; squa-

Digitized by Google

mis arcte imbricatis obtusis enervibus, margine scarioso-discolori, involucris triphyllis elongatis foliisque planis margine scabris, culmo laevi breviores. p. 217.

Hab. ad Portum Jackson.

236. C. *compositus Br.;* umbellâ 5-7radiatâ; spicis compositis polystachyis; spiculis congestis linearibus 6-8floris; squamis obtusis nervosis arcte imbricatis, involucro triphyllo longissimo scabro, culmo laevi.

Hab. ad Portum Jackson.

237. C. *venustus Br.;* umbellis multiradiatis compositis, spicis elongatis subdistichis; spiculis distinctis, lineari-lanceolatis; squamis obtusiusculis mucronulatis; involucro subtetraphyllo elongato, involucellis subsetaceis, umbellulâ brevioribus; culmo striato laevi.

Hab. ad portum Jackson, in Endeavour-rivers viciniis, et in Bay of Inlets.

Obs. C. *fastigiatus Rottb. Gram.* 32. t. 7. f. 2. huic valde similis videtur, et forsan haud diversus. C. *venustus* ex India orientali a *Koenigio* missus sub nomine CYPERI *alopecuroidei Rottb.* in Herb. Banks. extat.

238. C. *ventricosus Br.;* umbellâ multiradiatâ, spicis compositis decompositisque; spiculis confertis divaricatis, oblongo-lanceolatis teretiusculis, squamis nervosis acutis arcte imbricatis; involucro 4-5phyllo longissimo foliisque scabris, culmo laevi longioribus. — Ira *Rheed. malab.* XII. p. 103. t. 55.

Habit. cum praecedenti.

239. C. *subulatus Br.;* umbellâ multiradiatâ indivisâ; spiculis corymboso-confertis, patulis subulatis; squamis alternis acutis dorso striatis; involucro tetraphyllo umbellam superante, foliisque planis culmo laevi brevioribus.

Habit. ad portum Jackson.

240. C. *acutus Br.;* umbellâ 3-4radiatâ, indivisâ; spicis ramosis; spiculis confertis, divaricatis, subulatis, teretibus, subquadrifloris; squamis alternis obtusiusculis, nervosis; involucro triphyllo umbellam superante, foliisque planis scabris culmo laevi brevioribus.

Habit. ad portam Jackson.

241. C. *lucidus Br.;* umbellâ 6-8radiatâ semicompositâ; spicis oblongis densis, spiculis confertis divaricatis subulatis teretibus subquadrifloris; squamis alternis, acutis,

nervosis, nitidis involucro 5-6phyllo, longissimo, plano, foliisque margine scabris.

Habit. ad portum Jackson.

Obs. C. *ligulari* proximus.

NB. *Henr. Salt* in itinere novo *abyssinico* (*Edit. germ. D. Rühe* p. 475.) ex revisione *Rob. Brown* nominatenus adducit: CYPERUM *involutum, melanocephalum, densum* ut species novas.

184. MACHAERINA.

1. M. *restioides Vahl Enum.* II. p. 238. SCHOENUS *restioides Swartz Prodr.* p. 19. *Fl. Ind. occ.* I. p. 104. *Willd. Spec.* I. p. 266. SCIRPUS *lavarum Poiret Enc. meth.* n. 108.

Culmus erectus simplicissimus compressus anceps, apice triqueter, articulatus. Folia radicalia plura, culmo dimidio altiora, pollicem lata, enervia glabra, margine ferrugineo, facie foliorum IRIDIS *germanicae*, basi equitantia: unum praeter floralia superne in culmo. Pedunculi corymboso-paniculati, plures e vagina spathacea alterni ancipites, semel vel bis ramosi, undique ad divisuras vaginulis. Spiculae apice ramulorum oblongae pauciflorae. Squamae ovato-lanceolatae. Semen triquetrum. Setae pistillo adsidentes. Filamenta 2-3. In *India occidentali, Montserrat.*

185. HYPAELYPTUM. *

1. H. *pungens Vahl;* spicis ovato-oblongis, squamis obtusis, involucro pungente. *Vahl Enum.* II. p. 283.

Bipedalis. Folia pedalia. Involucrum sesquipollic. Capitulum magnitudine coryli. Spicae circiter 12, vix semiunguiculares; squamae margine membranaceae, juniores lutescentes, adultiores purpurascentes. Calycis valvulae longitudine fere squamae, purpurascentes, carinâ ope lentis subciliatae. Stamina corollâ multo longiora. Stylus unicus, indivisus. Semina flavescentia, punctis purpurascentibus. In *America merid. Richard.*

2. H. *argenteum Vahl;* spicis ovatis, squamis acutis, stylo trifido, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 283.

---

* Omnibus radix fibrosa purpurea; culmi plures erecti, triquetri, enodes, striati, glabri, inferne foliosi, ut tota planta flavescentes. Folia 2-3, culmo breviora, aeque rigida, canaliculata, extrorsum margine scabra, striata, vaginantia, vaginis purpureis laxis basi dilatatis. Involucrum bivaro 1-4phyllum, patentissimum, foliola basi dilatata, spiculis longiora, unicum reliquis longius. Spicae terminales sessiles glomeratae obtusissimae arcte imbricatae, laterales patentes, intermedia erecta. Flosculi sensim decidui.

Digitized by Google

SCIRRUS *senegalensis Lam. Illustr.* I. p. 140. HYPOLYTRUM *senegalense Rich.* ap. *Pers. Syn.* I. p. 70.

Pedalis; involucri foliolum longius 2-3pollicare; spicae plerumque 5-6, interdum tres, magnitudine piperis nigri: squamae niveae nitidae, inferiores punctis purpureis. Sequenti *sphacelato* similis, sed robustius, rigidius. (Stam. duo, stigmata tria. *Rich.*) In *India orientali ad margines agrorum et in scaturiginosis Koenig, in Senegal Dupuis.* 4.

Obs. Huic non omnibus partibus similis species, quam, eâdem laudatâ synonymiâ, describit *Kunth* in *Humb. et Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* p. 176. nomine HYPOELYTRI *argentei*: foliis linearibus, spicis ovatis glomeratis, involucro diphyllo spicis longiore, glumis (sub) rhombeis acuminatis, semine trigono, et cui rhizoma horizontale, repens? Culmi erecti pedales trigoni sulcati glabri flavo virentes, basi foliati vaginis tecti. Folia exsiccata convoluta glabra rigida margine scabra culmo breviora basi vaginantia. Vaginae membranaceae striatae fuscescentes glabrae exteriores aphyllae. Spiculae terminales sessiles 5-6, obtusae, 3-4lin. longae densae albidae. Involucri foliola lineraria margine scabra rigida, basi dilatata membranacea inaequalia, breviore semipoll., longiore bipoll. Glumae numerosissimae glabrae planiusculae striato-nervosae membranaceae fuscescentes uniflorae. Squamae duae, tenuissime membranaceae diaphanae ovatae acutae 9-11nerviae glabrae, glumis duplo breviores, iisque oppositae, inaequales, exteriore paullo majore. Stylus trifidus. Ovarium oblongum trigonum squamis brevius. Semen? Folia in speciminibus a *Kunthio* visis paullo angustiora quam in planta *Vahlii*. In *opacatis irriguis Provinciae Guayanensis in ripa Orinoci inter ostia Ventuarii et Conucos de Siquita.*

3. H. *sphacelatum Vahl*; spicis ovatis, stylis bifidis, foliis linearibus. *Vahl Enum.* II. p. 283.

Pedalis. Folia glauco-viridia, apice saepe sphacelata. Involucrum rarius monophyllum; foliolum longius tripollicare. Spicae 3-4, pipere nigro dimidio minores, juniores albidae, aetate fuscae; squamae acutae. Stam. duo (*Rottler*) tria (*Koenig, Vahl*) linearia, antheris duabus flavis. Semen ovatum, striatum, altero latere planum, altero convexum. Styli duo (*Rottler*) unicus (*Koenig* et *Vahl*). In *Tranquebar. Koenig, Rottler.*

4. H. *filiforme Vahl*; spicis oblongis, culmo filiformi, foliis setaceis. *Vahl Enum.* II. p. 284.

Glaucum. Culmi semipedales et ultra, foliis triplo altiora. Involucri foliolum longius bipollicare. Spicae plerumque tres, subinde 4-2, rarius solitariae, semine oryzae duplo minores, aetate fusco-nigricantes: squamae acutae. In *Guinea Thonning.*

5. H. *microcephalum Brown*; spiculis ternis subglobosis, squamis truncato-linearibus aristatis, involucro diphyllo longissimo, culmo setaceo triquetro. *R. Brown Prodr. pl. nov. Holland.* I. p. 220.

Hab. in Endeavour-rivers viciniis et Bay of Inlets.

Digitized by Google

Dubia:

6. H. *gracile Rich.;* foliis angustis, caule debili, spiculis tribus sessilibus subgloboso-ovatis, squamis spathulatis. *Rich.* ap. *Pers. Syn.* I. p. 70.

Stam. unicum Stigm. duo.

7. H. *latifolium;* maximum glabrum, foliis latis trinerviis, corymbo decomposito. *Rich.* ap. *Pers. Syn.* I. p. 70.

Stam. duo. In *India Rich.* Varietatem fors SCHOENI *nemorum* suspicatur *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. T. I. *P. de Beauvois*, qui plantam *e Philippinis* provenientem in *Jussieui* herbario vidit, novam et valde diversam esse judicat. Panicula gracilior, spiculae rotundiusculae, saturate brunneae.

186. FUIRENA.

1. * F. *umbellata Rottb.;* umbellis axillaribus terminalibusque, compositis decompositisque, spiculis glomerato-capitatis, culmo foliis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 383. *Rottboell* p. 70. t. 19. f. 3. *R. Brown Prodr.* I. p. 220. F. *paniculata Linn. Suppl.* p. 105. *Lam. Illustr.* I. p. 150. t. 39. *Willd. Spec.* I. p. 255. Huc *Poiret* ducit F. *obtusifloram Vahl Eclog. am.* II. p. 8.

Alta. Culmus pennâ columbinâ crassior, tetragonus, (laevis) superne lateribus duobus sulcô excavatis, pallide virens. Folia spithamaea et ultra, pollicem fere lata, internodiis longiora, vix scabra; vaginae bipollicares, superiores pilosae, (angulatae) ligulâ subciliatâ. Pedunculi axillares et terminales bini, rarius terni, alter longior, vaginâ du-triplo longiores. Involucrum umbellâ multoties brevius, unicum semipollicare; partiale setaceum. Umbella terminalis decomposita, laterales compositae, plerumque quinqueradiatae, partialis biradiata, radiis patentibus, longioribus sesquipollicaribus, compressis, villoso-cinereis. Spiculae 4-6 in singulo capitulo parvae oblongae, villoso-cinerascentes, squamis obovatis, concavis. Petalorum laminae obcordatae. Semen minutum, trigono-subglobosum, mucronatum, laeve, fusco-flavescens. In *Surinamo*, *Cajenna*, *in regno Novogranatensi et nova Hollandia.* *

2. F. *simplex Vahl;* umbellis simplicibus compositisque, spiculis ovato-oblongis solitariis. *Vahl Enum.* II. p.

---

* *R. Brown Prodr.* I. p. 220. FUIRENAS in duas sectiones dividit, quarum *primae:* Perianthii foliolis obcordatis, setis nullis interstinctis: F. *umbellatam . . . alteri:* Perianthii foliolis basi cordatis, setis interjectis (VAGINARIA *Richard* ap. *Persoon*): F. *glomeratam* et *arenosam* adnumerat.

Culmi utrique simplices erecti, articulati, angulati, foliati, raro vaginati. Folia striato-nervosa, vaginis integris, ligulâ membranaceâ brevi. Spiculae subumbellatae, axillares et terminales, squarrosae.

Digitized by Google

384. *Eclog. amer.* II. p. 8. β. F. *obtusiflora Vahl Eclog. am.* l. c. F. *obtusiflora Pers. Syn.* p. 70.

Culmi tetragoni glabri; folia sesquipollicaria, vix semiunguem lata, glabra, superiora ciliata; vaginae foliis dimidio breviores, superiores pilosae, ligulâ ciliatâ. Pedunculi duo ex ultima vagina, alter quadripollicaris, alter bipollicaris. Involucri foliola pilosa, alterum vix pollicare, alterum brevius. Umbella pedunculi longioris composita, quinqueradiata; radii semiteretes pilosi; partialis, uti umbella pedunculi brevioris, 1-4radiata, radiis brevibus recurvatis. Spiculae solitariae in singulo radio unguiculares teretes pilosae; foliola duo brevia ad basin spiculae, ovata, aristâ foliolis longiore: squamae obovatae. Petalorum lamina oblonga, mucronata, fusco-ferruginea, staminibus breviora. Germen pedicellatum. Semen trigonum. Setae tres inter ungues petalorum exsertae. β. differt: spiculis cylindricis nec ovato-oblongis, apice obtusis, in junioribus magis squarrosis, nec acutis, squamis tribus minutissimis ad basin corollae „quas in *simplici* forte ob parvitatem haud observare potui". *Vahl.* In *America meridionali. v. Rohr.*

3. F. *canescens Vahl;* spiculis glomerato-capitatis, culmo foliisque villoso-incanis. *Vahl Enum.* II. p. 385. *Pers. Syn.* I. p. 70.

Culmi trigoni, folia bipollicaria, bractea capitulo brevior, capitulum compositum e quatuor minoribus brevissime pedicellatis; spiculae minores quam in reliquis. Squamae oblongae aristatae trinerves. *Ad Senegal. Richard.*

4. F. *squarrosa Mich.;* umbellis simplicibus, spiculis ovatis, culmo glabro, foliis ciliatis, vaginis pilosis. *Vahl Enum.* II. p. 385. *Michaux Fl. Bor. Amer.* I. p. 37. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 58.

Culmi semipedales, angulati, basi pennâ columbinâ crassiores, inferne aphylli, summitatem versus pilosi. Folia versus culmi medium, 2-5pollicaria, ad lentem supra pubescentia; vaginae inferiores duae ore obliquo aphyllae, ferrugineae, pilosissimae, foliiferae glabrae. Pedunculi saepe duo ex ultima vagina, alter longior. Involucrum umbellâ brevius, vix pollicare, rigidum. Umbella pedunculi longioris radiis duobus unguicularibus villosis. Capitulum pedunculi brevioris absque involucro et radiis. Spiculae 3-4 in singulo radio sessiles, plures in capitulo sessili centrali semiunguiculares, obtusae, squâmis oblongis obtusissimis membranaceis purpurascentibus, subciliatis, dorso viridibus, nervosis, aristâ recurvatâ brevioribus, infimis pubescentibus. Petalorum lamina oblonga mutica. Germen triquetrum. Affinis valde *glomeratae*, sed, praeter characteres datos, folia latiora. In *paludosis novae Caesareae, Georgiae et Carolinae.* 4.

5. F. *glomerata Lam.;* umbellis simplicibus axillaribus terminalibusque, spiculis subternis aggregatis ovato-oblongis. culmo vaginisque glabris. *Vahl Enum.* II. p. 386. *Willd.*

Digitized by Google

Spec. I. p. 309. *R. Brown Prodr.* I. p. 220. *Lam. Illustr.* I. p. 150. *Rottb.* t. 17. f. 1. F. *scirpoides Rottler in litt.* SCIRPUS *ciliaris Linn. Mant.* p. 182. Gramen cyperoides Indiae orientalis, foliis hirsutis pubescentibus, intervallatâ paniculâ pulchrâ. *Plukn. Mant.* p. 98. t. 417. f. 6.

Culmi plures pedales, tenues angulati, inferne vaginati. Folia 3-6pollicaria, plana, ciliata, suprema pilosa: vaginae pollicares, glabrae. Pedunculi plerumque terminales duo, interdum ex axillis superioribus 1-2, villosi. Involucrum diphyllum, patens pilosum, sub umbellâ pedunculi longioris, nullum sub brevioris, foliolum alterum pollicare. Umbella biradiata, radiis brevissimis tristachyis, spiculis 3-6 in pedunculo breviore, glomerato-capitatis. Spiculae semiunguiculares obtusae, squamis oblongis obtusis fusco-viridibus dorso trinerviis, aristâ longitudine squamae. Petalorum lamina subrotunda tridentata, trinervis, purpurea. In *India orientali et nova Hollandia.* ☉.

6. * F. *hirta Vahl;* capitulis globosis hirsutis, foliis subtus pilosis. *Vahl Enum.* II. p. 387. SCIRPUS *hottentottus Linn. Mant.* p. 182. *Willd. Spec.* I. p. 310. *Thunb. Fl. capens.* I. p. 370.

Culmus 2-3pedalis, trigonus, glaber. Folia tripollicaria, erectiuscula, rigida, carinata; vaginae ore membranaceo fusco, uti folia pilosae. Pedunculus terminalis solitarius pilosus. Involucrum capitulô brevius. Capitulum magnitudine fere Cerasi e spiculis numerosissimis oblongis, uti squamae hirsutissimae viridi-nigricantes. Petala subrotundo-ovata, mutica, rufa. In *paladosis ad rivulos promont. b. spei.*

7. F. *scirpoidea Mich.;* aphylla, spiculis terminalibus subternis. *Vahl Enum.* II. p. 387. *Michaux Fl. Bor. Am.* I. p. 38. VAGINARIA * *Richardi Pers. Syn.* I. p. 70. *Parsh Fl. Am. Sept.* I. p. 58.

Rad. repens, crassitie fere pennae anserinae, nodosa; culmus semipedalis, gracilis, apice trigonus, glaber, articuli superiores longiores. Folia nulla nisi acumen vaginarum superiorum vix semiunguiculare, lanceolatum: vaginae remotissimae, semipollicares, glabrae. Bractea sub spicula subulata. Spiculae solitariae, 2-3 sessiles vix semiunguiculares, oblongae, villosae: squamae ovatae, acuminatae. Petalorum lamina oblonga mutica. In *paladosis aestate exsiccatis inde a Georgia ad Floridam.* 4.

8. F. *arenosa Brown;* umbellis axillaribus terminalique simplicibus; spiculis solitariis oblongis pilosis; aristis

---

* Character generis VAGINARIAE a cl. *Richard* datus est: „Spica ovata squamis undique imbricatis. Stigm. trifd. Seminis involucellum (Perisporium) alternatim tripalmaceum et trisetaceum."

squamâ dimidio brevioribus; culmo foliisque glabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 220. T.

9. F. *rubiginosa Spreng.*; foliis subteretibus vaginantibus, spiculis racemosis axillaribus. *Spreng. Mant.* I. p. 29. n. 1. SCHOENUS *rubiginosus Solandr.* apud *Forst. Prodr.* n. 493.

Culmus cubitalis, teres, glaber, basi vaginis foliorum vestitus, supra ramosus. Folia e lata vagina teretiuscula glabra, pedalia. Bracteae pedicellos ramosos angulatos spicularum cingentes scariosae, rubiginosae; spiculae ovatae squamulis aristatis ferrugineis undique imbricatis. Gluma trivalvis aequalis, valvis cordato-mucronatis. In *nova Zeelandia.* Mirum, clm. *Vahl* hanc speciem neglexisse.

187. MELAENACRANIS.

1. M. *scariosa Vahl*; capitulo oblongo, involucro subtriphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 239. SCHOENUS *scariosus Thunb. Prodr* I. p. 16.

Culmi cespitosi, ut plurimum pedales, sub capitulo angulati, filiformes. Folia culmo breviora, setacea, canaliculata, basi in vaginam dilatata. Capitulum terminale, semipollicare, imbricatum squamis ovatis latis in aristam attenuatis, membranaceis, rigidiusculis, laevibus, nitidis, apice patulis: tres inferiores steriles, acuminatae in foliolum setaceum infima tripollicare. Spicula sub singula squama quinqueflora. In *promont. b. spei.* 2.

2. M. *radiata Vahl*; capitulo subgloboso, involucris polyphyllis. *Vahl Enum.* II. p. 239.

Pedalis et ultra. Involucri foliola 6-8, unicum semipollicare, reliqua minora patentissima, subulata, rigida, subpungentia. Capitulum magnitudine Cerasi. Spicae numerosissimae glomeratae ovatae. Folia non vidit immort. *Vahl.* In *promont. b. spei.* 2.

188. KYLINGA. *

1. * K. *monocephala*; capitulo globoso sessili solitario, involucro longissimo. *Vahl Enum.* II. p. 379. *Linn. Suppl.* p. 104. *Willd. Spec.* I. p. 256. *Rottb. Gram.* p. 13. t. 4. f. 4. K. spiculis unifloris, squamis piloso-ciliatis tenuissime nervosis, capitulo indiviso vel trilobo, involucro tri-tetraphyllo elongato. *R. Brown Prodr.* I. p. 219. THRYOCEPHALON *nemorale Forst. Gen.* p. 63. fide speciminis ipsius auctoris in *Herbario Banksiano.* SCHOENUS *coloratus*

* Culmi enodes triquetri basi foliati. Capitulum terminale simplex vel compositum, involucro foliaceo cinctum, spiculis densissime imbricatis verticalibus, squamis extimis vacuis, diutius persistentibus. *R. Brown.*

Digitized by Google

Linn. Spec. p. 64. (teste *Vahl*, non consentiente *Lamarck*). SCIRPUS *cephalotes Jacq. Hort. Vind.* I. t. 97. teste *Vahl* l. c., qui *Rumph Amb.* VI. p. 8. t. 3. f. 2. sine dubio citat. Pee Matenga *Rheede malab.* XII. p. 99. t. 53.

Rad. repens; culmi solitarii distantes (in olla cespitosi), palmares et spithamaci basi foliosi. Folia culmo saepe longiora, linearia. Involucrum foliolo unico lineari, saepe longitudine culmi. Capitulum magnitudine pisi niveum. Spiculae acuminatae. Corollae glumae ovatae lanceolatae acutae, altera carinâ serrulato-ciliatâ. Semina compressa. In *Indiae orientalis umbrosis graminosis, et in nova Hollandia.* 4.

Obs. Kunth, qui auctoritate *Herb. Juss.* SCHOENUM *coloratum Linn.*, et auctoritate *Herb. paris.* THRYOCEPHALON *nemorale Forst.* et *Brown* et *Rottb.* et *Vahl* hic adductos laudat, haud parum discrepantem diagnosin ponit K. *monocephalae* a *Humb.* et *Bonpl. in planitie Caracasanae* lectae: foliis nempe culmum subaequantibus, capitulis solitariis aut ternis, involucro triphyllo capitulo longiore, floribus diandris; glumis striatis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 170.

2. K. *pumila Mich.*; capitulo globoso sessili solitario, involucro brevi, culmo setaceo, flosculis diandris. *Vahl Enum.* II. p. 380. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 28. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 47.

Glabra. Culmi plures 3-4pollicares, acutanguli. Folia culmo breviora, linearia, angusta. Involucrum triphyllum, foliolo unico bipollicari, vel parum ultra. Capitulum vix magnitudine PIPERIS *nigri.* Glumae ovatae acutae minutae, exteriores interiores superantes. Stylus bifidus. In *regione Shavanensium ad Scioto flav., Carolina meridionali, et Georgia.* 4.

3. K. *brevifolia Rottb.*; capitulo globoso sessili solitario, involucro brevi, culmo filiformi, flosculis triandris. *Vahl Enum.* II. p. 380. *Willd. Spec.* I. p. 256. *Rottb. Gram.* p. 13. t. 4. f. 3.

Rad. repens. Culmi saepe bipedales, filiformes, acutanguli, basi vaginis purpureis. Folium unicum e vagina, pollicare. Involucrum triphyllum, foliolis 2-4pollicaribus. Capitula magnitudine piperis nigri. Spiculae oblongae. Calycis valvula longior lanceolata. Corollae glumae ovatae, acutae, subaequales, carinâ ciliatae, saepius apice reflexae. Minime varietas K. *monocephalae*: spiculae pauciores, magis distinctae et horizontales, virides. In *India orientali Koenig; in Caribaeis West.*

4. K. *squamulata Thonn.*; capitulo ovato sessili solitario, involucro elongato, spiculis carinâ squamuloso-spinosa. *Vahl Enum.* II. p. 381.

Facies K. *monocephalae.* Culmi plures palmares et ultra, filiformes, triquetri, basi foliis vaginati. Folia culmo breviora,

linearia, planiuscula, laxa. Involucrum tetraphyllum, capitulo multoties longius; folia 2-3 saepe longitudine culmi. Capitulum magnitudine pisi globosum. Spiculae copiosae, magnitudine seminis Milii, ovatae, acutae. Corollae glumae ovatae, naviculares, latere flavae, membranaceae, carinâ virides, squamulis compressis albis, seminis Artediae modo articulatae. Semen subrotundum complanatum nigrum laeve. In *Guinea*. *Thonning*.

5. K. *vaginata Lam.*; aphylla; capitulo globoso sessili solitario; involucro brevi. *Vahl Enum* II. p. 381. *Lam. Illustr.* I. p. 143. et, teste *Vahl*, l. c. K. *peruviana Lamarck Enc. meth.* III. p. 366. *Poir. Enc. meth. Suppl.* III. p. 222. K. *globosa*, culmo simplici, nudo, anguloso, basi tantum folioso; foliis brevibus, vaginantibus; umbellâ capitatâ; involucro tri-tetraphyllo, foliolis brevibus inaequalibus, lanceolatis; margine dentato, spinoso. *Pal. de Beauv. Fl. d'Oware* I. p. 50. t. 31.? qui Juncum *cyperoidem Sloane* Tab. 81. f. 2. ut synonymon adducit.

Culmi pedales et ultra, inferne vaginati, acutanguli. Folium unicum breve e vagina longiore. Involucrum triphyllum; foliola duo, quadri-quinquepollicaria, vix semiunguem lata. Capitulum piso duplo majus. Spiculae ovatae. Calycis valvulae ovatae, alterâ brevissimâ acutâ, alterâ longiore acuminatâ. Corollae glumae lineares. Semen oblongum, compresso-triquetrum, cinereum. In *Peru et Senegal*, *Chama*, *Oware et Benin Africes*. Radices repentes, copiosae, fasciculos culmorum 20-30 emittentes, sesquipedales, vaginis cylindricis, in folia recta brevia desinentibus. Foliola involucri capitulo quidquam longiora.

6. * K. *triceps*; capitulis subternis sessilibus glomeratis, spiculis confertissimis subimbricatis. *Vahl Enum.* II. p. 381. *Linn. Suppl.* p. 104. *Willd. Spec.* I. p. 256. *Rottboell Gram.* p. 14. t. 4. f. 6. Scirpus *glomeratus Linn. Spec.* ed. I. p. 32. Schoenus *odoratus Aublet* teste *Willd.* l. c. qui et Schoenum *niveum Linn. S. V.* p. 81. huc ducit, de quo *Vahl* plane silet. Thryocephalon *nemorale Forst.* (ex *Vahlii* auctoritate, qui et Motenga *Rheede malab.* XII. p. 97. t. 52. huc ducit. *R. Brown* Forsteri plantam cum K. *monocephala* jungit). K. *nivea Pers. Syn.* I. p. 57. An a K. *monocephala* diversa? quaerit *Vahl*, addens: vidi enim specimina tam spontanea, quam culta, capitulis 1-2-3.

Culmi plures, erecti, digitales et spithamaei, debiles, filiformes, basi vaginati, foliis laxis longiores brevioresve. Involucrum bi-tetraphyllum, majus longitudine culmi. Capitula e spiculis numerosis densissime compacta. Spiculae patulae, sed non horizontaliter patentes, primum niveae, dein apice purpurascentes. Calycis valvulae lanceolatae acutae, alterâ bre-

Digitized by Google

viore. Corollae glumae lanceolatae. In *Indiae orientalis pascuis subaridis. Koenig.* 4.

7. K. *odorata Vahl;* capitulis subternis sessilibus glomeratis, spiculis distinctis patentissimis. *Vahl Enum.* II. p. 382. et *hoc teste: Gramen secunda species Marcgravii Hist.* 1. *fid. Herbar. ejus.* K. foliis culmo brevioribus, capitulis solitariis ternisve, involucro triphyllo, capitulo longiore; floribus diandris, glumis striatis ciliatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 170. Differt a K. *tricipite*, ut K. *brevifolia* a K. *monocephala.* An K. *triceps Swartz Obs. bot.* p. 33. hujus loci? Quaerit *Vahl.*

Culmi palmares uti folia et involucrum rigidi. Folia culmo breviora, subtus punctis elevatis sparsis minutis. Involucrum triphyllum. Capitula lateralia subglobosa patentia, pipere nigro parum majora; intermedium oblongum duplo majus erectum; spiculae ovatae acutae virides. Corollae glumae ovatae acutae aequales. Semen oblongum, compressum, flavum. Stamina duo. In *America meridionali v. Rohr, Richard. In calidis novae Andalusiae, ad ripam fluvii Apure Humb. et Bonpl.* 4.

8. K. *elongata Humb.* et *Bonpl.;* culmo monophyllo, folio culmo breviore, capitulis ternis aut quaternis, involucro tetraphyllo capitulis multo longiore; glumis striatis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 170.

Rad. fibrosa. Culmi erecti 2-3ped., triquetri striati glabri, basi squamis tribus longissimis membranaceis glabris purpurascentifuscis, superiore desinente in folium semiped., lineare, glabrum, margine scabrum. Capitula terminalia sessilia congesta magnitudine pisi minoris; involucri foliola linearia glabra margine scabra; spiculae numerosae densae ovatae; glumae ovato-lanceolatae acutae fuscescentes dorso virides. In *altis umbrosis inter Gonzanam et Loxam Peruviae.* 4.

9. K.? *filiformis Swartz;* umbellâ terminali simplici, spicis sessilibus pedunculatisque ovatis acutis, involucro triphyllo, partiali nullo. *Swartz Prodr.* p. 20. *Fl. Ind. occid.* I. p. 121. *Willd. Spec.* I. p. 257. *Vahl Enum.* II. p. 383.

Culmus pedalis, filiformis, laxus. Folia longitudine saepe culmi linearia convoluta carinata, vaginis minutis. Involucri foliolo uno alterove umbellâ longiore. Spicae parvae oblongae obtusae flavae: spiculae subimbricatae oblongae subacuminatae subcompressae minutae. Calycis glumae ovatae carinatae, subaequales, ut corollae glumae acuminatae. *Swartz* l. c. An CYPERI species? quaerit *Vahl.* In *siccis graminosis Jamaicae et Hispaniolae.*

10. K. *bulbosa de Beauv.;* radice bulbosâ, culmo solitario triquetro canaliculato, floribus capitatis, capitulis solita-

Digitized by Google

riis, rarius bi-ternisve, glomeratis, involucro triphyllo. *Fl. d'Oware* p. 11. t. 8. f. 1. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 221.

K. *tricipiti* proxima; folia linearia, radicalia, acuta, ad apicem serrata, nervis tribus longitudinalibus culmo 6-8pollicibus longiora. *Ad Chamam, in Oware et Benin.*

11. K. *tibialis Poit.;* culmo tereti, capitulo globoso, involucro tetraphyllo brevi reflexo. *Ledebour Dec. plant. Doming.* n. 1.

12. K. *intermedia Brown;* spiculis bifloris; squamis nudis nervosis, interiori majore; involucro triphyllo, foliolo minore capitulum simplex subaequante; foliis linearibus culmo laevi duplo brevioribus. *Brown Prodr. pl. nov. Holl.* I. p. 219.

Hab. ad portum Jackson.

189. REMIREA. *

1. R. *maritima Aubl. gujan.* p. 45. t. 16. *Vahl Enum.* II. p. 391. *Pers. Syn.* I. p. 57. *Pal. de Beauv. Fl. d'Oware* II. p. 22. t. LXXIII. Miegia *maritima Willd. Spec.* I. p. 311. Miegia *macrosperma Pers. Syn.* I. p. 101. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 59. Arundinaria *macrosperma Mich.;* altissima glabra, foliis lineari-lanceolatis subdistichis. *Fl. Bor. Amer.* I. p. 74. *Pal. de Beauv. Agrost.* p. 143. Ludolfia *macrosperma* floribus paniculatis *Willd. Berl. Mag.* 1808. p. 320. Arundo *gigantea*, calycibus 5-10floris, paniculâ laxâ, foliis fauce setosis. *Walt. Flor. Carolin.* p. 81. β. Arundo *tecta Walt.* culmis tectis, stipulis intermedia superantibus, foliis fauce setosis l. c. (fide *Pursh.*)

Radices longe repentes teretes articulatae. Culmi ex articulis palmares semipedales erecti rigidi glabri, inferne basi foliorum persistente tecti, superne in ramos 3-4 divisi vaginis foliorum tectos. Folia linearia, conferta disticha patentia pollicaria, infima longiora subulata rigida subpungentia, supra canaliculata, subtus convexa, margine scabriuscula, basi striata: vaginae fusco-ferrugineae. Capitulum terminale vix semipollicare, subsessile, spiculis imbricatum, oblongum, foliis brevius. Spiculae lineari-lanceolatae valvulis striatis, alterâ parum longiore. In *Cajennae maritimis, Brasilia, Guinea, ad ripas Mississippi, in Florida utraque.*

---

* Plantae in arenosis maritimis intra tropicos provenientes. Culmi repentes, longissimi, vaginati. Rami erecti, dense foliati. Folia stricta, patula, vaginis imbricatis integris Spicae terminales, 1-3 capituliformes, e spiculis undique imbricatis. Involucrum foliaceum, polyphyllum. *Brown.*

Digitized by Google

2. R. *pedunculata Br.*; pedunculo communi spicis longiore. *R. Brown Prodr.* I. p. 236.

190. MARISCUS.

1. *Spicâ depauperatâ solitariâ.*

1. M. *capillaris Swartz*; spicâ oblongâ retrorsum imbricatâ, involucro di(3-5)phyllo, culmo basi folioso. *Vahl Enum.* II. p. 372. SCHOENUS *capillaris Swartz Prodr.* p. 20. *Flor. Ind. occid.* I. p. 106. *Willd. Spec.* I. p. 268. CYPERUS *nanus Willd. Spec.* I. p. 272. *Pers. Syn.* I. p. 61. in quo tamen monente *Vahl* synonymon *Plukenetii* t. 417. f. 8. dubium.

Culmi cespitosi, digitales pedalesve, filiformes, inferne foliosi, basi subbulbosi. Folia setacea, culmo interdum longiora. Involucrum 3-5phyllum, reflexum, foliolo unico tripollicari, reliquis sensim minoribus. Spica solitaria, magnitudine Piperis nigri, interdum bi-triplo minor, flavo-ferruginea. Spiculae teretiusculae, triflorae, basi valvulis duabus minutis ovatis calyculatae: valvulae floriferae oblongae, striatae. In *Martinica, Caribaeis; de Guinea dubitat Vahl.*

2. M. *gracilis Vahl*; aphyllus, spicâ subglobosâ sessili, involucro di-triphyllo setaceo. *Vahl Enum.* II. p. 373.

Culmi pedales et ultra, subsetacei, basi vaginis duabus, monophylli. Folium angustum 2-3pollicare; involucrum triphyllum, foliola duo 2-3pollicaria, tertium semiunguiculare. Spica semine Coriandri parum major, flava. Spiculae ovatae acutae, fructiferae trigonae. Corollae glumae ovatae acutae. Semen trigonum. *Richard.* In *America meridionali.*

3. M. *aphyllus Vahl*; aphyllus spicâ globosâ sessili, involucro brevissimo. *Vahl Enum.* II. p. 373. JUNCUS *cyperoides Sloane Hist.* I. p. 121. t. 81. f. 2. ad mentem *Vahlii.*

Rad. repens, culmi pedales, trigoni, basi vaginis loco foliorum oblique truncatis obtusis griseis apice ferrugineo-marginatis. Involucr. di-triphyllum: foliolis ovatis vel ovato-lanceolatis. Spica pisô duplo major, spiculis copiosissimis parvis linearilanceolatis. Glumae purpureo-punctatae. In *arenosis ad sinum Honduras. In Senegal duplo majus.* 2.

4. M. *havanensis H. et B.*; culmo triquetro glabro aphyllo?; spiculis 5-7, alternis confertis, 3-4floris; involucro diphyllo spiculas subaequante; glumis emarginatis; semine triquetro. *Humb. et Bonpl. Nov. gener. et spec.* I. p. 171.

Culmi cespitosi erecti 6-9poll. et pedales, striati; spiculae terminales sessiles lineares subteretes acutae subflexuosae, 3-4 lin. longae. Involucri foliola linearia plana dorso scabra, majore spiculas subaequante. Rhachis communis brevissima,

partiales spicularum alternatim excavatae, squamae rhachi adnatae pro receptione ovarii. Glumae 5 aut 6 ellipticae concavae striatae glabrae fuscescentes membranaceae, duae inferiores breviores vacuae; squamae hyalinae adnatae. Stylus trifidus. Semen oblongum, obtusum, apicatum, glabrum, basi nudum. MARISCO *filiformi* valde affinis. In *planis calidis Insulae Cubae prope Regla.* 4.

5. M. *filiformis H.* et *B.*; culmo triquetro glabro foliato, foliis margine dorsoque scabris culmum (duplo) superantibus; spiculis circiter 10 alternis confertis bi- aut trifloris; involucro tetraphyllo spiculis multo longiore; glumis acuminatis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl.* I. p. 171. *Kunth* l. c. ut synonyma adducit: CYPERUM *filiformem Swartz Prodr.* p. 20. *Fl. Ind. occ.* I. p. 120. *Vahl Enum.* II. p. 314. et CYP. *ornithopoda Pers. Syn.* I. p. 61.; attamen, nullâ *herbariorum Swartz, Vahl, Persoon* auctoritate hic adductâ, sub tanta descriptionum, quae circa has plantas prostant, differentiâ haud ita facile non vocare in dubium synonymiam hancce non possumus, nisi omnis et tota quanta cyperorum historia fallax sit.

Rad. fibrosa. Culmus erectus, 4-5poll., sulcatus, basi foliatus. Folia lineari-setacea, striata, glabra, basi vaginantia. Spiculae involucratae, lineari subulatae. Glumae 4-5, lanceolato-oblongae concavae acuminatae septemnerviae glabrae fuscescentes: duae breviores inferiores muticae vacuae. Squamae ut in *havanensi*. Involucri foliola foliis simillima, inaequalia, spiculas longe superantia. Stylus trifidus. Semen? *Ubicunque Oronoco aquas per planitiem evolvit.* 4.

2. *Spicis densis, solitariis, ternis aut pluribus sessilibus.*

6. M. *flavus Vahl*; spicis cylindricis, spiculis oblongis, bracteis setaceis serrulatis spiculas aequantibus. *Vahl Enum.* II. p. 374. M. repens, foliis apice serrulatis culmum triquetrum glabrum subaequantibus; spicis subquinis oblongo-cylindraceis; spiculis bifloris lineari-lanceolatis; involucro subpentaphyllo spicis multo longiore; glumis acuminato-subulatis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 171.

Affinis *paniceo*, sed folia 2-3 culmo breviora, foliolum involucri longius quadripollic., umbella 4-5radiata, radiis brevissimis, calycis valvulae ovatae. Cor. glumae flavescentes purpurâ lineatae. In *America meridionali. v. Rohr, Richard.*

Obs. Auctoritate *Willd.* in *Ms.* planta *Vahlii* eadem cum illa *Humboldti* dicitur, licet descriptio sequens *Kunthii* l. c. data non parum discrepet: Rhizoma horizontale. Culmi erecti subpedales sulcati glabri basi foliati. Folia lineari-graminea plana glabra, striata, basi vaginantia. Vaginae membranaceae striatae purpurascentes. Umbella terminalis 6-5radiata, radiis brevissimis subnullis. Spicae ovato-oblongae obtu-

Digitized by Google

sae, 4-6lin. longae. Spiculae numerosae densae acutae sessiles. Involucri foliola foliis simillima, umbellâ quadruplo longiora. Involucella setacea, spicas subaequantia, margine serrulato-scabra. Glumae quatuor, ovato-oblongae, concavae, novemnerviae glabrae obscure fuscescentes, duae inferiores minores vacuae. Squamae rhachi adnatae; stylus trifidus; semen obovatum obtusum glabrum punctato-scabrum. *In montanis Andium Quinduensium et Caracas, in littore oceani pacifici prope Quayaquil, et in Mexico ad Jorullo.*

7. M. *confertus H.* et *B.*; repens, foliis apice serrulatis, culmo triquetro glabro longioribus; spicis subseptenis ellipticis, spiculis ovatis uni- aut bifloris; involucro suboctophyllo longissimo; glumis acutis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 172.

Rhizoma horizontale; culmus erectus, pedalis, sulcatus, basi foliatus; folia lineari-graminea striata glabra margine scabra, basi vaginantia, vaginis membranacei; purpurascentibus. Spicae terminales congestae subsessiles obtusae, quatuor lin. longae. Spiculae numerosissimae, densae. Involucri foliola foliis simillima, inaequalia, longiora 7-8poll. Glumae 3-4 ovatae, concavae acutae, septemnerviae, fuscescentes, unica aut duae inferiores et suprema vacuae. Squamae ut in *fulvo*. Stylus trifidus. *Semen?* In *calidis novae Hispaniae in ripis rivi San Pedro.* 4.

8. M. *maculatus;* involucro triphyllo patentissimo, capitulis tribus glomerato-sessilibus monandris. KYLLINGA *maculata Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 29. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 47. *Pers. Syn.* I. p. 57. qui monet *ovulari* affinem dici. *Vahl* non habet.

Glumae oblongae, exteriores longiores, cuneato-lanceolatae, infra apicem maculâ geminâ purpureâ. Stylus bifidus. Affinis K. *tricipiti.* In *Carolina.*

9. M. *aggregatus Willd.*; spicis cylindricis sessilibus, spiculis oblongis, bracteis setaceis spiculis longioribus, involucro polyphyllo. *Willd. Enum.* I. p. 70.

Culmus triqueter, pedalis et ultra. Folia radicalia plura margine scabriuscula longitudine culmi vel longiora. Involucrum octo- vel decaphyllum, folia longiora fere longitudine culmi. Spicae 9 ad 10 semipollicares cylindricae sessiles. Spiculae oblongae. Calycis valvulae ovatae acutae membranaceae cum nervo viridi. Glumae corollinae consimiles. Bracteae setaceae spiculis longiores, margine membranaceae scabrae. Similis M. *flavo*, sed notis indicatis valde diversus. W. *Habitat....*

10. M. *laevigatus;* foliis margine scabris, culmum triquetrum glabrum subaequantibus; spicis subquinis ellipticis; spiculis lanceolatis bifloris, involucro pentaphyllo longissimo; glumis obtusis infra apicem mucronatis; semine triquetro. M. *laevis Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 172.

Digitized by Google

M. *paniceo* valde affinis, et solummodo „(quoad descriptiones?)“ spicis subsessilibus glumisque laevibus nec striatis diversus. In *sylvis opacissimis oronocensibus prope Carichano et Esmeraldo.* 4.

11. M. *paniceus Vahl;* spicis cylindricis, spiculis oblongis, bracteis setaceis spiculis brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 373. Kyllinga *panicea Linn. Suppl.* p. 105. *Willd. Spec.* I. p. 257. *Rottb. Gram.* p. 15. t. 4. f. 1. *Gaertn. de Fruct.* I. p. 12. t. 2. f. 8.

Culmi pedales, rigidi, basi bulbosi; folia plura, unum alterumve altitudine culmi. Involucrum tetraphyllum, unicum semipedale et ultra. Umbella 5-6radiata, radiis vix semipollicaribus. Spicae semipollic.; spiculae triflorae, seminiferae trigonae. Bractea setacea. Calycis valvulae oblongae membranaceae. Coroll. glumae saepe fusco-irroratae, frequenter apice et margine flavescentes, carinâ virides. In *Arabia felici Forsk.*; *in India orientali Roenig.*

12. M. *huarmensis H.* et *B.;* foliis margine scabris, culmum triquetrum glabrum vix superantibus; spicis 8-10 ellipticis; spiculis linearibus subtrifloris; involucro tetraphyllo longissimo; glumis emarginatis brevissime mucronatis; semine triangulari. *Humb.* et *Bonpl.* I. p. 172.

Rad. fibrosa. Culmus erectus pedalis striatus, glaber, basi foliatus. Folia lineari-graminea, sulcato-striata, trinervia, glabra; umbella terminalis capituliformis 8-10radiata, radiis brevissimis subnullis. Spicae densae semipoll. Spiculae 30-40, acutae, quatuor lin. longae, sessiles. Involucri foliola foliis similia inaequalia, umbellâ multo longiora. Glumae 5-6, subrotundae, concavae, obtusae, brevissime mucronatae, glabrae, septemnerviae, fuscae, inferiores vacuae. Squamae ut in *laevigato.* Stylus trifidus. Semen oblongum apicatum glabrum basi nudum, fuscum. In *apricis Peruviae occidentalis, inter Santa et Lima ad littus Oceani pacifici.* 4.

3. *Spicis umbellatis.*

a. umbellâ simplici:

13. M. *ovularis Vahl;* spicis ovali-subrotundis, involucris polyphyllis. *Vahl Enum.* II. p. 374. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 58. Schoenus *umbellatus Jacq. Collect.* I. p. 113. *Ic. rar.* I. t. 10.? Kyllingia *ovularis Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 29. *Plukn. Alm.* p. 179. t. 91. f. 4.

Culmi plures 1-1½pedales, triquetri. Folia culmo breviora, 3-4 lineas lata, linearia, plana, basi vaginantia. Involucr. subhexaphyllum umbellâ longius, longius spithamaeum, margine carinâque scabrum. Umbellae radii 6-7, longior tripollic. Spica piso major, interdum foliola duo ad basin; spiculae subulatae, squamae striatae. An huc, quaerit *Vahl* l. c.,

Digitized by Google

Scirpus *echinatus Linn. Fl. zeyl. n.* 38. *: Se hoc nomine possidere specimen patriae ignotae descripto simile, nisi quod culmus tenerior, brevior, pedunculi breviores, spicae minores, hinc, quoad magnitudinem, quadrans cum Sc. *echinato*, diversum modo spicis globosis, nec subovatis. Figura vero *Plukeneti* convenit. *Vahl.* In *Georgia et Carolina.* 4.

14. * M. *retrofractus Vahl;* spicis retrorsum subimbricatis, spiculis subulatis retrofractis, involucro triphyllo. *Vahl Enum.* II. p. 373. Scirpus *retrofractus Linn. S. V.* p. 102. *Willd. Spec.* I. p. 304. *Gaertn. de Fruct.* I. p. 12. t. 2. f. 5. *Plukn. Alm.* t. 415. f. 4.

Glaucus. Culmi sesquipedales, graciles. Folia carinata. Involucri foliola duo umbellâ longiora. Ochreae bidentatae, purpureo-punctatae. Umbellae radii quinque, longior sesquipollicaris, erectus. Spicae vix semipollicares. Spiculae 24, terminalis tantum erecta, infimae radio adpressae, unguiculares, tereti-filiformes, biflorae. Corollae glumae lineares subtilissime striatae, purpureo-punctatae. Germen lineare. In *Virginia*, *Carolina* etc. 4.

15. M. *flabelliformis H.* et *B.*; foliis margine scabris; culmum subaequantibus; umbellâ subduodecimradiatâ; spicis subrotundis; solitariis; involucro decaphyllo, umbellâ multo longiore; glumis infra apicem brevissime mucronatis, semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 173.

Rad. fibrosa. Culmus erectus, pedalis, triquetrus, sulcatus, glaber, basi foliatus. Folia lineari-graminea, sulcato-striata, glabra, basi vaginantia. Umbella terminalis, 10-12radiata, radiis pollicaribus aut sesquipoll., triquetris. Spicae involucratae, 4-5 lin. longae. Spiculae numerosae, densae, lineares, quadriflorae. Involucella diphylla setacea, spicis breviora. Glumae sex, ovatae, oblongae, obtusae, septemnerviae, glabrae, fusco-virentes, duae inferiores minimae, vacuae. Squamae tenuissimae membranaceae, rhachi adnatae. Stylus trifidus. Semen oblongum obtusum basi nudum glabrum. *In temperatis humidis prope Caracas et Caigue.* 4.

16. M. *Tovari H.* et *B.;* repens; foliis scabris, culmum subaequantibus; umbellâ sex- aut octoradiata; spicis oblongis, solitariis spiculis linearibus, unifloris; involucro pentaphyllo, umbellâ triplo longiore; glumis (internediis) infra apicem brevissime mucronatis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 173.

Rhizoma horizontale repens. Culmi erecti, 8-9poll., triquetri, sulcati, glabri, basi foliati. Folia lineari-graminea striata,

---

Scirpi *echinati* definitio haec est in *Fl. zeyl.*: „culmo triquetro nudo, umbellâ simplici, spicis ovatis." *Fl. zeyl.* n. 38. — additur in *Willd. Spec.* I. p. 304. *Gronov. Virg.* 12. *Plukn. Alm.* t. 91. f. 4.

Digitized by Google

basi vaginantia. Umbella terminalis involucrata, radiis pollicaribus et longioribus, intermediis subnullis; spicae obtusae, semipollicares; spiculae numerosae lineares acutae uniflorae. Involucri foliola foliis simillima, umbellâ duplo triplove longiora. Glumae quatuor ovatae, septemnerviae, glabrae, membranaceae, fuscescentes, duae inferiores et suprema minores, vacuae. Stylus trifidus. Semen oblongum, acuminatum, glabrum, basi nudum. *Cum flabelliformi et prope villam Comitis de Tovar.* 4.

17. M. *pycnostachyus H.* et *B.*; foliis margine cartilagineo-serrulatis; umbellâ suboctoradiatâ; spicis solitariis, spiculisque oblongis, bi- aut tri (quadri-) floris; involucro octophyllo, umbellâ duplo longiore; glumis infra apicem brevissime mucronatis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 173. t. 65.

Culmus erectus, biped. et ultra, crassitie pennae anserinae, triquetrus, sulcatus, glaber, basi foliatus. Folia lineari-graminea sulcata glabra, basi vaginantia. Umbella terminalis, involucrata, radiis triquetris inaequalibus longioribus 2-3poll. Spicae obtusae subpollicares nudae. Spiculae numerosissimae densissimae. Involucri foliola foliis simillima, inaequalia, breviora umbellam subaequantia. Ochreae semipollicares fuscescentes bidentatae, dentibus oppositis acuminatis. Glumae 6-7, ovatae, concavae, acutae, nervosae, glabrae, membranaceae, fuscescentes, 2-3 inferiores minores supremaque vacuae. Squamae rhachi adnatae. Stylus trifidus. Semen? In *temperatis novae Hispaniae inter Puerto de Andaracuas et Jurirapundaro.* 4.

18. M. *Mutisii H.* et *B.*; foliis margine scabris; umbellâ suboctoradiatâ; spicis lineari-cylindraceis, subternis; spiculis lanceolatis, (uni-rarius) bifloris; involucro enneaphyllo, umbellâ (duplo et) triplo longiore; glumis obtusis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 174. t. 66.

Differt ab ELYNA *cyperina*: spiculis subunifloris, glumâ infimâ acuminato-subulatâ; a M. *umbellato* spiculis ternis, minus densis. Rad. fibrosa. Culmi caespitosi erecti, sesquiped., triquetri, striati, glabri, basi foliati; folia lineari-graminea carinata, striato-nervosa, glabra, culmo breviora. Umbella terminalis, radiis inaequalibus, 1-2poll., intermediis brevissimis; spicae obtusae, pollicares, saepissime basi duabus minoribus, patentibus. Spiculae numerosae, subdistantes, acutae; involucri foliola foliis simillima; ochreae bidentatae, fuscae, quatuor lin. longae. Glumae quinque, ovatae, carinatae, quinquenerviae, glabrae, ochraceo-fuscae, carinâ virides, duae inferiores vacuae, infima acuminato-subulata. Stylus trifidus. Squamae adnatae. Semen? In *alta planitie Bogotensi prope Suba.* 4.

Digitized by Google

19. M. *rufus H.* et *B.*; culmo foliisque papilloso-asperatis, margine serrulatis, culmum subaequantibus (saepius excedentibus); umbellâ suboctoradiatâ; spicis oblongis subternis aut quinis; spiculis ovatis, trifloris; involucro (hexa- aut) heptaphyllo, umbellâ multo (sextuplo) longiore; glumis obtusis; semine trigono, punctato-scabro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 174. t. 67.

Culmus erectus, pedalis et altior, trigonus glaber substriatus albo-viridis basi foliatus; folia lineari-graminea, acuminata, basi carinata, glabra, albido-viridia, basi vaginantia. Vaginae membranaceae sulcatae glabrae purpurascentes, bi-tripoll. Umbella terminalis, radiis inaequalibus, duobus intermediis brevissimis, monostachyis, reliquis pollicaribus, tri- aut pentastachyis. Spicae obtusae, 4-5 lin. longae; spiculae numerosissimae, densissimae, sessiles. Involucrum foliolis foliis simillimis, inaequalibus. Ochreae truncatae fuscae. Glumae sex, subrotundae, concavae, septemnerviae, glabrae, membranaceae, rufescentes, duae infimae minores supremaque vacuae; squamae rhachi adnatae. Stylus trifidus. Semen oblongum, acutum, mucronatum, glabrum, fuscum, basi nudum. In *calidis novae Hispaniae inter Areo et Playas de Jorullo.* 2.

β. Umbellâ compositâ:

20. * M. *umbellatus Vahl;* spicis cylindricis retrorsum imbricatis, involucris polyphyllis. *Vahl Enum.* II. p. 376. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 59. (qui specimina sua involucris partialibus carere, in omnibus coeterum convenire, asserit). Scirpus *cyperoides Linn. Mant.* p. 181. Kyllinga *umbellata Linn. Suppl.* p. 105. *Rottb. Gram.* p. 15. t. 4. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 257. *P. de Beauvois Fl. d'Oware* I. p. 91. t. 55.? Kol Pulla *Rheede Malab.* XII. t. 63.? Kyllinga *sumatrensis Retz Obs.* IV. p. 13. quam *Willd.* l. c. pro β habet.

Pedalis et ultra. Folia plura, culmo longiora. Involucrum subdecaphyllum, umbellâ tri-quadruplò longius, partiale triphyllum, vel nullum, setaceum. Ochreae truncatae mucronatae. Umbella radiis 4-5, longior bipoll. Spicae cylindricae semipollicares, spiculae parvae confertae primum patentes dein reflexae subulatae. Calycis valvulae minutae oblongae. — Varietatem se possidere culmo foliisque filiformibus, spicis tantum 2-4; et praeterea specimina duo a *Hoenigio* missa, alterum nomine K. *bulbosae*, alterum absque nomine, utrumque a M. *umbellato* diversum: spicis pluribus, brevius pedunculatis et structurâ robustiore: habitu caeterum eodem, nisi quod in innominato folia non glauca et spiculae viridi-fuscae parum curvatae, quod subinde et in M. *umbellato:* hinc fors nonnisi varietates esse *Vahl* l. c. In *India orientali.* 2. K. *umbellata P. de Beauv.* culmis triquetris basi foliaceis; umbellâ simplici multibracteatâ: bracteis inaequalibus interioribus mino-

ribus ~: tenuioribus; spiculis pedunculatis ovato-oblongis; glumis unifloris, parum differre a K. *umbellata L. Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 222.

21. M. *alternifolius Vahl;* spicis cylindricis retrorsum imbricatis, involucris pedunculisque alternis. *Vahl Enum.* II. p. 377.

Culmi pedales et ultra, crassitie pennae columbinae. Folia culmo breviora. Involucrum decaphyllum, foliolis alternis confertis, nonnullis longitudine fere culmi, latitudine foliorum. Ochreae vix pollicares, truncatae, superne purpureo-punctatae. Pedunculi 10, bipollicares. Spicae semipollicares. Spiculae subulatae virides, foliolum setaceum brevissimum ad spicularum basin. Calycis valvula brevior ovata, longior lineari-lanceolata. Corollae glumae oblongae. In *Guinea. Thonning.* 4.

22. M. *cyperinus Vahl;* spicis cylindricis, spiculis erectis, bracteis spiculis brevioribus. *Vahl Enum.* II. p. 377. qui *Retz Obs.* VI. p. 21. cum? *Willd. Spec.* I. p. 258. sub Kyllinga *cyperina* sine?

Pedalis et ultra, foliis quibusdam brevior. Involucrum 6-7phyllum longissimum. Ochreae oblique truncatae obtusae. Umbella radiis semipollicaribus, 6-7. Spicae pollicares, spiculae subulatae erectae. Calycis valvulae et corollae oblongae, hae margine pallidae, carinâ virides. In *Retzii* K. *cyperina* spicae sessiles: sed variare spicis sessilibus et pedunculatis. In *India orientali Koenig; in Guinea Thonning.* 4.

23. M. *elatus Vahl;* spicis cylindricis, spiculis patentissimis, bracteis spiculis longioribus. *Vahl Enum.* II. p. 377. Kyllingia *incompleta Jacq. Ic. rar.* t. 300. *Willd. Spec.* I. p. 256. Kyllinga *cajanensis Lam. Illustr.* I. p. 149.

Culmi bi-triped. nitidi, interdum crassitie pennae anserinae. Folia altitudine fere culmi, semiunguem et ultra lata. Involucr. univ. subhexaphyllum, foliolo unico 1-2pedali. Umbellae radii plures, longiores bipollic., partialis quadriradiata. Spicae crassitie pennae anserinae, uni-bipollicares spiculae triflorae. Corollae glumae ovatae, margine tenuiores. Variat spiculis omnibus sessilibus, 5-7, lateralibus horizontaliter patentibus, intermediâ erectâ, vel umbellis simplicibus et compositis. In *udis ad Carracas et in Cajenna.* 4.

24. M. *polyphyllus H.* et *B.;* radice tuberosâ; foliis margine serrulatis; umbellâ universali multiradiatâ, partialibus subduodecimradiatis: spicis oblongis, solitariis; spiculis linearibus, subquadrifloris; involucro subheptaphyllo, umbellâ duplo longiore; glumis infra apicem mucronatis; semine triquetro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 174.

Rad. odoratissima; culmi cespitosi erecti 4-6ped., triquetri sulcati, glabri. Folia linearia acuminata sulcata glabra, 4-5 lin.

Digitized by Google

lata. Umbella universalis 16 radiata, radiis ab uno ad octopoll., brevioribus monostachyis; umbellae partialis radii pollicares aut sexpollicares. Spicae obtusae pollicares, foliolis duobus setaceis brevibus. Involucri foliola foliis simillima, inaequalia. Involucella 6-7phylla, foliolis inaequalibus, umbellâ partiali duplo brevioribus. Ochreae radiorum universalium pollicares, apice acuminatae, bifidae, partialium tres lin. longae, obtusae, obsolete bidentatae. Glumae 5-7, ovatae, obtusiusculae, fuscescentes, glabrae, 2-3 inferiores minores vacuae. Squamae adnatae. Stylus trifidus. Semen? — Cypero *odorato* habitu affinis. In *altis regni Quitensis prope Chillo, Conocoto, Allagansi.* 4.

Species ex nova Hollandia.

cf. *R. Brown Prodr. N. Holland.* I. p. 218.

25. M. *laevis;* spiculis subulatis, teretibus, curvatis, bitrifloris; squamis alternis, umbellâ indivisâ, spicis multifloris; involucro triphyllo, umbellam superante, foliisque planis; culmo laevi. I.

26. M. *scaber;* spiculis subulatis, teretibus, curvatis, bifloris; squamis alternis; involucro polyphyllo, umbellam compositam superante; culmo scabro. T.

M. *decompositus;* spiculis strictis, ovato-lanceolatis, teretiusculis, bifloris; squamis imbricatis; umbellis compositis decompositisque; spicis subcapitatis; involucris subpentaphyllis, elongatis, foliisque asperis. T.

M. *conicus;* spiculis unifloris, squamis quinque imbricatis; tertiâ nervosâ, sterili; intimâ juxta apicem constrictâ; umbellâ indivisâ; capitulis conicis, subtrilobis; involucro polyphyllo foliisque asperis.

Anne ad MARISCUM vel ad KYLLINGAM pertinet ELYNA *cyperina* (CAREX *hermaphrodita Jacq.* s. KOBRESIA *cyperina Willd.*)?

191. MAPANIA.

1. M. *sylvestris Aubl. Fl. gui.* I. p. 47. t. XVII. *Vahl Enum.* II. p. 391. M. *sylvatica Willd. Spec.* I. p. 258. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 47.

Culmi triquetri, semipedales et ultra, striati, basi imbricati squamis nonnullis lanceolatis. Involucrum triphyllum, foliolis sessilibus, bi-tripollicaribus, pollicem latis, lanceolatis acuminatis trinerviis. Squama ad basin singuli capituli. Calycis valvulae lineari-lanceolatae, obtusiusculae, dorso ciliatae. Sem. unicum. In *sylvis paludosis Gujanae et in remotis Cherokee montium regionibus.* Gramen speciosissimum!

192. CHRYSITRIX.

1. * C. *capensis Linn. fil. gen. gram.* p. 27. f. 1. 2. *Willd. Spec.* IV. p. 1128.

Digitized by Google

Cyperacea, habitu SISYRINCHII; folia ensiformia angusta glabra, sexpollicaria - pedalia; basi vaginantia ut in *Sisyrinchiis*; scapus compressus, quasi foliaceus, apice acutus, 6-9pollicaris. Pollice et dimidio ab apice e scapi latere egreditur flos glumaceus, ovali-cylindricus, rubro-fuscus, subtus squamâ spathaceâ coriaceâ concavâ flore quidquam breviore. Setae aureae. In *promont. b. spei.* 2.

193. CHORIZANDRA.

1. CH. *sphaerocephala Br.*; capitulo globoso exserto, squamulis acuminatis barbatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 221.

Hab. ad portum Jackson.

2. CH. *cymbaria Br.*; capitulo subovato culmi excavatione cymbiformi semiimmerso, squamulis obtusis imberbibus. *R. Brown* l. c.

Cum praecedente.

194. CHONDRACHNE.

1. CH. *articulata R. Brown Prodr.* I. p. 220. RESTIO *articulatus Retz Obs.* IV. p. 15. R. culmo simplici aphyllo articulato, spicâ solitariâ articulatâ sub apice culmi.

Rad. repens horizontalis. Culmi steriles filiformes teretes, inter articulos inanes bi - s. tripedales. Vaginae tres aphyllae, quarum prima brevissima 1/3poll., secunda pollicem, et sesquipoll., tertia 4-5 poll. longa. Culmus fructificans solitarius crassitie pennae anserinae, quadriped., toreti articulatus. Vaginae ut in culmo sterili, sed longiores. Spica ovata, squarrosa, pollicis ab apice culmi acuto remota spatio, lateralis. *Retz l. c.* In *Tranquebaria et ad portum Jackson.* 2.

195. LEPIRONIA.

1. L. *mucronata Rich.* ap. *Pers. Syn.* I. p. 70.

Aphylla, culmo nodoso, infra apicem spica unica ovato-oblonga. In *Madagascar.*

196. LAMPOCARYA.

1. L. *schoenoides R. Brown*; culmis flexuosis, paniculis compositis spicatis rigidis subsolitariis. GAHNIA *schoenoides Forst. Prodr.* n. 159. *Willd. Spec.* II. p. 244.

In *insulâ Taheiti.*

2. L. *aspera Br.*; tetrandra, spicâ compositâ foliatâ; partialibus subindivisis; spiculis congestis, squamis intimis obtusis laevibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 238. I. T.

3. L.? *hexandra Br.*; paniculâ coarctatâ, ramis parum divisis; spiculis capitato-congestis, squamis omnibus cuspi

Digitized by Google

datis. *R Brown* l. c. GAHNIA *trifida* paniculae capitellis subglobosis; stylo trifido. *LaBill. Spec. nov. Holl.* I. p. 89. t. 116.

Culmi recti teretes glabri foliosi bipedales, foliis alternis linearibus subulatis junciformibus praelongis, extus scabris. Panicula gracilis 6-7poll., ramis spiculis 2-3, ovato-globosis, sessilibus. Squamae 4-6 ovato-oblongae, subaequales, serrulatae. Stamina subinde 4-5, rufa. Nux ovato-triquetra caerulescens. In *nov. Holl. prom. van Diemen. LaBill.*

197. CAUSTIS.

1. C. *flexuosa Br.*; paniculis diffusis flexuosis, ramulis ultimis laevibus, spicularum squamis glabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 239.

In *aridis ericetosis port. Jackson et in littore australi nov. Holland. cum seqq.*

2. C. *dioïca Br.*; paniculis flexuosis subcoarctatis, ramulis ultimis margine scabris, spicularum squamis pubescentibus. *R. Brown* l. c.

3. C. *pentandra Br.*; ramis ramulisque strictis, floribus pentandris. *R. Brown* l. c. p. 240.

198. LYGEUM.

1. * L. *Spartum*; *Willd. Spec.* I. p. 316. *Vahl Enum.* II. p. 392. *Loefling. It.* p. 285. f. 2. *Schreb. Gram.* t. 52. 53. *Clus. hisp.* p. 506. *Hist.* II. p. 220. f. 2.

Culmi erecti, pedales et ultra, teretes tenaces glabri binodes, filiformes, terminati involucro pollicari, apice subaristato longitudinaliter dehiscente, flores obvolvente. Folia convoluta, altitudine culmi, rigida recurva: ligulâ lanceolatâ bifidâ. Flos sub florescentia erectus, dein magis minusve inclinatus, sesquipollicaris, ovato-lanceolatus, attenuatus. Spatha bi-interdum triflora, bivalvis, valvula exterior interiorem obvolvens, lineari-lanceolata, carinata, interior longior, angustior, apice bifida. Calycis valvulae exteriores inferne coalitae in tubum bilocularem, maturitate cartilagineum, valvulis aridis coronatum turbinatum pilosissimum. Stamina e fundo tubi ad latus valvulae exterioris sub germine inserta valvulâ longiora. Germinis subpedicellati situs ut staminum. Stylus longus inferne triangularis, compressus. Semen unum in singulo loculo, lineari-oblongum, extus convexum, intus planum sulcatum. *Vahl.* In *Hispaniae et Africae borealis campis argillosis.* ♃.

199. CORNUCOPIAE.

1. * C. *cucullatum*; spicâ muticâ, cucullo crenato. *Willd. Spec.* I. p. 319. *Vahl Enum.* II. p. 329. *Schreb.*

Digitized by Google

Gram. II. t. 41. *Smith Spicil. bot.* t. 14. *Sibth. Flor. graec.* I. p. 37. t. 51.

Culmi erecti, pedales, striati. Folia lineari-lanceolata attenuata, superiora breviora, horum vaginae ampliatae, supremae obovatae, spathaceae. Pedunculi 2-3, sursum incrassati, unguiculares, apice terminati cucullo campanulato. Involucrum cucullatum, intra quod capitulum ovatum, floribus imbricatis. Flosculi lineares, apice obtuso tricrenulato. Gluma trivalvis, duae exteriores aequales, marginem interioris amplectentes, oblongae, obtusae, inferne pubescenti-scabratae. Germen ovatum, laevissimum. Stylus brevis, glaber. Semen glumâ involutum eâque duplo brevius, obovato-oblongum, absque sulco. *Richard.* *Smyrnae.* *In insula Patmo.* ☉.

Obs. CORNUCOPIAE *alopecuroides*, spicâ aristatâ *Linn. Mant.* p. 29. *Syst. Veg.* p. 103. *Willd. Spec.* I. p. 319. *Vahl Enum.* II. p. 393. . . . varietatem esse male asservatam PHALARIS *utriculatae* (quae nobis ALOPECURUS), annulo nempe cartilagineo ad basin spicae dilatato in formam involueri cyathiformis, ut in genere CORNUCOPIAE, *J. E. Smith* in *Linn. Transact.* VII. p. 246. *Sibthorp Fl. gr.* I. p. 43.

200. POMEREULLA.

1. * P. *Cornucopiae Linn. nov. gen. Gram.* p. 31. *Suppl.* p. 105. *Willd. Spec.* I. p. 314. *Vahl Enum.* II. p. 393. P. spicâ basi obvallatâ folio spathaeformi, spiculis alternis, flosculis hermaphroditis, calyce nudo. *Roth nov. plant. spec. Ms.*

Glauca. Rad. alba stolonifera. Culmi plures, pollicares — digitales, vaginis foliorum bifariam imbricati. Folia unguicularia, raro pollicaria, equitantia lanceolata, obtusiuscula, facile a vaginâ secedentia, basi interdum pilis nonnullis ciliata. Vaginae compressae folio longiores brevioresve, apice margine flavescentes, ultima spathacea reliquis amplior. Flores breviter pedicellati, alterni (*Vahl*), secundi (*Willd.*) Calyx sub lente pubescens. *Vahl.* — „Flos figurâ suâ singulari florem caryophyllaceum plenum referens, sive potius instrumentum lusorium Volant dictum“ *Linn. fil.*, quem perperam ad MONOGYNIAM tulisse *Roxb.* monet. In *India orientali.*

2. P. *monoica;* culmo basi decumbente filiformi; foliis radicalibus patentibus planis acutis rigidis, margine ciliatis; spicâ secundâ subnutante. *Rottler* ap. *Willd. Act. am. n. c. berol.* IV. p. 218. *Roenig* in *Naturforsch.* XXIII. p. 209. *Gmelin S. V.* I. p. 123. P. flosculis masculis femininisque in unam spicam compactis. — P. raceemo secundo nudo, demum reclinato horizontali, spiculis monoicis, calyce strigoso. *Roth nov. plant. spec. Ms.*

Cal. gluma turbinata tri-quadriflora multivalvis, valvulae subaequales 6-9, lanceolatae, aristatae, aristâ terminali parte exteriori pilosissimae. ♀ et ♀ sessilis, corolla bivalvis, valvulâ

Digitized by Google

exteriore parum majore aristâ, interiore acutâ. ♂ breviter pedicellatus, flori ☿ aut ♀ dorsalis, minor. — „Pro loci natalis diversitate a semipollicari ad semipedalem altitudinem variat culmus. Floseulus unicus mere femineus, reliqui masculi.“ *Roth. l. c.* In *India orientali.*

201. CENCHRUS.

1. * C. *tribuloides;* spicâ spiculis alternis, involucris integris spinosis. *Vahl Enum.* II. p. 394. *Willd. Spec.* I. p. 317. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 60. *Michaux Fl. Bor. Amer.* I. p. 61. *Pers. Syn.* I. p. 71. (qui C. *tribuloidem* et *spinificem* distinguit.) *Moris. Hist.* III. p. 195. S. 8. t. 5. f. 4. C. *carolinianus Walt. Fl. Car.* p. 79. C. *spinifex Cavan. Ic.* V. p. 38. t. 461.

Culmi teretes ramosi glabri, geniculis atropurpureis. Folia spithamaea, superiora culmo altiora, lanceolata, basi subcordata, glabra, glauca; vaginae laxae superne villosae margine. Spica bipoll.; spiculae floriferae oblongae fructiferae globosae, magnitudine pisi. Involucrum villoso-subtomentosum, spinis validis, in floriferis erectis, in fructiferis divergentibus. C. *spinifex Cav.* non videtur differre nisi foliis brevioribus subvillosis. In *Virginiae, Floridae maritimis.* ⊙.

2. * C. *echinatus;* spicâ spiculis approximatis, involucris decempartitis villosis. *Vahl Enum.* II. p. 395. *Willd. Spec.* I. p. 317. C. culmis erectis aut procumbentibus, foliis scabriusculis; involucro subdecemfido piloso basi setoso, spiculis subquinis duplo longiore, flore neutro unipaleaceo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 115. *Schreb. Gram.* p. 9. t. 23. f. 1. *Cavan. Icon.* V. p. 39. t. 462. *Plaken. Almag.* p. 177. t. 92. f. 3. *Lam. Illustr.* t. 838. f. 1. *Gaertn. de Fruct.* II. t. 8. f. 3. β. ELYMUS *caput Medusae Forsk. Descript.* p. 25.

Culmi basi repentes (sesqui-bi-) pedales et ultra, teretes, ramosi, nitidi, geniculi inferiores infracti. Folia spithamaea lanceolata basi cordata. Vaginae laxae, conduplicatae, ad faucem intus villosae. Spica bipollicaris. Spiculae approximatae, fructiferae subglobosae, minores quam in C. *tribuloide*, spinis patentibus. Semen ovatum, glabrum, fuscescens.

β. *Forskåli.* minor involucris glabris. Caeterum non videtur diversa. *Vahl.* In *Caribaeis, frondosis calidis juxta Cumana;* β. *in Barbaria, Arabia.* ⊙.

3. C. *pungens H.* et *B.*; culmis procumbentibus; foliis glabriusculis; involucro subnovemfido piloso basi setoso spiculis geminis paullo longiore, flore neutro aut masculo biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 115.

Valde affinis C. *echinato.* Culmi cespitosi, ramosi diffusi glabri 8-9poll., nodis glabris; folia linearia acuminata, rigida, vagis

nis glabris margine piloso-pubescentibus. Ligulae margo pilosus. Spica oblongo-cylindrica, sesquipoll. Spiculae ovato-acuminatae sessiles, duae in quovis involucro. Rhachis triquetra, flexuosa, scabra. Involucrum deciduum 8-9fidum, coriaceum, laciniis lanceolatis acuminato-pungentibus margine pilosis subaequalibus, setis rigidis scabris, longitudine laciniarum. Calycis gluma inferior minima, superior acuminata, quinquenervis, glabra, albida; corollae glumae in hermaphr. longitudine sterilis, aequales, ovato-oblongae, longe acuminatae, quinquenerves, glabrae, albidae, nitidae; in neutro aut masculo superior angustior. In *calidis planis subinundatis Peruviae prope Guayaquil.* ⊙.

4. C. *rufescens Desfont.*; foliis glabris, spicâ elongatâ, involucris confertis setiformibus (rufescentibus) inferne villosis, calyce uni-bifloro. *Desfont. Fl. atl.* II. p. 388. *Pers. Syn.* I. p. 71. *Poiret Enc. meth.* V. p. 51. An CYNOSURUS? quaerit *P. de Beauv.*

Affinis C. *ciliari* seu PENNISETO *cenchroidi*; sed spicae longiores, flores minores. — Culmi fere decumbentes, firmi, nodosi, junciformes, vestiti foliis involutis margine et asperis. Ligula truncata. Spica densa 4-5pollicaris. Glumae corollae violaceae. In *arenosis prope Mascar.*

5. C. *ramosissimus Poir.*; caule frutescente, ramis dichotomis, spicis longissimis; involucellis mollibus setaceis nudis; spiculis subquadrifloris. *Poir. Enc. meth.* V. p. 51.

Culmi longissimi, durissimi, laeves, farcti; folia glabra, longa acuta subaspera ad orificium vaginae contracta, nuda. Spica cylindrica bi-quadripollic. spiculis sessilibus sparsis alternis, rhachide glabrâ flexuosâ, singula basi pilis sericeis argenteis flore longioribus. Cal. bivalvis, glumis obtusis bi-quadrifloris. In *Aegypto. Pal. de Beauv.* non habet, inter CENCHROS, nec sequentes *parviflorum* et *setigerum.*

6. C. *parviflorus Poiret*; spicâ involucellis setaceis nudis; spiculis subunifloris minimis. *Poiret Enc. meth.* V. p. 52.

Culmi graciles filiformes uni-bipedal. glabri, vestiti foliis longis angustis acutissimis asperis; vaginae laeves laxiusculae, ligulâ brevi rufescente laciniatâ. Spica lanceolata subcompressa, viridis aut purpurascens, spiculis sessilibus minimis, singula pilis rigidis praelongis setaceis asperis involuta. Flosculus glaber, ovatus, vix acutus. In *Porto-Ricco. Ventenat.*

7. C. *setigerus Vahl*; spicâ spiculis approximatis, involucris setaceo-multifidis glabris. *Vahl Enum.* II. p. 395.

Pedalis. Folia plana glabra bipollicaria et ultra. Spica tripollicaris. Spiculae ovatae in rhachi flexuosa sessiles solitariae. Involucri laciniae rigidiusculae. *Cal.* bivalvis, biflorus. Affinis

Digitized by Google

dicit *Vahl* CENCHRO *ciliari*, quem tamen (PENNISETUM *cenchroides* s. PANICUM *vulpinum!*) inter CENCHROS non habet. In *Arabia*. *Forsk.*

8. C. *geniculatus Thunb.*; racemo spicato simplici, florum involucro polyphyllo scabro, culmo geniculato. *Thunb. Prodr.* I. p. 24. *Willd. Spec.* I. p. 318. PANICUM *geniculatum Flor. cap.* I. p. 388. (cel. *Thunberg* in *Fl. cap.* p. 388. huc ducit PANICUM *hordeiforme Flor. jap.* p. 46., quod tamen iterum ad PANICUM *hordeiforme* suum *Flor. cap.* I. p. 388. [quod CENCHRUS *hordeiformis Prodr.* p. 24.] refert.)

Subpedalis; folia ensiformia subulato-acuminata, striata, glabra, ore margineque vaginarum villoso-ciliata, culmo paulo breviora. Racemus cylindricus, digitalis; flores brevissime pedunculati; involucrum fasciculatum, setaceum, setis flexuosis, scabris, flore triplo- vel quadruplo longioribus, purpurascentibus. *Thunb.* *Ad promont. b. spei.*

9. * C. *muricatus*; spicis spiculisque geminatis, raro solitariis, involucris polyphyllis mucronatis. *Vahl Enum.* II. p. 396. *Linn. Mant.* p. 302. *Schreb. Gram.* II. p. 69. t. 34. PANICUM *squarrosum Retz Obs.* IV. p. 15. V. t. 1. *Willd. Spec.* I. p. 345.

Culmi repentes teretes glabri: geniculis infractis. Folia et rami interdum ad genicula congesta, bipollicaria, lanceolata, basi cordata, undulata, uti vaginae villosae. Spicae raro solitariae, pedunculatae horizontales. Spiculae approximatae geminae ad singulum dentem rhachidis biflorae. Involucri foliola patula mucronata ovata vel subulata. *Vahl.* — Culmus spithamaeus, ramosus; spicae secundae; rhachis utrinque membranacea articulata. Flores glomerulis congestis ad genicula rhacheos confertis sessilibus squarrosis, e squamis rigidis glabris patulis mucronatis ovatis lanceolatis subulatisque mixtis. Hinc facies TRIPSACI *hermaphroditi*. *Linn.* In *India orient.* ⊙. *

---

* Planta haec genus proprium cl. *Persoon* largiebatur in *Synopsi* I. p. 85. TRACHYS dictum, cui: Spica digitata: flosc. in rhachi membranacea unilaterales, pedicellis pinnatis. Bractea s. involucrum cartilagineum. Cal. uniflorus, bivalvis, ut corolla. Flores indurati. — Quum, lapsu fors calami, CENCHRUS *mucronatus Linn.* loco *muricatus* scripsisset, TRACHYN quoque *mucronatam* dicit, quae *muricata* dicenda. Generi consentit *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 92. et *P. de Beauvois* p. 107. f. XXI. t. 7. qui sequentem generis characterem dedit: Locustae 2-3, unilaterales, in rhachi excavata semiimmersae. *Cal.* glumae rigidae, bi-triflorae. Flosculus inferior neuter, corollâ uniglumi, superior hermaphroditus, glumis corollinis cartilagineis. Nectaria ovata, oblique truncata. Stigmata subaspergilliformia. Rhachis articulato-dentata, spica composita, spiculis geminis. *P. de Beauv.* adhuc PHALARIN *muricatam* ut synonymon subjungit.

Digitized by Google

10. C. *purpurascens Thunb.*; racemo (sub) spicato simplici, flosculis circumvallatis aristis longissimis, culmo erecto. *Thunb.* in *Linn. Trans.* II. p. 329. *Willd. Spec.* I. p. 318. Panicum *hordeiforme* γ. *Thunb. Fl. jap.* p. 46. An Pennisetum? quaerit *P. de Beauvois.*

Erectus, bipedalis; folia culmo longiora. Racemus subspicatus laxus spithamaeus, pedunculis longitudine florum distiche patulis. Aristae purpureae flosculo sexies longiores. In *Japonia.*

11. * C. *hordeiformis*; spica cylindricâ elongatâ; involucellis unifloris setosis, flosculis acutis, culmo erecto, vaginis ore barbatis. Panicum *hordeiforme Willd. Enum. H. berol.* II. p. 1031., quo teste et Cenchrus *hordeiformis Spec.* I. p. 318.; ergo et Cenchrus *hordeiformis Thunb. Prodr.* I. p. 24. et Panicum *hordeiforme Thunb. Flor. cap.* I. p. 388. et Alopecurus *hordeiformis Linn. Spec.* 90. Cenchrus *asperifolius Desfont. Fl. atl.* II. p. 388. (Cls. *Thunberg* huc iterum citat Panicum *hordeiforme Flor. jap.* p. 46. quod prius ad C. *geniculatum* duxerat.) An Perotis? quaerit *Pal. de Beauv.* qui eandem et ad Gymnotricen cum? retulit.

Culmus triped.; folia ensiformia convoluta, attenuata, ore sed vix vaginis ciliata, striata, glabra; racemus cylindricus spithamaeus; flores brevissime pedunculati, solitarii; involucrum setaceum, polyphyllum, setae flexuosae scabrae flavescentes, flore triplo et ultra longiores. *Thunb.* In *Asia orientali et promont. b. spei.*

Ab hoc non parum videtur discedere P. *hordeoides Lam. Illustr.* p. 875.: spicâ elongatâ tereti tenui albicante, involucellis setosis glabris unifloris, culmo polystachyo. *Enc. meth.* IV. p. 739. Culmus sesquipedalis et ultra, ramis rectis, foliosus, articulatus. Folia graminea duas lin. lata, acuta, subtus pilosissima et ad marginem vaginarum. Spica 1 1/2-2poll. simpliciusima. Involucella floribus vix duplo longiora. In *Sierra Leone. Smeathman.*

12. C. *ovatus Lam.*; foliis glabris duriusculis, spicâ dense ovatâ. *Lam. Illustr.* t. 838. f. 2. *Poiret Enc. meth.* V. p. 51.

Culmi rigidi laeves cylindrici, vestiti foliis acutis involutis, vaginis cylindricis arctis, pilis albidis ligulae loco. Spica ramosa. Valvulae exteriores pilis rigidis albidis, flosculis 2-3 laevibus ovalibus mucronatis. *Lam.* In *promont. b. spei. Sonnerat.*

13. C. *tomentosus Poiret*; foliis supra tomentoso-lanatis, subtus striatis, spicis ovato-oblongis. *Poiret Enc. meth.* V. p. 51.

Culmi recti glabri, vestiti foliis rigidis angustis planis subinvolutis, vaginis cylindricis pilis raris. Spica densa, subinde basi interrupta. Valvulae exteriores muricatae, tri-quadriflorae;

Digitized by Google

floribus glabris oblongis, valvulis acutissimis. In *promont. b. spei.* Culta ap. *L'Heritier.*

14. * C. *frutescens;* capitulis lateralibus sessilibus, foliis mucronatis, caule fruticoso. *Linn. Sp. pl.* p. 489. *Willd. Spec.* I. p. 319. *Vahl Enum.* II. p. 319. Gramen orientale spicatum fruticosum, spicis echinatis in capitulum congestis. *Tourn. Cor.* p. 39. *Alpin. Exot.* t. 104.; [ex Linnaeo.].

Willd. non vidit; *Vahlio* dubia; an genus novum quaerit *P. de Beauvois?* In *Armenia.* ♄. *Alpini* Synonym. spectare ad Eryngium *lateriflorum Lam.*, et *Tournefort* pro gramine habuit!) *Poiret Enc. meth.* V. p. 55. An ergo Eryngium? Planta mihi valde obscura, ait *Smith Fl. graec. prodr.* I. p. 76, quae herbario Sibthorpiano, ut et Linnaeano, omnino deest. „Attamen *in littoribus arenosis Cretae*, quandoque etiam *in Archipelagi insulis* copiose. *In Achaiae et Messenae maritimis. Sibth. Ms.*

15. C. *australis Br.;* involucris unifloris 8-10partitis; laciniis subulatis plumoso-ciliatis, apice denticulis retrorsis, spicâ simplici elongatâ. *R. Brown Prodr.* I. p. 196.

In nova Hollandia, ad port. Jackson.

16. C. *calyculatus Cav.;* culmo simplici erecto, spicâ glomeratâ, involucro polyphyllo setaceo. *Cav. Ic.* V. p. 39. t. 463. *Pers. Syn.* I. p. 71.

Involucri foliola 12, setulis rigidis, tomentosa, apice glabra. Spica simplex, semipedem longa, capitulis spinosis, tomentosis. In *amicorum insula Babao.*

17. C. *inflexus Poir.;* foliis lanceolatis villosis, racemis lateralibus inflexis, longe pedunculatis; spiculis sessilibus secundis. *Poiret Enc. meth.* T. VI. p. 50.

Culmi ramosi vestiti, foliis sesquipoll., subcordatis, basi 4lin. latis, e quorum axillis pedunculi 6-7poll., simplices, glabri: rhachi fere Paspali. Spiculae lanceolatae, tenues, acutissimae. Cal. gluma exterior spinuloso-muricata, ciliata, acutissima; interior multo brevior, apice villosa. Cor. gluma univalvis, plana, glabra, calyce multo brevior. Semen nudum lucidum oblongum cylindricum. An hujus generis? In *Gujana. Rich.*

18. C. *myosuroides H. et B.;* culmis erectis, foliis scabris, involucro subsedecemfido scabro, spiculam solitariam subaequante; flore neutro uniglumi. *Humb. et Bonpl. Nov. gener. et spec.* I. p. 115. t. 35.

Culmus sexped., glaber, uti nodi; folia anguste linearia, convoluta, scabra, rigida. Vaginae glabrae, ore pilosae. Ligula brevissima, pilosa. Spica cylindrica, recta, tri-quinquepoll. Rhachis triquetra, scabra. Spiculae dense imbricatae, sessiles. Involucrum deciduum, cartilagineum, laciniis 12-16 subulatis,

Digitized by Google

inaequalibus; rigidis-glumae calycinae ovatae, tenuissime membranaceae glabrae albidae, superior triplo longior, trinervis, apice trifido-dentata, dentibus acuminatis. In hermaphrodito glumae duae corollinae superiore calycinâ paullo longiores aequales acutae glabrae virides, inferior septem-superior binervis; in neutro gluma corollina quinquenervis. In *arenosis apricis insulae Cayo Flamingo prope portum Cubensem Batabano et ad littora Oceani pacifici prope vicum Peravianorum Patibilco.* ⊙.

19. C. *pilosus H.* et *B.*; culmo erecto, foliis pilosis, involucro subduodecemfido piloso basi setoso, spiculis ternis longiore, flore neutro uniglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 116. t. 36.

Culmus sexpollicaris, simplex, glaber, uti nodi. Folia linearia acuminato-pungentia plana rigida utrinque pilosa, praecipue interne basin versus. Vaginae pilosae internodiis longiores. Ligulae margo pilosus. Spica oblongo-cylindrica, pollicaris. Rhachis triquetra, flexuosa, scabra. Spiculae sessiles. Involucrum coriaceum, 10-11fidum, laciniis lanceolato-linearibus, acuminato-pungentibus, rigidis, setis numerosis rigidis nigris rectis, laciniis multo longioribus. Glumae calycinae ovato-lanceolatae acuminatae glabrae inaequales; corollinae glabrae. In *planitie herbida Provinciae Novobarcellonensis, juxta Villa de Pao.* ⊙.

20. C. *Brownii*; involucris unifloris profunde sex-septemfidis, laciniis angusto-lanceolatis margine nudis, fructiferis inflexis, spicâ simplici cylindraceâ. C. *inflexus Rob. Brown Prodr.* I. p. 195.

In *novae Hollandiae ora orientali et septentrionali intra tropicum.*

21. C. *marginalis Rudge*; foliis inferne crispatulis, vaginis scabris laevibusve, spiculis angustis, glumis scaberrimis. *Rudge gujan.* p. 19. t. 25.

Facies quodammodo PASPALI *elegantis*; culmus sesqui-bipedal., fors decumbens, internodiis vaginis parum longioribus, teres; rami alterni, gracillimi, haud raro nulli; folia remotiuscula lanceolato-cuneata (in icone potius lanceolato-linearia, cordata) inferne margine crispatula (quod nullibi in icone) pilisque ciliata; vaginae longae scabrae et pilosae, interdum laeves purpurascentes, ultima sub spica rudimento tantum folii terminata. Spicae terminales, brevissime ultra folium pedunculatae, unilaterales. Rhachis laevis angustissime marginata. Spiculae distichae, alternae, purpureae, angustae, quatuor circiter lineas longae. „Facies congenerum, ab omnibus quibus, ni fallor, discrepat margine foliorum ad basin undulato." *Rudge.* — Sed hoc in PASPALIS et affinibus haud raro. In *Gujanâ.*

202. PENNISETUM.

1. * P. *setosum Rich.*; foliis basi villosis, spicâ subsessili imbricatâ, involucris sessilibus, setis nonnullis longis-

Digitized by Google

simis, stylo bifido. *Richard* apud *Pers. Syn.* I. p. 72. CENCHRUS *setosus*, spicâ lineari-oblongâ; involucris setosis, setis inermibus, interioribus basi villosis, villis ciliatis glumis laevibus. *Swartz Prodr.* p. 26. *Flor. Ind. occ.* I. p. 211. *Willd. Spec.* I. p. 318., et utroque teste (*Willd.* in *Enum. H. Berol.* II. p. 1031. in nota) eadem prorsus planta cum PANICO *polystachyo Linn.* spicis teretibus, involucellis uniforis, fasciculato-setosis, culmis erectis superne ramosis. *Sp. Pl.* p. 82. *Willd. Spec.* I. p. 333., PHALARIS *setacea Forsk. Descr.* 17. teste *Vahl Symb.* II. p. 18. *Rumph Amb.* VI. p. 17. t. 7. f. 2. B. PANICUM *alopecuros Lam. Illustr.* n. 874.? qui *Petiv.* t. 2. f. 7. citat. *Willd. Enum.* l. c. ad PANICUM refert: *Richard*, *Persoon*, *P. de Beauvois* ad PENNISETUM.

Linnaei descriptio PANICI *polystachyi* sequens: „Culmus inferne radicans, uni-sexped., valde ramosus. Folia pilosa superne fere opposita. Involucella fere sexies floribus suis longiora, purpurascentia, setis ciliatis a basi ad medium pilis longiusculis. Spicae similes PANICO *glauco*, sed dimidio minores, pistillis sanguineis. *In India* ♂. *Linn. In Ind. occid. solo tretaceo Swartz.* Si *Lamarck* hujus loci, etiam ad *Rio Janeiro.*

2. P. *purpurascens H.* et *B.*; foliis inferne margineque scabris; spicâ solitariâ; spiculis solitariis involucro duplo brevioribus; glumis valde inaequalibus, superiore longiore, florem hermaphroditum superante; flore masculo biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 113.

Culmus erectus 4-5ped., ramosus, glaber, uti nodi, alternatim canaliculatus. Folia linearia plana, basi ciliata. Vaginae dorso, ore, margineque ciliato-pilosae. Ligula brevis, ciliata. Spica subrecta cylindrica, 7-8poll. Rhachis scabra. Spiculae sessiles biflorae oblongae, densè imbricatae. Involucri setae exteriores scabrae, subaequales, longitudine spiculae, interiores basi distiche plumosae, apice scabrae, purpurascentes inaequales, exterioribus duplo longiores, unicâ longissimâ. Valvulae calycinae glabrae diaphanae; inferior quadruplo brevior, ovata enervis; superior oblongo-ovata, septemnervis, masculum subaequans, valvulae corollinae duae subaequales, obovato-oblongae, obtusae, septemnerves, coriaceae, albidae, glabrae, apice ciliatae, masculo breviores. Stigmata plumosa. Valvulae corollinae 3 masculi glabrae, inaequales, inferior duplo latior, oblonga, concava, septemnervis, apice tridentata, superior binervis, obtusiuscula. An certe diversum a PENNISETO *setoso Pers.* *In aridis Volcan de Jorullo regni mexicani.* 2.

3. * P. *cenchroides Rich.*; culmo geniculato, involucris alternis florum longitudine duplâ, setarum unâ subulato-paleaceâ longiore. *Rich.* ap. *Pers. Syn.* I. p. 72. CENCHRUS *ciliaris Linn. Mant.* p. 302. *Willd. Spec.* I. p.

Digitized by Google

318. *Giseckè Ic.* I. t. 23. *Desfont. Fl. atl.* II. p. 387. PANICUM *vulpinum Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1031. PENICILLARIA videtur clo. *Swartz*, SETARIA vero *P. de Beauv.*

Culmus adscendens laevis, crassitie fili, articulatus spithamaeus, genibus inflexis ramosus. Folia graminea villosa vaginâ striatâ. Spica teres digito brevior, floribus alternis sparsis. Flos quadriflorus (involucella biflora *Willd.*) involucro ex aristis numerosis fuscis, inferne ciliatis, interioribus flosculo longioribus. Flosculi sessiles oblongi bivalves: hermaphroditi bini, masculi bini *Linn.* *Ad promont. b. spei margines agrorum et in dumis.* ⊙. *Linn.* 2. *Schoasboe*, ob radicem tuberosam. *In Canariis* ⊙ *Willd.* confer CENCHRUM *rufescentem.*

Obs. P. de Beauv. CENCHRUM *ciliarem* sine dubio ad PENNISETUM *cenchroides* retulit, PANICUM vero *vulpinum* cum? SETARIAM *vulpinam* facit.

4. P. *orientale Rich.*; foliis subsetaceo-subulatis, involucro sparso stipitato, setis parcis flore longioribus plumosis. *Richard* ap. *Pers. Syn.* I. p. 72.

P. de Beauv. l. c. cum? habet, et ait clm. *Willdenow* in MS. illud inter CENCHROS habere; sed in *Enum. H. Berol.* II. p. 1031 est PANICUM *orientale:* racemo laxo, involucellis quadrifloris setosis, setis basi plumoso-ciliatis, culmo basi ramoso erecto. In *Galatia.* 2.

5. P. *violaceum;* spicâ simplici tereti violaceâ, involucellis setosis longitudine calycum, valvulis calycinis subaequalibus. PANICUM *violaceum Lam. Illustr.* n. 873. *Poiret Enc. meth.* IV. p. 739. *Pers. Syn.* I. p. 72.

Affine quodammodo PAN. *sericeo Hort. Kew.;* culmi pedales, geniculati, basi ramosi; folia plana, 1½-lin. lata, utrinque pilosa, ut vaginae ore barbatae. Spica sesquipoll. Flores sessiles oblongi. *Ad Senegal. Roussillon.*

6. P. *uniflorum H.* et *B.;* foliis interne margineque scabris basi ciliatis; spicâ solitariâ; spiculis solitariis uniforis, involucro brevioribus; glumis calycinis aequalibus, apice tridentatis, corollinas superantibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 114. t. 34.

Culmus erectus quinque-sexped., simplex, glaber, uti nodi, altero latere alternatim canaliculatus. Folia linearia. Vaginae pubescentes, ore pilosae. Ligula ciliata. Spica recta, gracilis, cylindrica, quadri-quinquepollicaris. Rhachis scabra. Spiculae sessiles oblongae, dense imbricatae. Involucri setae exteriores subaequales scabrae spiculam subaequantes, interiores basi distiche plumosae, apice scabrae, exterioribus duplo triplove breviores, inaequales, unica reliquis quintuplo longior. Glumae calycinae oblongae, quinquenerves, glabrae, subinaequales, inferior paullo longior. Glumae corollinae subaequales, inferiore duplo breviores oblongae acutae subcoriaceae

Digitized by Google

albidae nitidae apice ciliatae. In *subtemperatis planis novae Andalusiae juxta Cumanacoa.* 4.

7. P. *compressum Br.*; spicâ cylindraceâ simplici, rhachi pubescente, involucellis unifloris elongatis completis, floribus lanceolato-subulatis, flosculo hermaphrodito laevi, stylis basi connatis, foliis canaliculatis vaginisque glabris, culmo compresso. *R. Brown Prodr.* I. p. 195.

Circa P. Jackson.

PENNISETUM *villosum*, ut speciem novam ex revisione cll. *Brown*, adducit *Salt* in *Itin. novo Abyssinico* edit. *germ. Rüpp.* p. 475.

Quid P. *amethystinum P. de Beauv.* cum? huc relatum.

Quid PENNISETUM *dichotomum* in Description de l'Égypte t. 8.

203. SPARTINA.

1. * S. *cynosuroides Willd.*; paniculae secundae spicis alternis remotis, spiculis secundis adpressis arcte imbricatis subobliquis, rhachi angulatâ flexuosâ, calycibus corollâ duplo longioribus, carinâ aculeatis, foliis longissimis, glaucis planis, demum convolutis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 80. *Roth Catal. bot.* III. p. 11. DACTYLIS *cynosuroides Linn. fil. fasc.* I. t. 9. *Willd. Spec.* I. p. 407. TRACHYNOTIA *cynosuroides Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 64. LIMNETIS *cynosuroides Pers. Syn.* I. p. 72. *Sprengel Mem. de l'Acad. de Petersb.* II. p. 297. t. 6.

Bi-tripedalis arundinacea. Rad. repens; culmi crassitie fere pennae anserinae, erecti, glabri, vaginis vestiti; folia bipedalia, pollicem fere lata, glabra; ligula nulla, hujus loco margo fuscescens; panicula pedalis speciosa subnutans, spicis 16-20 digitalibus, linearibus, compressis, subincurvis, pedunculis angulatis, flosculis imbricatis secundis. Rhachis recta, dorso plana et laevis, linearis, margine scabra. Glumae calycinae uniflorae valvulis inaequalibus, aristatis, aut majore cuspidata. Cor. tenera, mutica. Antherae purpureae. Omnino diversa a L. *pungenti*, seu SP. *stricta*, cui spicae plerumque geminae, folia viridia convoluta, et carina calycis inermis. In *rupibus sinus Hudsonis.* 4.

2. S. *stricta Roth*; spicis terminalibus (sub) geminis: spiculis secundis adpressis, laxius imbricatis, erectis, corollis calyce longioribus, foliis involutis. *Roth Catal. bot.* III. p. 9. *Neue Beytr.* p. 101. DACTYLIS *stricta Willd. Spec.* I. p. 407. *Soland.* in *Ait. Hew.* I. p. 104. *With.* 149. t. 27. *Smith Fl. brit.* I. p. 110. DACTYLIS *cynosuroides Loeffling It. hisp.* p. 115. *Huds. angl.* p. 43. LIMNETIS *pungens Pers. Syn.* I. p. 72. *Host Gram. austr.* IV. p. 38. t. 66. ROTTBOELLA *spathacea Tenore*, spicis

axillaribus fascicularibus pedunculatis, basi vaginis spathaceis cinctis, spicâ rectâ compressâ subulatâ, flosculis bifariis adpressis, glumis calycinis binis acutis, foliis condup icatis glabris, caule humifuso. *Fl. neapol. prodr.* p. XI. (fide specimini auctoris.)

Rad. repens fibris longissimis. Culmus erectus subpedalis, rigidus, simplex, glaberrimus, foliis alternis vaginantibus rigidis involutis, apice subulato-mucronatis, glabriusculis dorso laevioribus. Vaginae arctae, striatae, glabrae, persistentes, delapsis foliis divaricatae, subcarinatae. Stipula brevissima erosa. Spicae rarius ternae, sibi invicem dorso applicatae, simplices, rhachi angulatâ, striatâ, laevi. Spiculae pubescentes, duplici serie alternatim imbricatae sessiles. Rhachis recta, dorso laevis, striata, angulata. Glumae calycinae lineares acuminatae complicato-carinatae pubescentes; interior brevior, multo angustior, glabra; corollinae calyce majores, carinatae, acutiusculae. A Sp. *cynosuroide* praeter characteres datos differt: rhachi spiculisque inermibus, nec spinoso-exasperatis. In *pratis limosis maritimis humilioribus Angliae, Lusitaniae, Istriae, Italiae.* 2.

3. S. *alterniflora Lois.*; culmo stricto, foliis planiusculis parumve involutis, spicis 4-8 terminalibus sparsis paniculatim dispositis, paniculâ subcoarctatâ, flosculis alternis distinctis, valvulâ calycina longiori acutiusculâ, rhachi flexuosâ. *Lois. de Longch. Fl. gall.* II. p. 719. *La Peyrouse Hist. abr. d. Pyren.* p. 42. TRACHYNOTIA *alterniflora Decand. Flor. franç. Suppl.* p. 279. n. 2094.

Culmus uni-biped., simplex, laevis, ut folia 2-3lin. lata, subinde apice tantum involuta, in acumen attenuata elongatum; lignlae series pilorum membranaceorum: panicula gracilis recta elongata subramosa; rhachis angulosa, alternatim, ad excipiendas spiculas, excavata; valvula calycina in acumen attenuata, sub lente pilis brevissimis, praesertim ad nervos; valvula interior minima, ab exteriore inclusa. In *pascuis limosis Bajonae*, et *ad ripas Atari; ad mare* (*au bout des allées marines*) *Rhode.* 2.

4. S. *polystachya Willd.*: foliis latis, planis, spicis pluribus undique versis longis linearibus: carinis aculeatis. (Auctoritate *P. de Beauvois* et *Willd. Enum.*) TRACHYNOTIA *polystachya Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 64. LIMNETIS *polystachya Pers. Syn.* I. p. 72. *Pursh* in *Fl. Amer. Sept.* I. p. 59. DACTYLIN *cynosuroidem Willd.* huc, nec ad SPART. *cynosuroidem*, trahit.

Vors varietas *cynosuroidis*; omnibus partibus multo major. Altissima, foliis longissimis. Spicae passim subaggregatae. In *inundatis maritimis a Nova Anglia ad Floridam.*

5. S. *pumila Roth*; spicis terminalibus subbinis; spiculis secundis adpressis densissime imbricatis obliquis, corollis calyce brevioribus, foliis involutis. *Roth Catal.* III. p. 10.

Digitized by Google

Culmus filo emporetico vix crassior; folia erecto-patula, involuto-filiformia, apice setacea; vaginae remotae; ligula ciliata; spicae uni-bipoll., altera sessilis, altera pedunculata, pedunculo longitudine fere spicae inferioris; rhachis flexuosa, dorso scabra, bisulcata; spiculae oblique sibi incumbentes; glumae calycinae subobliquae, interior longior et latior, dorso bisulcata, tricostata, scabra, mucronata. *Roth* l. c. *Circa Naveboracum*, 4.

6. S. *juncea Willd.*; foliis distichis breviusculis setaceo-convolutis, spicis paucis (1-3) remotis patulis, calycibus acuminatis, carinis asperis. (Ex *Auctoritate P. de Beauvois* et *Willdenow Enum.*) TRACHYNOTIA *juncea Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 64. LIMNETIS *juncea Pers. Syn.* I. p. 72. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 59. DACTYLIS *patens Donn Hort. Cantabr.* p. 25.

Humilis juncoidea. Spicae paucae, 1-3. In *siccis maritimis Carolinae, Georgiae*, 4.

7. S. *fasciculata P. de Beauv.*; spicis linearibus erectis fasciculatis subdigitatis, floribus distichis rhachi adpressis. DACTYLIS *fasciculata Lam. Illustr.* n. 962.

In *Suppl.* TRACHYNOTIA erit. In *America calidiore Rich.*

8. S. *geniculata P. de Beauv.*; culmo geniculato, spicis distichis ternis (terminalibus clavatis) foliis linearibus plicatis mucronatis. DACTYLUS *geniculatus Burm. Ind.* p. 28. t. 12. f. 3. DACTYLIS *geniculata Willd. Spec.* I. p. 409.

Culmi ramosi vaginati. Flosculi alterni. In *Java.*

Huc spectare adhuc DACTYLEM *patentem Poiret.*

204. NARDUS.

1. * N. *stricta*; spicâ setaceâ rectâ secundâ. *Vahl Enum.* II. p. 314. *Willd. Spec.* I. p. 314. *Koel. Gram.* p. 312. *Smith Fl. brit.* I. p. 61. *Hall. helv.* n. 1410. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 157. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 1. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 19. n. 31. *Schreb. Gram.* p. 65. t. 7. *Leers Fl. herb.* p. 11. t. I. f. 7. *Cavan. Icon.* III. t. 204. f. 2. *Engl. bot.* t. 290. *Fl. Dan.* t. 1022. *Host Gram. austr.* II. t. 4. *Svensk. bot.* p. 174. β. Gramen sparteum basileense capillaceo folio majus. C. *Bauh. Prodr.* p. 29,

Variat culmis foliisque glabris et obsolete pubescentibus. Radix horizontalis tenax, squamis tecta, fusca, cespitosa. Culmi erecti, subtetragoni, rigidi, glaucescentes, basi geniculo 1-3, retrorsum scabriusculi, bi-quadripollic., florentes dupio altio-

Digitized by Google

res. Folia canaliculato-setacea acuminata striata glaucescentia, retrorsum scabriuscula, basi in subbulbosos fasciculos congesta; caulina brevia, patentia, 2-3. Vaginae teretes striatae, albido-virides aut, ut culmi, levi purpurâ suffusi. Ligula brevis obtusa. Spica bi-tripollicaris terminalis erecta, gracilis, secunda. Rhachis hinc convexa, margine hispida, denticulata pro flosculorum insertione, apice supra flosculos in mucronem scabrum attenuata. Flosculi 10-12 quasi per paria approximati, subsessiles, violaceo aut purpurâ varii, ante anthesin rhachi appressi, serius plus minus patentes. Gluma exterior lineari-lanceolata, apice sensim in aristam brevem desinens, nervis tribus scabris, marginibus interiorem obtusam amplectens. Stigma simplex. Semen subulatum ferrugineum. In *Europae et Caucasi asperis sterilibus praeruptis.* 2.

2. * N. *ciliaris;* spicâ incurvâ ciliatâ. *Linn. Spec.* p. 78. *Vahl Enum.* II. p. 397. *Willd. Spec.* I. p. 315.

Gramen nemini praeter *Linnaeum* visum. — Culmus spithamaeus. Folia graminea plana. Flosculi 12-15 in spica secunda alterni, valvulâ exteriore ovato-oblongâ muticâ, margine ciliatâ pilis scabris numerosis. Cal. proprie o, sed ad alterum latus flosculorum seta glumâ brevior. In *India. Lamarck Enc. meth.* IV. p. 430 NARDUM *ciliatam* describit: „spicâ secundâ muticâ, glumis dorso striatis, margine albo ciliato" de quo dubitat an sit N. *ciliaris*, quia spica non incurva. N. *ciliatae* culmus rectus, teres, tomento albido sericeo; folia plana glabra profunde striata, saturate viridia; spica sesquipoll.; flores arctissime sibi appositi, angulo recto ab axi patentes; calycis valvulae aequales, exterior viridis, dorso fortiter striata, excavato-carinata, interior lata, plana, albida, sericea; corollae valvulae duae truncatae inclusae. Ex *India orient. Sonnerat.*

Huc *P. de Beauvois* retulit queque NARDUM *aristatam*, quam et MONERMAM fecit.

205. ORYZOPSIS.

1. O. *asperifolia Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 51. t. 9. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 60. *Vahl Enum.* II. p. 397. (An huc STIPA *avenacea Walth.?* quaerit *Pal. de Beauvois:* sed haec a Purshio ad St. *bicolorem Vahl*, *barbatam Mich.* refertur.

Culmi plures, uni-binodes, basi foliosi. Folia infima longitudine fere culmi; superiora remota, vaginâ breviora, angusta, planiuscula, rigidula, subpungentia, margine aspera. Flores subracemosi, pedicellis uni-bifloris. Calycis glumae corollâ ampliores, oblongae obtusae quinquenerviae glabrae. Cor. basi annulo barbato, pubescens, valvula exterior teretiuscule oblonga, coriacea, aristâ calyce longiore villosâ, interiore inclusâ angustiore. Nectarium filamentis brevius. Stylus trifidus, stigmata duo villosa *Richard* ap. *Vahl* l. c. *A sinu Hudsonis ad Cucb.c per tractus montium.*

Digitized by Google

206. THEMEDA.

1. T. *polygama Forsk. Fl. aeg. arab.* p. 178. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 149.

Spicae terminales fere capitatae. Culmi superne ramosi, vaginis amplis compressis ensiformibus, supremâ spathaceâ. In *Arabia. Forsk.*

DIGYNIA.

---

207. ZOYSIA.

1. * Z. *pungens Willd. nov. act. nat. cur. Berol.* III. p. 442. *R. Brown Prodr.* I. p. 208. *Pers. Syn.* I. p. 73. AGROSTIS *Matrella Linn. Mant.* p. 85. *Willd. Spec.* I. p. 366. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 260. MATRELLA *juncea Pers. Syn.* I. p. 73. (excl. AGROSTIDE *junceâ Lam.*). *

„Culmus procumbens stoloniferus late repens, ramis erectis arcte foliis tectis, sterilibus bipollicaribus, floriferis 3-4pollicarib. Folia 1/2-1poll. rigida glabra convoluta pungentia distincte

---

* Mirum, cl. *Willd.* ad ZOYSIAM suam *pungentem* non ducere AGROSTIDEM *Matrellam Linn.*, quae tamen, teste oeul. *Vahl* apud *Poiret* l. c., et fide speciminis in herb. *Linn.* monente *Brown* eadem est planta cum MATRELLA *Pers.*, quam *P. de Beauv.* omni jure ad ZOYSIAM *pungentem* ducit, licet minus fauste et AGROSTIDEM *junceam Lam.*, s. *tremulam Willd.* huc duxisset. Descriptio certe in *Linn. Mant.* de AGR. *Matrella* data adeo discrepat a ZOYSIA, ut, nisi *Vahl* affirmaret utramque plantam eandem sistere speciem, nemo facile id suspicaretur. Est vero *Linnaei* descriptio sequens: „AGR. *Matrella*, floribus racemosis, calycis valvulâ exteriore incurvâ carinae apice tantum dehiscente." *Mant.* p. 185. In *Malabariae arenosis Koenig.* — Radix repens squamosa. Culmi inferne decumbentes ramosi, dein erecti, palmares, vaginis genicula obtegentibus. Folia involuta subulata bifaria distantia patentia vaginis intra proximas receptis. Racemus simplicissimus fere spicatus erectus, flexuosus; flores saepe 10 subsessiles erecti glaberrimi. Character fructificationis singularis quasi proprii generis. *Cal.* gluma bivalvis, uniflora. Valvula exterior oblongo-ovata, compressa, laevis, rigida, carinata, clausa, incurva, carinâ tantum ad apicem dehiscens, interior tota inclusa lanceolata. *Cor.* gluma bivalvis tenerrima membranacea inclusa. *Filam.* tria capillaria brevia, antherae hastatae. *Germen* minimum lineare. Styli duo longitudine calycis. *Stigmata* exserta oblonga villosa. Gluma calycina vestiens semen lineare vestitum."

Digitized by Google

„(anne potius *distiche?*)“ patentia, vaginis cartilagineis truncatis ad basin folii ciliatis. Racemus terminalis subspicatus simplex semipollicar., calycibus violaceis. Maxima cum AGROSTIDE *tremula* similitudo. In *arenosis maritimis littoris malabarici Koenig, cui* MILIUM *maritimum. Willd. Circa portum Jackson R. Brown.*

208. ASPRELLA.

1. * A. *oryzoides Lam.;* paniculâ diffusâ vaginatâ, flosculis triandris patulis, glumis carinâ ciliatis. *Lam. Illustr.* n. 858. *Retz scand.* p. 7. *Host Synops.* p. 35. LEERSIA *oryzoides Swartz Prodr.* p. 21. *Fl. Ind. occ.* I. p. 129. t. 4. f. a. b. *Willd. Spec.* I. p. 325. *Koel. Gram.* p. 4. (excl. syn. *Gronov.* et *Sloane*). *Schrad. Fl. germ.* p. 176. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 3. *Host Gram. austriac.* I. t. 35. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 62. PHALARIS *oryzoides Linn. Sp. Pl.* p. 81. *Schreb. Gram.* t. 22. — HOMALOCENCHRUS *oryzoides Pollich. pal.* n. 56. *Hall. helv.* n. 1411. EHRHARTA *clandestina Web. hols.* n. 695.

Radix instar TRITICI *repentis* repens. Culmi cubitales aut ultra, erecti aut basi procumbentes et radicantes, simplices et ramosi, glabri, ad apicem usque vaginati, geniculis pluribus villosis. Folia longa, latiuscula, in acumen rigidulum attenuata, glaucescentia, utrinque ut vaginae compressae subventricosae scaberrima, margine hispida. Ligula brevis truncata apice denticulata. Panicula apice nutans, parte suâ inferiore inclusa, et hac plerumque fertilis. Rhachis flexuosa angulata scabra, ut ramuli; flosculi semper clausi, virentes, oblongo-ovati, acutiusculi, mutici, glumis corollinis subaequalibus, exteriori quinquenervi, interiore trinervi, lineari-lanceolatâ. Stamina et pistilla inclusa. In *paludosis Europae a Saecia ad Italiam usque, in Persia, America septentrionali, et in Caribaeis.* 4. In exemplari japonico glumae carinâ et margine pectinato-ciliatae. *Thunb. jap.* p. 44.

2. A. *virginica;* paniculâ effusâ, ramis horizontaliter patentibus, flosculis subtriandris adpressis, glumis carinâ ciliatis. LEERSIA *virginica Willd. Spec.* I. p. 325. *Gron. virg.* p. 53. LEERSIA *orizoides Mich. Bor. Am.* I. p. 39. LEERS. *oryzoides β. Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 328.

Simillima *oryzoidi*, sed differre videtur: foliis brevioribus et latioribus, paniculâ breviore, ramis strictis nec flexuosis, ramulis spicisque arcte adpressis, glumis minoribus angustioribus rariter ciliatis; paniculâ nunquam folio tectâ, sed semper apricâ patulâ. *Willd.* qui dubitat l. c. anne eadem cum *monandra;* sed semper triandra. Nullam differentiam specificam hanc inter et praecedentem *oryzoidem* se extricare potuisse *Mich.* l. c. et *Pursh Amer. Sept.* I. p. 62., qui cum eadem jungit. In *America boreali.* 4.

Digitized by Google

3. A. *monandra;* paniculâ effusâ, spicis remotis laxis, spiculis secundis monandris, glumis laevibus. LEERSIA *monandra Swartz Prodr.* p. 21. *Flor. Ind. occid.* I. p. 130. *Willd. Spec.* I. p. 326.

Culmi recti simplices geniculati glabri, 2-3pedales; folia lanceolato-linearia, glabra, elongata, striata, vaginâ glabrâ; flores pedicellati fere imbricati, virentes, magnitudine seminis MILII; valvula interior linearis fere inclusa in exteriore rotundatâ carinatâ. Stigmata alba. In *cretaceis sylvarum Jamaicae.*

4. A. *hexandra;* paniculâ effusâ, spiculis alternis hexandris, glumis subtaevibus. LEERSIA *hexandra Swartz Prodr.* p. 21. *Fl. Ind. occ.* I. p. 131. *Willd. Spec.* I. p. 326.

Culmi bipedales, basi geniculati, glabri, filiformes, subramosi; folia lanceolata acuta patentia margine aspera; spiculae approximato-appressae, purpurascentes; valvula exterior elongata, navicularis, compressa, quinquenervis, acuminata, interior trinervis, margine hispida. Antherae sex purpureae; stigmata purpurascentia. In *aquosis Jamaicae.*

5. A. *australis;* paniculâ effusâ subsimplici e spicis alternis: inferioribus bipartitis, floribus hexandris, valvularum carinis ciliatis, nervis denticulatis, lateribus glabris. LEERSIA *australis R. Brown Prodr.* I. p. 210.

Valde affinis *hexandrae:* an revera distincta? *Circa portum Jackson et ad oram orientalem et septentrionalem novae Hollandiae intra tropicum.*

6. A. *mexicana;* paniculâ effusâ; floribus hexandris; valvularum carinis marginibusque ciliatis. LEERSIA *mexicana Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 157.

Culmus basi repens, 1½-2ped. glaber; nodi pilosi; folia linearia striata, ut vaginae glabrae, scabriuscula. Ligula lanceolata, apice laciniato-dentata, glabra. Panicula simplex, bipoll., ramis alternis angulatis rhachique scabriusculis. Spiculae subsessiles. In *convalle mexicana inter Chalco et Xochimilco.* 4.

7. A. *lenticularis;* paniculae ramis subsolitariis, spiculis imbricatis, glumis lenticulari-orbiculatis conspicue ciliatis majusculis. LEERSIA *lenticularis Michaux Fl. Bor. Amer.* I. p. 39. *Pers. Syn.* I. p. 73. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 62.

Irritabilis valde, et ut DIONAEA *muscipula* muscas captans corollae valvulis. Culmi simplices teretes glabri; folia elongata acuta; valvulae flavicantes. In *sylvis humidis Virginiae et regionis Illinoensium; in insulis fluminis Roanoak in Carolina boreali.*

8. A. *ovata;* paniculâ coarctatâ, ramis simplicibus erectis, glumis ovatis subciliatis hirtis, culmo debili, foliis sublaevibus. LEERSIA *ovata Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 329.

Digitized by Google

Culmi graciles laeves, foliis mollibus planis linearibus acutis elongatis glabris, vix margine et vaginis scabriusculis. Panicula gracilis elongata, ramis capillaribus flexuosis, floribus numerosis minimis virentibus, ovali-oblongis. In *America septentrionali.*

9. A. *imbricata;* paniculae ramis alternis simplicibus; spiculis sessilibus imbricatis; valvis oblongis, subglabris obtusis; culmo gracili ramoso. LEERSIA *imbricata Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 329.

Affinis praecedenti *ovatae;* sed culmi basi ramosi articulationibus pilosis; folia magis lanceolata magisque margine aspera, vaginae vero glabrae, ore nudae; paniculae in axillis foliorum superiorum, ramis vix flexuosis; valvulae sub lente margine ciliatae. In *Carolina. Bosc.*

10. A. *digitata Lam.;* spicis linearibus quaternis subdigitatis, glumis complanatis muticis ad latera fimbriatis. *Lam. Illustr.* n. 859. LEERSIA *digitata Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 329.

In *America meridionali Richard. P. de Beauv.* non recepit *ovatam*, *imbricatam*, et hanc speciem.

209. ALOPECURUS.

1.* A. *bulbosus;* culmo erecto, spicâ simplicissimâ attenuatâ, glumis calycinis distinctis villosis, radice bulbosâ. *Smith Fl. brit.* I. p. 73. *Engl. bot.* t. 1249. *Linn. Sp. Pl.* p. 1665. *Willd. Spec.* I. p. 356. A. *geniculatus β. Huds.* 27. *Dill.* in *Raii Syn.* 397. t. 20. f. 2. *Barrel Ic.* t. 699. f. 1.

A *geniculato* diversissimus, *agresti* spicâ et structurâ florum magis affinis. Rad. bulbosa caespitosa, fibras e parte inferiori emittens, membranâ fuscâ striatâ tunicata. Culmus solitarius vix pollicaris, simplicissimus, basi parum decumbens, foliosus, binodis, glaber, ut folia; radicalia pauca, brevia, caulina fere linearia patentia longitudine vaginarum. Stipula brevis striata. Spica sesquipollicaris erectiuscula acuta. Glumae calycinae parum inaequales acutae, muticae; corollina emarginata basi aristata ut in reliquis. *Smith.* In *Angliae aquosis maritimis rarior; in Gallia.* 2.

2. A. *macrostachyos Poiret;* culmo subinfracto; spicâ crassâ oblongâ; spiculis ramosis villoso-ciliatis; radice bulbosâ. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 775. A. *bulbosus Poiret voy. en Barb.* II. p. 94.

Primo aspectu varietas tantum videtur A. *bulbosi*, sed valvulae magis villosae, praeter characteres allatos. Bulbus radicis sat magnus, ovatus, flavescens, fibris filiformibus nigro-fuscis; culmus glaberrimus, tereti-compressiusculus, 1-2pedalis, foliis alternis elongatis acutis sat latis supra scabris, subtus glabris;

Digitized by Google

vagina laxiuscula striata, ligulâ obtusâ flavo maculatâ. Spica pilosa, pallide virens, cylindrica, obtusa, 2-3pollicaris. Pedunculi glabri racemos parvos ramosos 5-8floros efformantes, arctissime appressos. Calycis valvulae concavae, acutissimae, trinerves, virides, basi conniventes; corollina brevior, basi aristâ setaceâ, medio flexâ, divaricatâ, corollâ duplo triplove breviore. In *pratis Barbariae circa Lacalle. Poiret.* 4. *P. de Beauv.* nec hunc, nec sequentem *arundinaceum* recepit.

3. A. *arundinaceus Poir.*; foliis ensiformibus; spicâ oblongâ spissâ; glumis pubescenti ciliatis. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 776.

Foliis ARUNDINIS facile distinguendus. Radices crassae, fuscae; culmi plures recti simplices crassi teretes glaberrimi, 2-3pedales; folia equitantia culmo breviora; caulina alterna plana rigidiuscula, 3-6 lineas lata, acutissima, utrinque glabra, supra et ad margines asperrima; vaginae longae, laxiusculae, teretes, glaberrimae, ligulâ albidâ obtusâ; spica cylindrica obtusa 2 3-pollic., pallide viridis, villosa, racemulis brevissimis; valvulae calycinae concavae subcarinatae obtusae subpubescentes, carinâ villosae; corollina glabra, basi aristâ griseâ, calyce quidquam longiore. *Colitur in Horto parisino. Patria ignota.*

4. * A. *pratensis*; culmo erecto glabro, paniculâ subspicatâ cylindraceâ obtusâ sublobatâ crassâ, delloratâ concolore, glumis calycinis ciliatis infra medium connatis acutis subvillosis, corollâ calycem aequante. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl.* p. 5. α. aristâ evidente, spiculas superemineute. *Willd. Spec.* I. p. 357. (excl. syn. *Gmelin*) *Koel. Gram.* p. 31. *Smith brit.* p. 72. *Engl. bot.* t. 759. *Schrad. Fl. germ.* p. 170. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 8. *Hall. helv.* n. 1539. *Schreb. Gram.* I. t. 19 f. 1. *Curt. Fl. lond.* fasc. V. t. 5. *Stillingfleet Misc.* t. 2. *Martyn rust.* t. 6. *Sturm germ.* fasc. 8. *Host Gram. austr.* II. t. 31. *Suensk. bot.* t. 14. *Treviranus Mag. am. nat. cur. Berol.* VII. 1815. p. 145. t. 2. f. 1. et seq. β. aristâ glumis absconditâ: A. *pratensis*: culmo spicato erecto glumis villosis, corollis muticis! *Linn. Spec.* p. 88. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 47. est ALOPECURUS *ruthenicus Hort. Dorpat.* fide speciminum siccorum hujus horti MB. γ. *alpestris*, culmo erecto glabro, spicâ cylindricâ obtusâ, glumis calycinis ciliatis basi connatis acutis, foliis laevissimis. *Wahlenb. lapp.* p. 21. Varietas A. *pratensis Linn. Suec.* n. 49.

Illustr. *M. a Bieberst.* primus distinxit varietatem α, quae certe est ALOPECURUS *pratensis* omnium auctorum praeter fors *Stillingfleet*, quem non vidimus; omnes *Linnaeum* citant, et describunt aristas. *M. a Bieberst.* citat ad β. *Haller* n. 1539. et *Scheuchz. Agr.* p. 70. n. 2., qui ob aristam jure et ab omnibus ad α. In α radix fibrosa, culmi 1½-2ped.; folia

linearia lata, fere anguste lanceolata, semipedalia, supra magis quam infra scabra, vaginis glabris, supremâ longissimâ, laxâ, subinflatâ; ligula brevis, obtusa; panicula 2-3pollicaris, 4-5lin. lata, ex viridi argentea, rhachi striatâ, glabriusculâ, superne angulatâ, ramis teretiusculis obsolete pubescentibus, inferioribus ramulosis, superioribus brevissimis, spiculis duarum linearum. Glumae calycinae lanceolatae compressae albae, nervis tribus viridibus. Gluma corollina paulo vel vix brevior, nervis quinque viridibus, glabra vel apicem versus villosa, aristâ tortili scabriusculâ, flosculo duplo longiori, serius geniculato-reflexâ, fere ut in *agresti*, sed magis scabra. Styli duo connati. β. Differt foliis subtus laevibus nec scabris, spicâ oblongâ pallide virente nec cylindricâ, e viridi amethystinâ, flosculis dimidio fere minoribus, glumis calycinis obtusis nec acutis, praeter characteres datos. *Treviran.* l. c. γ. nonnisi foliis laevissimis, spicâ magis coloratâ, serotinâ florescentiâ differt. Variare 1. culmo orgyali, panicula 4 5poll. 2. foliis pubescentibus. 3. paniculâ fere ovatâ, *Hoeler* l. c. In *Europae, Americ. septentr.* [*Pursh.*] *et Caucasi pratis* γ *in alpibus Lulensibus rarissime, ubi nunquam* α aut β. 2.*

5. A. *nigricans Hornem.*; culmo erecto, paniculâ spicatâ cylindraceâ apice attenuatâ, glumis calycinis villosis ciliatis, aristâ corollinâ glumis duplo longiore. *Hornemann Hort. Hafn.* I. p. 68. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl.* p. 5.: culmo erecto glabro subglaucescente, paniculâ subspicatâ cylindraceâ obtusâ, defloratâ nigricante, glumis calycinis

---

* A. *ruthenicus Weinm.*; radice longe lateque repente, culmis strictis, ligulâ magnâ exsertâ, aristâ flosculo breviore aut ejusdem longitudinis *Weinm. Catal. dorpat.* 1818, p. 10. (Characteribus datis ab A. *pratensi*, circa Dorpat non obvio, diversus, caeterum, ut ex descriptione patebit, illi simillimus. „Culmi bipedales et altiores, glabri, geniculis 2-3. Folia lata acuminata laxa, utrinque, sed paginâ superiore magis, retrorsum scabra. Vaginae striatae glabrae, suprema laxa, ante florescentiam inflata, hâc peractâ convoluta. Ligula aut ovata obtusa, aut lacera. Panicula subspicata cylindracea 2-3pollicaris. Rhachis angulata subscabra. Rami glabriusculi, inferiores ramulosi, superiores subdivisi. Glumae calycinae lanceolatae acutae subaequales infra medium connatae, nervis tribus viridibus. Carina pilis longis nitidis. Gluma corollina longitudine calycis vel paulo longior apicem versus villosa. Arista infra medium adnata scabriuscula, rarissime flosculo paululum longior. Styli duo connati. In *paludibus ad Coloniam Sareptanam*. 2. Convenit pluribus notis cum A. *pratensi* β. M. a Bieberst non paucis vero recedit.

Quid ALOPECURUS *sericeus Gaertn.*; culmo erecto, superne nudo: spicâ ovatâ cylindricâ villosissimâ aristatâ. *Lam. Illustr.* I. p. 168. n. 863. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 773. *Gaertn. de Fruct.* I. p. 2. t. 1. f. 2. Gramen alopecuro simile glabrum, cum pilis longiusculis in spicâ, onocordon denominatum. *J. Bauh. Hist.* II. p. 475. n. 10. Gramen phalaroides alterum *Lob. Ic.* 8. (Nemo, praeter *Lo-*

infra medium connatis acutis villoso-ciliatis, corollâ calyce breviore. A. *sibiricus Hort. vind.* A. *nigrescens Jacq. Ecl. Gram.* Fasc. II. t. 13.

Radix fibrosa. Culmus 3-4pedalis, laevis. Folia linearia setaceo-acuminata, scaberrima, vaginis glabris striatis. Ligula exserta, obtusa. Panicula ALOP. *pratensi* longior, spicata, cylindrica, apice parum attenuata, post florescentiam livido-nigricans. Flores brevissime pedicellati. Glumae calycinae compressae, ut in PHALARIDE, carinatae, margine valde ciliatae (ciliis longis patentibus) acutae, aequales. Gluma corollina calyce brevior oblonga, infra medium dorsi aristata, aristâ laevi subrectâ. Filamenta longissima, tenuissima. Stylus exsertus pubescens, corollâ fere duplo longior. (Affinis valde *pratensi*, sed praecocior. In hac specie, ut in *pratensi*, styli basi connati, ut fere gramen monogynum.) *Hab. ad Wolgam.* 4. *Hornem.* l. c.

6. A. *capensis Thunb.*; spicâ cylindricâ, glumis glabris muticis. *Thunb. Prodr.* p. 19. *Flor. cap.* I. p. 397. *Willd. Spec.* I. p. 357.

Culmus vaginatus, teres, glaber, erectus, palmaris; folia radicalia plurima lineari-filiformia, culmo duplo breviora; spica pollicaris; glumae lanceolatae acutae glabrae. In *collibus circa urbem Cap.*

7. A. *antarcticus Vahl*; culmo erecto, spicâ ovatâ, glumis hirsutis, corollis aristatis: aristis calyce longioribus. *Vahl Symb.* II. p. 18. *Willd. Spec.* I. p. 356. A. *magellanicus Lam. Illustr.* I. p. 168. n. 262. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 776.

Culmus pedalis glaber; folia angusta lineari-subulata, 2-3pollic., plana. Panicula terminalis spiciformis pollicaris. Calyces hirsutissimi, facie PHALARIDIS, apice purpurascentes. Corollae valvula calyce brevior ovata, versus basin aristata, aristâ purpureâ. *Vahl.* *Ad fretum Magellanicum. Comerson.*

8. A. *ramosus Poiret*; culmo inferne ramoso; foliis mollibus glabris; spicâ gracili cylindraceâ; glumis subobtusis, exteriore sub apice ciliatâ; aristis corollâ longioribus. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 776.

---

marck et *Poiret* et *P. de Beauvois* ALOPECURUM hunc *Gaertneri* adduxit. Spicis cum *pratensi* magis quàm radicibus subbulbosis cum *bulboso* convenit. Culmi alti recti teretes foliosi, superne nudi, crassiusculi, glaberrimi, foliis alternis subangustis acutis, margine asperis, vaginâ longioribus. Spicae sericeae splendentes subcinereae subpollicares; calycis valvulae angustae aequales acuminatae basi conniventes, totae tectae pilis longis flexuosis tenuissimis Cor. membranacea basi aristâ valvulâ dimidio longiore. Semina solitaria elliptica utrinque acuta rufescentia sulcata, convexa. In *Germaniae campis. Poiret.*

Digitized by Google

Radices filiformes nigrae, tortae; culmi plures recti pedales gracillimi compressi parum geniculati, nodis quatuor atris, foliosi; folia plana, margine laevia, subangusta acuta, ad minimum longitudine vaginarum; vaginae laxiusculae cylindricae glabrae ligulâ albidâ obtusâ; spica obtusa coarctata albido-virens, bipollic., flosculis minimis subsessilibus, aut 2-3 in pedunculo minimo; valvulae calycinae ovatae, aequales; corollina longitudine calycis, basi aristâ tenuissimâ setaceâ subgeniculatâ, corollâ fere duplo longiore. In *Carolina*. *Bosc*. *P. de Beauvois* non adduxit.

9. A. *alpinus Smith*; culmo erecto laevi, spicâ ovatâ, glumis villosis muticis aristae corollinae subaequalibus. *Smith Fl. brit.* I. p. 1386. *Engl. bot.* t. 1126.

Rad. repens nigricans. Culmi pedales, basi geniculati, simplices foliosi glaberrimi; folia radicalia linearia angusta, caulina lata acuta abbreviata glabra, vaginis elongatis parum ventricosis. Ligula brevissima. Spica haud pollicaris, obtusa, in lobos fissilis. Cal. ovatus purpurascens glumis subretusis basi connatis. Cor. elliptica nuda, carinâ tantum scabra, calyce parum minor, basi aristâ subtortili scabrâ purpureâ. In *alpibus scoticis*. 4.

10. * A. *agrestis;* culmo plerumque erecto superne scabriusculo, paniculâ subspicatâ cylindraceâ (simplicissimâ) acutâ, glumis calycinis ultra medium connatis acutis nudiusculis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 171. *Willd. Spec.* I. p. 357. *Koel. Gram.* p. 34. *Smith Fl. brit.* I. p. 73. *Engl. bot.* t. 848. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 6. *Gmelin sib.* I. p. 87. n. 14. *Hall. helv.* n. 1540. *Schreb. Gram.* t. 19. f. 2. *Fl. Dan.* t. 697. *Martyn* t. 22. *Host Gram. austr.* III. t. 12. PHLEUM *flavum Scop. carn.* I. n. 77. ALOP. *myosuroides Huds.* 27. *Curtis Fl. lond.* II. t. 7. β. Gr. myosuroides minus, spicâ breviore. aristis recurvis. *Ray. Syn.* 397.

Rad. e fibris parvis. Culmi tenuiores quam in *pratensi*, subinde basi infracti, sesquipedales, superne plus minus scabri. Folia facie margine et dorsi parte superiore scabra, linearia, brevia, duas lineas lata. Vaginae glabrae, supremâ longiore subinflatâ. Ligula brevis obtusa bifida denticulata. Panicula gracilis acuta ex viridi alba, aut violacea glabra, 2-3pollicaris, rhachi superne angulatâ glabrâ, ramis pilis brevissimis, superioribus subsimplicibus unifloris, inferioribus ramulosis 3-4floris. Flores majores quam in *pratensi*, duarum lin., minus pubescentes, basi cyatho parvo pedicello insidente. Glumae lanceolatae acutae nervis 3-4, calycinae ultra medium connatae, carinâ tenuissime ciliatâ, parum minores corollinis glabris. Stylus brevissimus. Antherae luteae vel violaceae. Arista geniculato-recurva inferne laevis. In *Europae et Can-*

Digitized by Google

easi agris limosis. ⊙. *Leers, Schrad., Smith, Host;* 2. *Linn.* *

11. A. *subaristatus Pers.;* culmo erecto, glumis ovalibus obtusis, aristâ vix exsertâ. A. *aristulatus Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 43. *Pers. Syn.* I. p. 80. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 66. A. *carolinianus*, culmo radicante, paniculâ subspicatâ, glumis laevibus, corollis aristatis. *Walt. Fl. Carol.* p. 74?

Culmus simplex foliosus; spica maxime coarctata. In *humidis uliginosis Canadae.*

12. * A. *geniculatus*; culmo adscendente geniculato-infracto, (laevissimo *Gaud.*) paniculâ subspicatâ cylindraceâ obtusâ, glumis calycinis basi connatis (subliberis) obtusis subvillosis corollâque apice crenulatis, (antheris oblongis). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 173. α. radice fibrosa. A. *geniculatus Willd. Spec.* I. p. 358. *Hoel. Gram.* p. 37. *Smith Fl. brit.* I. p. 74. *Engl. Bot.* t. 1250. *Gaud.* II. p. 5. *Hall. helv.* n. 1541. *Curt. lond.* V. t. 6. *Mart.* t. 97. *Host Gram. austr.* II. t. 32. β. radice bulbosa: A. *geniculatus* γ *Smith* l. c. A. *bulbosus Hoffm. Fl. germ.* ed. II. p. 28. (excl. syn. ut) *Koeler Gram.* p. 36. γ. A. *geniculatus* β. fluviatilis albus *Dill.* in *Ray Syn.* p. 396, δ. *natans*, culmo ramoso, foliis natantibus, glumis obtusissimis. *Linn. Suec.* n. 60. β. *Lappon* n. 38. *Wahlenb. lapp.* n. 22. A. *geniculatus* β. *Willd. Spec.* I. p. 358. aristis glumae aequalibus. *Fl. lapp.* 38.

In *Syst. Veg.* ed. *Murr. Persoon* p. 111. ad ALOP. *geniculatum*, culmo spicato infracto, corollis muticis, ducitur *Flor. Dan.* t. 564, et *ibidem* ad ALOPEC. *paniceum* paniculâ subspicatâ, glumis villosis, corollis aristatis *Flor. Dan.* t. 861. *Smith* neutram tabulam adducit; *Schrader* tantum ALOP. *paniceum Flor. Dan.* ad *geniculatum* α ducit, et de *geniculato Flor. Dan.* silet, *Wahlenberg*, ut *Smith*, de utroque. Rad. fibrosa, fibris longis. Culmi 1-1½ pollic., basi ramosi, ad genicula inferiora radicantes, in aquis longiores. Folia brevia linearia, sesquipollic. lat., acuta, facie et ad oras scabra; vaginae compressiusculae glabrae, vix inflatae. Ligula oblonga, acuta vel obtusiuscula, bilinearis. Panicula saepe sublobata, 1-2pollic., viridi-violacea aut purpurascens, in γ. in aquis albida. Rhachis superne angulata, ut rami teretes, pilis plus minus inspersa. Glumae (basi liberae *Gaud.*) trinerviae, corollinae calyce parum minores, obtusissimae glabrae. Antherae

---

* *Obs.* Anne hic duae fere species sub eodem nomine ALOPEC. *agrestis Linn.* culmo spicato erecto glumis laevibus *Linn. Spec.* p. 89. qui teste *Linn.* 2., et huc duci solitus: A. culmo erecto spicato, calyce ciliato. *Hall. helv.* n. 1540., qui ⊙.?

Digitized by Google

flavae. Styli demum liberi. Arista exasperata, geniculata, glumâ nunc brevior, nunc duplo longior, (*Linn. Fl. lapp.* 37.) nunc nulla. In *Europae et Japoniae uliginosis; β in siccis, γ in stagnis.* 4.

13. A. *fulvus Smith;* culmo adscendente geniculato, spicâ compositâ cylindricâ, glumis obtusis ciliatis, aristâ longitudine calycis, antheris subrotundis. *Engl. bot.* n. 1467. *Ait. Hort. kew.* 2. I. p. 417. A. *geniculatus var.* 4. *With.* 121. *Hull.* 16.

In aquis fluitans, ut *geniculatus*, sed spicâ multo longiore, antherarumque colore saturatissime aurantiaco eminus distinguendus, praeter notas indicatas. In *aquis circa Swainsthorpe prope Norwich.* 4.

14. A. *echinatus Thunb.;* paniculâ spicatâ ovatâ, glumis punctatis ciliatis, culmo geniculato. *Thunb. prodr.* 19. *Fl. capens.* I. p. 398. *Willd. Spec.* I. p. 358.

Rad. fibrosa; culmus filiformis glaber palmaris; folia lineari-filiformia, setaceo-acuminata, punctato-scabra, pilosa, erecta, culmo longiora; panicula unguicularis; glumae lamellatae, setaceo-aristatae, aristis purpureis, punctato-scabrae. In *collibus promont. b. spei rarius.*

15. * A. *utriculatus Pers.;* culmo adscendente, racemo spicato ovato, glumis calycinis carinâ pilosâ ultra medium dilatatis compressis subcallosis, aristâ articulatâ, foliorum vaginâ superiore inflatâ utriculatâ. *Pers. Syn.* I. p. 80. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 174. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 9. A. spicâ oblongâ, glumis calycinis navicularibus gibbosis mucronulatis dorso villosis, aristâ corollinâ brevioribus. *Smith prodr. Fl. graec.* I. p. 43. *Flor. graec.* t. 63. PHALARIS *utriculata Linn. Sp. Pl.* 80. *Willd. Spec.* I. p. 329. *Koel. Gram.* p. 44. *Host Gram. austr.* III. t. 7. *Scopol. insubr.* I. t. 12. TOZZETTIA *utriculata Savi* in *Usteri Annal.* 24. p. 50. TOZZETTIA *pratensis Savi Mem. d. Matem. della Società ital.* T. 8. P. II. p. 477. β. annulo cartilagineo ad basin spicae formâ involucri cyathiformis dilatato, ut in CORNUCOPIAE. CORNUCOPIAE *alopecuroides* spicâ aristatâ, cucullo hemisphaerico receptâ. *Linn. Mant.* 29. *Willd. Spec.* I. p. 319. *Smith Linn. Trans.* VII. n. 13. *Sibthorp* l. c.

Rad. fibrosa. Culmi tenues glabri nodis pluribus fuscis ad apicem fere usque vaginis foliorum inclusi, pedalis et ultra. Folia brevia angusta, duas lineas lata, dorso glabra ut vaginae. Ligula brevissima obtusa crenulata aetate fissa. Racemus spicatus ex viridi-alboque varius, subinde et purpurascens. Rhachis pedunculique glabriusculi, qui conferti, brevissimi, teretes, simplices, uni-rarius biflori, apice, ut in *agresti*, cyatho parvo ad recipiendos flosculos. Glumae calycinae scabrae, ner-

Digitized by Google

vis quinque elevatis, basi connatae, margine arcuato auctae. Corolla calyce vix major membranacea, oblongo-lanceolata, obtusa cum acumine brevi parum incurvo, nervis 3-5 obsoletis, carinâ apicem versus scabrâ. Stylus 1, saepe 2, stigmata longissima. Aristâ spiculâ fere duplo longior e basi corollae, nunc recta, nunc recurva. In *Europa meridionali ad Ligurin usque ascendens. In Anglia Persoon:* sed *Smith* silet. *In Graecia, Aleppo. Russel.* ⊙.

16. A. *ventricosus Pers.*; elongatus, spicâ cylindricâ glumis villosis, corollis aristatis, vaginâ ventricosâ. *Pers. Syn.* I. p. 80.

Qui PHALARIDEM *utriculatam* esse quorumdam dicit, et corollam uniglumem, affinem *pratensi. Palisot de Beauvois* in textu ALOPECURIS adnumerat, in Tabula vero CHILOCHLOAE, cum? et iterum GASTRIDIO. *Flora gallica* silet. In *Gallia.*

17. A. *latifolius Cav.*; foliis lanceolatis amplis; paniculâ verticillatâ; calycibus ciliatis muticis. *Cavan. Descript.* p. 37.

Culmus quadripedal., tectus vaginis foliorum striatis, glabris. Folia radicalia lanceolata, sesquiped., tres pollic. lata; culmi angusta, ultimâ spicâ latiora; paniculae rami inaequales, 3-5-pollic., floribus copiosissimis, breviter pedicellatis. Glumae calycinae flavae lineâ dorsali viridi. In *Insula Tabago Née.*

18. A. *villosus Poiret*; foliis supra villosis, spicis gracilibus, glumis aristatis, carinâ pilosâ; culmo tenui subinfracto. *Poir. Enc. meth.* VIII. p. 777.

Nec *P. de Beauvois*, nec *Gaudin* plantae hujus mentionem fecere. Vix ad ALOPECUROS spectat ob aristam vix praesentem ad basin corollae, valvulasque corollae saepe duas. Habitus PHLEI, sed valvulae non truncatae. An fors A. *phleiformis P. de Beauv?* Culmi graciles teretes articulati flexuosi, nodis tribus brevibus, atris; folia angusta molliuscula, ad minimum longitudine vaginarum, acuta, margine subaspera, subtus glabra; vaginae longae, non inflatae, subpilosae; ligula brevis obtusa laciniata; spica recta gracilescens, ad minimum bipollicaris, pallide virens, subcompressa, obtusa e racemis brevibus ramosis subcoarctatis, pedunculisque brevissimis; flores parvi; valvulae calycinae angustae concavae subinaequales acutissimae, utrâque aristâ brevi. Valvula corollina parum brevior calyce, aristâ vix manifestâ ad basin. Subinde valvula altera adest apice breviter aristata. In *montibus alpinis Helvetiae. Poiret* (?)

19. A. *lanatus*; spicâ capitatâ, glumis calycinis acutis mucronatis villosis aristâ duplo brevioribus, foliis lanatis. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 43. sine icone.

Radix lignosa, caespitosa, atra. Culmi spithamaei, erecti, binodes, vix geniculati, basi diphylli, superne nudi, glabri. Folia radicalia congesta, patentissima, linearia, planiuscula, obtusa, utrinque lanâ molli, niveâ, densissime tecta, summo apice de-

Digitized by Google

nudata: caulina brevissima et quasi abortiva, longissime vaginata, vaginâ striatâ, basi glabratâ, strictâ, sub apice ventricosâ, minus dense quam in ipsis foliis lanatâ. Stipula exigua. Spica subrotunda, densa, multiflora. Calyx ovatus, villosus, glumis mucronulatis, nervosis. Corolla univalvis, retusa, glabra. Arista e basi corollae, tortilis, superne scabra. In *summitate montis Olympi Bithyni, nive solatâ.* 2.

20. A. *caudatus Thunb.*; paniculâ spicatâ caudatâ; flosculis aristis convallatis. *Thunb. Nov. act. Ups.* III. p. 208.

Anne CENCHRUS, ob involucra pilis rigidis?

21. A. *ovatus Forst.*; paniculâ ovatâ coarctatâ spicae aemulâ; petalo exteriore ante apicem aristato. *Forst. Flor. austr.* p. 8.

In *Insulis maris australis*?

Huc retulit cl. *Palisot de Beauvois* praeter enumeratos:

ALOPECURUM *capitatum* s. PHLEUM *Gerardi* cum?
— — *granulatum,* } quid?
— — *phleiformem,* }
— — *pedalem Bosc Ms.*

210. COLEANTHUS.

1. C. *subtilis Seidel in litt.* SCHMIDTIA *subtilis Tratt. Fl. austr.* Fasc. I. p. 12. *tabular.* 451.

Affinis CRYPSI, et fors propinquior ZOYSIAE, medium quasi genus quoddam sistit CYPERACEAS inter et GRAMINA. Gramen paradoxum, fere microscopicum, vix pollicare, saepissime dimidii pollicis. Culmi medio in vaginam spathaceam apice revolutam dilatati, sparsi; folia culmo breviora. Bracteola sub singula panicula coarctata in formam capituli. Axis elongatus, flexuosus. Antherae crassae. Semen grande ratione plantulae. In *piscinis exsiccatis copiose circa Wosseck in dominio Zbirow circuli Berauniensis in Bohemia.* DD. *Presel* et *Seidel*, quibus ☉, nec 2. Nomen Dni. *Trattinick*, D. M. defuncti *F. W. Schmidt*, auctoris *Florae bohemiae*, et meritis ornatissimi Dendrologi *F. B. Schmidt*, auctoris operis immortalis: *Oesterreichische allgemeine Baumzucht*, dicatum, ob nomen in Botanica antiquius, SMITHIA, germanis vix a SCHMIDTIA distinguendum, mutavimus recepto, quod primus plantae hujus indagator cls. *Seidel* eidem tribuit, nomine antiquiore.

211. TRICHODIUM.

* AGRAULI *de Beauvois.** *Paleâ* (i. e. valvulâ corollae) *apice emarginatâ, infra medium aristatâ, aristâ tortili plicatâ.* TRICHODIA *Schrad. Pal de Beauvois Agrost.* p. 5. t. IV. f. 7.

---

* *F. de Beauvois* TRICHODIUM *alpinum* tantum et *caninum* inter AGRAULOS habet.

Digitized by Google

1. * T. *caninum Schrad.*; paniculae elongatae ramis dichotomis trichotomisque hispidulis, ramulis divergentibus flexuosis, calycibus acutis, aristâ dorsali recurvatâ infra medium proveniente, foliis culmeis radicalibus multo latioribus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 198. *Gaud. Agrost.* I. p. 65. *Schrader* sequentes enumerat varietates: α. floribus purpurascentibus, aristâ calycem excedente: Agrostis *canina Linn. Spec. Plant.* p. 92. *Willd. Spec.* I. p. 367. *Koel. Gram.* p. 84 (qui A. *geniculatam Lam.* citat). *Smith Fl. brit.* p. 78. (qui citat A. *vinealem With.* 127.) *Engl. bot.* t. 1856. *Wahlenb. carp.* n. 57. Agrostis *rubra plurium auctor.* Agrostis *Leersii Gmel. Syst. Veg.* I. p. 169. Avena *monantha Hall. helv.* n. 1479. *Leers* t. 4. f. 2. *Scheuchz.* t. 3. f. 9. C. β floribus e purpurascente et viridi variis arista calycem excedente. Agrostis *rubra Gallor.* Agrostis *tenuis Bâtard.* (fid. herb.) γ. floribus stramineis aristâ calycem excedente. δ. floribus purpurascentibus, aristâ calycem vix excedente. Agrostis *canina Host Gram. austr.* IV. t. 53. *Scheuchz. Agrost.* p. 143. t. 3. f. 9. D. E. Agrostis *vinealis* * *Schreb. spicil. Fl. lips.* p. 47. ε. floribus stramineis vel pallide flavescentibus, aristâ calycem vix excedente. Agrostis *pallida Schkuhr Handb.* 3. *Nachtr.* p. 1.; fors et Agrostis *pallida Hoffm.* ed. II. p. 34. ζ. floribus omnibus muticis. — (Avenam *monantham* paniculâ sparsâ, aristâ paulo

---

* Agrostis *vinealis Schreb.*, calycibus coloratis, petalorum aristâ dorsali longitudine fere calycis, culmis ascendentibus *Schreb.* l. c. *Willd. Spec.* I. p. 369. (excl. β. *gigantea*) planta est maxime dubia *Koeler Gram.* p. 86. citat ad illam Agrostidem *montanam Krock. Sil.* I. 110. (quam *Schrader* non agnoscit) et *gramen caninum vineale Scheuchz. Agr.* p. 143. quod, teste *Gaudin*, est Trichodium *caninum* δ. *Schrad.* Agrostis *canina Roth germ.* I. p. 31. 2. p. 82. Avena *monantha Hall.* 1481. a *Gmelin Fl. bad.* I. p. 148. ad Agr. *vinealem Schreb.* ducta, est teste *Gaudin*, species dubia. *Hoffm. Fl. germ.* 2. ed. p. 35. ait de A. *vinealis*: „foliorum latitudine, culmi altitudine, paniculae formâ admodum variare debet. Exemplaria Lipsiae lecta foliis angustioribus fere setaceis plane conveniebant cum iis Leersianis A. *dubiae.*" Nec minor dissensio in ipsa auctorum descriptione. Comparabimus hic *Gmelini* descriptionem cum illa *Koelerî*: *Koeler* ait: „*Rad.* fibrosa" (*Gmel.* repens). Culmi adscendentes, 1-1½pedales nodis copiosis praesertim inferne geniculati, tenues non raro ramosi. Folia 1½-2pollicaria angusta fere setacea acuminata striata glabra" (*Gmel.*: plana linearia villosiuscula margine decorum aspera) „Ligula perbrevis obtusa integra. Panicula 2-3pollicaris, pedunculis semiverticillis alternis, semiverticaliter erectis. Spiculae fere linearum longae. Glumae calycinae valvulae aequales mucronatae e viridi purpurascentes corollaceis duplo fere longiores." (*Gmel.*: corollae

florem superante, *Hall. helv.* n. 1481. a *Schleichero Cat. plant.* p. 4. ad AGROST. *vinealem* relatam potius ad TRICHODIUM *caninum* δ. spectare *Schrader* l. c. p. 200. *Gaudin* vero l. c. p. 86. speciem esse dubiam dicit. AGROSTIDEM *vinealem Schleich.* (*Schrad. Fl. germ.* I. t. 3. f. 3.) proximam esse TRICHODIO *canino* δ., sed differre aristâ rectâ nec geniculatâ, et supra nec infra medium insertâ, ulterius adhuc esse examinandam *Schrad.* l. c. γ et ε *Schrad.* cum? ad T. *hybridum* duxit *Gaud.*

Rad. subrepens aut repens, in solo commodo et stolonifera. Culmi 1½-2pedales, graciles, geniculati ex geniculis inferioribus plus minus infracti saepe ramos et foliorum fasciculos emittentes. Folia angusta linearia acuta, utrinque et ad oras scabra, fasciculorum setacea, culmea multò latiora. Vaginae glabrae. Ligulâ oblonga obtusa demum laciniata. Panicula sub anthesi patens, hâc peractâ contracta. Glumae calycinae in aliis ovato-lanceolatae, minores, in aliis lanceolatae majores: alterâ semper longiore et totâ carinâ hispidâ, alterâ apice hispidulâ. Corollae gluma univalvis ovato-lanceolata, apice obtusa crenulata quinquenervis, nervo uno alterove quandoque in mucronem prominente. Arista supra apicem corollae geniculata, adulta infra geniculum leniter torta. Ad basin corollae antice fasciculus pilorum microscopicus. Panicula plerumque multiflora, 4-6pollicaris subindè multo minor. In δ et ε plures flores mutici; in reliquis omnes conformes. In *pratis pascuis totius Europae.* 2.

2. T. *Kitaibelii Schult.*; paniculae ramis trichotomis hispidulis, ramis divaricatis flexuosis, calycibus acuminatis, aristâ fere e dorsi medio. *Schult. Fl. austr.* ed. 2. I. p. 165.

Habitu simile *canino*, sed, praeter characteres datos, foliis culmisque multo tenuioribus distinctum. In *subalpinis apricis Pannoniae* Prof. *Kitaib.*

3. T. *alpinum Schrad.*; paniculâ angustâ pauciflorâ: ramis subdivisis patentibus glabris, calycibus acutis, aristâ dorsali infra medium proveniente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 200. t. 3. f. 4. AGROSTIS *alpina Willd. Spec.* I. p. 368. *Koel. Gram.* p. 88. (? *Gaud.*) *Leyss. act. soc. n. scrut. halens.* I. p. 364. *Wahlenb. lapp.* n. 38. carp. n. 56.

---

calyce paulo brevior). „Corollae valvula exterior e medio dorsi aristam emittens spiculae plerumque longitudinis tenuissimam sub anthesi valvulae ita adpressam, ut armatis tantum oculis cerni possit. Variare aristis unius lineae longitudine supra spiculas exsertis, spiculis plerisque muticis, foliis latioribus. In *siccioribus Lipsiae, ad thermas Carolinas.*" 2. Differre a TRICHODIO *canino* spiculis duplo majoribus *Schreber* et *Gmelin* (qui in vineis ad Rhenum invenit) quod *Schrader* nunquam ita vidit.

Digitized by Google

Gaud. Agr. helv. I. p. 63. (qui huc ducit: AGROST. *setaceam Vill.* II. n. 76. et AGROST. *rupestrem Decand. Fl. franç.* n. 1516. (excl. quibusd. syn.). *Host Gram. austr.* III. t. 49. AGROSTIS *rupestris Allione Pedem.* n. 2161. *Mielichhofer* in *Hoppe Taschenb.* 1801. p. 183. AGROSTIS *montana* nostra *Krock. Siles.* n. 114. *Hall. hist.* n. 1477.

Rad. e fibris tenuissimis albidis, cespes culmorum et foliorum densus. Culmi digitales et sesquidigitales, rarius altiores, tenues, erecti aut basi reclinati. Folia fasciculorum setacea, glabra; culmea paulo latiora, plana, dorso tantum glabra ut vaginae. Ligula ut in *canino*. Panicula angusta pauciflora 1-1½pollic., sub anthesi tantum patens; rami inferiores bini, terni. Glumae calycinae paulo majores et acutiores quam in *canino*, et violaceo-fusco et purpureo variae, aetate stramineo-fuscescentes, alterâ paulo majori magisque scabrâ. Cor. ovato-lanceolata, obtusa quinquenervis, nervis lateralibus saepe in mucrones brevissimos desinentibus. Arista longior quam in *canino*, et magis scabra. Variat in sterilibus foliis brevioribus rigidulis. In *pascuis alpinis et subalpinis Europae mediae.* 2.

4. T. *rupestre Schrad.*; paniculae patentis ramis subtrichotomis hispidulis, calycibus acuminatis, corollâ apice (breviter) biaristatâ, aristâ dorsali supra basin proveniente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 201. t. 3. f. 5. AGROSTIS *rupestris Willd. Spec.* I. p. 201. (excl. test. *Schrader* syn. *Allioni*). *Gaud. Agr. helv.* I. p. 60. *Wahlenb. helv.* n. 76. *Carp.* n. 55. *Host Gram. austr.* III. t. 50. (qui tamen *Allionii* n. 2161. citat). A. *alpina Mielichhofer* in *Hoppe Taschenb.* 1801. p. 183. et *Decand. Fl. fr.* n. 1515. (excl. syn. *Willd.*). AVENA *Hall.* n. 1478. (unde AVENAM *rupestrem* fecit *Gmelin Syst. Veg.* I. p. 194. n. 33.). *Scheuchzer Gram.* 140. et *prodr.* t. 4. f. 1. AGR. *festucoides Vill. Fl. delph.* II. p. 76. test. *Gaud. Agr. helv.* p. 61. — eôdem teste: β. paniculâ elongatâ; AGR. *filiformis Vill. delph.* II. p. 78. *Decand. Fl. fr.* n. 1514. et *P. de Beauv.* γ. paniculâ auratâ subpatente; valvulis inaequalibus AVENA *Hall. helv.* n 1488? AVENA *aurata Sut. Fl. helv.* I. p. 67? (anne potius *flavescens?*

Medium T. *caninum* inter et *alpinum*, sed folia, quam in *alpino*, angustiora, flores duplo fere majores et calyces acutiores, patentes. Arista fere e basi, evidentius torta, et gluma (apice biaristata) inde tantum quadrinervis. Flores et stramineo-fusci, et violacei. Spiculae, ut in priore, subinde biflorae. In *alpibus Europae.* 2. — β. Clo. *Sprengel pug.* I. p. 6. est species propria: TRICHOD. *filiforme:* paniculâ contractâ pauciflorâ, glumâ corollina apice biaristatâ, aristâ dorsali e basi, geniculatâ, foliis filiformibus. — Dodrantalis, simplicissima; folia radicalia filiformia subreflexa, caulina plana linearia; panicula linearis ramis erectis; valvula calycina exterior major,

Digitized by Google

dorso hispida, interior minor glabra. Gluma corollina calyce paullo minor, pellucida, nervosa, apice biaristata, basi pilosa. Arista calycem excedens. In *Delphinata*, *in Pyrenaeis*, *ad lacum Lemanum.*

5. T. *neglectum Schult.*; paniculae ramis subtrichotomis, calycis valvulis acuminatis, aristâ supra basin valvulae, foliis convolutis setaceis. *Schult. oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 166.

Rad. fibrosa; culmi tenuissimi, et, ut folia rigida, laeves; rami flexuosi capillares hispiduli; valvulae calycinae purpurascentes. Affine *rapestri.* In *siccis graminosis Pannoniae. Prof. Kitaibel.* 4.

6. T. *flavescens*; foliis planis scabris, corollae valvulâ exteriore aristatâ, aristâ valvulâ suâ duplo longiore, radice repente. AGROSTIS *flavescens Host Gram. austr.* IV. p. 30. t. 52. et hoc teste: AVENA *aurata All. ped.* 2. p. 255. *Hall. hist.* n. 1488. *App.* ad *Scheuch.* 2. p. 16. TRICH. *flavescens Schult. oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 165.

Utrum citatae a clo. *Host* plantae huc pertineant, quum plantas ipsas non vidimus, nescimus; TRICH. vero *flavescens* non esse *rapestris* varietatem, profecto scimus; est enim in *flavescenti* radix repens, in *rupestri* cespitosa; in illa culmi scabri, ut vaginae, in hac laeves, ut et vaginae; in *flav.* folia plana, in *rup.* compresso-canaliculata; in illa valvula calycis exterior scabra, trilineata, in hac laeviuscula, lineâ unicâ; in *flavesc.* nervi illi quatuor valvulae corollae exterioris in aristam brevissimam decurrunt; in *rapestri* in eadem valvula nervi duo interiores in brevem, exteriores in longiorem denticulum excurrunt. In *alpibus summis Europae mediae.* 4.

7. T. *setaceum*; calycibus lanceolatis, corollâ basi aristatâ, aristâ geniculatâ, foliis radicalibus setaceis. AGROSTIS *setacea Smith Fl. brit.* I. p. 79. *Engl. bot.* t. 1188. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 251. n. 2513 a. *Curt. Fl. lond.* VI. t. 12. AGR. *alpina With.* p. 128. *Loisel. Journ. bot.* II. p. 205. AGR. *mutabilis Sibthorp Fl. Oxon.* p. 36? AGR. *canina β. γ. Huds.* 30. 31. AGR. *setifolia Brot. Fl. lusit.* (excl. syn. AGR. *alpina*). *P. de Beauv.* VILFIS adscripsit! *Poiret β* facit. TRICH. *rupestris*, et cum? adducit AGR. *festucoidem Vill.* quae a *Gaudin* ad *rupestrem.*

Rad. fibrosa tomentosa. Culmus spithamaeus foliosus, declinatus. Folia glaucescentia scabriuscula, radicalia cespitosa vaginis albidis; ligula tenuis, apice erosa. Panicula albida erecta semiverticillata, pedunculis erectiusculis scabris. Glumae calycinae anguste lanceolatae acutae clausae parum inaequales, albidae, carinâ virente scabrae, apice subinde purpurascentes. Cor. calyce duplo brevior, tenuissima; valvula exterior basi aristâ calycem excedente albâ. In *ericetis aridis Angliae occidentalis Galliae et Lusitaniae.* 4.

Digitized by Google

8. T. *glaucinum;* radice repente, culmo erecto, foliis planis supra striatis, glaucescentibus; paniculâ erectâ glumis lanceolatis laevibus dilute violaceis, perigonii valvulâ basi aristâ geniculatâ. Agrostis *glaucina Bastard Suppl.* p. 25. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 251. n. 1513 b.

Affine T. *setaceo*, sed, praeter characteres datos, distinctum foliis omnibus, radicalibus etiam, planis, superne striatis; floribus medio minoribus, semper caerulescentibus, glumis calycinis fere omnino laevibus, corollinâ apice integrâ; calycinâ parum longiore. Ligula ut in *setacea*. Provenit in *Anjou*, *dans les landes de Pontron et de Beaupréau*. 4.

Obs. Exemplaria nostra differunt praecipue a *setaceo* glumis calycinis lineari-lanceolatis acuminatis, tertiâ fere, quam in *setaceo*, parte longioribus, lineam nempe cum dimidia fere aequantibus, cum in *setaceo* saepe vix lineam superant; staturâ denique proceriore.

9. * T. *rubrum;* paniculâ latâ, ramis paucis sublaevibus, aristâ infra medium provenientè declinatâ, calycibus lanceolatis, corollâ univalvi, foliis radicalibus setaceis. Agrostis *rubra Wahlenb. lapp.* p. 23. n. 39. *Linn. Spec.* I. p. 92. *Flor. lapp.* n. 46. β. paniculâ ramosiori, pedunculis asperis, floribus minus rufescentibus. Agr. *rubra Flor. suec.* n. 64., et, Agr. *setacea Smith Fl. brit.* I. p. 79? ut videtur clo. *Wahlenberg.*

Ex *Willd. Spec.* I. p. 366. synonyma plura excludenda, certe omnia Floristarum Germaniae et Galliae. Rayum *angl.* p. 394. *Smith* sub Milio *lendigero* habet. *P. de Beauvois* et Vilfis et Agrostidibus inseruit. Paniculae ramos inferiores totius paniculae dimidium superare, indeque ramis patentibus paniculam esse insigniter latam et pyramidatam; autumno flores rufescere, ut totum rufescat gramen; *Linnaeum* serius aristâ terminali plantam obscuriorem reddidisse; corollam apice subintegram, subenervem, ramos paniculae paucissimos, fere semper tantum duos, inferne omnino laeves nec exasperatos, in paucos ramulos paucifloros divisos, unde panicula depauperata *Wahlenb.* l. c. In *subsylvaticis ad fluvios et rivulos Lapponiae.* β. et *in Saecia.*

Obs. β. fide exemplaris, quod clo. *Agardh* debemus, habitu omnino simillimum *setaceo Smith*, sed differt glumis calycinis ovato-lanceolatis obtusiusculis, nec anguste lanceolatis acutis, ut omnino specie distinctum.

10. T. *strictum;* paniculâ elongatâ strictâ, corollis calyce minoribus: aristâ e basi petali tortili flore longiore. Agrostis *stricta Willd. Spec.* I. p. 366.

Affinis A. *rubrae;* folia plana angusta linearia. Ligula lanceolata lacera. Panicula 4-5pollicaris, ramis ramulosis brevibus strictis copiosis. Flores albidi. Calyx patulus, carinâ scabriusculus. Corolla tenera membranacea calyce multo brevior. Arista e basi valvulae corollinae exterioris torta flore longior.

Digitized by Google

Willd. Exemplar nostrum groenlandicum vix spithamaeum. Albescunt omnino flosculi, sed valvulae calycinae quaedam etiam colore violaceo suffusae. Proximum T. *rubro β.* In *America boreali*, et *in Groenlandia Wormskjold.*

11. T. *hybridum;* culmo basi ramoso, foliis inferioribus angustissimis, spiculis oblongis, valvulis subaequalibus, aristâ dorsali. AGROSTIS *hybrida Gaud. Agrost.* I. p. 66. AGROSTIS *canina Vill. delph.* II. p. 76. TRICHODIUM *caninum Schrad. γ* et *ε Fl. germ.* I. p. 198? Inter VILFAS habet *Pal. de Beauvois.* — Intermedium TRICHODIUM *caninum* inter et AGROSTIN *albam* et *decumbentem*, priori magis affine.

Culmi geniculati basi repentes; spiculae unam lineam long., lanceolatae; folia subglauca; pedunculi laeviusculi. In *coenosis Helvetiae, Turici, ad lacum felinum.* 4.

** *Paleâ muticâ naviculari obtusatâ integrâ.* TRICHODIUM* *Rich.* et *P. de Beauvois Agrost. nov.* t. IV. f. 8.

12. T. *decumbens Mich.;* paniculâ ramosissimâ, ramulis trichotomis patentissimis hispidis, calycibus acutis, corollis muticis, culmo decumbente ramoso. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 98. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 42. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 61. AGROSTIS *anomala Willd. Spec.* I. p. 370. teste ipso *Willd.* et *de Beauv.* CORNUCOPIAE *perennans Walt.* p. 74. AGROSTIS *cornucopiae Smith* in *Fraser Monogr.* c. icone. confer *Annals of Botany.*

Simillima, dicit *Willdenow*, AGROSTIDI *scabrae* paniculae formâ, pedunculisque scabris incrassatis: differt vero: foliis glabris, ligulâ lanceolatâ magnâ lacerâ, ramis paniculae numerosioribus, flosculis majoribus et corollâ univalvi. Folia vage patula, longiora et latiora quam in *laxiflora*, vaginas laeves, paniculam oblongam laxam, glumae valvis lineari-lanceolatis sensim acutissimis indicat *Michaux* l. c. In *America boreali*, a *Virginia maritima ad Floridam.* ♂ *Mich.* 4. *Willd.*

13. T. *laxiflorum Mich.;* culmis erectis, foliis angustis breviusculis, vaginis subasperis. *Pers. Syn.* I. p. 73. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 42. t. 8. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 61. CORNUCOPIAE *hyemalis Walt. Fl. car.* p. 73. (dubitante *P. de Beauv.*) AGROSTIS *scabra Willd. Spec.* I. p. 370. *Pursh.* AGROSTIS *laxa Schreb. Gram.* ex *Pursh.*

---

* *P. de Beauvois* TRICHODIUM *tantum decumbens, elegans et laxiflorum attulit.*

Digitized by Google

Panicula brevis tenuissime capillaris laxissima, summitatibus breviter pauciterque floridis, glumae valvis lanceolatis. In *humidis et pratis a sinu Hudsonis ad Floridam.* ♂. *Mich.*

Obs. Diagnosis et descriptio A. *scabrae*, quam b. *Willdenow* dedit, non paucis recedit, hinc subjungenda nobis videbatur:

A. *scabra Willd.*; paniculâ ramosâ divaricatâ, floseulis mutieis pedunculisque incrassatis et foliis scabris. *Willd. Spec.* I. p. 370. (Ab omnibus diversa paniculâ *divaricatâ* (est tamen alia Agr. *divaricata Hoffm.*) Culmus erectus. Folia linearia longa angusta scabra. Ligula brevis. Panicula ampla fere pedalis ramis filiformibus longis flexuosis, apice ramulosis floriferis. Cal. aequalis acutus apice coloratus, costâ scabrâ. Corolla membranacea calyce minor, mutica. *Willd.* In *America boreali.* 2. *Pal. de Beauv.* A. *scabram Willd.* cum? Vilpis inseruit)

14. T. *elegans Thore MSS.*; culmo erecto filiformi, foliis involuto-subulatis, paniculis laxis, ramulis capillaribus, floribus minimis ovatis muticis. Agrostis *elegans Thore Lois. de Longch. Journ. bot.* II. p. 207. t. 8. f. 1. *Poiret Enc. meth. Suppl.* T. I. p. 255. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 252. n. 1518 a. Agrost. *capillaris Thore Chlor. Land.* p. 26.

Parvula, culmo ad nodum singulum parum flexo, 5-6pollicari; folia brevia, ligulâ truncatâ laciniatâ. Valvulae calycinae glabrae, patentissimae, longiores corollinis lucidis. In *arenosis circa Dan. Thore.* ⊙.

15. T. *algidum*; calyce ovali laevi obtuso, corollâ minimâ univalvi muticâ, foliis planis, paniculâ subspicatâ. Agrostis *algida Wahlenb. lapp.* p. 25. n. 41. tab. I. *a-i. Phipps H. bor.* p. 204?

Gramen pusillum, cespitosum, stoloniferum, et tamen annuum videtur. Culmi 1½-2pollicares, foliis vix altiores, laevissimi, tennes; folia plana, vix pollicem longa, mollissima, laevissima, pallentia vel luteo-viridia obtusa; panicula subcylindrica, quinquelin., ramis verticillatis, brevibus, paucifloris, erectis, laevissimis. Calycis valvulae semper erectae et parum apertae, ovales, tenuissimae, lutescentes, obtusae, subaequales. Cor. perexigua, germine etiam brevior. Semen cito excrescens, calyce longius, magnitudine seminis Papaveris. In *stillicidio aquae nivalis ad latus septentrionale alpis Raste-Haisse Finmarchiae orientalis et in Groenlandia Wormskiold.*

16. T. *salmanticum Lag.*; paniculâ patente, glumis acuminatis subaequalibus, aristâ calycinâ brevioribus. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 31.

Locis arenosis humidis circa Salmanticam. ⊙.

Obs. Ob diagnosin nimis brevem locus huic speciei debitus assignari nequit.

Digitized by Google

212. PEROTIS. *

1. * P. *latifolia Ait.*; culmo simplici, foliis undulatis laevibus, geniculis glabris. *Ait. Hew.* ed. 2. I. p. 136. *Willd. Spec.* I. p. 324. Saccharum *spicatum Linn. Sp. Pl.* 79. *Plukn. Alm.* t. 199. f. 1. *Rheede mal.* XII. t. 62. — Teste *de Beauvois* huc: Anthoxanthum *spicaeforme* (nobis ignotum). Agrostis *spicaeformis Linn. Suppl.* 108. *Willd. Spec.* I. p. 362. β. foliis planis lanceolatis. *Willd.* l. c. p. 324. P. *latifolia* β *Burmanni Pers. Syn.* I. p. 103. Saccharum *spicatum Burm. Ind.* t. 9. f. 3. Anthoxanthum *indicum Linn. Fl. zeyl.* p. 157. *Willd. Spec.* I. p. 157. teste *R. Brown* et fide speciminis in Herbario *Hermanni* in museo Banksiano asservato, dubitante *P. de Beauvois* („β est sine dubio species hujus generis distincta" *Willd.* qui neutram vidit; *P. de Beauvois* et *Brown* vero ne quidem pro varietate habet β.)

Agrostis *spicaeformis:* „paniculâ spicaeformi, flosculis biaristatis; aristâ alterâ receptaculo insertâ geniculatâ longiori, alterâ infra apicem corollae, rectis, corollis hirtis." *Linnaeus fil.* l. c. descriptionem sequentem dedit: „Gramen dodrantale erectum glaberrimum, culmis simplicissimis. Panicula coarctata tenuis ut referat spicam. Calyces ovati compressi magni glaberrimi, margine membranacei. Gluma exterior major. Corolla aequalis calyce brevior obtusa bivalvis, valvulâ alterâ basi aristatâ, ut crederes aristam receptaculo insertam. Arista geniculata longior. Valvula altera versus apicem aristata, aristâ rectâ breviore. Nectarium intra corollam breve genitalia amplectens." In *Teneriffa. Masson.* — De Anthoxantho *indico:* „spica lineari, flosculis sessilibus aristâ longioribus" *Linnaeus Fl. zeyl.* haec habet: „Culmus pedalis articulatus adscendens. Folia lata brevia. Spica angustissima rara ex flosculis sparsis. Calycis gluma bivalvis acuminata, singula valvula in aristam longam desinente. Ad Anthoxanthum proxime accedit, facie quamvis diversissimum: stamina tamen numerare non licuit." — *Linnaeus* citavit *Plukn. Alm.* 177. t. 119. f. 1. eâdem omnino descriptione, quae ad t. 199. f. 1. In *petrosis Indiae*, humidis Japoniae et *promont. b. spei.* 2.

2. P. *rara Brown;* culmo recto subramoso, foliis linearibus laevibus, inferioribus planis, superioribus involutis. *Brown Prodr. nov. Holl.* p. 172. Saccharum *Perotis rara Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 70.

P. de Beauv. non videtur hujus generis. In *nova Hollandia.*

Huc quoque cum? in Tabula p. 150. retulit *P. de Beauvois* Panicum *hordeiforme Willd.*

---

* „Gramina tropica culmo quandoque ramoso, spicâ aequali multiflorâ, glumis breviter pedicellatis, aristis aequalibus, setaceis, valvulas superantibus." *R. Brown.*

Digitized by Google

213. SACCHARUM.

1. * S. *Teneriffae Linn. fil.*; foliis subulatis planis, floribus paniculatis muticis, involucro piloso nullo, calyce villosissimo. *Linn. Suppl.* p. 106. *Willd. Spec.* I. p. 320. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 53.

Pedalis et ultra. Culmus geniculatus, articulis approximatis foliatis. Folia brevia recta glaberrima. Panicula mediocris, similis HOLCO *lanato*. Valvulae calycinae ovatae ferrugineae hirsutae, pilis albis patentibus. Antherae luteae Differt a reliquis: calyce hirsuto, in illis nudo. Caret involucro flosculorum, quod in reliquis constat villis longis rectis. Glumae hujus ovatae nec subulatae ut in S. *spontaneo* (nunc IMP. *spontanea*). In *Teneriffa F. Masson. Broussonn. In montibus prope Messinam, Siciliae, nec in Graecia*, legit *Sibthorp.* 4. — Nemo praeter *Linnaeum filium* vidit. Huc tamen sine dubio *P. de Beauvois.* Anne IMPERATA? Ad PANICUM referri debet, ob glumam bifloram, valvulam exteriorem minutam *R. Brown.*

Obs. In exemplari nostro (quod benato *Broussonnet* debemus) in Teneriffa lecto glumam omnino bifloram videmus cum *R. Brown*, sed valvulam exteriorem minutam illam tertiam nullibi invenimus nisi fors fasciculum pilorum in quibusdam magis distinctum. Descriptioni Linneanae in exemplar nostrum, ac si ad illum facta esset, cadenti, nil est quod addamus, nisi collum radicis lignosum, cespitem emittens culmorum ascendentium ad apicem fere usque tectorum vaginis subinflatis glaucescentibus ut folia rigidula, subpungentia, striatulis. Ligulae loco utrinque pili satis longi. Paniculae rami, flexuosi, capillares, glabri, laeves. Stigmata penicillata. Semina oblonga grisea.

2. * S. *officinarum*; floribus paniculatis, foliis planis. *Linn. H. cliff.* p. 26. *Willd. Spec.* I. p. 321. S. paniculâ effusâ, spiculis triandris; glumis calycinis obsolete uninerviis, (binerviisque) dorso longissime pilosis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 146. *Plenck Affic.* t. 40. *Tussac Fl. des Antill.* I. p. 151. t. 23. *Trattinick tabul.* t. 399. *Rumph Amb.* V. t. 74. f. 1. *α. commune. β. otahitense.*

β. per Gallos, (et quidem per nobilissimum navigatorem de *Bougainville*) et serius per Anglos (*Bligh*) in Antillas delata differt statura majore robustiore, internodiis longioribus, pilis spiculâ duplo triplo longioribus, glumis binerviis, nec obsolete uninerviis, apice minus ciliatis. An species distincta? *Colitur in Indiae utriusque inundatis.* 4.

Obs. S. *officinale β*, quod frigore non necatur et largiorem Sacchari copiam exhibet, fors et in Europa meridionali coli poterit. Confer humanissimi *J. J. Dauxion Lavaysse* iter in Trinidad etc. vers. germ. a *Zimmermann*. 8. Weimar 1816. p. 520 et sequ.

3. S. *violaceum Tussac*; culmo foliisque violaceo coloratis; paniculâ effusâ; spiculis triandris; glumis quadrinerviis, dorso longissime pilosis. *Tussac Fl. antill.* I. p. 168

Digitized by Google

t. 25. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 146. S. *officinarum* β. *violaceum Pers. Syn.* I. p. 102.

Differt a S. *officinarum* praeter colorem: nodis magis approximatis, spiculis minoribus, glumis calycinis fuscis magis ciliatis, pilis longioribus. Minorem sacchari quantitatem largitur et nonnisi ad Spiritus Sacchari praeparationem valet. *Colitur in India occidentali (et orientali) nomine Canna de Batavia.* 4.

4. S. *contractum Poit.*; paniculâ superne contractâ, foliis convolutis. *Ledebour Dec. plantl. doming.* n. 2. *Rudolphi Reisebemerk.* I. p. 243. S. ligulâ glabra, paniculâ contractâ, cylindraceâ, spiculis monandris, glumis calycinis dorso longissime pilosis. *Humb.* et *Boupl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 147.

Rad. fibrosa; culmi erecti, 4-6ped.; sulcato-striati, glabri, nitidi. Folia basi compresso-teretia, interne leviter canaliculata striata glabra, apice dilatato-plana, sulcata, margine ciliato-serrulata, costâ crassâ, apicem versus evanescente. Vaginae sulcatae, glaberrimae, ligulâ brevissimâ truncatâ glabrâ. Panicula ramosa spicaeformis pedalis, ramis abbreviatis adpressis. Spiculae geminae, altera sessilis, altera pedicellata, omnes hermaphroditae. Glumae calycinae lineares concavae acutae subaequales, externe longissime albo-lanatae, pilis patulis, spiculâ duplo longioribus. Valvula corollina unica linearis acuminata tenuissime membranacea glabra, calyce duplo brevior. Squamae duae lanceolatae acutae, longitudine ovarii oblongi glabri. *Kunth* l. c. In *Domingo Poiteau; in humidis calidissimis regni novo-granatensis in ripa fluvii Magdalenae; in temperatis montosis prope Cocollar et Caripe in Cumana.* 4.

5. S. *aegyptiacum Willd.*; paniculâ elongatâ confertâ, ramis inferioribus compositis, flosculis geminis, altero sessili, altero pedicellato, rhachi villosâ, culmo pubescente. *Willd. Spec.* I. p. 82.

Folia non vidi, ait *Willdenow* l. c., sed species pulcherrima ob pilos sericeos longos candidos florum. In *Aegypto in fossis ad Memphim.* Cent. *Swartz.*

6. S. *arundinaceum Retz*; paniculae confertae pedunculis divisis, flosculis geminis, sessili pedicellatoque, corollis saepe trivalvibus polygamis. *Retz Obs.* fasc. IV. p. 14. n. 34. *Willd. Spec.* I. p. 322.

Cum? huc retulit cls. *P. de Beauvois.* Culmi crassi decempedales, foliis latis verticillatis subappressis. Panicula pedalis; pedunculi verticillati triangulares; flosculus sessilis hermaphr., pedicellatus saepe masc. Calyx uniflorus, valvulis aequalibus pilis triplo longioribus cinctus. Cor. calyce brevior, valvulâ alterâ longiore. Stigmata atra. *Colitur ad sepes et stagnorum margines prope Tranquebar.* 4.

7. S. *benghalense Retz*; paniculae confertae pedunculis divisis, flosculis geminis, sessili pedicellatoque, corollis bival-

Digitized by Google

vibus hermaphroditis. *Retz Obs.* V. p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 322. S *arundinaceum* β. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 68.

Adeo magnitudine et reliquis simile S. *arundinaceo*, ut pro eodem habeatur facillime. Differt, praeter characteres datos, stigmatibus fusco-flavescentibus. *Retz.* In *Bengalia.* 4.

8. S. *polystachyum Swartz;* floribus paniculatis, spicis filiformibus longissimis fastigiatis, flosculis remotiusculis *Swartz Prodr.* p. 21. *Fl. Ind. occ.* I. p. 127. *Willd Spec.* I. p. 322.

Culmi 2-3ped. glabri; folia linearia latiuscula glabra integerrima carinata; vaginae ore pilosae; spicae subverticillatae laxiusculae pedales; spiculae parvae distantes vix pedicellatae; valvulae calycinae lanceolatae muticae inaequales fere planae; pili albi fasciculati lucidi valvulis triplo longiores. Stigmata ferruginea. In *Insula St. Christophori.*

9. S. *dubium H.* et *B.;* ligulâ ciliatâ, paniculâ superne contractâ, inferne patula; floribus monandris; glumis dorso longissime pilosis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 147.

Kunth citat cum? S. *polystachyum Swartz* additque: a specimine, cui S. *polystachyi Sw.* nomen inditum est in herb. *Jussieui* nullo modo distinguendum: tamen propter numerum staminum, in planta vera ternum, non dubito specimina nostra specie esse diversa. Culmus erectus striatus glaber; folia basi compresso-teretia, canaliculata, apice dilatata, plana, sulcato-striata, glabra, margine serrulato-ciliata, costâ crassâ, apicem versus evanescente. Vaginae sulcato-striatae, glabrae; ligula abbreviata, brevissima. Panicula ramosa, contracta, spicaeformis cylindrica subpedalis, ramis superioribus arcte adpressis. Spiculae solitariae, irregulariter aut sessiles aut pedicellatae. Glumae lineares acuminatae concavae subaequales, externe et basi pilis albidis, spiculâ triplo longioribus. Valvula corollae unica, tenuissime membranacea, lanceolata, apice dentata. Squamae duae lanceolatae acutae. Stamen unicum. Stigmata penicilliformia. Cum S. *contracto.* 4.

10. S. *irritans Br.;* spicis digitatis aristatis, rhachi sericeo-barbatâ, glumis pubescentibus, valvulâ alterâ aristatâ, perianthii aristâ elongatâ infra barbatâ, foliis subinvolutis, vaginis laevibus, geniculis imberbibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 203.

11. S. *fulvum Br.;* spicis digitatis, rhachi sericeo-barbatâ, glumis villosis muticis; perianthii aristâ imberbi, foliis planis apice involutis, vaginis laevibus, geniculis barbatis. *Brown* l. c.

Habitus utrique ANDROPOGONIS, sed flores hermaphroditi omnes. Ad ERIANTHOS potius spectare *Poiret Enc. meth. Suppl.* II.

Digitized by Google

p. 70. *Utrumque ad littora novae Hollandiae orient. septentrional. intra tropicum.*

12. S. *mexicanum Broussonnet;* paniculâ spicatâ, geniculis glabris, foliorum basi pilis longissimis ciliatâ. *Hornem. Hort. hafn.* I. p. 75.

Hab. in Mexico. ⊙?

13. Quid: SACCHARUM *hirsutum Forsk.;* spicâ hirsutâ, spiculis geminis, alterâ sessili, alterâ pedicellatâ. *Forsk. Fl. aegypt.* p. 16. n. 51. *Vitm. Summ.* I. p. 158.

Culmi pedales, vaginae glabrae, fauce barbatae, spica quadripoll. hirsutie albâ. In *Arabia.*

Obs. Cl. *Pal. de Beauvois* ERIANTHUM *saccharoidem* huc nomine SACCHARI *gigantei* cum?, et dein iterum sine? inter ERIANTHOS retulit, et ERIANTHUM *repentem*, quem sine? sub SACCHARO, et sub ERIANTHO cum? adducit. Huc quoque PENICILLARIAM *ciliatam* s. *cylindricam* (CENCHR. *alopecuroides Lam.*) ducit, et PAPPOPHORUM *alopecuroideum*, utrumque cum?

214. IMPERATA.

1. * I. *arundinacea Cyrill.;* paniculâ subspicatâ cylindraceâ, foliis convolutis, geniculis glabris, floribus (plerumque) diandris. *Cyrill. Ic. rar.* fasc. II. t. 11. *R. Brown Prodr.* I. p. 204. *Host Gram. austr.* IV. t. 40. *Tratt. tabular.* t. 568. IMPERATA *cylindrica P. de Beauv.* LAGURUS *cylindricus Linn. Spec.* I. p. 120. SACCHARUM *cylindricum Lam. Enc. meth.* I. p. 588. t. 40. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 323. (*excl. synonym. et ipsâ diagnosi*). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 226. SACCHARUM IMPERATA *cylindricum europaeum Pers. Syn.* I. p. 103. ARUNDO *Epigeios Forsk. descr.* n. 82. CALAMAGROSTIS *Lagarus Koel. Gram.* p. 112. SACCH. *Ravennae Marsch. a Bieberstein casp.* p. 204. n. 73. β: *floribus muticis.* SACCH. *sisca Cavan. ic.* III. p. 47. t. 292. Cl. *Swartz* ap. *Schrad. Journ.* 1799. II. B. p. 21. monet in SACCHARO *cylindrico Willd.* l. c. differentiam fors esse commutatam cum illa SACCHARI *Thunbergii*, folia nempe in europaeis et barbaricis exemplaribus semper esse convoluta, et genicula glabra; in SACCHARO *Thunbergii* (quod *Thunbergii* SACCH. *spicatum Prodr. cap.* I. p. 20.) vero esse folia plana, genicula barbata.

Rad. late repens. Culmi 1-2½-pedales, erecti, glaberrimi, raro inferne ramosi. Folia erecta linearia longe acuminata, facie inprimis striata, margine scabra, glauco-viridia, rigida. Vaginae teretes glabrae, subinde purpurascentes. Ligulae loco series pilorum, et utrinque membranula auriculam sistens. Panicula 2-5poll., et ultra. Rhachis glabra, uti rami ramulosi. Pedicelli breves incrassati. Glumae calycinae albidae dorso

Digitized by Google

purpurascentes, uninerves; corollina exterior major, apice pilis brevibus, interior ciliata. Stamina 2. Pistillum unum *Cyrillo*, duo *Schrader* cum reliquis. Semen liberum corollâ tectum. Variat subinde foliis latioribus. *Ad littora totius fere Mediterranei, ad margines torrentium ad radices Caucasi, in India, et nov. Hollandia.* 4.

2. I. *Thunbergii Pal. de Beauv.;* paniculâ subspicatâ cylindraceâ, foliis planis, geniculis villosis, floribus diandris. SACCHARUM *Thunbergii Retz Obs.* V. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 323. SACCHAR. *spicatum Thunb. Prodr. cap.* I. p. 20.

Confer praecedentem *arundinaceam*, quâ altior, procerior. Panicula magis contracta duplo longior; lanugo magis flavescens. Genicula culmi omnino nuda? Folia rigida convoluta. Flores diandri digyni duplo majores. Corolla calyce duplo minor, tenuis, albo-nitidissima. *Retz* l. c. Plantam denuo examinandam esse *Willdenow* in *Enum H. Berol.* p. 82. Et ipsissimus auctor in *Flora capensi* plane silet! In *India orientali.*

3. I. *Koenigii P. de B.;* paniculâ spicatâ cylindricâ, floribus diandris, foliis planis, geniculis barbatis. SACCHARUM *Koenigii Retz Obs.* V. p. 16. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 82. SACCHARUM *Koenigii* (*indum*) *Pers. Syn.* I. p. 103.

Olim cum I. *arundinacea* confusa: nunc vero speciem esse satis distinctam *Willd.* l. c. Altitudine *arundinaceae.* In *India orientali, Jamaica.* 4.

4. * I. *spontanea P. de B.;* foliis convolutis, paniculâ effusâ: spicis capillaribus simplicibus, floribus remotis involucratis geminatis, altero pedunculato. SACCHARUM *spontaneum Linn. Suppl.* 106. *Mant.* 183. *Willd. Spec.* I. p. 321. SACCHARUM *biflorum Forsk. Descript.* 16. n. 50. Kerpa. *Rheede mal.* XII. p. 85. t. 46.

Culmi 12pedales, minime arborescentes, crassitie pennae anserinae, laeves, tecti vaginis foliorum, inanes. Folia bipedalia, lateribus laevia, latitudine graminis. Panicula magna, spiculae longissimae erectiusculae. Flores remoti ad dentes rhacheos, intra lanam albam floribus longiorem, altero sessili, altero pedunculato lanâ propriâ circumdato. Cal. lanceolatus. Cor. univalvis. *Linn. Suppl.* (Si Cor. univalvis, quomodo IMPERATA aut SACCHARUM?) In *Malabariae et Arabiae aquosis.* 4.

5. I. *jaculatoria Poiret;* culmo fistuloso simplici, foliis longissimis carinatis, paniculâ spicatâ oblongâ. SACCHARUM *jaculatorium Lour. Fl. Cochin.* I. p. 67. An VUBA *Marcgrav. brasil.* p. 4.

Praeter clm. *Poiret Suppl.* II. p. 70. nemo recepit. Decempedalis; folia glabra subulata. Calyx tectus pilis rectis tenuissimis, corollâ bivalvi muticâ quidquam longioribus. In *Cochinchina.* 4.

Digitized by Google

215. ERIOCHRYSIS.

1. E. *cayennensis P. de B.* l. c. p. 8. (In Tabula p. 162. hanc speciem E. *pulchram* dixit. In *Cajenna.*) E. *cayanensis Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 148.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti, tripedales, leviter striati, glabri; nodi pilosi, pilis longis sericeo-fuscis; folia linearia, acuminata, plana, 11-nervia, utrinque lanato-pilosa. Vaginae sulcatae pilosae; ligula brevissima, apice rotundata, longissime ciliata. Panicula ramosissima, valde coarctata, oblonga, spicaeformis, 1½-3poll.; spiculae ovato-oblongae uniflorae. Glumae ovato-oblongae, coriaceo-induratae, obtusae, concavae, subtrinerviae, subaequales, basi apice margineque pilis densis aureis obsitae; valvulae corollae oblongae, acutae, concavae, subaequales, membranaceae, enerviae, glabrae, albidae, glumis paullo breviores, muticae. Germen oblongum glabrum. Semen subrotundum acutum, basi oblique truncatum, glabrum, liberum. In *amoena convalli Caripensi ad rivulos.* 4.

216. PASPALUS *

a. *Pedicellis solitariis:*

1. P. *membranaceus Flügg.*; spicis pluribus alternis; rhachi cymbiformi spiculis multoties latiore; glumis hirsutissimis; interiore ovatâ; foliis glaucis glabriusculis. *Flügge Monogr.* p. 57. *Lam. Illustr.* I. p. 177. t. 43. f. 2. *Poiret Enc meth.* V. p. 29. Pasp. *Commersoni Zuccagni* ap. *Roemer Collect.* p. 122. (excl. nomine triv. *Lam.*) Pasp. *elegans hortul.* Ceresia *elegans Pers. Syn.* I. p. 85. *Spreng. Cent.* p. 5. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 88. *P. de Beauv.* in tabula; in textu: Ceresia *membranacea.*

Culmi 2-3pedal. adscendentes nodis glaberrimis. Vaginae glabrae, ligulâ brevi fuscâ. Folia lineari-lanceolata. Spicae 4-10, raro duae. Rhachis universalis 2-3pollic. angulata, partiales 1½-3pollicares, costam versus laete virides; pedicelli subpubescentes; glumae calycinae trinerves, corollinae, stramineae. In *Peru?* 4. Anne Paspal. *membranaceum Walt. carol.* p. 75. „culmo ramoso longissime procumbente; spicâ compositâ, spiculis 6-7 alternis laevibus secundis, floribus duobus ordinum; receptaculo membranaceo lato flores subvolventi" ad hanc respondeat speciem nec ne, cl. *Flügge* affirmare non audet. *Pursh* ad *lentiferum* ducit.

2. P. *stellatus Humb.*; spicis duabus conjugatis, rhachi cymbiformi multoties latiore; glumis hirsutis, interiore obovatâ; foliis pilosissimis. *Humb.* et *Bonpl. ined.* *Flügge*

---

* Cl. *Pal de Beauv.* numero spicularum: *a*) spiculâ 1; *b*) spiculis geminis aut subgeminis; *c*) pluribus alternis disposuit Paspalos: sed numerus inconstans et fallax.

1. c. p. 62. P. foliis canaliculatis hirsutissimis; vaginis inferioribus papilloso-hirtis; spicis geminis; rhachi planâ glabrâ spiculis biseriatis multo latiore; glumis calycinis basi margineque lanatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen. Kunth* 1. p. 85.

Culmi fere bipedales, erecti, (superne pubescentes) uti nodi; vaginae inferiores apicem versus papilloso-hispidae; folia linearia carinata ligulâ (brevissimâ) barbatâ; Rhachis universalis nulla, partiales bi-tripollicares, costam versus sordide virides; pedicelli pilis candidis, spiculis delapsis stellulas referentibus; glumae calycinae binerves, (enerves *Kunth*) corollinae albidae. Habitus PASP. *membranacei*, sed ab eo longe diversus. In *radicibus Andium Novogranatensium prope Ibaque et la Palmilla.* 4.

3. P. *carinatus H.* et *B.*; spicâ solitariâ, rhachi carinatâ spiculis duplo latiore, glumis lineari-lanceolatis basi hirsutissimis; foliis convolutis pilosis. *H.* et *B. inedit. Flügge* 1. c. p. 65. P. foliis convolutis, papilloso-pilosis; vaginis glabris; spicis subgeminis; rhachi carinatâ, glabrâ spiculis biseriatis latiore; glumis calycinis albo-pilosis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* 1. p. 85.

Cum? huc retulit *P. de Beauvois.* Culmi 1½-2pedales, erecti nodis glabris. Vaginae internodiis multo breviores, fauce pilosae, inferiores sursum hirsutae. Ligula brevis. Folia angusta linearia. Rhachis univers. nulla, partiales carinatae, tripollicares, (fuscescentes) subflexuosae. Glumae calycinae trinerves, (uninerves *Humb.*) apice glabriusculae, basi pilis candidis, corollinae stramineae breviores. *Flügge.* In *America meridionali, in provincia Papayanensi, Quilichao inter et Palace.* 4.

4. P. *distichophyllus H.* et *B.*; foliis distichis planis, inferne pilosis; vaginis glabris ciliatis; spicis geminis; rhachi planâ glabrâ, spiculis biseriatis paullo angustiore; glumâ calycinâ inferiore lanato-ciliatâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* 1. p. 86.

Rad. fibrosa. Culmus erectus pedalis et ultra, glaber; folia distiche-patentia, approximata linearia acuminato-pungentia striata interne glabra, externe pilis longis albis sparsis, margine papilloso-ciliata, pollicaria et paullo-breviora; ligula oblonga obtusa glabra; spica altera sessilis, altera pedunculata. Rhachis communis subnulla, partiales flexuosae, membranaceae, pollicares, lin. dimid. latae. Spiculae solitariae brevissime pedicellatae; glumae calycinae ovatae acutae membranaceae, uninerves albidae, inferior paullo major; superior glabra; corollinae albidae, coriaceae, calycinis paullo minores. *Rarissime prope Mesa de Cuello et Ibague.* 4.

6. P. *Humboldtianus Flügg.*; spicis subtribus alternis, rhachi planâ spicularum latitudine, glumis ovato-lanceolatis, interiore margine pilosissimâ, foliis hirsutis. *Flügg.* 1. c. p. 67. P. foliis planis papilloso-hirsutis, summo glabro;

Digitized by Google

vaginis hirsutis; spicis 3 aut 5 alternis; rhachi planâ glabrâ, spiculis modo quadriseriatis angustiore; glumâ calycinâ inferiore margine albo-lanatâ, superiore glabrâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 86. t. 23.

Culmus (basi stolonifer *Kunth*) 1-1½ped., adscendens, nodis glabris; vaginae internodiis longiores subpilosae; ligula exserta; folia lineari-lanceolata plana, inferiora utrinque papilloso-pilosa. Rhachis universalis 1-1½pollic., semicylindrica, partiales 1½-3pollic. planae. Glumae calycinae trinerves (uninerves *Kunth*) purpurascentes, longitudine corollae. Species valde elegans. In *regno Quitensi prope Puembo.* 4.

6. P. *blepharophorus;* foliis supra glabris subtus margineque pilosis; vaginis apicem versus margineque ciliato-pilosis; spicis tribus; rhachi planâ glabrâ spiculis biseriatis angustiore; glumâ calycinâ inferiore margine basique (longissime) lanato-ciliatâ. P. *ciliatus Humb.* et *Bonpl. Nov. gener. Kunth* I. p. 87. t. 24.

Affinis *Hamboldtiano*, sed satis distinctus. Culmus erectus, sesquiped., basi subflexuosus, glaber, uti nodi. Folia linearilanceolata acuminata plana, striata; vaginae striato-sulcatae, apicem versus papilloso-hispidae. Ligula ovata, obtusa. Spicae alternae, sessiles; rhachis communis complanata, glabra, pollicaris; partiales bipollicares, dimidiam lineam latae. Spiculae geminae, alterâ minimâ, breviter pedicellata, biseriatae. Glumae calycinae ovatae acutae membranaceae uninerviae albidae; superior paullo minor, glabra, externe tristriata. Glumae corollinae subcoriaceae, glabrae, calyce paullo breviores. *Prope Ibague, et Valle de Caravajal, in radicibus montis Quindia.* 4.

7. * P. *fasciculatus Willd.;* spicis pluribus fasciculatis; rhachi planâ spiculis angustiore; glumis ovato-lanceolatis; foliis glabris. *Willd. inedit.* ap. *Flügge* l. c. p. 69. α. major, rhachi partiali spicularum fere latitudine, glumis ciliatis. β. rhachi spiculis dimidio fere angustiore, glumis minus ciliatis. γ. rhachi spiculis paullo angustiore, glumis undique glabris. PASP.: foliis carinatis glabris margine scabris; vaginis glabris; spicis pluribus fasciculatis: rhachi planâ glabriusculâ spiculis biseriatis angustiore; glumis glabris aut ciliatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 89. β. culmo tripedali, nodis glabris, glumis ciliatis. — γ. culmo sexpedali, nodis lanatis, glumis glaberrimis.

Culmus 3-6pedal., erectus, simplex aut basi divisus, nodis incrassatis, in α et β glabris, in γ villosis; vaginae glabrae, margine saepius ciliatae; folia linearia plana basi carinata, margine scabra, ligulâ brevissimâ. Spicae 9-20, inferiores solitariae aut geminatae, superiores plerumque verticillatae. Rhachis universalis 3-6pollicaris angulata, laevis, axillis barbatis; partiales 2-4pollicares, latitudine fere spicularum aut

Digitized by Google

iisdem dimidio angustiores, planae, margine scabriusculae. Pedicelli scabri. Glumae calycinae aequales quinquenerves, (obscure septemnerves) glabrae aut margine ciliatae, parum longiores corollâ virescente laevigatâ. *α. in Brasilia Com. a Hoffmannsegge; in subinundatis inter Guayaquil, San Borondon et Estero del Lagarto, β. in sicciorıbus. γ. in humidis,* (α se non vidisse) *Humb.* et *Bonpl.*

8. P. *hirtus H.* et *B.*; foliis planis vaginisque hirtopilosis; spicis tribus alternis; rhachi planâ glabrâ, spiculis biseriatis angustiore; glumis calycinis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 89.

Rad. repens, nodosa; culmus adscendens spithamaeus glaber; nodi glabri; folia lineari-lanceolata, acuminata; ligula abbreviata, rotundata; spicae patulae, breviter pedunculatae; rhachis communis canaliculata pubescens, 9-10 lin. longa, partiales planae; membranaceae glabrae, basi barbatae, 9-10 lin. longae, dimidiam lin. latae. Spiculae solitariae breviter pedicellatae. Glumae calycinae ovato-oblongae acutae, uninerviae, glabrae, flavo-albidae membranaceae; corollinae coriaceae nitidae albidae glumas subaequantes. In *pascuis Novo-granatensibus prope Ibague, Mesa de Cuello, Melgar, Espinal.* 4.

9. P. *Bonplandianus Flügg.*; spicis pluribus alternis; rhachi convexiusculâ spicularum latitudine; glumis ovato-lanceolatis glabris; foliis subvillosis. *Flügge* l. c. p. 71. *α.* rhachi partiali spicularum latitudine, foliis villosis. *β.* rhachi spicali paullo latiore, foliis pubescentibus. P. foliis utrinque villosis; vaginis pubescentibus; spicis pluribus alternis; rhachi subcaniculatâ pubescente, spicularum biseriatarum latitudine; glumis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* I. p. 87.

Radix repens. Culmi 1-2pedal., erecti, simplices; nodis subpubescentibus (glabris *Kunth*); vaginae inferiores villosae ligulâ exsertâ; folia lineari-lanceolata plana; spicae 6-10; rhachis universalis 1-4pollic. subtriquetra laeviuscula, axillis hirsutis; partialis 1-1 1/2pollic., tenuissime pubescens, spiculis subinde paullo latior. Pedicelli pubescentes. Glumae calycinae trinerves (uninerves *Kunth*) virescentes aut coloratae, parum longiores corollâ lacteâ aut rubescente. *β.* accedit ad P. *dissectum Linn. Sp. Pl. ed.* 2. I. p. 81. — Cum? hanc speciem inter Paspalos retulit *P. de Beauv.* In *pascuis regni Quitensis, juxta el Paramo de Puntas, et in radicibus Chimborazo.* 4.

10. P. *candidus H.* et *B.*; spicis pluribus, rhachi carinatâ spiculis latiore; glumâ oblongâ obtusâ, foliis planis (utrinque) pubescentibus. Reimaria *candida Flügge Pasp.* p. 214. Pasp. foliis pubescentibus, vaginis glabris, spicis numerosis verticillatis alternisque, rhachi carinatâ spicis uniseriatis latiore, glumis calycinis glabris. *Humb.* et *Bonpl.*

Digitized by Google

Nov. gen. I. p. 87. t. 25. *Kunth Mém. d. Mus.* II. p. 68.

Culmus biped. et ultra, nodis pubescentibus; vaginae glabrae; ligula exserta; folia lineari-lanceolata margine ciliata. Spicae 25-40, confertae geminae, rarius solitariae, inferiores ternae-quaternae; rhachis univers. circiter quadripollicaris, apicem versus scabra, axillis pubescentibus; partialis spiculis duplo saltem latior, laete viridis, acuminata, nervis multis scabris; inferior pollicaris, superiores dimidio breviores; pedicelli solitarii brevissimi; spiculae 8-16 oblongae obtusae lacteae uniseriales. Gluma calycina glabra, longitudine corollae laevigatae, quinquenervis, (alterâ corollae glumâ fors aetate deciduâ *Kunth.*). Antherae purpureae. In *temperatis apricis prope Chillo regn. Quit.* 4. *

11. P. *pallidus H.* et *B.*; foliis utrinque pubescentibus; vaginis glabris; spicis numerosis verticillatis alternisque; rhachi planâ spiculis biseriatis latiore; glumis calycinis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* I. p. 88.

Differt a simillimo PASP. *candido:* rhachibus partialibus planiusculis glabris; spiculis biseriatis; glumis calycinis acutis trinerviis corollâ longioribus. — Culmus erectus pedalis et ultra, glaber, striatus, basi ramo uno alterove. Nodi pubescentes. Folia linearia; acuminata plana margine serrulato-scabra; vaginae apicem versus subciliatae; ligula truncata. Spicae 8-14, sessiles, patulae; rhachis communis canaliculata glabra bipoll.; partiales acuminatae membranaceae striatae glabrae basi pilosiusculae virides subpollicares lineam latae. Spiculae solitariae breviter pedicellatae; glumae calycinae membranaceae albidae, corollinis longiores. In *alta planitie regni Quitensis prope Pintac et Chillo.* 4.

12. * P. *dissectus*; spicis alternis, rhachi membranaceâ. *Linn. Sp. Pl.* II. ed. I. p. 81. PANICUM *dissectum Linn. Sp. Pl.* I. ed. I. p. 57. DACTYLIS *Royen Fl. Leyd.* p. 56.

Gramen prostratum foliorum vaginis fere spathaceis. Spicae paucae rhachi membranaceâ dilatatâ ad latitudinem spicae ipsius distichae et secundae. Flores orbiculati, *Linn. l. c.* In *America calidiore.* ⊙. Auctore *Smithio* apud *Flügge l. c.* p. 75. PASP. *dissectus*, spicis alternis, rhachi membranaceâ, floribus alternis apice pilosis — (foliis utrinque pubescentibus) *Linn. Syst. Nat.* V. 2. p. 86. *Syst. Veg.* p. 104 est species diversa a PASP. *dissecto Spec. Plant. ed.* II; et *Hniphof C.* XI. *n.* 74, *a Reichard* et *Willd. Spec.* I. p. 330 huc citatus, est CYNOSURUS *indicus.* — Dubium est PASP. *dissectum*

* „Variat spicis 9-10 alternis subreflexis. Hanc plantam, PASPALO *pallido* simillimam, ob alterius glumae absentiam a PASPALIS separare non ausus sum: plures enim species senescentes glumam amittunt, et planta nostra jam aetate provecta erat. Spicae juniores examinandae." *Kunth* l. c.

Digitized by Google

Walt., spicis secundis axillaribus et terminalibus, rhachi membranaceâ, floribus alternis, foliis et caule pilosis. *Walt. carol.* p. 75. quod tamen cls. *Pursh* ad PASP. *setaceum* ducit. P. *dissectus Houtt.* est PASP. *scrobiculatus Flügge.* Spicula ex herbario *Linn.* a clo. *Smith* data *Flüggio* est de P. *dissecto Sp. Pl.* V. I. p. 81. „Rhachis partialis carinata, margine subciliata, spiculis duplo fere latior; pedicelli solitarii. Spiculae dimidio minores quam in *Bonplandiano*, ellipticae, nec orbiculatae (ut *Linnaeus*) obtusiusculae, bifariam imbricatae. Glumae albidae glabrae nervis quinque viridibus. Valvulae pallide stramineae, punctulatae, longitudine fere glumarum." *Flügg. l. c.* p. 74.

13. P. *repens Berg;* spicis paniculatis subverticillatis nutantibus, culmo repente. *Bergius* in *Act. helv.* VII. p. 109. t. 7. *Willd. Spec.* I. p. 332. *Flügge* l. c. p. 77. P. culmo repente; foliis vaginisque scabris; spicis numerosis verticillatis alternisque; rhachi canaliculatâ scabrâ, spiculis biseriatis latiore; glumis calycinis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 88.

Culmus pedalis, ramosus, geniculatus, nodis pubescentibus. Vaginae laxae, internodiis longiores, scabrae, ligulâ parum exsertâ laceratâ. Folia lineari-lanceolata, utrinque scaberrima. Spicae 20-30, superiores geminatae aut solitariae. Rhachis universalis scabra, 3-4pollic., partialis pollicaris et brevior, spiculis duplo-triplo latior, canaliculata, scabra, in acumen nudum producta. Spiculae elliptico-lanceolatae acutae, bifariam imbricatae; valvulae calycinae albidae, glabrae, tri- (exteriores raro bi-) nerves, longitudine corollae candidae. „Alteram glumam a clo. *Flügge* observatam equidem non vidi, quam tamen in juniore planta adesse nullus dubito." *Hunth l. c.* In *Surinam Bergius, in humidis ripae flaminis Apure inter S. Fernando et S. Barbara.* 4.

14. P. *stolonifer Bosc;* spicis numerosissimis sparsis; rhachi undulatâ, spiculis latiore; glumis oblongis corrugatis mucronulatis; foliis lanceolatis (utrinque) glaberrimis margine scabris. *Flügge* l. c. *Bosc* in *Linn. Transact.* II. p. 83. t. 16. *Willd. Spec.* I. p. 331. *Enum. H. Berol.* I. p. 90. P. culmo radicante; foliis utrinque glabris margine scabris; spicis numerosissimis paniculatis; rhachi planâ margine undulatâ glabrâ ciliatâ, spiculis biseriatis paullo angustiore; glumis calycinis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* I. p. 88. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 71. PASP. *racemosus Jacq. Coll. Suppl.* p. 32. *Ic. rar.* t. 302. *Lam. Enc. meth.* V. p. 32. PASP. *purpureus Flor. peruv.* I. p. 47. MILIUM *latifolium Cavan. Ic.* III. p. 37. t. 273.

Culmi circiter bipedales, ramosi, basi prostrati, geniculati, „stoloniferi" nodis glaberrimis incrassatis. Vaginae internodiis plerumque breviores glabrae, fauce nudae coarctatae, ligulâ

Digitized by Google

brevissimâ; folia plana, subtus glauca; spicae numerosissimae 50-30; rhachis universalis 4-5pollic. angulata laevis, axillis subpubescentibus; partiales 3-15lin., spiculis paullo latiores, undulatae, laete virides, margine subciliatae. Valvulae calycinae glabrae, corrugato-plicatae, corolla albidâ duplo fere longiores. Antherae punctis rubris. Exemplar Humboldtianum differt spiculis albidis, dimidio brevioribus. *Maizillo Hispanorum. In sylvarum Cedri paludosis novae Caesareae, in inundatis Quito prope Guayaquil, et in Peru* 4, *culta* ⊙.

15. P. *laevis Mich.*; spicis tribus pluribusve alternis remotis; rhachi planâ flexuosâ, spiculis duplô fere angustiore; glumis orbiculato-ellipticis obtusiusculis nitidis; foliis glabris. *Flügge* l. c. p. 84. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 44. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 71.

Culmus bipedalis et ultra, erectus, nodis atris glabris; vaginae compressae, superior semipedal., glabra, margine hinc inde pilis longis. Folia linearia (breviuscula) plana, basi carinata. Rhachis universalis bipollicaris, laevis, axillis barbatis; partialis bipollicaris circiter, apicem versus flexuosa, margine scabriuscula; pedicelli incurvati; spiculae hinc planae, illinc valde convexae; glumae calycinae glabrae aequales quinquenerves, corolla straminea punctulata. — cf. infra PASP. *lentiferum*. In *Georgia*.

16. * P. *scrobiculatus*; spicis paucioribus alternis; rhachi planâ rectâ latitudine spicularum; glumis subrotundis obtusis glabris; foliis superioribus nudis. *Flügge* l. c. p. 86.

α. pedicellis simplicibus, glumis 7-9 nervibus. PASP. *scrobiculatum Linn. Mant.* I. p. 29. (fide *herb. Linn.*). *Willd. Spec.* I. p. 331. (excl. syn. *Houtt.*) PASP. *frumentaceum Rottler.* PASP. *Commersoni Lam. Illustr.* I. p. 175. *Poiret Enc. meth.* V. p. 34. (fide herb. auct.) t. 43. f. 1. (male). P. *Kora Willd. Spec.* I. p. 332.

β. pedicellis simplicibus, glumis quinquenervibus. PASP. *Kora Willd. H. Berol.* t. 74. *Enum. H. Berol.* I. p. 89. PASPAL. *longifolium hortul.*

γ. pedicellis in mediâ rhachi bipartitis, glumis trinervibus. PASP. *orbiculare Forst. Prodr.* p. 7. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 89. P. spicis alternis distinctis basi setigeris, flosculis glabris ovato-orbiculatis, valvulâ exteriore glumae trinervi, foliis planis laevibus margine incrassato denticulato. *R. Brown Prodr.* I. p. 188. *Plukenet Mant.* p. 94. T. 350. pl. 2.

δ. pedicellis omnibus bipartitis, glumis trinervibus.

Rad. repens; culmus erectus 1-2pedalis, simplex aut basi divisus, nodis glaberrimis. Vaginae superiores internodiis breviores, glaberrimae, fauce paullo pilosae, ligulâ brevissimâ. Folia linearia glabra, basi carinata, margine laevia, infima interdum pubescentia; spicae rarissime conjugatae, in α: 2-3

Digitized by Google

aut unica, in β, γ, δ: 3-5. Rhachis universalis longitudine maxime varia, semiteres, scabriuscula, axillis nunc nudis, nunc pilosis. Rhaches partiales planae, rectiusculae, glabrae, margine scabrae, 1½-3pollic., subinde spiculis paullo latiores. Spiculae orbiculato-ellipticae, in α et β bifariam, in γ subtrifariam, in δ quadrifariam imbricatae. Glumae calycinae aequales obtusiusculae glabrae 3-9nerves, nervis medio proximis basin non attingentibus, corollinae nitentes punctulatae obtusae stramineae tantum castaneae, longitudine calycinarum. α *in humidis Tranquebariae, siccis lapidosis ins. Mauritii;* β. *colitur in hortis botanicis;* γ et δ *in Ind. orientali.* — Huc spectare, vel ad speciem valde affinem iconem Paspali ad PASP. *dissectum* a *Houttuyn Pfl. Syst.* XII. t. 89. f. 2. exhibitam: „spiculis 3-6, flosculis tri-quadrifariis, stylo prominente punctum nigrum sistente pilosum, culmis vaginatis, pedalibus et ultra;" *e Java.* P. *orbicularem Forsteri*, a clo. auctore etiam nomine PASP. *venusti* amicis missum, (ob glumas tres *Palisotio de Beauvois* ad PANICUM fors remittendum) huc spectare contra clm. *Willdenow* probavit *Flügge l. c.* p. 93, qui characterem a *Linnaeo* in descriptione datum: „valvula planior basi intrusa et in medio pari scrobiculorum impressa" in viva planta non inveniri veretur. PASP. *scrobiculatum Houtt. Pfl. Syst.* XII. p. 216. t. 89. f. 3. distingui a *Linnaeano:* spicis copiosioribus et brevioribus; flosculi foveolis impressis, glumis magnis excavatis; paniculâ folio latiore spathaeformi inclusâ. — Spicae alternae, superiores breviores latioresque, apice subcongestae. Culmus sesquipedalis. In *Japonia Thunb. Flügge.* — Huc teste *Flügge* p. 206 proxime accedit: PASPALUM *dissectum Thunb.* cum differentia specifica ex *Linn. Syst. Nat.*, cui adjecit cl. auct. in *Flora jap.* p. 45. „*folia valde pilosa*, calycis gluma convexa laevis, exterior plana lineâ elevatâ; *in Nagasacki.*" Cl. *Flügge* vero ait: Distinguitur spiculis duplo minoribus; glumae sunt suborbiculatae 3-5nerves, *glabrae sicut folia!* Spicae tres. —

17. P. *polystachyus Br.;* spicis numerosis confertis, flosculis glabris orbiculatis, valvulâ exteriore glumae quinquenervi, foliis planis laevibus, margine simplici denticulato. *R. Brown Prodr.* I. p. 188.

Nimis affinis *scrobiculato*, sed scrobiculis caret. *R. Brown.* In *novae Hollandiae littore orientali et septentrionali inter tropicum.*

18. P. *Swartzianus Flügge;* spicâ subsolitariâ; rhachi convexâ spiculis angustiore; glumis ovatis acutiusculis glabris; foliis setaceo-linearibus. *Flügge* l. c. p. 96. PASP. *filiformis Swartz Prodr.* p. 22. *Flor. Ind. occid.* I. p. 136. *Willd. Spec.* I. p. 333.

Culmi bipedales erecti cespitosi simplices filiformes nodis glabris; vaginae glabrae internodiis breviores fauce pilosae, superiores longissimae; folia glabra, ima basi pilo uno alterove;

Digitized by Google

spicae in solo fertiliori raro 3-4; rhachis univ. nulla, partialis 2-3pollicaris, pedicelli simplices longitudine fere spicularum, glabri; spiculae hinc planae, illinc valde convexae. Valvulae calycinae 3-5nerves, longitudine corollae stramineae. Cum? huc retulit *P. de Beauv.* In *campis apricis duris Indiae occidentalis.*

19. * P. *parviflorus Rohde;* spicis subtribus alternis; rhachi planâ valde flexuosâ spicularum latitudine; glumis ellipticis obtusis glabris; foliis hirsutissimis; culmo stricto ramoso. *Flügge* l. c. p. 98. *Rohde inedit.*

Culmus semipedalis, nodis subpilosis; vaginae hirsutae laxae, internodiis plerumque breviores, ligulâ brevissimâ; folia linearia angusta, plana, pilis longis; spicae 2-3, tandem horizontales aut refractae; rhachis universalis 2-4lin., axillis pilosis; partialis 4-7lin., margine ciliato-scabra; pedicelli solitarii spiculis paullo longiores; glumae calycinae aequales binerves, longitudine corollae stramineae. In *Porto-Ricco.* ☉.

20. P. *pusillus Vent.;* spicis subtribus alternis; rhachi planâ rectâ, spiculis paullo angustiore; glumis obovato-orbiculatis obtusiusculis foliisque glabris; culmo repente ramoso. *Flügge* l. c. p. 101. *Ventenat inedit.* PASP. *orbiculatus Poiret Enc. meth.* V. p. 32. (fide herb.).

Rami erecti digitales aut semipedales, nodis subpubescentibus; vaginae laxae glabrae margine ciliatae, ligulâ brevissimâ; folia lineari-lanceolata plana; rhachis univers. quatuorlin., axillis subpilosis, partialis 6-8lin., margine laeviuscula; pedicelli brevissimi; spiculae bifariam imbricatae; glumae calycinae aequales, binerves, longitudine corollae laevigatae albidae, tandem fuscae. In *Insula St. Thomae, Porto-Ricco.* 2?

21. P. *conjugatus Berg.;* spicis duabus conjugatis; rhachi planâ rectâ spicularum latitudine; glumis orbiculato-ovatis acutiusculis, interiore ciliatâ; vaginis compressis; foliis glabriusculis. *Flügge* l. c. p. 102. P. foliis glabriusculis margine scabris; vaginis compressis glabris ciliatis; spicis subduabus conjugatis; rhachi planâ glabrâ spicularum biseriatarum latitudine; glumâ inferiore glabrâ superiore ciliatâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 91. *Bergius Act. helv.* VII. p. 129. t. 8. (parum curate). *Swartz Prodr.* p. 21. *Flor. Ind. occid.* I. p. 133. *Willd. Spec.* I. p. 333. P. *tenue Gaertn. de Fruct.* II. p. 2. t. 80. f. 4. P. *ciliatum Lam. Illustr.* I. p. 175. *Poiret Enc. meth.* V. p. 29.

Culmus 1/2-2pedal., plerumque simplex, erectus, (aut humifusus, *Humb.*) nodis glabris; vaginae internodiis longiores, glabrae, margine saepius ciliatae, fauce pilosae, ligulâ brevissimâ; folia lineari-lanceolata, plana, basi carinata, margine scabra; spicae rarissime tres, graciles, tandem horizontales. Rhachis univers. nulla; partialis 2-4pollic., laete viridis, plana, recta;

Digitized by Google

spiculae flavescentes compressae, bifariam imbricatae; valvulae calycinae tenuissimae binerves, longitudine corollae stramineae. In *graminosis subhumidis Indiae occident. ab Orinoco ad novam Granatam.* 4. Clm. *Roth Catal. bot. III. p.* 14 sub PASP. *piloso* huic minus recte flosculos geminatos tribuisse, *Flügge l. c.* — Planta tamen *Lamarckii*, licet descriptione a *conjugato* vix distinguenda, denuo investiganda.

22. * P. *notatus Flügge;* spicis duabus approximatis; rhachi planâ spiculis angustiore; glumis ovatis obtusiusculis laevigatis longitudine valvarum; vaginis remotis. *Flügge* l. c. p. 106. et, hoc teste p. 207.: PASP. *distichum Swartz Obs.* p. 35. t. 2. f. 1.

Affinis sequenti *vaginato;* sed culmus erectus et declinatus, pedalis et ultra; nodi glaberrimi; vaginae carinato-compressae, margine nudae, aut ciliatae; ligula brevissima; folia lato-linearia plana basi carinata utrinque glabra; spica inferior paullo longior; rhachis universalis trium lin. laevis, axillis nudis nigro notatis; partialis pollicaris et ultra, spiculis duplô fere angustior; glumae calycinae aequales septemnerves laevigatae, exteriore basi depressâ, longitudine corollae stramineae. In *insul. St. Thomas, Carolina.* 4.

23. P. *vaginatus Swartz;* spicis duabus subconjugatis; rhachi planâ spicularum latitudine; glumis ovato-lanceolatis acutis valvas longitudine excedentibus; vaginis distiche imbricatis. *Flügge* l. c. p. 108. P. foliis carinatis glabriusculis; vaginis compressis glabris fauce pilosis; spicis duabus conjugatis; rhachi planâ, spicularum biseriatarum latitudine, glumis subglabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 91. PASP. *vaginatum Swartz Prodr.* p. 21. *Flor. Ind. occid.* I. p. 135. *Willd. Spec.* I. p. 333. PASP. *pilosum Roth Catal. bot.* III. p. 12. (herb. auct.). *

---

* *Obs.* De P. *piloso* cls. *Roth* haec habet: PASP. spicis duabus conjugatis pedunculatis horizontali refractis, flosculis ovali-lanceolatis alternis, culmo erecto compresso, foliis pilosis. *Roth Catal. bot.* III. p. 18. Pro varietate PASP. *distichi* missus a Missionariis, a quo distinctissimus: proximus PASP. *conjugato Swartz*, sed differt: staturâ minori; spicis pedicellatis, nec sessilibus; flosculis ovato-lanceolatis alternis sessilibus, nec ovatis geminatis subsessilibus; glumis calycinis glaberrimis, nec margine pilis raris. — Culmus erectus filiformis compressus, glaber, nodis atropurpureis; folia angusta, demum involuta, inferiora fere digitalia, pilis validis rectis; vaginae membranaceae, compressae, laxae, ad oras praesertim pilis albis, superiores longissimae. Spicae 1-1 1/2 poll.; pedicelli 2-3 lin., glabri, ut rhachis flexuosa, striato-sulcata; flosculi compressi, flavescentes magnitudine PANICI *sanguinalis* et formâ; glumae calycinae trinerviae, nitidae, glaberrimae, margine subrevoluto cartilagineo, corollâ duplo longiores. In *India orientali.* „Quae certe descriptio adeo differt ab illâ a clo. *Flügge* data, ut sive in herbario sive in descriptione errorem subrepsisse necesse sit."

Digitized by Google

Culmi repentes radicantes valde ramosi, ramis 1-11/2ped., erectiusculis, subsimplicibus; nodi glabri; vaginae subcompressae, ligulâ exsertâ; folia patentia linearia siccitate convoluta, paginâ inferiore pilis rarioribus aut glabrâ; rhachis universalis nulla aut brevissima, partialis 1-11/2poll., glumae quinquenerves paullo longiores corollâ albidâ. In *argillosis graminosis Jamaicae*, *Swartz; Ins. Mauritii*, *A. du Petit-Thouars; Tranquebariae Klein prope Ibague in temperatis Novigranati.* Huc fors pertinet: PASP. *distichum Linn.* spicis duabus, alterâ subsessili, floribus acuminatis. *Amoen. acad.* V. p. 391. „Pedalis, foliis involuto-subulatis, culmo terminato spicis duabus erectis approximatis secundis, floribus alternis acuminatis.“ *Sp. Pl.* I. p. 82. *Willd. Spec.* I. p. 332; PASP. *distichum* vero *Gaertn.* t. 80. f. 3 spicis spiculisque majoribus admodum differt, et sine omni dubio diversam sistere speciem, quam sic describit *Gaertn. Fruct.* II. p. 2.: „spicae terminales geminae, flosculis subalternis, in singula serie circiter vicenis. Cal. ovato-acuminatus, valvulâ alterâ concavâ, alterâ planâ; utrâque in medio lineâ longitudinali. Cor. matura calyci conformis, crustacea, nitida, minutim punctulata, pallide straminea. Semen ovatum, sursum angustatum, plano-convexum, rufescens aut ferrugineum.“ — PASP. *distichum Burm. Ind.* 23 beato *Schrebero* differre videtur. *Pal. de Beauv.* huc insuper refert DIGITARIAM *distachyam Pers. Syn.* I. p. 85.

24. P. *furcatus Flügge;* spicis duabus conjugatis; rhachi triquetrâ spiculis angustiore; glumis ovato-lanceolatis acuminatis glaberrimis, valvis tertiâ parte longioribus; vaginis laevibus; culmo multinodi. *Flügge* l. c. p. 114.

Species haec a tribus sequentibus facile spiculis triplo et quadruplo majoribus dignoscitur; conveniunt vero hae species quatuor inter se: vaginis valde compressis, e quarum summâ rami plures florigeri aphylli, et rhachi triquetrâ. — Culmus compresso-triqueter, bipedalis, erectus; rami 2-3 ex eâdem vaginâ, nodis pilosiusculis aut nudis, vaginae laxae ancipites glabrae aut pubescentes, ligulâ brevi laceratâ; folia lineari-lanceolata plana, glabra aut pubescentia, margine scabra; rhachis univ. nulla; partialis 2-3pollicaris, spiculis duplo saltem angustior, margine scabriuscula; pedicelli brevissimi; glumae calycinae 5-7nerves; corolla straminea oblonga punctulata. In *Carolina Bosc*, *Walne.*

25. P. *platycaulis Flügge;* spicis subtribus; rhachi triquetrâ spiculis angustiore; glumis lanceolatis pubescentibus longitudine fere valvarum; vaginis laevibus; culmo uninodi. *Flügge* l. c. p. 117. Foliis margine scabris subciliatis; vaginis compresso-ancipitibus glabris ciliatis; spicis subtribus; rhachi triquetrâ margine scabriusculâ, spiculis biseriatis angustiore; glumis calycinis pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 90. α. P. *platycaulis Poiret*, caule compresso, pedunculis longissimis fasciculatis, spicis 2-3 sessilibus, floribus alternis bifariis sessilibus. *Poiret*

Digitized by Google

Enc. meth. V. p. 34. (herb. *Lamarck.*). β. *foliis glabris:* P. *tristachyos Lam.*; spicis ternis subdigitatis filiformibus, flosculis sessilibus alternis oblongis. *Lam. Illustr.* I. p. 176. (ex herb. auctor.). *Poiret Enc. meth.* V. p. 34. MILIUM *compressum Swartz Prodr.* p. 24. *Fl. Ind. occid.* I. p. 183. (ex specim. auctor.). *Willd. Spec.* I. p. 359. AGROSTIS *compressa Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 258. n. 82. (quam ex *Swartzio* habet *Poiret* l. c.) et AXONOPUS *compressus Palis. de Beauv.*

Culmi 1-1½pedales erecti; rami 2-4 aphylli, florigeri, e sinu vaginae folii supremi, subtriquetri; nodus unicus in medio caulis pubescens; vaginae glabrae, fauce nudiusculae, margine ciliatae, supremâ longissimâ ancipite. Ligula brevissima. Folia lineari-lanceolata plana obtusiuscula, basi carinata rotundata, paullo ciliata, margine scabra, in α pubescentia, in β glabra; spicae conjugatae, tertia, si adest, paullo remota. Rhachis universalis saepissime nulla; partialis 1½-3pollic., margine scabriuscula. Pedicelli brevissimi. Spiculae remotiusculae. Valvulae calycinae acutiusculae pubescentes quinquenerves albovirentes; corollinae paullo breviores albidae obtusiusculae. α *in insula Mauritii Thouars; in pascuis sterilibus Jamaicae Swartz; Americae meridionalis Richard, Portoricco Ledru,* β *in Quito et Peruviae Humb.* et *Bonpl., Hispaniolae Poiteau* et *Turpin.* In humidis stolonifera. 4.

26. * P. *capillaris Lam.*; spicis 2-3 (5-7) filiformibus, pedunculis capillaribus; floribus ovato-oblongis, alternis. *Lam. Illustr.* I. p. 176. *Poiret Enc. meth.* V. p. 34.

Affinis PASP. *platycauli*, sed spicae breviores, spiculae minores, culmus nodis pluribus *Flügge* l. c. p. 120. Humilis; culmus tenuis, filiformis, basi ramosus, foliis brevibus, dilatatis, glabris, inferioribus longioribus. Vaginae, inferiores praecipue, villosae, inprimis margine et orificio. Ex ultima vagina fasciculus pedunculorum capillarium, longorum, inaequalium; spicae 5-7 breves; flosculi sessiles glabri, serie fere unicâ dispositi." *Poiret* l. c. In *America calidiore Richard.*

27. * P. *mollis Poiret*; caule debili, spicis subternis alternis; flosculis bifariis pedicellatis (subsessilibus). *Poir. Enc. meth.* V. p. 34.

Affinis P. *tristachyo*, sed omnibus partibus minor. Culmus debilis humilis; folia mollia glaberrima angustissima elongata. Spicae breves. Flosculi alterni ovales obtusi. Rhachis angusta filiformis nuda subflexuosa. *Poiret.* In *insula St. Thomae Americae. Ledru.*

28. P. *pulchellus H.* et *B.*; foliis convolutis pilosis; vaginis pubescentibus; spicis subtribus; rhachi planâ glabriusculâ, spicularum biseriatarum latitudine; glumis calycinis glabris inaequalibus, inferiore triplo minore. *Humb.* et *Bonpl.*

Digitized by Google

Nov. gener. et *spec.* I. p. 90. REIMARIA *elegans Flügge* spicis subtribus; rhachi planâ spicularum latitudine, glumâ obovatâ obtusâ, foliis convolutis. *Flügg.* l. c. p. 216.

Culmus 1/2-2ped., erectus, simplex, superne nudus filiformis; nodi tres subpubescentes. Vaginae internodiis breviores, pubescentes, supremâ longissimâ glabriusculâ. Ligulâ vix conspicua. Folia angusta, linearia; spicae 2-3, approximatae alternae; rhachis universalis 3-5 lineas longa axillis barbatis; partialis 1-1 1/2poll., plana laevis, apice imprimis flexuosa. Pedicelli solitarii brevissimi subpubescentes; spiculae bifariam imbricatae; gluma calycina glabra (trinervis *Hunth*) quinquenervis, pulchre rubens, corolla alba cerina laevigata, longitudine calycis. *Flügg.* (corollae valvulâ alterâ deciduâ *Hunth*) In *Cumana ad ripas Orinoci inter Atures et Raudal de Javariveni.* 4.

29. P. *leptostachyus H.* et *B.*; spicis pluribus simplicibus; rhachi triquetrâ spiculis angustiore; glumis lanceolatis pubescentibus, valvis tertiâ parte longioribus; vaginis laevibus; culmo multinodi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 90. *Flügge* l. c. p. 123.

Culmus erectus 4-5pedal., ramo uno alterove aphyllo florigero e vaginis superioribus; nodi circiter quatuor villosi; ligula pilis brevibus tecta; folia linearia glabra plana basi carinata. Spicae circiter 12, inferiores alternae remotae, superiores subverticillatae; rhachis univers. 7-11pollicaris, laevis; partialis 5-9pollic., margine scabra; pedicelli brevissimi; spiculae remotae; glumae basi paullo latiores, pubescentes, quinquenerves, interiore acutiore; valvae oblongo-lanceolatae obtusiusculae, stramineo-fuscae. In *pascuis Venezuelae prope Villa de Cara.* ⊙.

30. P. *scoparius H.* et *B.*; spicis numerosis, inferioribus ramosis, rhachi triquetrâ spiculis angustiore; glumis lanceolatis pubescentibus longitudine valvarum; vaginis scabris; culmo multinodi. *Flügge* l. c. p. 125. Foliis glabris margine vaginisque scabris; spicis numerosis paniculatis, inferioribus ramosis; rhachi triquetrâ scabrâ spiculis biseriatis angustiore; glumis calycinis subpubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 89.

Culmus tripedalis et ultra superne angulatus scaber, ramo florigero aphyllo e vaginis superioribus; nodi plures glabri villosive; vaginae scabrae; ligula pilosa; folia lato-linearia glabra, margine scabra. Spicae circiter 20, superiores simplices subverticillatae; inferiores alternae aut oppositae, una alterave ramis 5-9. Rhachis universalis 1/2-1ped., scabriuscula, partialis 5-9pollic., spiculis duplo fere angustior, paullo flexuosa margine scabra; pedicelli brevissimi, spiculae remotiusculae; glumae calycinae albidae, tantum purpurascentes, quinquenerves; exteriore paullo longiore; corollinae stramineae acutiusculae apice pubescentes, longitudine glumae calycinae interio-

Digitized by Google

ris. Cum? huc retulit *P. de Beauv.* In *America meridionali, Nova-Barcellona, valle caripensi.*

b. *Pedicellis geminatis pluribusve aut divisis:*

31. * P. *villosus Thunb.;* spicis alternis secundis, rhachi hirsutâ, floribus duplici ordine, alternis secundis. *Thunb. Fl. jap.* p. 45. t. 8. *Willd. Spec.* I. p. 331. P. *distichum Houttuyn Pfl. Syst.* XII. t. 89. f. 4. (mala).

Differt a *dissecto:* rhachi hirsutâ, floribus ovatis acutis villosis; a *virgato:* staturâ minori, floribus alternis duplici tantum ordine. Culmus glaber, tripedalis; folia subscabrida glabra striata brevia; spicae 3-4, rhachi valde hirsutâ. Calycinae glumae aequales ovatae acutae villosae pallidae, lineâ elevatâ triplici viridi. *Thunb.* Maxime affinis PIPTATHERO *punctato.* Rhachis partialis spiculis triplo angustior; pedicelli hirsuti, pallescentes, unicolores, apice capituliformes. Spiculae ovatae acuminatae, albidae, duplo majores quam in P. *punctato;* glumae 5-7nerves. Corolla sine mucrone. *Flügge* p. 209. In *Japonia juxta Nagasaki.*

32. P. *annulatus Flügg.;* spicis pluribus; rhachi triquetrâ glabrâ spiculis quadruplo angustiore; glumis ovato-lanceolatis acutis pilosis valvâ mucronatâ longioribus; culmo superne glabro. *Flügg.* l. c. p. 133. MILIUM *ramosum* culmo ramoso, floribus paniculatis subbinatis hirsutis *Retz Obs.* VI. p. 22. *Willd. Spec.* I. p. 361. AGROSTIS *ramosa Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 257.

Culmi decumbentes, sesquipedal., (compressi *Retz*) nodis pubescentibus; vaginae subcompressae glabrae, fauce pilis brevibus barbatae; ligula vix conspicua. Folia linearia (angusta *Retz*) plana glabra basi carinata, margine laeviuscula. Spicae circiter 15 alternae aut geminatae, superiores subsessiles, inferiores pedunculo 1/2-1pollic.; rhachis universalis semiped., glaberrima; partialis 1 1/2-1pollica, spiculis quadruplo angustior, glaberrima; pedicelli scabriusculi (villosi *Retz*) apice capituliformes, annulo nigricante cincti, multo longiores quam in PIPT. *punctato*, (cui affinis) bipartiti, superiores indivisi; spiculae laxe imbricatae; valvulae calycinae subaequales obscure trinerves, virentes aut parum violaceae, tertiâ parte longiores corollinis albidis oblongis obtusis, quarum interior mucrone brevi pubescente *Flügge;* (exterior apice puncto atro *Retz.*) In *India orientali.* 4.

33. P. *debilis Poiret;* spicis subquinque approximatis; rhachi triquetrâ spiculis duplo angustiore, glumis lanceolatis acuminatis, valvis muticis longioribus; culmo decumbente. *Flügge* l. c. p. 136. PASP. *debile Poiret Enc. meth.* V. p. 34. (excl. syn. *Linn.* et *Burm.*). PANICUM *debile Desfont. Fl. atl.* I. p. 59. (ex specim. auct. ut et). PANICUM *filiforme Poiret It.* II. p. 93. et DIGITARIA *debilis Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 91. (ex herb. auct.).

Digitized by Google

Culmus bipedalis, nodis subpilosis; vaginae internodiis breviores, glabrae, aut pilis hinc inde aspersae, fauce nudae; (vaginis superioribus margine ciliatis *Willd.*) ligula erserta; folia planiuscula linearia glabra margine laevia, inferiora subpubescentia; spicae 3-7 (filiformes); rhachis universalis 8-14-lin., scabra, axillis nudis; partialis margine scaberrima ciliato-serrata, 3-4poll.; pedicelli gemini scabri; (flosculus alter sessilis, alter pedicellatus *Desf.* et *Poiret*); spiculae rhachi adpressae, remotiusculae; glumae calycinae 5-7nerves glabrae, margine subciliatae (scabrae *Willd.*) interior praesertim corollâ albidâ longior. PANICUM *filiforme Pers. Syn.* I. *p.* 85. certe diversum esse, et PANICUM *sanguinale Linn.* nullo modo ad hoc genus referri posse *Flügge l. c.* p. 139. In *pascuis prope la Calle.*

Obs. Cls. *Pursh* PASP. *debile* hocce citat ad DIGITARIAM *pilosam*, nec, ut videtur, fausto recteque.

34. * P. *filiformis Flügge;* spicis paucioribus approximatis; rhachi triquetrâ spiculis duplô angustiore; glumis elliptico-lanceolatis acutis, interiore valvis muticis paullo breviore; culmo stricto. *Flügge* l. c. p. 139. PANICUM *filiforme Linn. Sp. Pl.* I. p. 85. (*Willd. Spec.* I. p. 343. correctâ, ut infra, definitione!) et *Schreb. Gram.* I. p. 24. sub PANICO *sanguinali.* MILIUM *paniceum Swartz Prodr.* p. 25. *Flor. Ind. occid.* I. p. 179. *Willd. Spec.* I. p. 360. (ergo et AGROSTIS *jamaicensis Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 258. quam *Palis. de Beauv.* in textu AXONOPODA fecit, in tabula MILIUM). SYNTHERISMA *villosa Walt. Fl. carol.* p. 77. (ex sententia *Boscii*). DIGITARIA *pilosa Mich. Fl. Am. Bor.* I. p. 45. DIGITARIA *villosa Pers. Syn.* I. p. 85. (AGROSTIS *lenta Aiton Kew.* I. ed. I. p. 96. (teste *Swartz Fl. Ind. occid.* III. p. 1969. et *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 92.) *Willd. Spec.* I. p. 375. *Poiret Suppl.* I. p. 256.

Culmi bipollicares-bipedales in eodem cespite, plerumque simplices, superne nudi filiformes. Nodi glabri aut subhirsuti. Vaginae glabrae, margine membranaceae, inferiores saepius valde pilosae Ligula exserta. Folia linearia plana, basi carinata, superiora glabra, inferiora plerumque hirsuta. Spicae 1-5 approximatae. Rhachis universalis laevis, 1/2-1 1/2pollic., rarius nulla; partialis filiformis, triquetra, 1-5poll., spiculis du-triplo angustior, paullo flexuosa, margine scabra; pedicelli gemini rarius terni. Spiculae remotiusculae; valvulae calycinae pubescentes, septemnerves, albidae, tandem coloratae, interior praesertim glumis corollinis parum brevior, corollinae striatae, stramineae, demum coloratae. *Flügge* e speciminibus clm. *Bosc, Clarion, Swartz* et *Willdenow. In America septentrionali, Kalm; in sabulosis sylvarum Carolinae et Georgiae Mich.* et *Bosc; in aridis sabulosis Jamaicae australis Swartz, in Ind. orient. Ait.* ⊙. — Cl. *Flügge* juste observat, p. 143: PANICUM *filiforme Ait.* I. p. 90. diversam esse

Digitized by Google

speciem, nisi fors eadem planta ibidem bis enumerata; sed minus caute p. 145: „PANICUM *filiforme Willd. Spec.* I. p. 343. a LINNAEANO differat necesse est" ait „siquidem valvulam interiorem minutissimam esse affirmat." *Willdenow* enim *Enum. H. Berol.* I. p. 92. candidissime se corrigit dicens: „PANICUM *filiforme Spec.* I. p. 343. *tertia calycis valvulâ caret*, et calyces aequales possidet, est MILII species a clo. *Swartz* MILIUM *paniceum* dicta." In secunda tamen editione *Hort. Kew.* I. p. 142. iterum PANICUM *filiforme:* spicis subdigitatis approximatis erectis filiformibus, rhachi flexuosâ, dentibus bifloris, altero sessili, valvulâ interiore minutissimâ, culmo foliisque glabris *Willd. Spec.* I. p. 343, *ex America boreali*, et *ibidem* p. 150 AGROSTIN *lentam*, spicis subternis umbellatis, flosculis muticis oblongis acutis, valvulis calycinis subaequalibus, foliis vaginisque glabris *Willd. Spec.* I. p. 375. *ex Ind. orient.* ut species plane diversas videmus adductas. AGR. *lenta* est VILFA cum? apud *P. de Beauv.* PANICUM *filiforme Jacq.* esse PANIC. *aegyptiacum Retz*, etiam *Flügge* testatur, de PANICO *filiformi Forsteri* vero, *Prodr.* p. 8. *in insulâ Paschatis et societatis insulis* lecto, non liquere. Neque *Thunbergii* PANICO *filiformi* (*Prodr.* I. p. 19. *Fl. jap.* p. 48.) racemis spicatis digitatis linearibus, floribus duobus, altero subsessili — *in Dezima prope Nagasâki, in Kosido*) locus certo constitui potest. — Attamen de DIGITARIA *pilosâ Mich.* dubium omne non solvit. Describit enim cl. *Sprengel* hanc DIGITARIAM *pilosam* in *Mém. de l'Acad. de Petersb.* 1810. T. II. p. 289. calyce trivalvi. Confer DIGITARIAM *pilosam.*

35. P. *serotinus Flügge;* spicis subquinis, approximatis, rhachi planâ spiculis paullo latiore; glumis elliptico-lanceolatis acutis pubescentibus, interiore valvis triplo breviore; vaginis pilosis, culmo decumbente. *Flügge* l. c. p. 146. SYNTHERISMA *serotina Walt. carol.* p. 76. *Gmel. S. V.* I. p. 154. DIGITARIA *serotina Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 46. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 70. *Pers. Syn.* I. p. 85. DIGITARIA *pilosa Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 91. P. *serotinum Gmel. Catal. Carlsruh.*

Culmus 1-1½ped., basi geniculatus, subdivisus, nodis pilosis; vaginae laxae, internodiis breviores, pilis longis patentissimis, suprema glabriuscula; ligula exserta; folia linearia plana pilosa; spicae 4-5; rhachis universalis circiter semipollic., laeviuscula, partialis plana, 2-3pollic., margine scabriuscula; pedicelli laeves, 2-3, superiore spiculis bi-triplo longiore; spiculae remotiusculae; glumae calycinae inaequales, albovirentes, interior 1-3nervis, (enervis *Willd.*) exterior septemnervis (sexnervis *Willd.*) corollae fere longitudine albidae. In *graminosis humidis Carolinae. Mich. Bosc.*

36. P. *Thouarsianus Flügg.;* spicis subquinque approximatis; rhachi planâ spicularum latitudine; glumis ellipticis obtusiusculis, interiore valvis dimidio breviore; vaginis glaberrimis, culmo erectiusculo. *Flügge* l. c. p. 149.

Digitized by Google

Culmus bipedalis aut altior; nodi glaberrimi; vaginae internodiis breviores, fauce pilis rarioribus; ligula subexserta; folia linearia plana glabra margine laeviuscula; rhachis universalis fere pollicaris, laevis, axillis nudis, partialis 3-4poll., spicularum latitudine, rectae, margine laeves; pedicelli rarius gemini, 3-4; spiculae minutae ellipticae obtusiusculae, irregulari modo imbricatae; glumae tenuissime pubescentes, interior quinquenervis, exterior septemnervis longitudine corollae coracinae punctulatae. In *Madagascar. Aub. du Petit-Thouars.*

37. P. *longiflorus Retz;* spicis duabus conjugatis; rhachi planâ spiculis paullo latiore; glumis oblongo-lanceolatis acutis aequalibus valvarum longitudine; vaginis glabriusculis, culmo repente. *Flügge* l. c. p. 150. sub PASP. *breviſolio.* P. *longiflorus Retz Obs.* IV. p. 15. *Gmel. S. V.* P. I. p. 155. *Willd. Spec.* I. p. 332. PANICUM *longiflorum Gmel.* l. c. p. 158. DIGITARIA *longiflora Pers. Syn.* I. p. 85. Verum esse PASPALUM, nec DIGITARIAM, *Willdenow* denuo in *Enum. H. Berol.* I. p. 92.

Culmi ramosi stoloniferi radicantes; rami 1-8ped., adscendentes, nodis superioribus glaberrimis; vaginae laxae margine membranaceae glabrae aut pubescentes, suprema longissima subcompressa, ligulâ exsertâ laceratâ; folia patentia lanceolata aut lineari-lanceolata, plana, glabra, margine scabriuscula, culmea vix semipedalia; spicae raro tres, tandem patentes; rhachis univ. nulla, partialis 1/2-1 1/2pollic., margine laevis. Pedicelli terni, rarius bini, laeves; spiculae subtrifariam imbricatae; glumae calycinae aequales, septemnerves, glabrae aut pubescentes, apice interdum coloratae longitudine corollae albidae. In *Malabaria ad margines agrorum, Tranquebariae, ins. Mauritii.*

38. P. *setaceus Flügge;* spicis subternis solitariisve, rhachi convexiusculâ spiculis angustiore; glumis orbiculato-obovatis obtusiusculis aequalibus trinervibus valvarum longitudine; vaginis foliisque hirsutis. *Flügge* l. c. p. 154. *α.* spicis longioribus, culmo stricto, foliis villosis: PASP. *setaceum Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 43. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 70. PASP. *dissectum Walt. Fl. carol.* p. 75. PASP. *hirsutum Poiret Enc. meth.* V. p. 28. (excl. syn. *Retz.*). PASP. *pubescens:* „spicis alternis subternis, rhachi lineari flexuosâ, calycibus subrotundis uninerviis glabris, foliis planis pubescentibus, vaginis superioribus pilosis.“ *Mühlenb. medit.* ap. *Willd. Enum. H. Berol.* p. 89. P. *pubescens Mühlenb.*, spicis alternis binis divaricatis, rhachi flexuosâ, calycibus subrotundis uninerviis, foliis intus vaginisque pubescentibus. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 77. *β.* spicis brevioribus, culmo decumbente, foliis hirsutis margine pilis longis ciliatis. PASP. *supinum Bosc ined.* et *Poiret*

Digitized by Google

Enc. l. c. p. 29. PASP. *ciliatifolium Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 44. (*Decand.* citat PASP. *hirsutum Poiret* ad *ciliatifolium Mich.* in suo *Catal. monsp.* 1813. p. 130. *Willd.* in *Enum.* l. c. utrumque junxit.)

Gramen polymorphum; culmi compresso-triquetri, superne filiformes, glabri nunc, nunc pubescentes, simplices aut ramo uno alterove aphyllo florigero; in α stricti, bipedales, in β dimidio breviores, decumbentes geniculati, nodi nudiusculi. Vaginae plus minus villosae aut hirsutae, laxae, subcompressae, in culta subinde glabrae. Ligula inclusa. Folia lineari-lanceolata, basi rotundata plana villosa, in cultâ pubescentia, in β pilis longis ciliata. Spicae 1-3. Rhachis universalis, si adest, 1/2-2pollic., subtriquetra, glabra aut pubescens, axillis pilosis; partialis glabra aut inferne pubescens, convexa, demum explanata, in α 2-3pollic., in β vix sesquipollic.; pedicelli geminati, glabri aut subpubescentes, altero tereti, altero antice alato, alâ in rhacheos costam protuberantem decurrente. Spiculae orbiculato-obovatae, aut ovatae obtusiusculae, subtrifariam imbricatae. Glumae distincte trinerves, aut obscure quinquenerves, glabrae aut tenuissime pubescentes longitudine corollae albidae. *Flügge.* *Michaux* de suo PASP. *setaceo* monet: saepe etiam pedunculum monostachyum e suprema vagina erumpere. α *in aridis Carolinae inferioris*, *Bosc*, *Michaux*, *Mühlenberg*; *in Hispaniola Poiteau* et *Turpin*; β. *in Carolina*, *Bosc*, *Michaux*. 4. *

39. P. *infirmus*; culmo debili summitate setaceo: foliis hirsutis; spicâ plerumque uniciâ tenui; glumis uniseriatis contigue alternis solitariis inconspicue puberulis, brevi obovatis. PASP. *debilis Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 44.

„Etsi *Michauxius* PASPALO *debili* glumas uniseriatas adscribit, „mihi tamen varietas tantum PASP. *setacei* esse videtur, tum „quoniam ejus descriptio in reliquis partibus cum nostro gra„mine perfecte convenit, tum etiam quia locum ei inter PAS„PALUM *setaceum* et *ciliatifolium* assignavit.“ *Flügge l. c.* p. 161. In *maritimis Carolinae et Georgiae.*

---

* *Decandolle* characteribus sequentibus ut species diversas distinxit α et β. Est illi: P. *pubescens*; spicis 3-4 secus rhachin communem pubescentem alternis subsessilibus, rhachi propriâ flexuosâ, glumis subrotundis, subenerviis glabris, foliis planis utrinque pubescentibus, vaginis ad oras et apicem pilosis; et

P. *ciliatifolium*; spicis 2-4 longissime pedicellatis, pedicellis glabris e vagina suprema, rhachi propriâ flexuosâ angustissimâ, glumis glabris subrotundis, alterâ enerviâ, alterâ trinerviâ, foliis planis villosis, vaginis inferioribus hirsutissimis, supremis glabris. *Decand. Cat. monsp.* (1813) p. 130. PASP. *ciliatifolium*, ad quod PASP. *hirsutum* (excl. *Retz*) ducit, ab ipsissimo clo. *Bosc* habuit. Hinc PASP. *capillaceum Bosc* non videtur idem cum DIGITARIA *paspaloidi*, ut autem *Burch.*

Digitized by Google

40. * P. *pilosus Lam.*; spicâ solitariâ, flosculis ellipticis alternis confertis; rhachi pilosâ; foliis villosissimis. *Lam. Illustr. gen.* I. p. 175. *Poiret Enc. meth.* V. p. 28. n. 2.

Culmi graciles villosi flexuosi; spica longa; flosculi subpedicellati; rhachis basi fasciculo pilorum alborum; glumae calycinae exteriores sat manifeste dilatatae; semina albida marginata, subtus concava. Folia longa striata. *Poiret.* In *America calidiore. Richard.* Varietatem fors esse sui PASP. *hirsuti* i. e. *setacei* a *Flügge*, *Poiret* l. c.

41. P. *hirsutus Retz*; spicis alternis subbinatis, rhachi membranaceâ, calycibus multinerviis laevibus, foliis pedicellisque hirsutis. *Retz Obs.* II. p. 7. *Willd. Spec.* I. p. 332.

Culmi erecti foliosi superne pilosi; folia et vaginae undique pilosa, oris barbatis, plana nervosa. Spicae erectiusculae subsessiles alternae, in meo exemplari duae. Rhachis angustior quam in *scrobiculato*. Flores secundi glabri pedicellati, pedicellis pilosis, calycibus 3-5nerviis. *E China* misit *Bladh. Retz* l. c. Maxime affinis *setaceo*.

42. P. *incertus*; spicis duabus sessilibus, unâ terminali, alterâ paullo infra apicem, rhachibus glabris, propriâ flexuosâ gracili, glumis subrotundis uninerviis glabris, foliis planis utrinque villosis, vaginis ad oras et apicem villosis. P. *leptostachyus Decand. cat. H. monosp.* 1813. p. 130. P. *pubescens hortulan.*

Habitat? — Vaginae inferiores molliter villosae rubescentes. 4.

43. P. *dubium*; spicis 3-4, duabus inferioribus longe pedicellatis, duabus superis ad apicem rhacheos communis glabrae sessilibus conjugatis, rhachi propriâ subrectâ, glumis subrotundis subenerviis tenuissime puberulis, foliis planis utrinque pubescentibus, vaginis ad oras et apices villosis. *Decand.* c. *Hort. monsp.* 1813. p. 130. P. *pubescens* et *supinus hortulan.*

Caulis erectus. *Habitat*? 4. — Anne huc: P. *supinus Richard*; spicis alternis (2-3) rhachi lineari flexuosâ submembranaceâ, calycibus ovalibus uninerviis, foliis vaginisque pubescenti-pilosis, culmo adscendente. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 77. In *Baltimore Am. sept.* 4. ?

44. P. *cespitosus Flügg.*; spicis subquaternis alternis; rhachi planâ spicularum latitudine; glumis obovatis obtusiusculis quinquenervibus subpubescentibus; foliis planis glabris. *Flügge* p. 161. PASP. *dissectum Swartz* in PASP. *filiformi Flor. Ind. occid.* I. p. 137. teste *Flügge* l. c. p. 209.

Culmi cespitosi, 1-sped., erecti, tenues, simplices; nodi subpubescentes; vaginae glabrae, fauce non nimis pilosae, ligulâ

Digitized by Google

brevissimâ; folia linearia, imâ basi pilis nonnullis ciliata; spicae 3-4, remotae, sordide virescentes; rhachis universalis circiter tripollic., laevis, axillis subpilosis; partialis 1-1½-pollic. subflexuosa margine scabriuscula; pedicelli gemini sub incurvi; spiculae tri-quatrifariam imbricatae; gluma calycina interior plerumque aliquanto brevior, exterior longitudine corollae laevis stramineae. In *insula Hispaniola Poiteau* et *Turpin*, *in Essequebo Domina van de Moer*. 4.

45. P. *glaber Poiret*; spicis 3-4 alternis; rhachi planâ spicularum latitudine; glumis obovatis obtusiusculis trinervibus, interiore pubescente, exteriore nudâ; foliis (utrinque) glabris subcarinatis. *Flügge* l. c. p. 163. *Poiret Enc. meth.* V. p. 30.

Differt a *cespitoso* staturâ robustiore; spicis spiculisque duplo majoribus etc. Rarissime reperitur parva gluma accessoria. Culmi erecti simplices triped.; nodis glabris; vaginae glaberrimae fauce barbatae; ligula lacerata; folia linearia basi carinata, margine scabriuscula; spicae virescentes, rhachis universalis tripoll., aut parum longior, teretiuscula, superne scabra, axillis subpilosis; partialis bipollic. aut aliquanto longior, apicem versus praesertim flexuosa; pedicelli bipartiti; spiculae trifariam imbricatae; gluma calycina interior atomis rubris, exterior glabra, interdum binervis, longitudine corollae albidae. In *Porto-Rico Ledru*, *Hispaniola Poiteau* et *Turpin*. 4. Cls. *P. de Beauv.* citat Pasp. *glabrum Bosc Ms:* num idem sit cum illo *Poiret*, ignoramus.

46. P. *Forsterianus Flügg.*; spicis subquaternis alternis; rhachi planâ, spiculis paullo latiore; glumis ellipticolanceolatis acutiusculis quinquenervibus glabris, foliis undulatis. *Flügge* l. c. p. 166. Pasp. *undulatum Spreng. Mant.* I. p. 30. n. 5.

Culmus sesquipedalis et ultra, vaginae glabrae; folia lato-linearia, glabra; spicae ex luteo virescentes; rhachis univ. bipollic. et ultra, angulata, laeviuscula; partialis 2-3pollic., flexuosa, margine scabra; pedicelli bi- et tripartiti, triquetri subpubescentes; spiculae subtrifariam imbricatae; gluma calycina interior saepius corollâ straminea nitidâ paullo brevior, exterior longitudine corollae. (Sem. glabrum, ovale *Spreng.*) In *nova Caledonia*. *Forst.* *Ex herb. Forst.*

47. P. *undulatus Poiret*; spicis pluribus, rhachi planâ, spiculis paullo angustiore; glumis ellipticis obtusiusculis quinquenervibus interiore pubescente, exteriore subplicatâ; foliis glabris basi pilosis. *Flügge* l. c. p. 168. *Poiret Enc. meth.* V. p. 29. (ex herb. auct.). P. foliis subcarinatis margine scabris basi ciliatis, vaginis glabris, spicis pluribus, rhachi planâ glabrâ margine scabra, spiculis bi- aut quadriseriatis paullo angustiore, glumâ calycinâ inferiore pubescente, superiore glabrâ undulato-plicatâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov.*

Digitized by Google

gener. et *spec.* I. p. 93. PASP. *plicatulum Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 45. PASP. *plicatum Pers. Syn.* I. p. 68. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 71. P. *paniculatum Walt. Fl. Carol.* p. 75? ex *Purshio.*

Variat: foliis planis; spiculis apice spicae quadriseriatis; glumâ superiore laevi nec undulato-plicatâ; paleis albidis. H. et B. Culmi biped. et ultra erecti, basi subdivisi; nodi glaberrimi; vaginae glabrae, margine subciliatae, fauce nudae, ligulâ brevi fuscâ; folia linearia carinata, supra, basin versus, margine pilis longis; spicae 5-12 fuscae; rhachis universalis 3-5poll., scabriuscula, semiteres, superne triquetra, axillis subpilosis; rhachis partialis 1-3poll., apicem versus flexuosa; pedicelli gemini subpubescentes; spiculae trifariam imbricatae; gluma calycina exterior glabra, longitudine corollae fusco-nigricantis nitentis punctulatae. In *Portorico, Ledru; Georgia et Florida, Michaux; in nova Granata prope Fusagasuga, Pandi, Humb.* et *Bonpland.* 4.

48. P. *Boscianus Flügge;* spicis pluribus; rhachi planâ rectâ spiculis paullo latiore; glumis subrotundis obtusis glabris quinquenervibus; foliis basi pilosis. *Flügge* l. c. p. 170. P. *brunneus Bosc ined.*

Culmi erecti bipedales et ultra nodis glabris; vaginae internodiis longiores glabrae ligulâ subexsertâ; folia linearia plana glabra, ima basi intus pilis adspersa, margine scabra; spicae 6-7 alternae fuscae; rhachis universalis 3-4poll., angulata, axillis subpilosis; partialis 2-3poll. recta aut subarcuata; pedicelli geminati, superiores saepius solitarii; spiculae irregulariter imbricatae; glumae calycinae aequales, corollinae castaneae nitentes punctulatae, longitudine calycinarum. Similis *scrobiculato* α et β, sed differt: spicis copiosioribus, pedicellis longioribus geminis aut bipartitis, valvâ exteriori plano-concavâ, nec convexiusculâ. In *Carolina Bosc.*

49. P. *macrospermus Flügge;* spicis duabus alternis; rhachi planâ spiculis angustiore; glumis ellipticis obtusiusculis glabris quinquenervibus; foliis basi pilosis. *Flügge* l. c. p. 173. PASP. *glabrum Bosc inedit.*

Culmi circiter tripedales, erecti, nodis glabris; vaginae compressae fauce pilosae, superiores longissimae glabrae, internodiis breviores; inferiores hirsutulae iisdem longiores; ligula brevis; folia linearia subcarinata; inferiora hirsutiuscula, superiora duo undique glabra; rhachis univ. pollicaris, laeviusculâ, axillis pilosis; partialis 2-3pollic., flexuosa; pedicelli gemini incurvi scabri; altero in utraque spicae extremitate saepius abortiente; spiculae rhachi mediâ trifariam imbricatae; glumae calycinae aequales longitudine corollae stramineae punctulatae. In *Carolina Bosc.* 4. Huc clo. *Flügge* referendus *videtur*

48.* P. *floridanus Mich.;* erectus, foliis inferioribus pilosis, superioribus glabris erectis; vaginis longissimis, spicis

erectis paucioribus, glumis biseriatis suborbiculatis majusculis, glabris, laevibus. *Michaux Fl. Bor. Amer.* I. p. 44. *Pers. Syn.* I. p. 86. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 71. qui huc et P. *paniculatum Walt. Fl. Carolin.* p. 75, cum? trahit, quem et ad *undulatum*.

In *Florida et Georgia*. Affinis PASP. *virgato*. *Mich.*

50. P. *convexus H.* et *B.*; spicis subternis alternis; rhachi planâ spiculis hemisphaericis angustiore; glumis subrotundis obtusis glabris quinquenervibus; foliis undique pilosis. *Flügge* l. c. p. 175. P. foliis planis utrinque papilloso-hirsutis; vaginis glabris ciliatis; spicis subtribus alternis; rhachi planâ glabrâ spiculis quadriseriatis angustiore; glumis calycinis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 91.

Culmus erectus sesquiped. aut altior nodis glabris; vaginae superiores glabrae, internodiis breviores, ligulâ albidâ inclusâ; folia linearia (lineari-lanceolata) plana pilis rigidis, summum brevissimum glabrum; spicae remotae; rhachis univers. semicylindrica laevis sesquipoll., axillis pilosis; partialis 1-1 1/2poll., dimidiam lineam latae, apicem versus flexuosa, margine laevis; pedicelli gemini subpubescentes; spiculae hinc planae, illinc valde convexae, subtrifariam imbricatae; glumae calycinae (quinquenerviae H. et B.) aequales, longitudine corollae fusconigricantis nitentis. In *apricis montis ignivomi Jorullo*. 4.

51. P. *macrophyllus H.* et *B.*; foliis planis glabris ciliatis; vaginis pilosiusculis; spicis quinque alternis; rhachi planâ glabrâ spiculis quadriseriatis angustiore; glumis calycinis pilosiusculis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 92.

Culmus striatus, glaber; nodi glabri; folia late linearia, acuminata, basi rotundata, pedalia; vaginae subciliatae; ligula elongata; spicae sessiles distantes, patentes; rhachis communis compresso-angulata, striata, glabra, 1-3poll.; partiales planae, glabrae, basi barbatae, 1-2poll., dimidiam lin. latae; spiculae geminae, pedicellatae; glumae obovatae, acutiusculae, fuscescentes, inferiore concavâ, superiore planâ; corollinae nitidae, glabrae, longitudine calycinarum. In *temperatis siccis Novogranatensis regni prope Ibague et Contreras*. 4.

52. P. *lenticularis H.* et *B.*; foliis glabris margine cartilagineis et scabris, interne, basin versus, papilloso-pilosis; vaginis ciliatis; spicis numerosis paniculatis subalternis; rhachi planâ glabrâ, spicularum quadriseriatarum latitudine; glumis calycinis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 92.

Rad. fibrosa; culmus striatus glaber uti nodi; folia linearia plana striato-nervosa, interne basin versus papilloso-pilosa;

Digitized by Google

vaginae glabrae; ligula brevissima, rotundata; spicae 10-14, sessiles, rarissime oppositae, patulae; rhachis communis angulata, quadripollicaris; partiales planae glabrae, inferiores bipollicares, superiores pollicares, dimidiam lineam latae; spiculae geminae; glumae subrotundo-ellipticae obtusae membranaceae uninerviae glabrae fuscae; corollinae subrotundae, longitudine calycinarum, fuscae, nitidae. In *regione montana et subalpina nov. Andalasiae, in monte Cocollar in valle Caripensi et juxta Cumanacoa.* 4.

53. * P. *lentifer Lam.;* spicis subsenis; rhachi planâ spiculis compressis angustiore; glumis subrotundis obtusis glabris trinervibus; foliis glaberrimis. *Flügge* l. c. p. 177. *Lam. Illustr.* I. p. 175. *Poiret Enc. meth.* V. p. 30.

Culmus bipedalis et ultra simplex erectus nodis glabris; vaginae glaucae glabrae fauce nudae, superiores circiter octopollicares, internodiis breviores, ligulâ brevi fuscâ; folia linearia plana glauca margine scabra; spicae 4-6 alternae remotae; rhachis univ. tripollicaris aut paullo longior, laevis, axillis pilosis; partialis sesquipollic., recta plana margine scabriuscula, pedicellis geminis incurvis; spicae valde compressae, lentis minoris magnitudine, subtrifariam imbricatae; glumae calycinae aequales laete virides, rore glauco, longitudine corollae albidae punctulatae. In *Carolina. Bosc, Fraser.* PASPALUM *praecox*, spicâ compositâ spiculis alternis basi villosis, 5 s. pluribus, *trium* ordinum florum, glumis calycinis aequalibus rhachi membranaceâ angustâ, antheris luteis, stigmatibus purpureis. (Flos medius sessilis.) *Walt. carol.* p. 75. P. *praecox Walt.* erectum glabrum, foliis angusto-longis, spicis remote alternis, glumis brevibus obovatis laevibus glabris *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 44., quae a Carolina ad Floridam, aut haec ipsa, aut species valde affinis est. *Flügge.* — *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 71. huc ducit PASP. *laeve Mich.* et *membranaceum Walt. carol.* p. 75. et PASP. *praecox* refert ad CYNODON *Dactylum. Pal. de Beauvois* cum? adduxit P. *lentiferum Linn.*, quod forte *Lam.*

54. * P. *paniculatus;* spicis numerosissimis; rhachi subtriquetrâ glabrâ, spiculis duplo fere angustiore; glumis obovato-orbiculatis retusis pubescentibus trinervibus; foliis pilosis. *Flügge* l. c. p. 180. *Linn. Sp. Pl.* I. p. 81. *Willd. Spec.* I. p. 331. (uterque exclus. synon. *Sloane*). *Gaertn. Fruct.* II. p. 2. t. 80. f. 2. *Poiret Enc. meth.* V. p. 32. et P. *hemisphaericum* l. c. p. 31. (ex herb. auct.).

Culmi erecti, 3-4pedal.; vaginae internodiis longiores, pilosae, fauce valde barbatae, suprema saepius glabra; ligula brevissima; folia lato-linearia plana pilis appressis rigidiusculis; spicae 30-40, approximatae graciles verticillatae, geminae aut solitariae; rhachis univ. circiter quinquepollic. angulata laeviuscula, axillis pilosis; partialis apicem versus flexuosa, inferiores bipollicares et longiores, superiores dimidio breviores; pedicelli bipartiti, spiculae tri- aut quadrifariam imbri-

Digitized by Google

catae; glumae calycinae aequales, atomis rubris, corollae albidae longitudine. In *Jamaica Linne*, *Portorico Ledru*, *Cayenne Thuillier*. 4. *Walteri* PASP. *paniculatam*, paniculâ longâ, spicis angustis longis, floribus alternis acutiusculis *duplici ordine digestis Walt. carol.* p. 75. clo. *Flügge l. c.* p. 183 diversa videtur, et a clo. *Pursh* cum dubio refertur ad *plicatum*.

55. P. *patulus;* spiculis filiformibus paniculatis, alternis, floribus subpedunculatis, foliis glabris. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 78.

Affinis P. *paniculato*, sed praeter notas indicatas differt adhuc spiculis tenerioribus. *Hab.* — — 4.

56. P. *strictus Pers.;* paniculato-polystachyus, spicis approximatis, vaginis longis hirsutis, ligulâ villosâ. *Pers. Syn.* I. p. 86.

Gramen magnum. In *Antillis et S. Domingo*. Fors ad praecedentem *paniculatum Flügge*.

57. P. *tenellus H. paris.;* spicis pluribus; rhachi planâ glabrâ spicularum latitudine; glumis obovatis obtusis trinervibus, foliisque utrinque pubescentibus. *Flügge. Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 89. *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 130. *H. monsp. inedit.* t. 77. P. *pubescens Hortulan.* P. *elegans Flügge* l. c. p. 184.

Nomen ineptum, cum sit planta robustior; culmi inferiore parte crassitie pennae cygneae. Culmus 2-3ped., simplex erectus, nodis glabris pubescentibusve; vaginae teretes internodiis longiores, pubescentes, fauce barbatae; ligula exserta; folia lineari-lanceolata, plana, margine ciliata; spicae 9-12, alternae, solitariae aut rarius geminae; rhachis univ. 4-6pollic., laeviuscula axillis pilosis; partialis 1½-2pollic., spiculis subinde latior, recta, margine scabra; pedicelli breves, gemini; spiculae quadrifariam imbricatae; glumae calycinae (*Willdenowio* uninerves), rubro-punctatae, rarius albidae, interior brevior, exterior longitudine corollae albidae. *Habitat*? *Berolini in caldario*, *Monspelii sub dio*. 4.

58. P. *densus Poir.;* spicis numerosissimis; rhachi planâ spicularum latitudine margine pilosâ; glumis subrotundis retusis undique glabris trinervibus; foliis glabris margine scaberrimis. *Flügge* l. c. p. 186. *Poiret, Enc. meth.* V. p. 32.

Speciosissimus! Culmi superne compresso-triquetri angulis rotundatis; vaginae laxae longissimae glabrae nervosae nervis anastomosantibus, fauce nudae, ligulâ brevi. Folia lato-linearia plana acuminata glauca, margine serrulata; spicae 40-60 confertae, inferiores solitariae, superiores verticillatae. Rhachis univers. 6-9pollic., angulata, apicem versus pilosa; partialis 1-3pollic., spiculis saepe paullo latior, margine pilis

Digitized by Google

longis; pedicelli bipartiti ciliati; spiculae quadrifariam imbricatae; glumae calycinae aequales stramineae, longitudine corollae albidae. In *Portorico. Ledru.* 4.

59. * P. *virgatus*; spicis pluribus; rhachi planâ spiculis paullo angustiore; glumis obovato-orbiculatis obtusis quinquenervibus apice plerumque hirsutis; foliis glabris margine scaberrimis. *Flügge* l. c. p. 189. quo auctore:

α. Linnaeanus: spicis 10-12; rhachi margine pilosâ; glumis apice hirsutis. — *Linn. Sp. Pl.* I. p. 81. *S. N.* II. p. 86. *S. V. Murr.* p. 105. *Gaertn. Fruct.* II. p. 1. t. 80. f. 1. *Poir. Enc. meth.* V. p. 31. *Sloane* t. 69. f. 2.

β. Schreberianus: spicis circiter 30, rhachi margine subpilosâ, glumis undique glabris.

γ. Jacquinianus: spicis 6-12, rhachi margine villosulâ, glumis apice hirsutis. *Jacq. Coll.* I. p. 112. *Ic. rar.* t. 11.

δ. Willdenowianus: spicis 7-8, rhachi margine serrato-ciliatâ, glumis apice hirsutis. *

Rad. crassa, in δ repens; culmi 3-4ped., erecti, caespitosi, simplices, nodis glabris; vaginae laxae glabrae, internodiis longiores fauce barbatae; inferiores margine praesertim pilosae, ligulâ brevissimâ; folia lato-linearia plana basi carinata; spicae 6-30, alternae, rarius geminae, erectae, tandem patentes; rhachis univers. 5-7pollic., laevis superne scabra, axillis pilosis; partialis 3-4pollic., recta, in α et β margine pilosa, in γ villosula, in δ serrato-ciliata; pedicelli gemini; spiculae compressae, quadrifariam imbricatae; glumae calycinae aequales, plerumque adspersae punctis rubris, rarius glabrae, longitudine corollae fuscae punctulatae. *α in Jamaica Linn., Portorico Ledru; β in Americ. merid. Schreb.; γ in Caribaeis Jacq.; δ in siccis prope Param Brasiliae. Willd. In calidissimis apricis exustis Cartagenae de Indias Humb.* „Valvula calycis exterior brevissima“ ut *Linnaeus* monuit, non est, fide herb. ejus, sed calycis glumae aequales. — PASPALUM *quadrifariam Lam.*, spicis pluribus erectis subpaniculatis, glumis ovatis tri-quadrifariis, rhachi pilosâ, *Lam. Illustr.* I. p. 176. huic assimile esse *Poiret* p. 31. *l. c.* et *Flügge* p. 193. testantur, et forte meram constituere varietatem. — „PASP. *virgato* est multo minor omnibus partibus; culmi recti juncei, foliis rigidis, laevibus, mediocris longitudinis, margine involutis, acumine longo duro attenuato; spicae breves numerosae inaequales rectae in racemo paniculato; flores subquadrifarii

* *Kunth*, qui in *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen. plant.* I. p. 91. PASPALUM *virgatum* adducit ex *Flügge*, γ et δ conjungit sequente definitione: foliis planis glabris margine scabris; vaginis glabris fauce barbatis inferioribus margine pilosis; spicis pluribus; rhachi planâ margine pilosiusculâ spiculis quadriseriatis paullo angustiore; glumis calycinis margine hirsutis rarius glabris.

Digitized by Google

in rhachi basi pilosâ; valvulae calycinae ovatae obtusae, semine albo ejusdem figurae. Flores geminati in pedunculo brevi, interior minor. In *Monte-Video. Commers.* —" „*Walteri* PASPALUM *virgatum* [a *Parshio, Fl. Am. Sept.* I. p. 71, dubitanter quidem, ad P. *floridanum Mich.* relatum.] a nostro distinguendum esse probabile videtur quod *Michaux* nullam hujus mentionem faciat:" PASPALUM *virgatum*, spicâ compositâ, spiculis 10-11 secundis alternis basi villosis, ordine quadruplici, pedunculis bifloris, culmo suberecto; calycibus aequalibus, foliis longis purpurascentibus intus ad faucem subvillosis. *Walter Fl. carol. p.* 75. — *Flügge.*

PASPALUS *scrobiculatus* γ et δ.

60. P. *laxus Lam.*; spicis alternis laxis, inferioribus pedunculatis; floribus ovatis pedicellatis geminis. *Lam. Ill.* 1. p. 176. *Poiret Enc. meth.* V. p. 30. Multum affinis PASP. *virgato Linn.* (excl. *Sloane*).

Culmus flexuosus, inprimis articulationibus ultimis; folia glabra, ensiformia, ad oras vaginarum fasciculo pilorum albidorum. Spicae paucae divaricatae, flores uniseriales brevissime pedicellati; rhachis angusta flexuosa basi villosa. *Poiret.* In *America meridionali.* 2.

Quum classicus de PASPALIS auctor, *Flügge*, sequentibus *Lamarckianis* sedem certam assignare non est ausus, nos non facile circulum cuum vel his, vel novis speciebus turbabimus, sed coronidis loco adjicimus.

61. P. *nutans Lam.*; spicâ unicâ nutante, flosculis alternis ellipticis hinc compressis glabris, folio villoso. *Lam. Illustr.* n. 922. *Poiret Enc. meth.* V. p. 28. n. 1.

Culmus debilis glaber subflexuosus, foliis longis angustis; vaginae glabrae margine ciliatae, ad articulos nigrae; flosculi altero latere fortiter convexi brevissime pedicellati; valvulae fere orbiculares, laevigatae albae; rhachis angusta, vix membranacea. In *America merid. Richard.*

62. * P. *coromandelianus Lam.*; spicis alternis sessilibus, floribus orbiculatis bifariis glabris, rhachi semiseptiferâ. *Lam. Illustr.* p. 175. *Poiret Enc. meth.* V. p. 31.

Culmi recti, folia glabra lata striata; vagina saepe e fusco purpurascens, margine plus minus ciliata, fusca, ad articulationes villosa. Spicae subcurvatae; valvulae calycinae rotundatae glabrae, nervis pluribus prominulis medio gibbosis. Semina rotunda lucida nigro-fusca, in totidem loculis a membrana septiformi inclusa. *Poiret*, qui P. *scrobiculatum Linn.* cum? huc ducit. In *Coromandel. Sonnerat.*

63. P. *dilatatus Poir.*; spicis ternis, unâ sessili, alteris longe pedunculatis, flosculis quadrifariis secundis. *Poiret Enc. meth.* V. p. 205.

Digitized by Google

Spicae latiores quam in reliquis. Culmi recti compressi, involuti foliis glabris nervosis dilatatis, apice attenuatis in acumen subulatum; flosculi ovati subsessiles unilaterales; rhachis angusta recta glabra; spicae alternae crassae; *Poiret.* In *Buenos-Ayres. Commerson.*

64. P. *gracilis Rudge;* paniculâ longâ simplici, spicis plurimis alternis binatisque, rhachi acuminatâ, floribus distichis. *Rudge gujan.* p. 20. t. 26.

Culmus in specimine abscisso pedalis teres glaber erectus, vaginis foliorum tectus; folia lineari-lanceolata pilis minutis adpressis retrorsum scabriuscula, carinata, margine aspera. Vaginae longae pilosae inflatae culmum obducentes, stipulis 4-5 setaceis minutulis. Rhachis complanata, subtus tecta floribus sessilibus duplici serie laxe imbricatis. Spicae patentes erectiusculae angustae sesquiunciales, 20-30. Habitus CHLORIDIS *gracilis* aut DINEBRAE *arabicae.* Praealta, fors. arborescens In *Guyana.*

65. P. *compactus Roth;* spicis numerosissimis verticillatis fasciculatis compactis simplicibus, rhachi triquetrâ, dorso planâ, margine asperrimâ, spiculis aequali, glumis ellipticolanceolatis obtusis; exteriore quinquecostatâ, vaginis foliorum setoso-scabris, superne carinatis. *Roth nov. plant. spec. Ms.* PANICUM *imperfectum Roxb.*

Habitus PANICI vel DIGITARIAE, at verus PASPALUS: spiculae elliptico-lanceolatae pediculatae ternae et quaternae subfasciculatae, pedicelli asperrimi. In *India orientali Heyne.*

66. P. *sumatrensis Roth;* spicis quaternis unilateralibus remotis, rhachi rectâ planâ, margine argute serrulatâ, spiculis compressis duplo latiore, glumis subrotundis obtusis glabris, culmo compresso, foliis linearibus complicatis cum vaginis praelongis ancipitibus glabris. *Roth nov. plant. spec. Ms.*

Spicae tres, unilaterales, cum terminali solitaria, bipollicares, basi setosae. In *India orientali. Heyne.*

67. P. *puberulus;* spicis alternis distinctis sessilibus, flosculis ovatis, glumis pubescentibus, valvulâ exteriore trinervi, foliis planis, supra pilosis scabris, margine incrassato denticulato. P. *pubescens R. Brown Prodr.* I. p. 188.

In *novae Hollandiae ora orient. et septentr. inter tropicum.*

68. P. *littoralis;* spicis conjugatis subinaequaliter pedunculatis, flosculis ovatis acutis glabris, foliis involutis, culmo compresso. *R. Brown* l. c.

Cum praec. et in Port-Jackson.

Digitized by Google

69. P. *fimbriatus H.* et *B.*; foliis planis ciliatis; vaginis pilosiusculis; spicis subtribus; rhachi planâ glabrâ ciliatâ, spicularum quadriseriatarum latitudine; glumis calycinis margine fimbriato-alatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 93. t. 28.

Rad. fibrosa; culmus erectus pedalis striatus glaber, uti nodi; folia late linearia acuminata striata, basin versus tantum pilosiuscula; vaginae ciliatae; ligula brevissima glabra; spicae sessiles. Rhachis communis anceps compressa striata glabra, partiales planae, membranaceae; spicae geminae pedicellatae. Glumae calycinae binae subaequales subrotundae uninerviae, inferior convexo-plana obtusa, apice mucronata, margine fimbriato-alata, ciliata, superior plana obtusa mutica, unico tantum latere fimbriato-alata et ciliata. Glumae corollinae binae subrotundae obtusae subaequales muticae coriaceae longitudine calycis glabrae albidae. Antherae tres lineares. Stigmata penicilliformia. Semen lenticulare corollâ tectum. Differt a PASPALO glumis calycinis. In *siccis Novogranatae prope Ibague.* 4.

70. P.? *cochinchinensis*; spicâ secundâ lineari glabra. PHLEUM *cochinchinense Loureir. cochinchin.* I. p. 61.

Willdenow suffragante *Flügge*, suspicatur PHLEUM hocce esse PASPALUM. *Loureiri* descriptio haec est: „gramen 2-pedale, culmo tereti gracili suberecto. Folia subulata longa. Spica secunda, simplex linearis longissima glabra erecta, receptaculo communi ad unum latus articulate excavato, arcte includente singulos flosculos, quin promineant. Cal. bivalvis, unifiorus, truncatus cuspidatus.“ In *Cochinchina.*

71. P.? *Lagascae*; spicis alternis secundis, basi pilis fasciculatis, floribus alternis geminis pubescentibus. P. *pubescens Lagasca nov. gen. et spec. diagn.* p. 2. n. 21.

Ex tam brevi diagnosi locus certus non facile erat assignandus, licet quibusdam notis conveniat cum P. *tenello.* In *Havana.* 4. Semina missa ao. 1804 per Dominos *Sessé* et *Espinosa.*

217. AXONOPUS.

1. A. *digitatus P. de B.*; spicis digitatis subquaternis subsessilibus, flosculis muticis adpressis secundis, foliis margine cartilagineo-serratis. MILIUM *digitatum Swartz Prodr.* p. 24. *Fl. Ind. occ.* I. p. 181. *Willd. Spec.* I. p. 359. AGROSTIS *digitata Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 258. n. 81.

Culmi simplices glabri pedales, filiformes basi compressi; folia brevia lanceolata glabra striata; vaginae compressae ore et inferiores totae villosae. Spicae bipollicares. Pedicelli brevissimi, flosculis 2 inaequalibus. Valvulae calycinae margine ciliatae, corollinae lanceolatae acutae. Semina fusca. In *Jamaica.* ⊙.

2. * A. *cimicinus P. de B.*; paniculâ umbellatâ, racemis subquaternis, glumâ calycinâ alterâ ciliatâ. PANICUM

Digitized by Google

cimicinum Retz Obs. III. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 344. MILIUM *cimicinum Linn. Mant.* p. 184. AGROSTIS *cimicina Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 258. et AGROST. *digitata* n. 20. (ubi tamen A. *parviflora*).

Culmi pedales erecti seu ascendentes laeves. Folia lanceolata laevia ciliata, vaginis culmos inferne includentibus pilis raris adspersis. Pedunculus longus, spicis secundis simplicibus laxis erectiusculis. Flores alterni. Calycis valvula major ovata, trinervia, acuta, planiuscula, molliter denseque ciliata. Valvula altera lanceolata brevior nuda. Petalum exterius aristâ terminali rectâ, interius angustius. Flos totus decidit cum semine, quod mediantibus ciliis refert qualitercunque cimicem. — Corollae glumam alteram, quae ab aristatae margine excipitur, non observavit ill. a *Linne*, sed calycis glumam minorem pro corollina habuit. *Retz.* In *Malabariae et oppidi Johannis plateis. Koenig. In Jamaicae pratis aridis. Perr.* ⊙.

3. A. *Poiretii;* paniculâ elongatâ, pedunculis subverticillatis, glumis compressis; valvulis calycinis inaequalibus muticis; exteriore acutâ longiore; semine ovato fusco. AGROSTIS *compressa* s. MILIUM *compressum Poiret Enc meth. Suppl.* I. p. 259. n. 78.

Culmi 2-3pedales, glabri; folia longissima angusta; vaginae glabrae, margine superius et ore ciliatae. Panicula recta fere pedalis, valvula calycina exterior acutissima, interiore obtusâ duplô longior. Valvula corollina longior breviori calycinae opposita acuta, concava, brevior plana obtusa. Semina fusconigra ovalia obtusa. In *Carolina. Bosc.*

3. A. *aureus P. de B.;* spiculis basi pilis brevibus aureis involucratis. *Palis. de Beauv. Agrost.* p. 12. PASPALUM *aureum* foliis planis margine scabris, vaginis glabris, spicis (sub-) digitatis, rhachi planâ interne margineque papilloso-setosâ, spiculis biseriatis latiore, glumis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. plant. gen.* et *spec.* I. p. 93. t. 27.

Culmus erectus, sesquiped., glaber, nodis pilosis; folia linearia acuminata novemnervia. Ligula brevissima ciliata. Spicae circiter 5. Rhachis communis angulata glabra semipoll.; partiales bipoll., interne margineque papilloso-setosae, setis aureis spiculas superantibus. Spiculae solitariae unilaterales sessiles. Glumae calycinae oblongae acutae fuscescentes subaequales, corollinae fuscae. In *pascuis siccis apricis regni Novogranatensis prope Mercadillo et Picala.* 2.

Huc quoque cum? retulit *P. de Beauv.*, nomine AXONOP. *panicei*, PASPALUM *filiformem.*

218. MILIUM.

1. M. *nigricans Ruiz* et *Pav.*; floribus paniculatis confertis, valvulis calycinis nitidis nigrescentibus, foliis ensifor-

Digitized by Google

mibus longissimis. *Flor. peruv.* I. p. 47. *Pers. Syn.* I. p. 73. Agrostis *nigricans Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 259.

Colitur in Pillao, Cuchero ubi Maiz de Guinea audit. Culmi alti foliosi, flosculi incrassati.

2. * M. *effusum;* paniculâ diffusâ, floribus muticis (ovatis dispersis). *Linn. Fl. suec.* p. 55. 61. *Willd. Spec.* I. p. 360. *Koel. Gram.* p. 66. *Smith Fl. brit.* I. p. 75. *Engl. bot.* t. 1106. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 197. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 54. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 35. *Fl. carp.* n. 55. *Hall. Hist.* n. 1525. *Curt. Fl. lond.* IV. t. 12. *Fl. Dan.* t. 1143. *Host Gram. austr.* III. t. 22. *Svensk bot.* t. 162. Agrostis *effusa Fl. franç.* III. n. 1518. et *Lam. Illustr* n. 815. Miliarium *effusum Mönch. meth.* p. 204. β. Var. triplo major *Gaud.* l. c.

Rad. repens. Culmi 2-4pedales, erecti. Folia lanceolata acuta ad oras scabra, superiora erecto-patentia, 6poll.-4pedes longâ, 3-4 lin. lata, inferiora plus minus pendula. Vaginae teretes glabrae, ligulâ exsertâ obtusâ, serius lacerâ. Panicula semipedalis, pedalis, apice demum nutans. Rhachis superne scabriuscula. Rami 5-6 fasciculati alterni, sub anthesi horizontales, demum nutantes. Flosculi ventricosi virides, vel e purpurâ et viridi varii (in Lapponiâ fere majores). Glumae omnes fere aequales longitudine, calycinae obtusae, trinerves scabrae, corollinae acutiusculae, laevissimae cartilagineae. Odor gratus Asperulae. In *Europae et Caucasi nemoribus umbrosis.* 4.

3. M. *vernale MB.;* paniculâ compositâ; spiculis alternis approximatis acutis muticis, radice annuâ. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 53. n. 133. Agrostis *vernalis Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 259.

Differt a M. *effuso* simili, praeter characteres datos, staturâ humiliore, foliis multo angustioribus, spiculis confertioribus. In *Tauriae et Caucasi subalpini collibus.* ☉.

4. * M. *confertum;* floribus paniculatis confertis. *Willd. Spec.* I. p. 360. ex *Scheuchzero Gram.* p. 134.

Testante *Gaudin Agrost. helv.* I. p. 56, cujus amicus *Gay* in loco a *Scheuchzero* indicato nil nisi M. *effusum* invenerat, delendum esse videtur. Omisit et cls. *Hoffm.* in *Fl. germ.* ed. alterâ. *Poiret* β fecit *effusi* in *Enc. meth. Suppl.* I. p. 258. cum cl. *Gaud.* in *Fl. Helv. Ms.* „Nonnisi staturâ triplo fere altiori et partibus omnibus multo majoribus a *vulgari* differt, nec confertiores, nec coloratas (ut ait *Persoon Syn.* I. p. 74.) habet spiculas. *Gaud.* In *monte Cera.*

5. M. *rigidifoliam;* paniculâ simplici pauciflorâ, ramis brevibus, glumis ovato-concavis muticis, foliis brevibus utrin-

Digitized by Google

que attenuatis apice subulatis. AGROSTIS *rigidifolia Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 257.

Humilis; culmi firmi glabri; folia dura, pollicaria, lanceolatâ, striata, medio plana, apice involuta, nervis albis. Vaginae glabrae orificio pilosae, foliis breviores, omnemque culmum vestientes. Panicula 1-2pollicaris; flosculi glabri parvi ovati obtusi; glumae calycinae corollinis vix majores, quae fusconigrae, valvulis minimis crassis subinaequalibus subhemisphaericis apertis caducis. In *S. Domingo. Herb. Desfont.*

6. M. *capillare Roth;* paniculâ capillari effusâ, floribus muticis, glumis oblongis aequalibus, foliis utrinque cum vaginis pubescenti-scabriusculis. *Roth nov. plant. spec. Ms.*

Panicula semipedalis, ramosissima, ramorum axillis barbatis; pedicelli longi uniflori; Calyx fructus hinc debiscens. In *India orientali. Heyne.*

7. M. *amphicarpon Pursh;* paniculae ramis strictis simpliciusculis, floribus masculis alternis pedunculatis, floribus femininis in scapis unifloris radicalibus vaginatis demum subterraneis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 62. Tab. 2.

Culmi plures teretes sesquiped. et ultra; folia lato-linearia striata, geniculis breviora, undique pilis longis albidis rigidis tuberculo insidentibus; vaginae teretes striatae, suprema aphylla, pilosae ut folia; ligula barbata. Panicula terminalis pauciflora, pedicellis florum clavatis flosculis omnibus masculis; glumae oblongae acutae nervosae aequales glabriusculae; flosculi feminei primum erecti, dein reflexi, maturo semine magni subrotundi subterranei. In *campis arenosis New-Jersey prope Egg-harbour.* — Denuo examinandum esse monet cl. *Pursh.* l. c. An reverâ MILIUM?

8. M. *gallecicum*; paniculâ capillari subpatente, ramis flexuosis tenuissimis, calycis valvulis patentibus obtusissimis. M. *gallecicum H. matr? gorenk?* AGROSTIS *gallecica Hortnl?* AIRA *capillaris Lagasca varied. de Cienc.* (fide speciminis a clo. *Zea* missi).

Rad. fibrosa, culmos plures emittens, tripollicares et spithamaeos. Folia radicalia in nostro desunt. Culmi teretes striati glabri, adscendentes, vaginis laxiusculis striatis glabris tecti. Ligula longissima acuminata utrinque ad vaginae oram margine lato membranaceo decurrens. Folia inferiora minus bene conservata describere non audemus, emarcida enim sunt florente planta; caulina duo patentiusculo-erecta videmus, planiuscula, apice subconvoluta, scabriuscula, pilis brevissimis rigidiusculis, inferius bipoll. supremum pollicare. Paniculae 3lin. et 3poll. in eodem individuo; sic et rami vix lineares et pollicares; rami bispiduli, ramuli et pedunculi apice incrassati tenuissimo capillo vix crassiores. Valvulae calycis vix 2/3 lin. longae, aequales, ovatae, compressae, flavo-virentes, altera subtrinervis, altera enervis, utraque carinâ aculeolata, apice

Digitized by Google

parum pubescens. Cor. calyce triplo fere minor, tenuissime membranacea, valvulis subaequalibus, apice inaequaliter truncatis. Antherae purpureo-fuscae, calycem vix excedentes, sat magnae. In *Gallecia*. *Zea* misit.

9. * M. *globosum Thunb.*; paniculâ patulâ, glumis muticis, pedicellis cingulo luteo. *Thunb. Fl. jap.* 49. *Willd. Spec.* I. p. 360. AGROSTIS *globosa Poir. Enc. meth. Suppl.* I. p. 257. Anne PASPALUS affinis *punctato* vel *annulato? Flügge* l. c. p. 135.

Culmi recti simplices pedales et ultra, foliis asperis striatis lanceolatis, 3-4poll., margine ciliatis. Panicula subovata, pedunculi capillares flexuosi. Valvulae calycis ovatae obtusae glabrae fusco-virides. *Thunb.* In *Japonia.*

10. * M. *capense*; paniculâ capillari, calycibus acuminatis, corollae aristâ terminali curvâ. *Linn. Mant.* p. 185. *Willd. Spec.* I. p. 359. AGROSTIS *capensis Lam.* teste *Poir. Enc. meth. Suppl.* I. p. 259. (*Willdenow* non vidit).

Culmi palmares laeves teneriores. Folia angusta, subtus sparsa pilosa, fauce barbata. Panicula undique dispersa. Pedicelli pilo fere teneriores. Cal. valvulis ovatis, subventricosis, acuminatis, longitudine aequalibus. Semen longitudine calycis. Arista terminalis, curvata, flore longior. *Ad promont. b. spei.*

11. M. *tomentosum*; paniculâ laxâ, capillaceâ, pedicellis unifloris, calycibus bivalvibus striatis membranaceis, flosculis ovalibus parvis. *Koenig. Rottler* ap. *Willd. Act. am. n. c. berol.* IV. p. 220.

Gramen pilis mollissimis albis densis, saepius tripedale. *Ind. orient.*

12. M. *velutinum*; spicis 8-9 alternis filiformibus, flosculis exaristatis subpubescentibus geminatis inaequaliter pedicellatis, foliis et imprimis vaginis molliter breviterque velutinis. *Decand. Hort. Monsp. cat.* (1813) p. 126. M. *filiforme Sessé* (non PANICUM *filiforme*) in horto Matrit.

Habitus DIGITARIAE; spiculae tripollicares subpatentes gracillimae subpurpurascentes. *Decand.* In *Mexico*. ⊙. An PASPALUM *filiforme?*

Obs. MILIUM *filiforme Lagasc.*; culmo adscendente radicante, vaginis hirsutis, paniculâ subdigitatâ patente filiformi, floribus breviter pedicellatis, calycibus ciliatis, *Lagasc. gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 2. n. 22. est planta perennis, cujus semina misit *e nova Hispania D. Sessé* ao. 1804.

13. M. *microspermum Lag.*; culmo decumbente ramosissimo; paniculâ patulâ capillari, floribus muticis. *Lagasca* l. c. n. 23.

Hab. in nova Hispania. D. Sessé. ⊙.

Digitized by Google

14. M. *lanatum;* foliis convolutis glabris; paniculâ ramosâ ramis patulis; glumis calycinis externe piloso-lanatis. PASPALUS *lanatus Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 94. t. 29.

Culmus 2-3ped., glaber, compressus; nodi glabriusculi; folia linearia; vaginae internodiis longiores glaberrimae, ore barbatae; ligula brevissima pilosa; panicula subquadripollicaris; spiculae solitariae, longe pedicellatae; rhachis, rami, ramulique glabri; glumae calycinae oblongae acutae, septemnerves, externe piloso-lanatae; corollinae subcoriaceae, acuminatae, trinerves, subaequales, calyce paullo breviores, apice pilosiusculae. Stigmata alba. In *Mexico prope Venta del Camaron et Alto del Peregrino.* 2.

* Quid M. *hirsutum P. de Beauv.?* An genus proprium? quaerit ob ovarium integrum acutum.

In tabula *Pal. de Beauv,* huc retulit MILIUM *villosum Swartz,* cujus tamen synonymon est ANDROPOGON *insularis Linn.,* quem in textu MONACHNEN *unilateralem* dicit. Huc in tabula quoque retulit AI. *paniceum* s. PASPALUM *filiforme.* Anne hoc: MILIUM *filiforme Hort. Matrit., Monsp. Broussi.* 1804., *Gorenk.?*

220. ECHINOLAENA.

1. E. *hirta Desv.;* culmo apice ramoso, internodiis glabris, foliis lanceolatis subobtusis vaginisque hispidis, ligulâ nullâ. *Desv. Journ. de Bot.* III. p. 75.

In *America aequinoctiali.*

2. E. *scabra H.* et *B.;* foliis lineari-lanceolatis scabris; spicâ solitariâ reflexâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 118. t. 38.

E. *hirtae Desv.* et CENCHRO *marginali Rudge* proxima. Culmus adscendens basi radicans, apice ramo uno alterove, sesquiped., glaber uti nodi. Folia plana, rigida, margine cartilaginea. Vaginae glabrae, margine, praecipue superne, ciliatae. Ligulae margo ciliatus. Spica sesquipoll., basi infracta et brevi bracteâ lineari-subulatâ membranaceâ glabrâ. Rhachis semiteres glabra basi pilosa. Spiculae unilaterales biseriatae, sessiles, densae, lanceolato-subulatae. Glumae calycinae lanceolatae, apice longe acuminatae concavae coriaceae striato-sulcatae, inferior fere duplo longior, a basi ad medium usque verrucoso-glandulosa, glandulis piliferis, superior apice glandulosa pilifera. In hermaphrodito glumae corollinae inferiore calycinâ triplo breviores, oblongae, obtusae, coriaceae, glabrae, albidae, subaequales, in masculo lanceolatae acuminatae, inferior superiore paullo longior, inferiore calycinâ duplo brevior. In *ripa umbrosa Atabapensi juxta S. Balthasar et rupem Kemarumo novae Guayanae.* 2.

3. E. *polystachya H.* et *B.;* foliis oblongo-lanceolatis, interne adpresso-pilosis, margine scabris; spicis 5-6

Digitized by Google

alternis distichis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 119.

Affinis PANICO *nemoroso*. Culmus procumbens radicans ramosus; rami adscendentes pedales glabri. Nodi pilosiusculi. Folia acuminata, basi rotundata, plana, membranacea, externe glabra. Vaginae margine piloso-ciliatae. Ligula brevissima, subciliata. Spicae sessiles distichae. Rhachis communis quadripoll., pubescens, partiales triquetrae, glabriusculae, pollicares. Spiculae 7-9, breviter pedicellatae, unilaterales, distantes. Glumae calycinae subcoriaceae, inferior oblongo-lanceolata acuminata carinata trinervis viridis glabriuscula; superior paullo brevior, ovato-subrotunda, acuta, carinata, subascendens, echinata, albida. Glumae corollinae in hermaphrodito calyce duplo breviores oblongae acutae subcoriaceae albidae glabrae subaequales, inferior superiorem semiinvolvens. In *ripa fluminis Magdalenae inter Tenerife et Zambrano.* ♃.

221. ERIANTHUS.

1. E. *saccharoides Mich.*; culmo altissimo, vaginis foliorum ad collum confertissimâ lanâ barbatis, paniculâ strictâ, glumâ villis involucrantibus multo breviore, valvis exterioribus juxta margines longe villosis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 55. SACCHARUM *giganteum Pers. Syn.* I. p. 103. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 70. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 73. ANTHOXANTHUM *giganteum* floribus aristatis plumosis, paniculâ confertâ magnâ, calycibus unifloris, culmo octopedali. *Walt. Fl. Carol.* p. 65. Andropogon culmo paniculato *Gronov. Fl. virg.* p. 133.

Altissimum, 6-9ped., panicula fere SACCHARI *officinalis*, sed confertior *Mich.* In *humidis Carolinae ad Floridam usque.* ♃.

2. * E. *Ravennae P. de B.*; paniculâ ramosissimâ, foliis canaliculatis, corollâ trivalvi. *Schrad.* — ANDROPOGON *Ravennae Linn. Spec. Pl.* p. 1481. *Host Gram. austr.* III. p. 1. t. 1. SACCHARUM *Ravennae Willd. Spec.* I. p. 323. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 421. *Marsch. a Bieberst. Fl. t. c. Suppl. ined. Zannon.* t. 52. f. 2.

Rad. crassa, lignescens. Culmi 3-4ped., immo et octopedal., firmi, glabri, medullâ spongiosâ. Folia longissima firma, utrinque attenuata, scabra, ad oras hispida, costâ supra albâ, subtus prominente. Vaginae subcompressae pilosae. Panicula pedalis, et ultra, sub anthesi tantum patens. Rhachis superne, ut rami, scabra, prope basin et ad ramulorum exortum pilis longis. Flosculi purpurei, dein pallentes, pedicellis brevibus pilosis. Glumae calycinae margine interiori et carinâ scabrae, a basi ad medium pilis calycem vix superantibus. Glumae duae corollinae exteriores minorem includentes, carinâ scabrae, margine interiori ciliatae, aristâ calycem excedente, interior mutica, apice bifida. Germen squamis duabus truncatis cinctum.

Digitized by Google

Ad littora mediterranei ab Istria ad Gades. In arundinetis vastis ad Cyrum versus mare Caspium. 4. Jam quomodo corolla trivalvis aut SACCHARUM aut ERIANTHUM dabit.

3. E *repens P. de B.;* paniculâ patulâ, flosculis geminatis sessilibus aristatis, foliis planis, vaginis pilosis. SACCHARUM *repens Willd. Spec.* I. p. 323.

Culmus pedalis, simplex, adscendens; folia glabra plana brevia graminea. Vaginae margine pilis albicantibus obsitae. Panicula patens magnitudine HOLCI *lanati.* Rami paniculae pilis candidis sparsis tecti. Flores geminati sessiles villis splendide candidis obvallati. Cal. bivalvis glaber. Corolla aristata. In *Guinea.* 4.

4. E. *japonicus P. de B.;* racemis fasciculatis, petalis ciliatis, exterioribus aristatis. SACCHARUM *japonicum Thunb. Act. Soc. Linn.* II. p. 328. *Willd, Spec.* I. p. 321. SACCHARUM *polydactylon Thunb. Fl. jap.* 42. (excl. synonymo). *Faku* vulg. *Tsikusits* et *Boo* vulg. *Obanna Kaempf amoen.* fasc. V. p. 899. *Houttuyn Linn. Pfl. Syst.* XII. t. 89. f. 1. (excl. descriptione).

Culmi simplices glabri fere lignosi, sexpedales; folia lineari-ensiformia glabra denticulata striata. Panicula patula parum ramosa, 6-7pollicaris. Pedicelli glabri alternatim geminati, uniflori, recurvati; valvulae calycinae aequales acutae; corollinae parvae, aristâ subtortili calyce duplo longiore. Fasciculus pilorum calyce longior. In *Japonia.* 4.

5. E. *aureus P. de B.;* spicis digitatis plurimis, floribus geminatis aristatis, altero sessili altero pedicellato, calycibus obtusis villosis, rhachi hirsutâ. ANDROPOGON *aureus Willd. Spec.* IV. p. 921. *Bory de St. Vincent it.* I. p. 367. t. 21. SACCHARUM *aureum Spreng. pug.* II. p. 17.

Bipedalis; folia graminea plana rigida; vaginae striatae ad oras pilosae. Spicae 5-15, 2-4pollicar. Cal. bivalvis, valvulis obtusis lanâ splendidâ aureâ obductis. Cor. bivalvis membranacea basi aristata (et ERIANTHUS?) aristâ flore triplo longiore tortâ. Rhachis pilis rufis. In *Insula Borboniae.* 4.

6. E. *brevibarbis Mich.;* vaginis collo subvillosis, paniculâ strictâ, glumâ villis multo longiore, valvis acutissimis nudis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 55. SACCHARUM *brevibarbe Pers. Syn* I p. 103. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 70. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 74.

Nunquam ultra bipedalis. In *collibus Tennassu Virginiae et Carolinae.* 4.

222. CHAETURUS.

1. C. *fasciculatus Link;* culmo erecto, paniculae ramulis adpressis subspicatis. *Link Schrad. Journ.* 1799. II. p. 313. *Henk. a Donnersm. adumbratio* p. 16. *Polypo-*

Digitized by Google

gon subspicatus Willd. Enum. H. Berol. I. p. 88. P. paniculâ subracemosâ, calycis valvulâ exteriore longissime aristatâ, interiore mucronatâ. *Nov. Act. Soc. nat. cur. Berol.* III. p. 443. *Polypogon fasciculatum Pers. Ench.* I. p. 80. AGROSTIS *articulata Brotero Fl. Lus.* I. p. 73. AGROSTIS *dubia alior.* et *longiseta.* AGROSTIS *triflora En. Hort. hafn.* ALOPECURUS *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 780. (Confer A. *articulatam Poiret*).

Rad. fibrosa, fere repens; culmi 9-10pollic., nodis fusco-violaceis; folia linearia, pollicaria, vaginis praelongis; ligula alba elongata; panicula 2-4pollicaris colorata. In *Hispania*, *Lusitania.* ⊙.

223. POLYPOGON.

1. * P. *monspeliensis Desfont*; paniculâ coarctatâ subspicatâ, calycibus subpubescentibus margine glaberis. *Willd. Nov. Act. Soc. am. nat. cur. Berol.* III. p. 442. *Desfont. atl.* I. p. 66. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 192. PHLEUM *monsp. Koel. gram.* p. 57. (excl. syn. pl.). SANTIA *plumosa Savi Mem. di Mat. e Fisic. d. Soc. ital.* T. VIII. P. 2. p. 479.

α. Paniculâ majore: ALOPECURUS *monspeliensis Linn. Spec.* 2. p. 89. *Cavan. Descr.* p. 37. ALOPECUR. *aristatus Huds. angl.* p. 28. *Gouan H. monsp.* p. 37. (cui et PHALARIS *aristata* teste *Pal. de B.*). ALOPECUR. *paniceus Lam. Fl. fr.* 3. p. 560. AGROSTIS *panicea Willd. Spec.* I. p. 363. *Ait. Kew.* ed. 2. I. p. 148. *Host Gram. austr.* III. t. 46.? *Engl. bot.* 1704. AGROSTIS *triaristata Knapp. Gram. Brit.* t 23. AGROST. *alopecuroides Lam. Illustr.* n. 812. * AGROST. *crinita Mönch.* PHLEUM *crinitum Schreb. Gram.* I. p. 151. t. 20. f. 3. *Smith Fl. brit.* I. p. 71. *Flor. graec.* I. p. 46. t. 62. β. Paniculâ minori minus divisâ: ALOPECURUS *paniceus Linn. Sp. Pl.* p. 90. *Roth Fl. germ.* I. 80. II. 79. *Cav. descr.* l. c. POLYPOGON *paniceum Lagasca gen. et spec. nov. diagn.* p. 3. n. 32. CYNOSURUS *paniceus Linn. Sp. Pl.* I. p. 73. PANICUM *vagum Scop.* ed. 2. I. p. 51. *Barrel Ic.* t. 115. f. 1. (*Marsch. a Bieberst.* citat f. 2. et *Buxb. Cent.* V. t. 30. f. 2. et t. 66. f. 1. in *Fl. taur. cauc.* p. 48. Anne *Barrel* t. 115. f. 1. et *Buxb.* t. 66. f. 1. ad sequentem *maritimum*?) (Occurrit et nomine POLYPOGONIS *criniti* et AGROSTIDIS *monspeliensis.*

Rad. fibrosa parva. Culmi 1/2-1 1/2pedal., graciles, erectiusculi, laevissimi. Folia horizontaliter patentia, plana, rigidiuscula,

* Mirum clm. *P. de B.* AGROST. *alopecuroidem Lam.* sine dubio hic et inter VILFAS, AGROST. vero *paniceam* eum? inter *Vilfas* habere.

margine nervisque plus minus scabra. Vaginae laxiusculae glabrae; ligula oblonga obtusa pilis brevissimis, demum lacera. Panicula erecta virescens spiciformis, e spiculis ternis-quaternis secundis lobatis et ramosissimis, ramis alternis et semiverticillatis, sub anthesi tantum patentibus. Flosculi numerosi, compressi, subsessiles aut pedicellis brevibus suffulti. Glumae calycinae corollâ duplô fere majores lineari-lanceolatae obtusae, nervo carinali viridi paullo infra apicem in aristam tenuem longissimam scabram albidam exeunte. Corollae glumae nitidae. β. minor paniculâ densiore minus lobatâ. *Cavanilles* in α calycem apice, in β prope apicem aristatum dicit. In *Galliae*, *Italiae*, *Angliae*, *Hispaniae*, *Caucasi humentibus*. β. *rarior in Germania, abunde circa Matritum*. ⊙.

2. P. *Lagascae Lag.*; paniculâ coarctatâ subspicatâ elongatâ, glumâ glabrâ acutâ indivisâ, aristis calycinis glumaceâ vix dimidio brevioribus. P. *elongatus Lagasca gen. et spec. nov. diagn.* p. 3. n. 33.

Hab. locis uliginosis juxta Albacete oppidum. 4. Differt praecipue a *monspeliensi* paniculâ elongatâ coarctatâ, et aristis calycinis, cum in *monspeliensi* calyces truncati submutici, et radice perenni.

3. P. *maritimus*; paniculâ coarctatâ oblongâ, glumae valvis apice bifidis (margine) valde ciliatis, aristâ e fundo fissurae ortâ, (culmo geniculato) *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 134. *Fl. fr. Suppl.* p. 248. n. 1480.a *Willd. nov. act. nat. cur.* vol. III. p. 443. ALOPECURUS *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 779.

Differt a P. *monspeliensi* habitu minore, graciliore, et notis indicatis. In *maritimis maris mediterranei Decand. Oceani Bonpland.* ⊙.

Obs. AGROSTIS *panicea Host Gram.* III. p. 32. t. 46. huc potius ob glumas calycis ciliatas spectare videtur, quam ad P. *monspeliensem*, cui calycis glumae margine glabrae. *Hostii* quoque planta in Istria habitat et Dalmatia!

4. P. *glomeratus Willd.*; paniculâ glomeratâ subspicatâ, calycibus subulatis scabris, culmo adscendente basi ramoso. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 87. AGROSTIS *festucoides Mühlenb. in litt.*

Sesqui-bipedalis. Folia rigidiuscula tripollicaria, novemnervia, striata, glabra. Ligula brevissima truncata ciliata, ciliis brevissimis. Vaginae foliorum solutae. Panicula obtusiuscula ramis brevissimis adpressis flexuosis. Flores in ramulis paniculae inferioris neutri s. steriles; in superioribus ad utrumque latus floris hermaphroditi est neuter; in apice flores omnes fertiles. Cal. membranaceus aristatus corollâ longior, nervo medio viridi et, ut arista, scabro. Corollae valvulâ exteriore membranaceâ, apice aristatâ, nervis tribus viridibus: arista in floribus terminalibus elongata, in reliquis brevior, interdum

Digitized by Google

plane nulla et valvula tantum acuta; valvulâ interiore acutâ, exteriore parum longiore membranaceâ, obsolete trinervi, muticâ. Basis corollae pilosa, interdum glabra. Habitu accedit quodammodo ad AGROSTIDEM *mexicanam*, sed recedit calyce aristato, et est vera POLYPOGONIS species. In *America boreali*. 2.

5. P. *setosus Spreng.*; paniculâ spicaeformi, glumis acuminatis aristatis scabris, foliis involutis rigidis. *Spreng. Mant.* I. p. 31.

Culmus teres glaber foliosus, pedalis; folia glabra; panicula parumper ex ultimo folio emergens fusca, ramulis glomeratis contractis. Valvulae calycinae corollâ muticâ (et POLYPOGON?) paullo majores. In *Pensylvania*.

6. P. *tenellus Br.*; paniculâ coarctatâ subcylindraceâ, glumis dense villosis, perianthii aristâ dorsali tortili glumarum duplo longiore. *R. Brown Prodr.* p. 173.

Ad oram meridionalem novae Hollandiae.

7. P. *interruptus H.* et *B.*; culmo erecto simplici; foliis scabris; paniculâ coarctatâ subverticillatâ interruptâ; glumis calycinis oblongis scabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 134. t. 44.

Culmus subpedalis glaber; folia linearia plana scabriuscula, margine scabra; vaginae sublaxae glabrae, internodiis longiores; ligula ovata, obtusa, membranacea, glabra. Panicula spicaeformis, 1 1/2-2poll., ramis abbreviatis subsecundis patulis scabris. Rhachis glabra. Spiculae solitariae sessiles; glumae calycinae obtusae subaequales subenerves aristatae purpurascentes, aristâ longitudine glumae. Glumae corollinae membranaceae, calyce duplo breviores, subaequales, enerves, inferior paullo major, quadridentata, aristata, superior bidentata, mutica. Arista tortuosa, longitudine glumae. In *sylvis opacis ad Orinoco prope Atures, Rio Cataniapo et speluncam Ataruipe.* ☉.

8. P. *elongatus H.* et *B.*; culmo erecto simplici; foliis scabris; paniculâ ramosissimâ verticillatâ nutante diffusa; glumis calycinis lanceolato-subulatis, scabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 134.

Habitu simillima AGROSTIDI *mexicanae*. Rad. fibrosa. Culmus 1 1/2-3ped., glaber, uti nodi; folia linearia plana; vaginae sulcato-striatae, glabrae, internodiis breviores. Ligula longissima, ovata, obtusa, glabra. Panicula semipedalis, ramis pollicaribus, verticillis distantibus, internodiis inferioribus sesqui-, superioribus semipollicaribus; spiculae pedicellis piloso-scabris. Glumae calycinae subaequales aristatae virides, corollinae membranaceae, calyce dimidio breviores, subaequales, subpubescentes, inferior ovata, septemnervis, quadridentata, aristata, superior lanceolato-oblonga, acuta, mutica,

Digitized by Google

Arista glumâ duplo longior. Antherae et stigmata alba. In *temperatis regni Quitensis prope Chillo.* ☉.

224. PIPTATHERUM.

1. * P. *paradoxum P. de B.;* paniculâ patente laxâ pauciflorâ, floribus aristatis, glumâ calycinâ utrâque trinervi (exteriori saepe quinquenervi). *Schrad.* MILIUM *paradoxum Schrad. Fl. germ.* I. p. 196. *Scop. carn.* n. 83. t. 1. mala. *Schreb. Gram.* I. p. 50. t. 28. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 360. *Host Gram. austr.* III. p. 16. t. 23. MIL. *nigrum Lam.* teste *P. de Beauv.* AGROSTIS *melanosperma Lam. Illustr.* n. 808. AGROSTIS *paradoxa Linn. Sp. Pl.* I. p. 62.

Rad. fibrosa. Culmi 2-3pedales, erecti, aut basi tantum infracti, glabri. Foliâ lineari-lanceolata, acuta, ad oras scabra, erecto-patentia. Vaginae glabrae, cum foliis saepe glaucescentes. Ligula brevissima, truncata, utrinque fasciculo pilorum. Panicula semipedalis et ultra, apice nutans, ante et post anthesin in spicam contracta. Rhachis scabra, ut rami bi-ternati, basi pilis stipati. Flosculi omnium maximi, ventricosi, nitidi, albo viridique varii. Glumae calycinae subaequales, albo-membranaceae, ovato-lanceolatae, ad nervos scabrae. Cor. calyce duplo minor, cartilaginea, nitida; valvula exterior primo pilosa, apice aristâ longissimâ flexuosâ scabriusculâ. Semen fusiforme laevissimum, nigerrimum. In *sylvis Carnioliae, Istriae, Galliae meridionalis, Caucasi.* 4.

2. P. *holciforme;* paniculâ nutante, ramis longissimis, corollâ glabrâ, glumâ exteriore aristâ terminali spiculae longitudine. AGROSTIS *holciformis Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 54. et 417. n. 136.

Habitu ad MIL. *paradoxum* accedit, a quo spiculis duplo majoribus variegatis potissimum differt. „*M. a Bieberst.* Bipedale. Folia longa angusta plana, vaginis striatis. Panicula amplissima, ramis basi longe nudis. Spiculae potius HOLCI aut AVENAE, quam AGROSTIDIS. Calycis valvulae subaequales, concavae, acutae, muticae, glaberrimae, disco e viridi purpurascentes, margine late membranaceo dilute fusco. Corolla calyce paullo brevior, glabra, valvulâ alterâ aristâ terminali longitudine spiculae, aetate tortâ. In *saxis in Tauria meridionali circa Alupkam.* 4.

3. P. *caerulescens P. de B.;* floribus paniculatis aristatis, aristis glumâ brevioribus. MILIUM *caerulescens Schousb. Maroc.* I. p. 34. *Desfont. atl.* I. p. 66. t. 12. *Roth Catal.* III. p. 14. M. paniculâ laxâ, corollâ subaristatâ glabrâ, aristâ calyce breviori, stipulis elongatis erosis. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 45. AGROSTIS *caerulescens Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 258. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 250. n. 1507. a. β. MILIUM *purpureum Lapeyr.;* flo-

Digitized by Google

ribus muticis laxe paniculatis, glumis calycinis acuminatis, corollinâ majore laevigatâ spadiceâ. *Lapeyr. hist. abr. Pyr.* p. 33. *Flor. pyr.* t. 54.

Affinis *paradoxo*, sed differt: foliis 2-3plo angustioribus glaucis, glumis calycinis exterioribus basi caerulescentibus; semine nigro tenuiore; aristis calyce brevioribus. In planta culta aristas pollicares, hinc valvulis corollinis multo longiores, semina altero plerumque anno germinantia notavit cls *Roth l. c.* In *β.* culmi plures recti, 1½-2ped., basi geniculati, nodis distantibus; folia brevia convoluta; panicula gracilis; flores 3-5 magni ventricosi acuti purpurâ variegati in singulo pedunculo. Valvulae corollinae retusae. — Totum glabrum laeveque. In *fissuris rupium Atlantis, insulis Graeciae, β in Pyrenaeis orientalibus et Galliâ meridionali.* 2. *β* ⊙ ? *

4. P. *multiflorum P. de B.*; paniculâ patente multiflorâ, floribus aristatis, glumâ calycinâ exteriori tri-quinquenervi. MILIUM *multiflorum Schrad. Fl. germ.* I. p. 195. *Cavan. Demonstr. bot.* p. 36. MILIUM *arundinaceum*; paniculâ laxâ, corollâ aristatâ glabrâ, calyce mucronato, stipulis brevissimis retusis. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 45. *Sibthorp Flor. graec.* t. 66. AGROSTIS *miliacea Gouan. Ill.* p. 3. *Linn. Spec. Pl.* p. 91. *Willd. Spec.* I. p. 363. *Koel. Gram.* p. 79. *Host Gram. austr.* III. t. 45. AGROSTIS *oseroensis* paniculâ erectâ coarctata, corollis aristatis, aristâ terminali crassiusculâ, glumae valvulâ majori non longiori; *Seenus Reise nach Istr. u. Dalmat.* p. 50. AGR. *montis aurei Delarbre auv.* p. 8. teste *Poiret Enc. meth. Suppl.* T. I. p. 246. (ACHNATHERIS quoque inseruit *P. de B.*) *β.* MILIUM *gaditanum Hort. gorenk.*

Rad. fibrosa. Culmi pauci, sesqui-bipedales, erecti, glabri, rigidi, nodis rubris. Folia linearia, pedalia, 2 lin. lata, rigidula, facie et margine inprimis scabra, plerumque obliqua. Vaginae glabrae. Ligula brevis truncata. Panicula semipedalis pedalis, sub anthesi patens, serius contracta, plus minus cernua. Rhachis superne scabra. Rami plures ramosissimi. Flosculi ventricosi. Glumae calycinae ovato-lanceolatae, acuminatae, glabrae, virides, aut purpurâ variegatae; corollinae cartilagineae laevissimae, nitidae, exterior aristâ calycem aequante scabriusculâ. Subinde glaucescit. In *Bavaria, Pannonia, Gallia, Hispania, Graecia, Sibiria.* 2.

5.* P. *punctatum P. de B.*; spicis pluribus; rhachi subtriquetrâ hirsutâ spiculis duplô angustiore; glumis ovato-lanceolatis acuminatis pilosis, valvâ mucronatâ longioribus, culmo superne pubescente. PASPALUS *punctatus Flugge* l. c. p. 127. MILIUM *punctatum* paniculae ramis simplicissimis,

---

* *Obs.* In MILIO *caerulescente*, quod in regno Valentino invenit amiciss. *Dufour*, arista decidua, pedicelli incrassati, radix perennis multicaulis.

Digitized by Google

floribus alternis secundis geminis. *Linn. Sp. Pl.* I. p. 91. *Amoen. acad.* V. p. 392. *Willd. Spec.* I. p. 359. *Swartz Obs.* p. 37. M. paniculâ racemis alternis indivisis, floribus inferioribus geminis, superioribus solitariis, pedicellis articulatis, perianthii valvulâ exteriore aristato-mucronatâ. *R. Brown Prodr.* I. p. 188. AGROSTIS *punctata Lam. Enc. meth.* I. n. 17.

Culmus 1-2pedal. erectus, simplex, nodis subhirsutis *Flügge*; culmi alti glabri subcompressi inferne geniculati subramosi *Swartz*; vaginae glabrae fauce subpilosae *Flügge*, ore nudae *Swartz*; ligula brevissima; folia linearia plana glabra margine scabriuscula; spicae 6-10 subalternae, tandem rhachi appressae, infimâ breviter pedunculatâ. Rhachis universalis 3-5pollicaris, basi praesertim hirta, partialis 1-11/2pedal.; pedicelli pubescentes, apice capituliformes, lineâ circulari atropurpureâ cincti, geminati, s. potius bipartiti, superiores simplices; spiculae paullo-longiores quam in PASP. *annulato*; glumae calycinae subaequales, basin versus pilosae, obscure trinerves, acutissimae, virentes, rarius coloratae, longiores tertiâ parte valvulis corollinis albidis oblongis obtusis, quarum interior mucrone lineam fere longo. *Flügg.* In *graminosis udis Jamaicae, in St. Thomas, in portu Jackson.* *

6. P. *comosum*; paniculâ maximâ nutante, floribus aristatis, foliis subasperis arundinaceis. AGROSTIS *Milium comosum Poir. Enc. meth. Suppl.* I. p. 257. et hoc teste: *Gram. mil. majus nutante paniculâ* etc. *Barrel. Ic.* 754 *herb. Vaill.* — Gramen segetum paniculâ arundinaceâ *C. Bauh. pin.* 3. *Tournef. inst.* p. 524. Gramen agrorum Lobelii. *J. Bauh. Hist.* II. p. 461. *Ic.* Agror. venti spica et gramen agrorum. *Lobel Icon.* 3.

Culmi recti glabri striati cylindrici; folia longa latiuscula plana glabra. Panicula pedalis, ramis asperulis ramulis capillaribus, flosculis viridibus basi purpureis ovatis acutis, aristâ rectâ valvulis paullo longiore. In *Italia. Herb. Desfont.*

225. ERIOCHLOA.

1. E. *distachya H. et B.*; spicis geminis; paleis (s. glumis corollinis) apice ciliatis, muticis. *Humb. et Bonpl. Nov. gener. et spec.* I. p. 95. t. 30.

Rad. fibrosa. Culmus glaber pedalis, ramosus, laevis, apice ramulique juniores pilosi. Nodi pubescentes. Folia canaliculato-convoluta, pilosa. Vaginae glabrae. Ligula ciliato pilosa. Spicae distantes patentes. Rhachis communis teretiuscula, pilosa; partiales planiusculae, pilosae, semipollicares; spiculae unilaterales, biseriatae; pedicelli brevissimi pubescentes; pili

* *Obs.* „Ob inflorescentiam, et praesertim pedicelli articulum distinctum genus efformare meretur PASPALO proximum.“ *R. Brown.*

Digitized by Google

involucri spiculas subaequantes. Glumae calycinae ovato-lanceolatae, piloso-lanatae, albidae, corollinae acutae nitidae albidae. In *ripa Orinoci inter S. Barbara et Esmeradam.* 4.

2. E. *polystachya H.* et *B.;* spicis numerosis alternis; paleis glaberrimis; inferiore apice mucronatâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 95. t. 31.

Culmus pubescens, sesquiped., apicem versus villosus. Nodi villosi. Folia plana glabra, margine scabra. Vaginae glabriusculae. Ligula lanato-ciliata. Spicae approximatae coarctatae. Rhachis communis subtripollicaris lanata; spiculae solitariae, subdistichae; pedicelli lineam longi; pili involucri spiculis duplo breviores. Glumae calycinae ovato-oblongae, piloso-sericeae, inferior aristâ glumâ dimidio breviore; corollinae obtusae. In *pascuis inundatis prope Guayaquil.* 4.

226. STIPA.

1. * S. *pennata;* aristis plumosis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 229. *Willd. Spec.* I. p. 440. *Koel. Gram.* p. 72. *Smith Fl. brit.* I. p. 138. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 50. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 65. n. 227. *Hall. Hist.* n. 1514. *Schkuhr Handb.* I. t. 16. *Engl. bot.* t. 1356. *Host Gram. austr.* IV. t. 33.

Rad. e fibris tortuosis duriusculis cespites densos emittens. Culmi 1½-2pedal. et ultra erecti rigidi glabri, geniculis 2-3. Folia rigida scabra glauca, culmea 1 lin. lata, serius convoluta, fasciculorum complicato-setacea, tenuiora, 1-1½pedal., patentissima. Vaginae concolores longissimae, glabrae aut scabriusculae. Ligula brevissima truncata demum fissa (elongata, acutiuscula *Gaud.*) Panicula 1-1½ped., inferne vaginâ inclusa. Rhachis ramique rigidi, scabriusculi aut glabri, inferiores binati, ternative, superiores solitarii. Spiculae 6-8 lin. subcompressae, unifloraе, laeves, nitidae, e viridi-flavescentes. Glumae calycinae corollâ paullo majores, subaequales, lanceolatae, margine scabriosae, apice aristâ tenuissimâ membranaceâ, laevi, glumâ longiori; majore nervis 5-7, minori 3-4. Corollinae enerves, exterior basi pilis brevibus, apice aristâ rigidulâ, fere pedali, serius nutante, infra geniculum tortâ, reliquâ parte pilis patentibus mollibus. *A balthico ad mediterraneam et caspicum mare, in monte Athone, et insulâ Cypro. — In Puerto deseado* cl. *Nee* europeae similem invenit, diversam calyce breviore, purpureo, aristis brevioribus. *Cavan. descr. p.* 39. 4.

2. S. *barbata Desf.;* foliis rigidis hinc striatis; paniculâ laxâ elongatâ; aristis longissimis a basi ad apicem barbatis. *Fl. atl.* I. t. p. 27.

Differt a S. *plumosa Linn.* fol. rigidis glaucis planiusculis hinc striatis latioribus, margine serratis, aristisque. In *collibus incultis circa Mascar et Tlemsen.* 4.

Digitized by Google

3. S. *humilis Cav.*; floribus paniculatis spicatis vaginâ subinclusis, aristis pennatis. *Cavan. Ic.* vol. V. p. 41. t. 466. *Pers. Syn.* I. p. 99.

Rad. fibrosa capillaris, culmi cum foliis numerosis recti glabri, 5-6poll., graciles; folia radicalia sesquipoll. basi ventricosa, involuta, apice subulata; vagina stricta internodiis brevior, terminalis spathacea spicâ longior vix pollicari; pedicelli breves glabri; glumae calycinae acuminatae albidae, corollâ triplò longiores; corollina exterior aristâ medio pilis longis. In *Americae meridionalis siccis.*

4. S. *tortilis Desfont;* paniculâ spicatâ basi involutâ, calyce interiore villoso, aristis contortis inferne villosis. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 99. t. 31. f. 1. *Annal. du Mus.* T. I. p. 202. Gramen avenaceum supinum minus, spicâ densissimâ cum longissimis aristis lanuginosis tortilibus. *Tournef. Inst.* p. 525. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 257. n. 1531. a (excl. synon. AGROSTIS *Spica venti* var. *Lapeyrouse*, quae longè alia planta). S. *tortilis*, aristis a medio ad basin contortis pilosis, paniculâ spicatâ, foliis subulatis convolutis intus pubescentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 99., quo teste: S. *humilis Brotero*, aristis e medio ad basin villosis contortisque, paniculâ spicatâ subramosâ, caule decumbente demum ascendente, foliis convolutis subulatis intus pubescentibus. *Flor. Lusit.* I. p. 86. S. *semunda;* aristis tortis rectis basi villosis, calycibus subulatis semine longioribus, foliis setaceis. *Vahl Ms.* fide *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 76. STIPA *paleacea Smith Prodr. Flor. graec.* I. p. 65. *Sibth. Flor. graec.* t. 86. (quoad synon. *Desfont.* excl. *Willd.*). *Scheuchz. Gram.* p. 154. *Boccone Mus.* t. 97.

Culmi recti cespitosi glabri pedales et ultra; panicula flavescens spiciformis 3-5poll., e folio supremo spathaceo; calycis valvulae albidae angustissimae diaphanae subulatae subinaequales pollicares; flores decidui numerosissimi vestimentis viatorum adhaerentes, eaque perforantes cutim viatorum incommode pungunt titillantque. In *arvis arenosis Pyrenaeorum oriental. prope Collioaure, Hispaniae, Lusitaniae, Aegypti, Peloponnesi, Cretae, Barbariae.* ⊙. *

5. * S. *juncea;* aristis nudis rectis, calycibus semine longioribus, foliis intus laevibus. *Linn. Spec.* I. p. 116. *Willd. Spec.* I. p. 440. (excl. syn. *Scheuchz.*). *Decand. Fl. franç.* III. n. 1531. *Fl. graec.* I. p. 67. t. 85. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 72.

---

* *Obs.* STIPAM *paleaceam Smith* l. c. huc quoad synonymon *Desfont.* retulimus. STIPAM enim *paleaceam Willd.* ipsissimus *Willd.* jubet excludi *Spec.* IV. p. 900. sub ANTHISTIRIA *glauca*, quam confer.

Digitized by Google

Haller junxit cum S. *capillata*, a qua certe differt. Tripedalis saepe, panicula brevis, aristae 6-7poll. Notas, quibus S. *capillata* a S. *juncea*, simillimâ quidem, sed vere distinctâ, differt, optime indicavit summus *Linnaeus* l. c. In specimenibus *S junceae* Massiliae tectis aristae paullo breviores sunt quam in *capillatâ*, basi vix nodosae, inferne multo magis conspicue spiraliter tortae, spiris valde approximatis flavescentibus, oculo vel nudo dense pubescentibus, superne autem albidae et supra geniculum omnino rectae. Folia facie vix ac ne vix pubescentia. *Gaud. Fl. helv.* Ms. In *Gallia*, *Hispania*, *Lycia*, *Creta*. ♂. Confer STIPAM *Lagascae*.

6. S. *gigantea Lag.*; paniculâ nutante ramosa: aristis longissimis curvatis nudis: ligulâ obtusâ extus tomentosâ: foliis intus pubescentibus tandem convolutis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 27. STIPA *juncea Cav. prael.* n. 89.

Venit in incultis circa Matritum, et praesertim in proedio Regio la Real Casa del Campo dicto. 4.

7. S. *Lagascae*; foliis setaceis; aristis longissimis brevissime pubescentibus; pedicellis glabris scabris. S. *pubescens Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 29. S. *juncea β.* foliis convolutis filiformibus, paniculâ laxâ elongatâ, aristis longis pubescentibus. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 98. t. 28.

In *collibus prope Matritum, en el Cerro Negro, et in Murciae Regno en las Anorias, Pretola, Chinchilla*, et *Albacete*. 4. *Persoon Syn.* I. p. 99. hujus β fecit STIPAM *junceam Linn.*, sed utraque culturâ perstat.

8. * S. *capillata*; aristis nudis exasperatis demum varie curvatis. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 48. *Willd. Spec.* I. p. 441. *Schrad. Spicil.* p. 5. *Fl. germ.* I. p. 231. *Koel. Gram.* p. 75. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 65. S. paniculâ patulo-erectâ, aristis nudis rectis tandem curvatis subquadripollicaribus, ligulâ acutâ glabrâ, foliis convoluto-filiformibus, intus pubescentibus. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 28. *Hall. helv.* n. 1513. *Host Gram. austr.* III. p. 4. t. V. S. *juncea β. Lam. Fl. franç.* III. p. 575.

Differt a STIPA *pennata*: cespite densiore, culmis rigidioribus crassioribus, geniculis pluribus; foliis magis scabris facie pubescentibus, ligulâ elongatâ in vaginis superioribus acuminatâ, paniculâ e ramis pluribus ramosis et longioribus; rhachi ramisque plus minus scabris; calycibus carinâ scabriusculis in aristam glumâ breviorem attenuatis; corollâ calyce multo minori; glumâ corollinâ exteriori nervis 5 obsoletis, aristâ corollinâ breviori, nudâ, scabrâ, demum curvatâ, quinquepollicari. — STIPAM *janceam* omnium auctorum Florae germanicae esse hanc *capillatam*, et huc spectare *Scheuchzer Agrost.* p. 151. t. 3. f. 13. *A* cum cl. *Gaudinio Schrader*. — Si-

Digitized by Google

millima „ait *Linnaeus*" STIPAE *junceae*, sed folia non teretia sulco longitudinali; sed rigidiora, breviora, minus scabra, latere superiore magis explanata et subpubescentia. Cal. non albidus, sed spadiceus. Aristae breviores et adultiores varie curvatae. In *Germania*, *Gallia circa Byzantium*, *in Caucaso*, *Hispania*, *Italia*. 4.

9. * *S. tenacissima;* aristis basi pilosis: paniculâ spicata; foliis filiformibus. *Willd. Spec.* I. p. 442. *Linn. Amoen. acad.* IV. p. 266. *Sp. Pl.* p. 116. *Cavanill. Descr.* p. 39. *Desfont. Fl. atl.* I. t. 30. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 65. n. 230.

Hispanorum utilissimum *Esparto*, teste *Cavanilles l. c.* Folia radicalia bipedalia, in cylindrum tenuem, firmum, acuminatum convoluta. E medio cespitis culmus rectus, tripedalis, foliis similibus radicalibus, sed multo minoribus, latioribus quam vaginae. Panicula pedalis, ramis brevibus, floribus pedicellatis, calycis gluma quasi univalvis. In *Hispaniae et Atticae collibus arenosis*, *in Barbaria*. 4.

10. S. *capensis Thunb.;* aristis basi pilosis, paniculâ spicatâ, foliis ensiformibus. *Thunb. Prodr.* p. 19. *Flor. capens.* I. p. 401. *Willd. Spec.* I. p. 442.

Culmus simplex, articulatus glaber erectus, bipedalis. Folia nervosa glabra. Panicula palmaris et ultra. Aristae valde tortiles, inferne pilis albis, geniculatae, apice setaceae glabrae, tripoll. Differt a simillimâ *tenaci* foliis planis, aristis basi pilosis, nec lanatis. In *promont. b. spei.*

11. S. *virginica Pers.;* paniculâ pauciflorâ, ramulis simplicibus unifloris geminis; glumae valvis exterioribus majusculis acuminatis; corollâ stipite densâ rufâque barbâ obsito suffultâ; aristâ longissimâ crassâ nudâ. S. *barbata Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 53. *Pers. Syn.* I. p. 99. n. 12. STIPA *avenacea Walt. Flor. carolin.* quam in tab. ad ORYZOPSIM *P. de Beauv.*

In *sylvis Virginiae et Carolinae superioris*. An satis a sequente distincta. Interdum infimae paniculae ramuli biflori. — Conferenda cum S. *bicolore Vahl.* 4.

12. * S. *avenacea;* aristis nudis, calycibus semen aequantibus. *Linn. Sp. Pl.* p. 116. *Willd. Spec.* I. p. 442. *Andropogon* folio superiore spathaceo, pedunculis lateralibus oppositis unifloris, aristis flexuosis. *Gronov. virg.* p. 133.

AVENA *sativâ* minor. Culmi tenues. Folium summum ventricosum longitudine paniculae. Panicula pedunculis conjugatis, unifloris. Calycis glumae, pallidae, aequales. Corollae arista terminalis contorta, basi articulata, nuda, longitudine pedunculorum. In *Virginia*. 4.

13. S. *Aristella;* aristis nudis rectis calyce vix duplo longioribus; germinibus lanatis. *Linn. S. N.* ed. 12. Vol. III.

Digitized by Google

p. 229. *Willd. Spec.* I. p. 441. *Decand. Fl. fr.* III. p. 28. n. 1535. *Suppl.* p. 258. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 76. n. 193. *Allion. auct.* p. 39. T. II. f. a. *Host Gram. austr.* IV. p. 20. t. 34. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 66. n. 232. *Sibthorp Fl. graec.* t. 87. AGROSTIS *bromoides Linn. Mant.* p. 30. *Gouan Ill.* p. 3. t. 1. f. 3. (fide herb. Linn. et *Gouan* apud *Smith Prodr.* et *Decand. Suppl.*). CALAMAGR. *gracilis* v. *Seenus Reise nach Istr.* p. 73.

Culmi 2 ped. Folia angusta. Panicula subspicata, pedunculis bitrifloris. Cal. longitudine seminis teretis, villis raris pubescentis. Arista calycis longitudine. „Affinis S. *Sibiricae*, sed differt: paniculâ multo ampliore et ramosiore, aristis longioribus basique tortis, tum corollarum lanugine copiosiore." *Marsch. a Bieberst.* In *Gallia meridionali*, *Istria*, *Bithynia*, *Caucaso*, *et circa Athenas.* 4.

14. S. *parviflora Desfont.*; foliis radicalibus rigidulis filiformibus; paniculâ diffusâ; aristis medio capillaribus nudis. *Fl. atlant.* I. p. 98. t. 29. *Schradero* eadem *videtur* cum S. *elongata* aristis nudis rectis, calycibus semine piloso longioribus, paniculâ divaricatâ nutante, foliis linearibus planis; *Roth Catal.* I. p. 9. Cls. *Roth* in *Neu. Beytr.* I. p. 117. STIPAM *barbatam Desfont.* cum? ad *elongatam* duxit, et pro eâdem habuisset, nisi aristae in illa barbatae.

Rad. fibris longis flexuosis; culmi cespitosi recti graciles bipedales glabri teretes; folia glabra, caulina longiora; panicula elongata incurvata, pedunculis capillaribus inaequalibus, longis subverticillatis, pedicellis elongatis. Calycis valvulae membranaceae inaequales acutae corolla minimâ longiores. Arista 3-4-pollicar. Semina elongata glaberrima. In *collibus aridis circa Mascar.* 4.

15. S. *flavescens Labillard.*; aristis nudis, corollis pilosis, foliis involuto-filiformibus. *Labillard. Specim. nov. Holland.* v. I. p. 24. t. 30. *Poir. Enc. meth.* VII. p. 454. S. aristis nudis, perianthiis pubescentibus, glumis setaceo-acuminatis, foliis involutis geniculis vaginisque inferioribus pubescenti'u', ligulâ brevissimâ ciliatâ. *R. Brown Prodr.* I. p. 175. (cum? q..ia cls. *Brown* plantam *Labillardieri* cum? ad suam ducit).

Culmi recti, teretes, sesquipedales; ora vaginae integra; panicula semipedalis, coarctata, ramis simplicibus, brevibus; valvulae calycinae flavescentes, subtransparentes, subaequales, corollâ vix longiores; corollinae pilosae rufescentes, exterior aristâ rectâ setaceâ subtortâ, basi articulatâ; antherae oblongae; stylus brevis; semina gracilia elongata. In *Cap van Diemen.*

Digitized by Google

16. S. *mollis Br.*; aristis a basi ad geniculum plumosis, apice nudo, perianthiis sericeis, foliis involutis, vaginis pubescentibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 174.

Circa P. Jackson.

17. S. *semibarbata Br.*; aristis a basi ad geniculum plumosis, apice nudo, perianthiis sericeis, glumis coloratis scabriusculis. *R. Brown* l. c.

18. * S. *spicata*; aristis basi pilosis, racemo spicato secundo. *Thunb. Prodr.* p. 20. *Fl. cap.* I. p. 402. *Linn. Suppl.* p. 111. *Willd. Spec.* I. p. 442.

Rad. repens, culmi plures, bipedales, nodis barbatis, filiformes, glabri. Folia laevia, in summo culmo brevia, inferiora ensiformi-linearia; spica angusta vix longitudine digiti. Flores sessiles vix pubescentes basi villosi. Glumae ciliatae, subpilosae. Arista terminalis pollicaris, torta, basi pilosiuscula, extra torsionem laevis. In *promont. b. Spei.* 4.

19. S. *bicolor Vahl*; aristis nudis, seminibus obovatis, basi barbatis. *Vahl Symb.* II. p. 24. *Cavan. Ic.* V. t. 466. f. 2. *Descript.* p. 39. *Pursh* in *Fl. Amer. Sept.* I. p. 73. (*Pursh* S. *barbatam Mich. avenaceam Walt.*, *virginicam Pers.* ut synonyma huc trahit, Virginiamque et Georgiam patriam assignat; sed errore, ut nobis videtur).

Culmus sesquipedalis, erectus, striatus, vaginatus, glaber, ut folia involuta subulata. Ligula membranacea. Panicula ramosa patula, pedicelli capillares plures ad singulum dentem; calycis valvulae semine parum longiores, acuminatae, basi e fusco purpurascentes, ad medio a apicem membranaceae. Corollarum valvula exterior basi pilis fulvescentibus. Arista bipoll., basi barbata, inferne leviter pubescens-pallide flava. *Vahl.* In *Brasiliae monte Video, Longavi in Chili.*

20. S. *ibarrensis H.* et *B.*; foliis scabris, paniculâ ramosâ secundâ laxâ, rhachi scabriusculâ, glumis calycinis acuminatis corollâ duplo longioribus, paleis aristâque albo-pilosis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 125.

Culmus erectus 1-sped., simplex, glaber, nodis glabris; folia lineari-setacea convoluta; vaginae striatae glabrae internodiis breviores; ligula brevissima pilosiuscula; panicula spithamaea, laxa, ramis fasciculatis distantibus patulis hispidulis; glumae calycinae subaequales lanceolato-lineares glabrae virentes, apice purpurascentes; corollinae pilis albis patulis. Arista basi articulata, glumâ triplo longior, pilosiuscula, praecipue basin versus, tortuosa. Antherae rubrae. Stigmata alba. *Ad muros villa de Ibarra regn. Quitensis.* 4.

21. S. *fimbriata H.* et *B.*; foliis scabris; paniculâ ramosâ subsecundâ laxâ subverticillatâ; rhachi scabrâ; glumis calycinis margine fimbriato-dentatis, corollinis paullo longio-

Digitized by Google

ribus brevissime aristatis; his piloso-sericeis, aristâ scabriusculâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 126.

Stipae *bicolori Vahl* simillima. Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti 1½-3ped., teretes, glabri, infra nodos glabros scabriusculi. Folia radicalia linearia 4-5poll., caulina lineari-setacea planiuscula, sicca convoluta, striata, scabra. Vaginae glabrae. Ligula ovata rotundata apice subdentata. Panicula 4-5poll., ramis scabris distantibus, superioribus adpressis, inferioribus patulis. Rhachis ad axillas ramorum squamulâ unicâ aut duabus lanceolatis membranaceis. Glumae calycinae ovatae, carinato-concavae acutae aequales 5-7nerves, margine fimbriato-dentatae, glabrae; corollinae subaequales, convolutae, externe piloso-sericeae, fusco-nigrae, inferior aristâ basi articulatâ tortuosâ, glumâ duplo longior, scabriuscula; superior mutica, angustior, acuminata. In *alta planitie Mexicana inter Burras et Guanaxuato; item in scopulosis prope Mina de Villalpando.* 4.

22. S. *eminens Cavan.*; foliis scabris; paniculâ ramosâ secundâ verticillatâ, rhachi glabrâ; glumis calycinis acuminatis corollâ duplo brevioribus; corollinis scabris basi apiceque pilosis; aristâ pilosâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 125. S. aristis nudis, seminibus tomentosis, foliis striatis. *Cavan. Ic.* 5. p. 42. t. 467. f. 1. *Pers. Syn.* I. p. 99.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti tripedales et ultra, glabri; nodi pubescentes aut saepius glabri; folia setaceo-linearia, convoluta, rigida, scabra (pedalia, 2 lin. lata); vaginae glabrae, internodiis longiores, ore pilosiusculae (3poll.) Ligula brevissima rotundata glabra. Panicula 6-9poll. (et pedalis), ramis (verticillatis alternis capillaribus) laxis hispido-scabris. Glumae calycinae subaequales (inaequales *Cav.*) membranaceae carinatae glabrae dorso scabrae purpurascentes; corollinae convolutae coriaceae scabrae basi apiceque pilosae. Arista pollicaris tortuosa pilosa, (basi torta). In *pascuis Exido de Quito et ad muros juxta montem Javirac in Chalma Cavan.* 4.

23. S. *mucronata H.* et *B.*; foliis glabriusculis; paniculâ simplici subsecundâ verticillatâ; glumis calycinis acuminatis, corollinis paullo longioribus, his pilosiusculis, aristâ pilosâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 125.

Eminenti affinis, sed diversa: ligulâ exsertâ et paniculâ simplici. Culmus erectus pedalis et altior glaber, nodi glabri; folia linearia convoluta rigida; vaginae glabriusculae internodiis breviores; ligula elongata-ovata membranacea glabra. Panicula 5-6poll., ramis distantibus, inferioribus patulis, superioribus erectis adpressis, omnibus hispidulis. Rhachis glabra. Glumae subaequales carinatae glabrae dorso scabrae purpurascentes. Arista pollicaris, tortuosa. In *montanis regni Mexicani prope Actopan et vicum Magdalenae.* 4.

Digitized by Google

24. *S. virescens H.* et *B.*; foliis scabris; paniculâ simplici laxâ ramis oppositis; rhachi glabrâ; glumis calycinis margine fimbriato-dentatis, corollinis paullo longioribus brevissime aristatis, his piloso-sericeis, aristâ scabriusculâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 126.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti 1½-2ped., infra nodos glabros scabri; folia radicalia filiformia, caulina setacea convoluta scabra. Vaginae glabriusculae. Ligula ovata glabra. Panicula quadripoll., ramis scabris. Glumae calycinae albidae, corollinae virentes, caeterum *fimbriatae* simillima. In *subfrigidis regni Mexicani prope St. Rosa et Cuesta de Belgrado, in radicibus montis la Buffa juxta Guanaxuato.* 2.

25. S. *eriostachya H.* et *B.*; foliis scabris; paniculâ ramosissimâ coarctatâ apice (sub) nutante; rhachi glabriusculâ; glumis calycinis muticis corollinis triplo longioribus, his apice longissime papposo-pilosis, aristâ pilosâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 127. t. 41.

Variat paniculâ graciliore. Affinis JARAVAE *Ichu Ruiz* et *Pav.* Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti cum panicula 2-6ped. glabriusculi; nodi glabri; folia lineari-setacea, convoluto-canaliculata, rigida, scabra, paniculam subaequantia. Vaginae glabrae, margine scabriusculae, nodos superantes. Ligula abbreviata, rotundata, lateribus pilosa. Panicula 8-9poll., ramis fasciculatis densis patulis hispido-scabris. Spiculae solitariae, breviter pedicellatae. Glumae calycinae subaequales, lanceolato-lineares, carinatae, acuminatae, albidae; corollinae convolutae coriaceae pilosae apice pilis albis glumâ fere duplo longioribus, inferior aristâ tortuosâ pilosâ calyce duplo longiore. Antherae violaceae. Stigmata alba. In *planis regni Quitensis juxta Riobamba inter Ticsan et Guamote et prope Mulalo in radicibus Cotopaxi, in temperatis regni Mexicani prope Moran.* 2.

26. * S. *sibirica Lam.*; paniculata, aristis nudis calyce duplo longioribus, seminibus lanatis. *Lam. Illustr.* I. p. 158. *Pers. Syn.* I. p. 99. AVENA *sibirica Linn. Sp. Pl.* 117. *Willd. Spec.* I. p. 443. *Gmelin sibir.* I. t. 22.

Culmus 1-2cubit.; folia pedalia, fere juncea, in se convoluta; panicula dodrantalis, spicata, saepe heteromalla, viridi et purpureo versicolor. *Gmel.* Habitus AVENAE. Flores numerosi in paniculâ amplissimâ laxâ patulâ; pedunculi scabriusculi angulosi subverticillati. Valvulae scariosae lucidae albidae, flosculo 1 iisdem breviore, conniventes, pilis longis lanuginosis; arista calyce duplo longior. *Poiret.* In *Sibiria.* 2. An Avena?

27. S. *canadensis Poiret*; culmis simplicibus foliisque setaceis quasi junceis; paniculâ parvâ, glumis glabris, valvis obtuse ovalibus, florem pubescentem crassius et breviuscule

Digitized by Google

aristatum aequantibus. S. *juncea Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 54. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 455.

Affinis S. *sibiricae;* culmi simplices glabri recti tenues foliis involutis; flores rari; valvula corollae exterior pubescens, aristâ longitudine valvulae. In *rupibus montibusque saxosis a sina Hudsonis ad Canadam. P. de Beauv.* omisit. *Pursh* non vidit.

28. * S. *membranacea;* culmo adscendente, foliis siccis convolutis glabris, spiculis racemosis, pedicellis dilatatis, subtriquetris, spiculis subaequalibus, calycis valvulâ alterâ minimâ, corollâ non ciliatâ. Sub Festuca *pyramidata Link* ap. *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 315. S. *membranacea Linn. Sp. Pl.* p. 116. *Willd. Spec.* I. p. 443. Fest. *longiseta Brot. Fl. lusit.* An diversa a Fest. *uniglumi?* Ipsissimus herbarii Linnaeani possessor dubitat an re verâ diversa. Confer *Smith Flor. brit.* p. 119.

„Vix pedalis, facie Avenae. Panicula simplex, vix subdivisa, laxa, debilis. Pedicelli membranacei dilatati ancipites obtusiusculi. Calycis aristâ longitudine aristae corollinae." *Linn.* Culmus laevis crassitie fili tenuioris; racemus pedunculis unifloris depressis marginatis, ut fere membranaceis. Calycis valvula altera longitudine seminis, altera brevissima, utraque acuminata. Arista seminis terminalis flexuosa, semine paulo longior. Flos penultimus sessilis. *Linn. Mant.* p. 326. — In *arena profunda trans Tagum.*

29. S. *hymenoides;* foliis convoluto-filiformibus glabris, paniculâ laxâ, pedicellis flexuosis, calycibus membranaceis trinervibus longe acuminatis, corollis calyce brevioribus sericeo-villosis, villis corollam superantibus, aristâ nudâ rectâ calyce paulo longiore. S. *membranacea Pursh Fl. Amer. Sept.* II. p. 728.

Altitudo 18 pollicum: spicae ovales, pilis longis sericeis tectae. *Ad littora fluvii Missouri.*

30. S. *elegantissima Labill.;* aristis nudis, pedicellis plumosis. *Labillard. Specim. nov. Holl.* v. I. p. 23. t. 29. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 455. *R. Brown Prodr.* I. p. 175.

Culmi tripedales et ultra, ramosi, farcti, teretes, duri, sublignosi, foliis internodiis brevioribus, involutis, vaginis ventricosis. Panicula recta subcoarctata, post anthesin patens; rami subdichotomi, pedunculis longis filiformibus villosis; valvulae calycinae acutae; corollina exterior subrugosa, basi pilosa, fusca, aristâ tenuissimâ fere glabrâ contortâ; antherae apice pilosiusculae. In *Cap van Diemen.*

31. S. *micrantha Cav.;* aristis nudis, paniculâ spicaeformi; seminibus glabris; foliis striatis planis; geniculis ru-

Digitized by Google

bro-fuscis. *Cavan. Ic.* V. p. 42. n. 523. t. 467. f. 2. S. aristis nudis, perianthiis glabris subsessilibus, glumis mucronatis, paniculâ effusâ, culmo ramoso vaginisque laevibus, foliis planiusculis scabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 175? (quia cls. *Brown* cum? plantam *Cavanillesii* ad suam).

Sesquipedalis; culmi graciles recti, nodis 3-4 rubro-fuscis; folia acuminata, semilin. lata, 1-3poll. longa, vaginâ glabrâ; panicula coarctata in spicam rectam gracilem quadripollicarem, ramis brevibus inaequalibus semiverticillatis; valvulae calycinae transparentes albidae inaequales acutissimae longitudine fere corollae glabrae parvae; arista calyce triplo longior, tenuis, medio articulata. In *novâ Hollandia circa P. Jackson.* Minime S. *parviflora Desfont.*

32. S. *pubescens Br.*; aristis infra geniculum tenuissime pubescentibus, perianthiis sericeis, glumis truncatis parum erosis, foliis involutis, ligulâ abbreviatâ, geniculis pubescentibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 174.

Circa Portum Jackson.

33. S. *setacea Br.*; aristis nudis geniculatis, perianthiis pubescentibus, glumis setaceo-acuminatis laevibus, foliis involutis vaginisque glabris, ligulis elongatis integris geniculisque nudis, paniculâ effusâ. *R. Brown* l. c.

Circa portum Jackson et in insula van Diemen.

34. S. *compressa Br.*; aristis nudis longissimis rectiusculis, perianthiis sericeis, culmo compresso vaginisque glabris laevibus, foliis involutis, ligulâ elongatâ nudâ subincisâ. *R. Brown* l. c. p. 175. *D. A. Menzies.*

In *ora australi novae Hollandiae.*

35. S. *ucranica Lam.*; aristis nudis rectis; calycibus subrufis semine longioribus. *Lam. Illustr.* n. 785. *Poir. Enc. meth.* VII. p. 454. *Tirsa Guettard Mem.* vol. I. p. 19. t. 12.

Folia cespitosa laete viridia, fere triangularia aut canaliculata, striata, margine aspera, pedalia, 1 lin. lata, vaginis basi membranaceis ligulâ triangulari. Culmi recti teretes, bipedales, floribus numerosis, paniculatis; paniculae octopollic.; subinclinatae, ramis setaceis, pedicellis inaequalibus, 1-2pollic.; valvulae calycinae viridi-rufescentes apice albidae subulatae corollâ longiores; corollinae basi pilis albidis; arista valvulae exterioris 4-5pollic., nuda, recta, capillaris; semina oblonga. In *Ucrania.*

36. S. *stricta Lam.*; paniculâ elongatâ aristatâ; pedunculis articulatis strictissimis; aristis nudis subflexuosis. *Lam. Illustr.* I. n. 789. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 453.

Digitized by Google

Habitus fere *Andropogonis*. Culmi praealti foliaque fere CARICIS *maximi*, arundinacea; panicula coarctata, rhachis nodosa, articulis brevibus arcuatis flexuosis glaberrimis, ut tota planta; flores numerosi pedunculati et sessiles; pedunculi breves, appressi rhachi, cujus flexus sequuntur, compressi; flosculi sessiles subarcuati, bini, terni, appressi, spicas paniculatas efformantes 12-15pollic. Valvulae calycinae glabrae, durae coriaceae rubro-fuscae oblongae canaliculatae, corollam parum excedentes; corollinae fuscae, subaequales, exterior aristâ vix longitudine valvulae. Semina nigro-fusca, matura nuda. Vix STIPA videtur. In *Carolina*. *Fraser*.

37. S. *panicoides Lam.*; paniculâ angustatâ pauciflorâ; aristis nudis calyce triplo longioribus; semine lenticulari. *Lam. Illustr.* n. 794. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 453.

Habitus fere PANICI. Culmi recti glabri, foliis laevibus angustissimis elongatis setaceis. In *Monte Video*. *Commerson. Herb. Thouini.*

STIPA *Jarava P. de B.* est JARAVA.

227. STREPTACHNE.

1. S. *stipoides R. Brown Prodr.* I. p. 174.

Facies ARISTIDAE v. STIPAE; ab hac diversum aristâ cum valvulâ inarticulatâ. *Inter tropicum in littore orientali et septentrionali nov. Holl.*

2. S. *scabra H.* et *B.*; paniculâ subsimplici diffusâ, ramis ternis, rhachique scabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 124. t. 40.

Differt a sequente *pilosa* cui valde affinis: staturâ majore, foliis scabrioribus, vaginis glabris nec ciliatis, ramis paniculae glumisque scabris nec pilis sparsis. Culmus erectus 2-3ped. simplex teres scabriusculus. Folia linearia sicca convoluta externe margineque scabra; vaginae glabrae, ligula brevissima fimbriato-ciliata. Panicula subbipedalis, ramis triquetris, scabris. Glumae calycinae lineares acutae carinatae membranaceae brevissime aristatae glabrae, dorso scabrae, purpurascentes; corollina inferior lineari-subulata, longissime aristata, convoluta, coriacea scabra purpurascens, superior minima glabra mutica. In *frigidis montanis regni Mexicani juxta Tolucca et Islahuaca*. 4

3. S. *pilosa H.* et *B.*; panicula subsecunda ramis geminis scabris pilisque raris obsitis, rhachi glabriusculâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 124.

Rad. fibrosa, fibrillis crassis; culmi cespitosi erecti 1-sped. simplices, compressiusculi glabri inferne purpurascentes; nodi

Digitized by Google

glabri; folia lineari-setacea convoluta rigida glabra, apice scabriuscula, interne pilis sparsis. Vaginae glabrae margine subciliatae. Ligula brevissima ciliato-fimbriata. Panicula simplex, 3-4poll., ramis distantibus. Rhachis triquetra. Glumae calycinae lineares membranaceae brevissime aristatae glabrae dorso scabrae, apice pilis sparsis, purpurascentes. Glumae corollinae ut in *scabra*. In *planitie calidissima Mexicana, Playas de Jorullo*. 4.

4. S. *tenuis H.* et *B.*; paniculâ subsimplici diffusâ, ramis geminis, rhachique scabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 124.

Vix diversa a *pilosa*. Culmus erectus simplex triped. teres glaber uti nodi. Folia subsetacea, sicca convoluta, rigida, apicem versus scabra, interne pilosiuscula. Vaginae glabrae, ore pilosae. Ligula brevissima fimbriato-ciliata. Panicula subpedalis ramis rhachique triquetris. Glumae calycinae fuscescentes et corollinae ut in praecedentibus *scabra* et *pilosa*. In *calidis iuxta Bordones et Cumana*. 4.

228. GASTRIDIUM.

1. G. *australe P. de B.*; paniculâ subspicatâ basi ventricosâ, calycibus acuminato-elongatis nitidis, floribus aristatis. MILIUM *lendigerum Schreb. Gram.* I. t. 23. f. 3. *Vahl Symb.* II. p. 18. *Willd. Spec.* I. p. 359. *Koel. Gram.* p. 64. *Smith Fl. brit.* I. p. 76. *Engl. Bot.* t. 1107. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 194. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 57. *Host Gram. austr.* III. t. 24. *Sturm Fl. germ.* fasc. 26. *Fl. graec.* I. p. 49. t. 65. AGROSTIS *australis Linn. Mant.* I. p. 30. et *Vandelli*. AGROSTIS *ventricosa Gouan Hort. Monsp.* p. 39. t. I. f. 2. AGROSTIS *lendigera Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 259. *Dec. Fl. fr.* III. n. 1508. AGROST. *panicea Lam. Illustr.* n. 811. AGR. *rubra Huds.* ed. 1. n. 26. ALOPECURUS *ventricosus Huds.* ed. 2. n. 28. β. *serotinum*: corollis muticis. *Gaud.* (Huc spectare quoque AGROST. *paniceam Linn.* nunc certum esse. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 259. affirmat.)

Radix fibrosa. Culmi erecti aut basi tantum procumbentes, laeves, e geniculis inferioribus radicantes, 2-6pollic. Folia angusta acuminata scabra, erecto-patentia. Vaginae glabrae, superior longissima laxa subventricosa. Ligula exserta longa, adultior lacinulata. Panicula viridi-argentea, 1-3pollic., rhachi glabriusculâ. Rami appressi breves ramulosi. Flosculi exigui, basi ventricosi. Glumae calycinae uninerves, carinâ scabrae, exteriori interiorem minorem amplectente. Corollae gluma exterior ovata concava pilis sparsis, apice denticulato, interior mutica, basi pilosa. *Ad littora maris Mediterranei ab Istria ad Gades*. ⊙.

Digitized by Google

229. AGROSTIS.

Conspectus Sectionum.

a. Vilfae. *Pal. de Beauv.* n. 1-62.

b. Achnathera. *P. de B.* n. 63-67.

c. Agrostides. *P. de B.* n. 68-75.

d. Sporoboli. *R. Brown, P. de B.* n. 76-82.

e. Aperae. *P. de B.* n. 83-92.

f. Cinnae. *P. de B.* n. 93-97.

---

a. Vilfae. * *Palis. de Beauv.*

1. * A. *stolonifera;* paniculâ coarctatâ, culmo ramoso repente, floribus congestis, calycibus aequalibus lanceolatis pubescentibus. *Smith Fl. brit.* p. 81. *Engl. bot.* n. 1532. *Ejusd. Prodr. Fl. graec.* I. p. 45. *Linn. Spec.* p. 93. *With.* p. 131. *Relh. Fl. Cantabr.* p. 27. *Sibth. Fl. Oxon.* p. 36. *Mart. Fl. rust.* t. 120. A. *polymorpha* δ. *Huds.* 31. G. *caninum supinum Ger. em.* 26.

Haec *Smith l. c.* qui nullum aliud adjicit synonymon, et de *Fl. Dan.* t. 564, quae in *Willd Spec.* I. p. 369 huc ducta, silet, et sequentibus *Linnaei* plantam describit: „Radix perennis, fibrosa, ramosissima, pubescens. Culmi decumbentes, ramosi, foliosi, glabri, geniculis contractis, atropurpureis, infimis radicantibus. Folia latiuscula, nervosa, utrinque scabra. Stipula multifida. Panicula erecta, ramulis alternatim semiverticillatis, subsecundis, coarctatis, inferioribus patentibus; ab insertione ad apicem dense floriferis, ramosissimis, flexuosis. Flores lineari-lanceolati. Calycis valvulae aequales, obtusiusculae, carinatae, purpurascentes, extus pubescentes. Petala calyce breviora, inaequalia, obtusa, mutica, quandoque basi aristata. In *arvis et pratis humidis.*“

Obs. 1. Licest de planta hac intricatissima quaedam adnotare, *Schrader Fl. germ.* I. p. 108 monet Agrostin *stoloniferam Herb. Linn.* eandem esse cum Agrosti *verticillata Villars* paniculâ erectâ, verticillis radiatis rigidis interruptâ, floseulis muticis *Delph.* II. p. 74. n. 5., paniculâque et calycibus undique hispidulis a *vulgari* (quae *stolonifera Leers* et *nonnull. auct. Flor. germ.*) satis esse distinctam, nec in Germania hucdum inventam. Hunc sequitur *Willdenow* in *Enum. H. Berol.* I. p. 96., ubi Agrostidem *verticillatam Spec.* I. 374. n. 38. jungit cum Agrostide *stolonifera Spec.* I. p. 369. n. 21., sicque se ipsum corrigit. — Jam vero in *Decand. Fl. gall.* III. n. 1622. Agr. *stolonifera Linn.* cum?, nullibi autem Agr. *verticillata Vill.* adducitur. *Gaudin Agrostogr. helv.* I. p. 78. ducit Agrostin *verticillatam Vill.* ad suam *decumbentem* cum *Hall. helv.* 1473. γ et *Scheuchz. Gram.* 130. *Bertoloni nar. ital. plant. Dec.* III. p. 30 ut speciem propriam denuo describit Agrostidem *verticillatam Vill.*: paniculae verticillis approximatis undique dense floriferis, floseulis

muticis; et addit, ut synonyma: *Willd. Spec.* I. p. 374. *Balb. misc.* p. 9. AGR. *stoloniferam* β. *Linn. Spec.* 93 (quam tamen nec *Willdenow* nec *Smith* ad *stoloniferam* ducunt); AGR. *stoloniferam* γ. *dulcem Pers. Syn.* I. p. 75.* AGR. *albam* β. *verticillatam Pers. Syn.* I. p. 76. *Scheuchz.* p. 130. n. 4., addens: „forte vera AGR. *stolonifera Linn.*" — *Poiret* denique, postquam minus fauste AGROSTIDIS *stoloniferae* varietatem β dixisset AGROSTIDEM *coarctatam Hoffm.*, varietatem γ vero AGROSTIDEM *verticillatam Thuill. paris.* 2. p. 36, et varietatem δ demum AGROSTIDEM *variantem*, ut propriam et genuinam speciem sistit, in *Enc. meth. Suppl.* I. p. 248., AGROSTIDEM *verticillatam Villars*, quam AGROSTIDEM *villarsii* dicit. — AGROSTIS illa *verticillata Thuill.* l. c. nobis omnino varietas notabilis videtur, quam β dicimus *stoloniferae*: duplo major partibus omnibus, praecipue vero paniculâ ramisque eximie verticillatis a basi ramulosis. — AGROSTIDEM *densam M. a Bieberst.* paniculâ contractâ lobatâ muticâ, calycibus acutis confertis aequalibus, corollâ duplo longioribus *Fl. taur. cauc.* I. p. 56. n. 146. omnino esse *stoloniferam Smith*, vix illustrissimus per litteras nos monuit. — Confer: *A new Essay on Fiorin-Grass, including the history on its discovery* by *W. Richardson. Lond.* 1803. Confer adnotationem ad AGR. *vulgarem*.

2; VILFA *dulcis* culmis simplicibus subgeniculatis; foliis scabris vaginis glabris, paniculâ ramosissimâ subverticillatâ, coarctatâ; glumis (sub) aequalibus, paleis subaequalibus, glumis dimidio brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 138. (quorsum, teste auctoribus ipsis, AGROSTIS *vulgaris* γ. *dulcis Pers.*, AGR. *dulcis Sibthorp*) vix ab AGR. *alba* diversa videtur. Clo. *Poiret* vero videtur *stoloniferae* varietas in *Enc. meth. Suppl.* I. p. 150, ubi distinguitur: paniculâ densâ breviusculâ interruptâ, floribus fasciculatis subsessilibus; spica tamen, quam in *stolonifera* brevior, magis interrupta, floribus magis agglomeratis, saturate viridibus, glumis fere glabris. Hujus porro *dulcis* varietatem β sistere AGROSTIDEM *gracilem Pers. Syn.* I. p. 75. auctor est *Poiret* l. VILFA *dulcis H.* et *B.* hisce describitur. — Rad. fibrosa. Culmus erectus subpedalis nodique glabri. Folia linearia, plana. Vaginae striatae internodiis breviores. Ligula elongata obtusa, subdentata, glabra. Panicula spicaeformis, sesquipoll., ramis abbreviatis patulis approximatis scabris. Rhachis glabra. Glumae calycinae albovirentes obtusiusculae carinatae dorso scabrae; corollinae albidae glabrae, calycinis dimidio breviores. Semen oblongum, fuscescens. *Juxta urbem Mexico.* 2.

2. A. *diffusa Host*; paniculâ florente fructiferâque patente, spiculis submuticis, culmis decumbentibus, ramis stolonibusque repentibus. *Host Gram. austr.* IV. p. 32. t. 55.

Rad. repens, stolonifera; culmi laeves, plerumque geniculis inferioribus radicantes; folia brevia, plana, acuminata, ad oras

---

* Nomine hoc ex *Adanson* petito cls. *Palis. de Beauvois* proprium constituit genus (*Agrost. nov.* p. 16. t. V. f. 8.) illas complectens AGROSTIDIS species, quibus, praeter characteres in *conspectu*: *glumae calycinae* integrae corollâ paulo longiores; *gluma corollina inferior* subtridо-dentata, *superior* bifida; stamina 1-3; *stylus* brevis; *stigmata* villosa.

Digitized by Google

aculeata, facie scabra, dorso apicem versus aspera; vaginae laeves ut ligula acuta aut obtusa; rhachis apicem versus, ut ramuli, scabra; calycis valvulae acuminatae scabriusculae, e viridi purpurascentes; corollae valvula exterior oblonga, mutica aut sub apice aristâ brevissimâ, interior triplo minor. In *pratis palustribus*, *ad rivulos*, *fluvios*. 4.

Obs. Huc videtur spectare AGROSTIS *decumbens Hall. fil.*, culmo repente subramoso, ligulâ oblongâ, panicula desiccatione contractiore, pedunculis scabris, spiculis lanceolatis. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 78. quoad exemplar quod hoc nomine tulimus a clo. *Balbis*; synonymia enim in *Gaudinio* valde dubia, quippe citat: POA *Hall. helv.* 1473. *α. β.* nec *γ.*; *Scheuchz. Gram.* 127. n. 1., 128. n. 2.; AGR. *stoloniferam auctor. non Linn.*; AGR. *verticillatam Willd. Spec.* I. p. 369.; *Villars delph.* II. p. 73.; *Koeler Gram.* 97.; *Decand. Fl. franc.* n. 1522.; AGR. *albam β Schrad. Fl. germ.* I. p. 209. (quae sola hujus loci videtur); et AGR. *decumbentem Thom.* — et monet, AGROSTIDEM *stoloniferam Linn.* differre paniculâ maxime multiflorâ, spiculis congestis, glumis calycinis angustissimis obtusiusculis, dorso hispido-pubescentibus, nec occurrere in Helvetia. — Huc quoque ducenda videtur AGROSTIS *stolonifera M. a Bieberst.*: paniculâ confertâ muticâ, calycibus aequalibus coloratis, corollâ paullo longioribus, stolonibus reptantibus *Fl. taur. cauc.* — Differre monet ab *alba*: culmorum basi decumbentium crebrius radicantium internodiis brevioribus, foliis brevioribus rigidioribus, paniculâ angustiore, ramis fere ad basin spiculis coopertis, calycibus, corollis proportione calycis longioribus, valvulis valde inaequalibus, alterâ duplo saltem minore. AGROSTIS *divaricata Hoffm.*: paniculâ divaricatâ capillari muticâ, calycibus subaequalibus, valvulâ exteriore mucronatâ, culmo obliquo, radice stoloniferâ. *Hoffm. Fl. germ.* ed. 2. I. p. 37. huc omnino spectat.

3. A. *Kitaibelii Schult.*; paniculâ ante et post anthesin contractâ, aristâ sub dorsi medio, culmis ascendentibus, radice stolonifera. *Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 178.

Culmi laeves basi saepe ramosi, biped. et ultra; folia plana scaberrima; vaginae glabrae; ligula oblonga; rhachis ramique aculeolis parvis; valvula calycis interior trinervis, utraque margine purpurascens; arista valvulâ triplo longior; fasciculus pilorum ad basin corollae brevissimus. In *pratis Pannoniae meridionalis*. 4.

4. A. *neglecta Schult.*; paniculâ depauperatâ patente, aristâ e dorsi medio, culmis erectis, radice fibrosâ. *Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 179.

Radicis fibrillae lanatae; culmi tenuissimi 1 1/2-2ped., ut vaginae, glabrae, laeves; folia anguste in mucronem acuminata, margine scaberrima; ligula in vaginis superioribus oblonga; rhachis superne ramulique longi capillares hispidi; valvulae calycis violaceae, carinâ aculeato-ciliatae, subaequales, valvula corollae exterior apice integra, quinquenervis, aristâ duplo longiore; pili brevissimi ad basin corollae. In *Pannoniae sylvis*, Prof. *Hitaibel.*

Digitized by Google

5. * A. *capillaris*; paniculâ capillari patente flexuosâ, calycibus subulatis aequalibus glabris coloratis muticis. *Smith Icon. ined.* fasc. III. t. 54. *Linn. Sp. Pl.* I. p. 42. II. p. 93. (sed nec descriptio nec synonyma). *Willd. Spec.* I. p. 369. (quoad syn. *Smith.*) *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 55.

Gracilis, glaberrima, spiculis nitidis obtusis. *M. a Bieberst.* In *incultis planitieram Caucaso finitimarum; in Lusitania Swartz* et *Link. Linnaeus* confundebat cum A. *hispida Willd.* ⊙. Confer *Wahlenb. Flor. lapp. p.* 24. qui AGROSTIDEM *Flor. lapp. n.* 45. semper dubiam esse monet. AGROSTIDEM *capillarem exoticam*, nec *lapponicam* esse *Linn.* in *Proel. ord. nat. p.* 147.

Obs. Specimen nostrum ex herb. excell. Comitissae *Durazzo-Grimaldi* ab AGROSTIDE *alba* ramis laevibus, a *vulgari* ligulâ longissimâ exsertâ differt: hinc a *capillari auctorum* satis distincta.

6. A. *littoralis Lam.*; paniculâ contractâ subspicatâ, calycibus inaequalibus, vaginis barbatis. *Lam. Illustr.* p. 161. β. *senegalensis:* ramis paniculâ longioribus. *Lam.* A. *barbata Pers. Syn.* I. p. 75.

Culmi graciles, elongati; spica albo-virens; folia parum distantia, fere disticha, glauco-incana, involuto-subulata, rigidiuscula, vaginis margine barbatis. *Parsh* ad AGR. *asperam Mich.* ducit. In *Amer. merid. Rich.* β *ad Senegal.*

7. A. *tenella*; paniculâ diffusâ, calycibus acutis, pilis corollâ brevioribus, foliis planis. ARUNDO *tenella Schrad. Fl. germ.* I. p. 220. t. V. f. 1. AGROSTIS *pilosa Gaud. Agr. helv.* I. p. 75. α. corolla mutica, β. aristata.

Habitus AGROST. *albae*, a qua differt: glumâ interiori obsoletâ et pilis ad corollae basin brevibus fasciculatis, oculo nudo vix conspicuis, sine penicillo communi. Culmi erectiusculi 1½-2-ped.; valvulae lineari-lanceolatae. In *alpibus tyrolensibus et helveticis.* 4.

8. A. *spuria*; paniculâ patente, spiculis muticis, (pilis longitudine corollae) radice repente. CALAMAGROSTIS *alpina Host Gram. austr.* IV. p. 30. t. 51.

Praecedenti A. *tenellae* quam maxime affinis et vix diversa videtur: culmis inferne radicantibus; foliis facie pilis brevibus inspersis, externe ad dorsi basin lanugine cinctis; rhachi superne scaberrimâ; valvulâ superiori trinervi; valvulâ exteriore apice tantum bifidâ, nec lacinulatâ; pilis corollae valvulâ non brevioribus. In *alpibus Pannoniae, Styriae superioris, Tyrolis.* 4.

9. * A. *alba*; paniculae ramis hispidis, ramulis patentibus, laxiusculis; ligulâ oblongâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 209. α. floribus albis vel albidis; AGR. *alba Willd. Spec.* I. p. 371. *Smith Fl. brit.* I. p. 81. *Marsch. a Bie-*

Digitized by Google

berst. Fl. taur. cauc. p. 55. n. 140. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 76. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 46. *Lapeyr. hist. abr. d. Pyren.* p. 36. POA *Hall. Hist.* 1475. γ. *Leers Herb.* t. 4. f. 5. A. *polymorpha Huds.* p. 32. A. *rivularis Brotero Fl. lusit.* A. *varia Host Gram. austr.* IV. p. 33. t. 57. *fig. sinistr.*

β. floribus purpurascentibus. *Schrad.* l. c. t. II. f. 1. AGR. *alba Koel. Gram.* p. 95. *Engl. bot.* t. 1189. *Lapeyr.* l. c. floribus spadiceis. A. *coarctata Ehrh. Gram.* n. 133. *Hoffm. Fl. germ.* 2. I. p. 37. *Koel. Gram.* p. 99. A. *capillaris Leers Herb.* t. IV. f. 3. AGR. *stoloniféra nonnull. auct. Fl. germ.?* A. *varia Host Gram. austr.* IV. p. 33. t. 57. *fig. dextr.* AGROST. *hispida Willd. Spec.* I. p. 370.

γ. spiculis semper muticis. AGR. *sylvatica Host Gram. austr.* IV. p. 33. t. 58.?

δ. floribus viviparis. AGROST. *alba* δ. *Schrad.* l. c. β. *Smith* l. c. * AGR. *sylvatica Linn.* paniculâ coarctatâ muticâ, calycibus aequalibus, virgineis corollâ brevioribus, foecundatis duplô longioribus. *Spec.* 1665. teste *Smith. Willd. Spec.* I. p. 371. AGR. *capillaris Leers* l. c. n. 54. t. IV. f. 3.

ε. flores ustilagine correpti.

A. *varia Host* variat corollis aristatis et muticis, attamen in varietate tantum purpurascente corollam aristatam depinxit. *Gaudin* β ad AGR. *decumbentem* quidem cum? ducit, sed, praeter *stoloniferam*, nulla ad *decumbentem* spectare videtur: *Schraderi* enim figura cum illâ *Hostii* exacte eadem. Cls. *Wahlenberg carp. n.* 58 A. *sylvaticam Host* ad *albam* ducit cum A. *varia* et *diffusa Besseri* (quae tamen *Hostii!*); *diffusa* vero certe est *decumbens*, et *sylvatica fors* species propria, a *varia Hostii*, quae *a Schraderi*, diversa: foliis ramulisque scaberrimis, valvulâ corollae majore acuminatâ, nec tridentatâ. — Jam in AGROSTIDE *alba* culmi altiores et rigidiores quam in AGR. *vulgari*, saepe basi repentes; folia latiora magis scábra; panicula major ramis verticillatis minus laxis, horizontaliter sub anthesi patentibus, nec divergentibus, copiosioribus; flo-

* An hujus varietas: AGROSTIS *gracilis Pers.*; cespitosa, culmo gracili subdecumbente, paniculâ in spicam cylindricam coarctatâ, floseulis glabris subnitidis *Pers. Syn.* I. p. 75? Vel potius *stoloniferae?* Glumae glaberrimae, sed pedicelli subincrassati hispiduli ut in *alba*. *Lugduni Allobrogum in arvis, collibus.* — AGROSTIS *intermedia Balb.* videtur *albae* potius quam *vulgaris* varietatem sistere pumilam, nisi fors species propria. AGR. *viviparam* possidemus *in monte Aetna* lectam, et a clo. *Bivona* nobiscum communicatam, quae statură quidem et ligulâ convenit cum *alba*, sed folia radicalia fere setacea, laevia, et rami laevusculi in panicula contracta, quae *verticillatae* fere habitum prae se fert, sed glumis calycinis glaberrimis gaudet. Quo sit referenda nescimus.

Digitized by Google

res majores magis ovato-lanceolati; arista, si adest; infra apicem vix notabilis; ligula exserta; corollae gluma major quinque- nec trinervis, nervis lateralibus in mucronem desinentibus. In *Europae et Caucasi Bithyniaeque pratis.* 4.

10. A. *parvula Schult.;* paniculâ fructiferâ contractâ subspicatâ, culmis ascendentibus. *Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 182.

Rad.? Culmi laeves, vix 5-6poll., nec in fertilissimis altiores, inferne geniculati; folia culmea fere lineari-lanceolata, plana, profunde striata, margine scabra; ligula oblonga obtusa; panicula vix pollicaris ramis brevissimis tortis hispidulis; valvulae calycis viridi-flavescentes, carinâ ciliato-aculeatae, lanceolato-acuminatae, exterior trinervis ut valvula corollae exterior; pili sub corolla vix ulli. In *sylvis Pannoniae.* Prof. *Kitaibel.* 4.

11. A. *tennifolia MB.;* paniculâ oblongâ patentiusculâ scabrâ, calycibus aequalibus acutis, foliis lineari-setaceis. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 56.

Culmi plures tenues pedales, folia convoluta, vix lineam lata, ligula brevissima, panicula spiculis minoribus quam in *alba*, acutis, valvulis calycinis acutis dorso scabriusculis, corollâ longioribus; corollae hyalinae valvula altera minima. In *Caucasi Beschtau versus cacumen.* 4.

12. A. *patula Gaud.;* culmo infracto, ligulâ oblongâ, pedunculis divaricatis scabris basi nodosis, spiculis ovato-lanceolatis. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 80.

Nimis affinis A. *albae* videtur; vix pedalis, panicula demum divaricata, semiverticillata; pedunculi crassi, basi eximie nodosi; glumae purpurascentes. *Gaud.* In *alpibus helvet.* 4.

13. A. *involuta Poiret;* paniculâ angustâ spicatâ; foliis glabris involuto-subulatis; culmis ramosis geniculatis. *Poir. Enc. meth. Suppl.* I. p. 252.

Affinis A. *albae*, sed differt: culmo ramoso, geniculis subinflexis, 1-2ped.; folia firma glaberrima ut vaginae; panicula recta, 2-3-pollic.; rhachis ramique glabri; calycis valvulae aequales, lanceolatae acutae, dorso hispidulae; corollinae breviores, muticae. In *agro Maroccano.*

14. A. *valentina;* paniculae ramis calycumque carinâ hispidis, ramulis subappressis, ligulâ elongatâ, radice repente stoloniferâ, foliis subconvolutis rigidiusculis Agrostidis indeterminatae e Valentia epigraphen obtinuimus a clo. *Zea.*

Sesqui-biped.; culmi teretes striati laevissimi, ad apicem fere usque vaginis tecti; vaginae arcte adpressae, profunde sulcato-striatae, glaberrimae, ad attactum laeves; ligula oblongo lanceolata, utrinque ad faucem vaginae decurrens, demum fissa, lineas fere duas longa; folia erecto-patentia, superiora fere stricta, basi vix lineam lata, sensim margine involuto attenuata

Digitized by Google

in apicem subpungentem, profunde striata, utrinque pilis brevissimis rigidis, unde retrorsum, inprimis margine et carinâ, scaberrima. Panicula 3-5poll., ramis subverticillatis, pluribus brevioribus, uno alterove longiore vix pollicari; pedicelli apice incrassati, ramis hispidiores. Calycis valvulae aequales, lanceolatae, subcompressae, acutae, subpubescentes, subenerves, corollâ tertia parte longiores, vix lineam longae, patentes; corollinae aequales, altera lanceolato-ovata, apice subbifida, altera lanceolata, utraque tenuissime membranacea. Tota pallet, et laevissima purpurâ hinc inde vaginae glumaeque tinctae. In *Valentiae regno*. 2. Convenit quibusdam notis cum AGR. *pungente*, sed plurimis recedit.

15. A. *gigantea Roth*; paniculâ parte superiore prius florente patentissimâ; calycibus hispidis, petalo exteriore glabro, dorso superne subaristato, culmo erecto. *Roth Fl. germ.* I. p. 31. II, p. 83. *Hoeler Gram.* p. 86. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 81. AGROSTIS *alba* γ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 209. t. II. f. 2. AGR. *vinealis* β. *Willd. Spec.* I. p. 369. et ejusdem AGR. *compressa ib.* p. 368. * AGROSTIS *alba* β. *Willd. Enum. H. Berol.*

Variat paniculâ albidâ et glaucâ; pedunculis elongatis inferioribus omnibus longe nudis; et aristis calyce longioribus. — Culmus 3-4ped.; ligula elongata; panicula ampla; pedunculi semiverticillati scabri, basi nodosi, spiculae lanceolatae, flores infra apicem corollae obsolete aristati. In *arenosis humidisque Europae ad fluvios*. 2. Num huc pertineat AGROSTIS *compressa M. a Bieberst* (ipsi auctori dubia) ad quam citat AGR. *compressam Willd. Spec.* I. p. 368, cum ?, ut et A. *dubiam Leers* t. 4. f. 4, nescimus. — Descriptionem adjecit sequentem: „Rad. vix repens. Culmi numerosi, cespititii erecti, pedales. Folia circiter biuncialia, sesquilineam lata, plana, acuta, firma, retrorsum scabra glauco-viridia, vaginis striatis glabris. Panicula oblonga, contracta, radiis ad basin usque floriferis. Spiculae formâ magnitudineque A. *hispidae*, purpurascentes. Calycinae valvulae aequales, carinâ sicut paniculae ramificationes hispidulae. Corolla albo-scariosa, calyce paullo brevior: valvulâ exteriore sub apice aristâ brevissimâ, vix nudo oculo discernenda, interdum deficiente, interiore minutissimâ. „An AGR. *hispidae* varietas? In *Caucaso orientali subalpino ad rivulos*. 2.

16. A. *dubia Leers*; calycibus aequalibus laevibus, corollis infra apicem mucronatis, foliis setaceis. *Leers Fl. Herborn.* n. 56 t. IV. f. 4.

A b. *Willdenow* et *P. de Beauvois* jungitur quidem cum AGR. *compressa Willd.*; clo. vero *Schrader* quoad descrip-

* Hanc *Willd.* descripsit in *Roemer* et *Useri bot. Mag.* II. p. 39.: paniculâ coarctatâ, calycibus aequalibus, corollis infra apicem brevissime aristatis, et vix *gigantea Roth*.

Digitized by Google

tionem diversa videtur, nec tamen certum *dubiae* locum assignat. Est autem *Leersii* descriptio sequens: Rad. subrepens. Culmi pedales aggregati, ascendentes, erecti, subfoliati, binodes. Folia radicalia angustissima setacea apice scabra, culmea brevia setacea scabra, vaginis laevibus, ligulâ obtusâ. Panicula 1-2poll., angusta, subcoarctata. Pedunculi breves, solitarii, inferiores terni. Cal. spadiceo-virens, laevis. Cor. dorso scabra, apice bifida, mucrone brevi exstante infra apicem. Valvula interior dimidio brevior, retusa. Var. AGR. *caninae*? In *montosis apricis Homburg.*

17. A. *frondosa Tenore;* paniculâ patentiusculâ, valvulis calycinis carinâ sursum scabriusculis, corollinis inaequalibus, majore bifidâ enervi. *Sprengel Pug.* II. p. 5. *Tenore in Ms.*

Affinis A. *albae*, quae corollae valvulâ majore integrâ quinquenervi differt. Rad. stolonifera. Culmus basi radicans, adscendens, cubitalis, inferne vaginis glabris foliorum tectus. Folia linearia glabra digitalia striata patentia. Ligula exserta membranacea fissa. Panicula pyramidalis, ramis fasciculatis breviusculis angulatis scabris. Flosculi albido-straminei. Calycis valvulae aequales nitidae lanceolatae. Corollae valvulae multo minores, muticae. *Neapoli prope Bagnoles.* 4. — *P. de Beauv.* citat A. *frondosam Linn.* cum?, quam non novimus.

18. A. *vulgaris;* paniculae ramis laeviusculis, ramulis sub anthesi divaricatis, ligulâ brevissimâ truncatâ, (spiculis subovatis). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 206.

α. paniculâ capillari erecto-patente, pedicellis erectis, spiculis confertis muticis rarius aristatis. *Gaud.* A. *vulgaris Smith brit.* I. p. 79. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 82. *Bertolon. Plant. rar. ital. Dec.* III. p. 7. *Hoffm. germ.* ed. 2. I. p. 36. t. 7. f. 1-7. *Engl. bot.* t. 1671. *Hayne term. bot.* t. 45. f. 5. *Host Gram. austr.* IV. t. 59. *Brotero lusit.* AGR. *capillaris Vill. delph.* II. p. 73. *Lam. Enc. meth.* I. p. 59. *Flor. Dan.* t. 163. *Schkuhr* t. 12. *Leers* t. IV. f. 3. (fide *Smith*, sed rectius, ut videtur, *Schrader* et *Willd.* ad *albam*). AGR. *tenuis Sibthorp* p. 36. AGR. *polymorpha α. Huds.* p. 31. AGR. *stolonifera Linn. Fl. suec.* 66. (fide *Wahlenb. helv.* p. 17. n. 14.). *Hall. Hist.* n. 1475. *Scheuchz. Gram.* p. 129. t. 3. fig. 5. B.

β. paniculâ divaricatâ, pedunculis capillaceis minus laevibus, spiculis ovatis sparsis. *Gaud.* l. c. AGR. *tenella Hoffm.* paniculâ divaricatâ capillari pauciflorâ muticâ, calyce flosculisque subaequalibus (minimis). *Hoffm. germ.* ed. 2. I. p. 36. AGR. *stolonifera Leers* t. IV. f. 6. AGR. *vulgaris α Schrad.* l. c. t. 2. f. 3. AGR. *violacea Thuill. paris.* II. p. 35. (fide *Poiret*). AGROST. *capillaris Willd. Spec* I. p. 369? (excl. saltem *Smith*).

Digitized by Google

γ. floribus aristatis. AGR. *vulgaris* β. *Schrad. Smith. Bertolon* l. c. AGR. *canina With.* p. 127. AGR. *alpina Savi pis.* I. p. 181. *Besser galic.* n. 78. *Scheuchz. Agr.* p. 127. t. III. f. 5. A.

δ. culmo inferne decumbente, saepe ad genicula radicante, flosculis muticis. A. *vulgaris* κ *Bertol.* l. c. AGR. *alba Balb. Fl. taur.* p. 15. *Lois. Fl. gall.* I. p. 44. n. 15.

ε. culmo inferne decumbente, saepe ad genicula radicante, flosculis aristatis muticisve. A. *vulgaris* ε *Bertolon* l. c. A. *canina Savi Fl. pis.* p. 181.

ζ. * *pumila*; culmis fasciculatis humilibus, spiculis ovatis, seminibus conspicuis turgidiculis ustilagine corruptis, stylis persistentibus, glumis muticis, aristatisque. AGROST. *vulgaris* γ. *Smith, Schrad., Caud., Bertol.* ll. cc. β *Pers. Syn.* I. p. 75. AGR. *pumila Linn. Mant.* I. 31. *Willd. Spec.* I. p. 371. *Lightfoot Fl. scot. ic. in titulo* mala. AGR. *intermedia Balb. addit. elench.* p. 131? *Misc. bot.* p. 9? *Hall. helv.* n. 1474. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 131. n. 5.

η. floribus geminis, altero mutico, altero aristato. *Decand. Fl. fr. Suppl.* n. 1520.

Θ. floribus viviparis. A. *vulgaris* δ *Smith*, ε *Schrad.* t. 2. f. 4. *Hoffm. Fl. germ.* t. 7. f. 8. γ *sylvatica Pers. Syn.* I. p. 75. (excl. syn. *Linn.*). AGR. *sylvatica Hoel. Gram.* p. 92.

---

* *Obs.* *In* AGROSTIDE *intermedia Balbis*, quae ab omnibus ad ζ ducitur, statura quidem *vulgaris*, et ligula, sed rami hispidi et pedicelli sub flore multum incrassati, ut in *alba*. *Schrader* AGROSTIDEM *stoloniferam Leers Fl. Herborn.* n. 63. *Ehrhart Gram.* et *nonnullor. auctor. Flor. germ.* junxit (et nequidem ut varietatem distinxit) cum *vulgari*; AGROSTIDEM vero *stoloniferam Linn.* junxit cum *verticillata Vill.* Jam vero *Host Gram. austr.* IV. p. 32. t. 56. profert AGROSTIDEM *stoloniferam*: paniculâ coarctatâ, culmo stolonibusque ramosis, foliis scaberrimis, spiculis congestis, radice repente perenni, ad quam citat *Spec. Pl.* p. 93., quae minime hujus loci: AGROSTIS enim *stoloniferâ Herb. Linn.* a *stolonifera Host* toto coelo diversa. Jam vero AGROSTIS *stolonifera Host* differt ab AGROSTIDE *vulgari* paniculâ fructiferâ patente, ramulis divaricatis, calycis valvulis acuminatis, radice repente *Host Gram. austr.* IV. p. 34. t. 59: radice foliorum fasciculos stoloniformes ramosos, decumbentes aut adscendentes nutriente; culmis ex geniculis inferioribus ramos agentibus, ex geniculis radicantibus; foliis scaberrimis rigidis, subinde subcanaliculatis; ligulâ oblongâ scabriusculâ, nec brevi obtusâ hispidulâ; paniculâ sub florescentiâ tantum patente, ante et post anthesin contractâ; nec fructiferâ patente: ramis brevibus scabriusculis congestis, plures spiculas ferentibus, nec gracilibus in plures ramulos divisis; valvulis calycinis scabris; valvulâ corollae interiore duplo, nec triplo breviore. A. *stolonifera Host* specie ergo distincta a *vulgari* sua, distinctissima a *stolonifera Linn.* et intermedia quasi *albam* inter et *stoloniferam*, hinc nobis,

Digitized by Google

Planta maxime polymorpha. Rad. plus minus repens; culmi in ☌ vix 2-3poll., in reliquis 1-2ped., basi plus minus radicantes, stoloniferi; folia scabra, acuta; vaginae glabrae, striatae; rami bi-trichotomi; flexuosi; rhachis inferne glabra; spiculae in humidis virentes, in siccis purpurascentes; valvulae calycis subaequales, altera glabra, corollinae valde inaequales, majore nervis tribus. — In β. omnia longe tenuiora, ligula brevissima, spiculae magis oblongae, minus acute carinatae, semen flavicans, γ differt a TRICHODIO *canino* praeter characteres generis foliis non setaceis, ligulâ brevissimâ, pedunculis minus hispidis; in δ. *divaricata Hoffm.* flosculi majores, calycis valvulae spadiceae flosculis longiores mucronulatae, folia latiuscula, semina tumidula, saepe ustilagine correpta. η speciem fore esse distinctam, floribus minimis, altero, longius pedunculato, aristato. Hanc ex monte Jura habuit *Decand.* Cls *Wahlenb. Fl. carp. n.* 58. 59. monet: AGR. *albam* esse floribus oblongis, ramulis sub flore annulatis, *vulgarem* vero floribus lanceolatis, pediccllis sub flore parum incrassatis, quod vix semper locum habet. *Per omnem Europam in pratis pascuis, versuris, ad sepes.* 4.

19. A. *ambigua;* paniculâ coarctatâ, culmo stolonibusque ramosis, foliis scaberrimis, spiculis congestis, radice repente perenni. AGROSTIS *stolonifera Host Gram. austr.* p. 32. t. 56.

In *littorali ad mare et aliis in locis.* 4.

20. A. *gracilis Kitaib.;* paniculâ depauperatâ ramis subhispidulis appressis, ligulâ brevissimâ, foliis angustissimis. *Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 180.

Rad.? culmi tenues ad paniculam usque vaginis sulcatis vix scabriusculis absconditi; folia praelonga, erecta, laeviuscula; ligula et in vaginis supremis brevissima, in inferioribus fere nulla; valvulae calycinae virides lanceolatae, acuminatae, utraque trinervis, fere glabrae; valvula corollina exterior calyce longior, trinervis, basi pilis brevibus. In *Pannoniae sylvis* Prof. *Kitaibel.* 4. Multum videtur convenire cum planta hucusque dubia, POA nempe 1476 *Hall. Hist.*, quam AGR. *strictam*, paniculâ strictâ pauciflorâ culmo recto, *Gmelin* in *Syst. Veg.* I. p. 170, et de qua b. *Haller*: „Vere diversa culmo prostrato et facie POAE. Panicula parva rara ex albo viridis; calycis glumae perfecte laeves longe mucronatae pene aristatae virides oris albis; folia vix 1/3 lin. latis. In *Germania.*“ Addit *Dillenium Syn.* III. p. 404 miliaceum, angustifolium, calyce laevi, glumis perexiguis.

21. A. *Juressi Link;* foliis planis, ligulâ brevi obtusiusculâ, paniculâ contractâ, calycis valvulis subaequalibus obtusiusculis, dorso serrulatis. *Link* ap. *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 312.

Affinis A. *vulgari* α seu *hispidae Willd.*, sed differt panicula. In *pratis ad Xerez.*

Digitized by Google

22. * A. *ciliata Thunb.*; paniculâ muticâ, glumâ calycinâ angulatâ ciliatâ. *Thunb. Fl. jap.* p. 49. *Willd. Spec.* I. p. 372.

Culmus simplex teres erectus glaber biped.; folia vaginantia vaginis fauce margineque punctatis ciliatisque attenuata striata scabra culmo breviora; panicula congesta, pedalis, pedunculis filiformibus, virgatis angulatis ciliatis; flosculi appressi, pedicellis brevibus angulatis, ciliatis. Calycina gluma lanceolata acuta. In *Japonia.*

23. A. *dispar Mich.*; erecta majuscula, paniculâ laxâ, subverticillatim pyramidatâ, multiflorâ, glumis (corollinis) muticis, valvis exterioribus multo majoribus, interiorum alterâ minimâ. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 52. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 252, (quo teste, non Agrost. *dispar Horti paris.*). Trichodium *elatum*, culmis erectis, foliis angustis scabris, vaginis glabris valvis membranaceis ovato-lanceolatis acuminatis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 61. Cornucopiae *altissima Walt. Fl. Car.* p. 74. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 150.

Culmi recti glabri elevati, foliis elongatis glabris acutis. Rami paniculae subverticillati, floribus numerosis. In *aridis sabulosis inferioris Carolinae.*

24. A. *racemosa Mich.*; culmis erectis, foliis longis angustis; racemis oblongis, e spicis densis subinterruptis; calycibus longe mucronatis corollâ longioribus. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 53. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 253.

Pursh nunquam vidit. Habitus A. *lateriflorae*, sed folia longiora, angustiora; glumae corollinae calycinis longiores. In *inundatis sabulosis Mississippi.*

25. A. *lateriflora Mich.*; culmis erectis nodosis, foliis linearibus planis, paniculis pusillis coarctatis densis, valvis acutissimis scabris, interioribus majoribus basi subbarbatis. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 53. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 64. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 253.

A. *laterifolia* quoque a cl. *P. de Beauvois* dicta. Culmi stricti, teretes; paniculae multiflorae; glumae calycinae corollâ breviores. In *rupibus ad Mississippi regionis Illinoensis.*

26. A. *aspera Mich.*; culmis strictis a basi ramosis, foliis longissimis recurvo-pendulis, asperis, vaginis ore villis barbatis; paniculis coarctatis; floribus majusculis, glumae valvis interioribus subtriplo majoribus. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 52. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 64. qui A. *barbatam Pers. Syn.* I. p. 75. et A. *littoralem Lam. Illustr.* I. p. 161. huc trahit. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 253.

In *regionis Illinoensis collibus et rupibus.*

Digitized by Google

27. A. *capensis Willd.*; paniculâ spicatâ cylindricâ muticâ, culmo nutante. *Willd. Spec.* I. p. 372. AGR. *spicata Thunb. Prodr.* I. p. 19. *Fl. capens.* I. p. 400. A. *africana Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 254.

Rad. fibrosa; culmus simplex, filiformis, striatus, glaber, curvatus, spithamaeus; folia radicalia plura, convoluta, ensiformia, acuminato-setacea, nervosa, glabra, breviora; panicula obtusa glabra digitalis; spiculae inferne remotae, apice glomeratae, oblongae, adpressae, unguiculares. Pedicelli, ut rhachis, glabri; calycis glumae concavae, ovatae, obtusae, albidae, tenuissimae, glabrae, corollâ duplo breviores; corollinae lanceolatae glabrae muticae. *Thunb.* In *collibus argillaceis circa urbem Cap.*

28. A. *distichophylla;* panicula simplicissima racemoso-spicata, calycibus aequalibus corollâ brevioribus, foliis rigidiusculis ensiformi-complicatis setaceis distichis.

Culmi in exemplaribus nostris sine radice plures, spithamaei, filiformes, gracillimi, inferne teretes, superne sub lente sulcato-angulati, ad tactum laevissimi; vaginae inferiores teretes, arctissime adpressae, superiores laxiusculae, subcompressae, glaberrimae, ad tactum laeves; ligula in foliis inferioribus brevissima, in superioribus elongata, acuta, 2/3 lin. longa; folia 1-1 1/2poll. longa, complicata, vix 1/4 lin. lata, profunde sulcato-striata, carinâ prominente incrassatâ, in mucronem subpungentem attenuata, glaberrima, ad tactum laevissima. Panicula semi- et sesquipollicaris, ramis alternis subsolitariis appressis, 3-4 lin. longis, 5-7floris. Rhachis superne tantum, ut et rami, scabriuscula, pedicelli incrassati hispiduli. Valvulae calycinae fere aequales, ovato-lanceolatae, membranaceae, glaberrimae, fere enerves, carinâ vix apparente, altera acuta, altera obtusiuscula, vix lineam longae. In exemplari nostro jamjam defloratо et fructificante corollam semen oblongum apice acutum griseo fuscescens tegentem describere non valemus. In *Botany-Bay, unde amiciss. Zea.*

29. * A. *virginica;* paniculâ contractâ muticâ, foliis revoluto-subulatis rigidis extantibus bifariis involutis, calycibus longitudine corollarum. *Willd. Spec.* I. p. 373. *Swartz Obs.* p. 38. *Clayt. Fl. virg.* 507. A. paniculâ coarctatâ, glumis perianthium subaequantibus, foliis bifariis involutis. *R. Brown Prodr.* I. p. 170. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 64., nempe solum quoad synonymon *Willdenowii. Labillard. nov. Holl.* p. 20. t. 23.

Differt, monente *Labillard.*, ab AGR. *pungenti Cavan. Ic.* II. p. 7. t. 111. quacum *Persoon* junxit, minus fauste, potissimum foliis vix rigidis, nec suboppositis; antheris sulphureis, nec violaceis; paniculâ magis contractâ; culmis non demittentibus radiculas e nodis; corollis longitudine aequantibus calyces, nec, ut in AGR. *pungenti*, iisdem fere duplo longioribus.

Digitized by Google

Cl. *Poiret* AGROSTIDEM *junceam Lam.* et *tremulam Willd.* hujus *virginicae* β fecit. In *Virginiae, Jamaicae et Novae Hollandiae littoribus argillosis.* 4.

Obs. VILPA *virginica* culmis erectis aut procumbentibus ramosis, foliis interne scabriusculis, vaginis glabris, paniculâ simplici coarctatâ, glumis subaequalibus, paleis glumas subaequantibus acutis *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 137. *in Cumana* est robustior, caeterum non diversa ab illis, quas in *salsis maritimis Peruviae ad littora maris pacifici* invenit ill. *Humboldt.*

30. A. *parviflora;* paniculâ effusâ capillari, glumis aequalibus, perianthii valvulâ exteriore truncatâ, interiore minutissimâ. *R. Brown Prodr.* I. p. 170.

In *terra van Diemen.*

31. A. *tremula Willd.;* paniculâ simplici subspicatâ, calycibus subaequalibus corollâ muticâ brevioribus, foliis rigidis convolutis distichis. *Willd. Spec.* I. p. 372. et hoc teste: AGR. *juncea Lam. Enc. meth.* I. p. 60. *Illustr.* t. 41. f. 2. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* T. II. p. 295. t. VI. (qui et *Lamarck* l. c. adducit, et *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 52.).

Pal. de Beauv. qui hanc cum? ad ZOYSIAM ducit, ex A. *juncea Mich.:* foliis strictis erectis convoluto-setaceis rigidulis; paniculâ oblongatâ pyramidatâ, floribus muticis, valvulâ extimâ duplo minore, HELEOCHLOAM suam *junceam* fecit *Agr. nov.* p. 23. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 251. eandem ut speciem propriam AGROSTIDIS adducit, *Lamarcki* vero *junceam* varietatem fecit β. *virginicae*, nonnisi staturâ minore et colore glauco differentem. *Persoon Syn.* I. p. 73. A. *junceam Lam.* ducit ad AGR. *Matrellam Linn.* seu MATRELLAM suam *junceam*, quae tamen aristulâ munitur, indeque genus proprium MATRELLA constituit, cui calycem denegat, qui tamen adest. Rad. repens, vaginis foliorum exaridis tecta. Culmus pollicaris et digitalis, glaucus, adscendens, geniculatus, vaginis ore pilosiusculis tectus. Folia semiunguicularia linearia glauca glabriuscula. Corollae valvulae lanceolato-linearcs. *Spreng.* In *arenosis Indiae orientat. et sabulosis Carolinae.* ☉.

32. A. *pungens Schreb.;* paniculâ contractâ muticâ, foliis bifariis involutis rigidis pungentibus serrulatis, superioribus oblique oppositis, culmo ramoso. *Schreb. Gram.* II. p. 46. t. 27. f. 3. *Vahl Symb.* p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 373. *Desfont. Atl.* I. p. 68. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 46. n. 156. *Cavan. Ic.* II. p. 7. t. 114. *Decand.* et *Lam. Fl. fr.* III. p. 23. n. 1523. AGROSTIS *arenaria Gouan. Ill.* p. 3.? PHALARIS *disticha Forsk. Descript.* p. 17.

Culmus repens, firmus; rami floriferi obliqui inferne ramosi, vaginis tecti. Folia glauca, bina semper approximata, inter

Digitized by Google

media longiora saepe bipoll., summum spathaceum amplius. Vaginae fauce utrinque barbatae. Panicula fere bipollicaris, ovalis, obtusa, albida; glumae calycinae lanceolatae carinatae glabrae, altera longitudine corollae, altera duplo brevior; corollinae aequales, exterior substantiâ et figurâ calycis, altera tenuis. Pedunculi demum incrassati. Varietas maritima A. *stolonifera* inscribitur in *Hb. Linnaeano. Vahl l. c.* An haec fors nostra A. *valentina?* In *maritimis Galliae narbonnensis, Hispaniae, Africae borealis et orientis.* 4.

An huc UNIOLA *spicata?* Similis, quoad folia, UNIOLAE quoque *distichophyllae.* Cum? VILPIS inseruit *P. de Beauv.* et PHALARIDEM *pungentem Forsk,* UNIOLAM *pungentem* esse jubet.

33. A. *spicata Vahl;* paniculâ spicatâ, foliis involutis rigidis in geniculis coacervatis, ramis infractis. *Vahl Symb.* I. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 373. *Descript. de l'Egypte* t. 10. AGR. *virginica Forsk. Descr.* p. 20.

Convenit cum A. *pungente* culmo, glabritie, foliis, calycibusque, sed differt: foliis ramis ramulisque plurimis in geniculis congestis; vaginis foliisque grosse striatis, (non subtilissime); foliis latioribus; ramis floriferis simplicibus inferne infractis; internodiis plerumque tribus, infimis bilinearibus vestitis totidem foliis versus basin ramorum approximatis; articulo ultimo rami floriferi quadripollicari, folio vaginante duplo longiore; paniculis spicatis cylindricis tripollicaribus. *Vahl.* Cls. *P. de Beauv.* cum? huc retulit, et varietatem fecit *virginicae.* In *desertis arenosis Arabiae.* 4.

34. A. *maritima Lam.;* paniculâ spicatâ, ramulis brevissimis, calycibus muticis laevibus? aequalibus, foliis involutis. *Lam. Enc. meth.* I. p. 61. *Illustr.* n. 819. *Decand. Fl. fr.* III. p. 23. n. 1524. *Pers. Syn.* I. p. 76. β. subrepens. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 253. n. 1524.

Affinis A. *pungenti*, sed differt: culmo recto gracili elato, foliis longioribus magisque patentibus non bifariis; vaginarum oris non pilosis; paniculâ angustiore magis coarctatâ; calycum glumis carinatis, carinâ sub lente asperis. In *sabulo maritimo Galliae narbonnensis β. à la tête de Buch, Thore, dans le Medoc prope Burdigalam.* 4.

35. A. *coromandeliana Retz;* paniculâ ovatâ patente, pedunculis simplicibus, floribus secundis muticis, calycibus aequalibus acutis nitidis. *Retz Obs.* IV. p. 19. *Willd. Spec.* I. p. 374. *Vahl Symb.* I. p. 10. AGROST. *indica Forsk. Cat. pl. arab.* p. 104. n. 66. (quam pro A. *verticillata* cum? habet *P. de Beauvois;* A. *coromandelianam* cum? huc posuit.

Tota rigida, albida, semipedalis; radix fibris numerosis setaceis albidis rigidis flexuosis; culmi filiformes, adscendentes, basi foliosi, vaginati; folia latiuscula, lanceolata, poll. longa, rigida. Panicula mediocris pedunculis verticillatis; flores nitentes,

Digitized by Google

parvi; valvulae calycinae aequales, nigrescentes acutae, corollâ parum longiores. Semina flava, nitentia. In *aridis duris Malabariae, Arabiae.*

36. A. *plumosa Tenore*; paniculâ contractâ subspicatâ flexuosâ, calycibus muticis obtusiusculis, undique plumoso-sericeis; foliis involutis rigidis, culmo ramoso, basi infracto. *Fl. Neap. Prodr. sup.* I. p. LIX.

Habitat in Calabriâ ulteriori prope Rhegiam. ⊙.

37. A. *composita Poiret;* paniculae compositae pedunculis racemoso-spicatis erectis; glumis corollinis acutis calyce longioribus; foliis asperis longissimis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 254.

Culmi praealti, subangulati, compressi; folia lata, margine aspera; flores parvi, pallide virides, in panicula amplissima longissima; flores in ultima panicula fere sessiles in ramis parvis; valvulae calycinae subaequales. In *Carolina. Bosc.* Quomodo Vilfa, si corolla calyce longior?

38. A. *nutans Poiret;* paniculâ compositâ longissimâ nutante; glumis acutis, alterâ multo breviore; foliis latis asperis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 255.

Culmi alti, foliis longis lanceolatis, vaginis glabris. Panicula biped., ramis asperis triangularibus subcongestis. Pedicelli filiformes floribus numerosis subsessilibus, pallide aut flavo-viridibus. Valvulae calycinae glabrae, maxime inaequales, minor acuta, major longitudine corollae mucrone subulato. In *Carolina. Bosc.*

39. A. *arachnoidea Poiret;* paniculâ laxâ patentissimâ; ramulis complicatis arachnoideis; calycibus corollâ multo brevioribus; foliis angustis subinvolutis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 249.

Culmi graciles laevissimi elati, nodis distantibus; ligula angusta obtusa laciniata. Panicula amplissima, ramis tenuissimis ramosis filis quasi arachnoideis intertextis, inferioribus semiverticillatis, superioribus solitariis alternis. Pedicelli longissimi, capillo tenuiores flore terminati oblongo saturate rubrofusco. Valvulae calycinae parvae obtusae aequales, corollâ dimidio breviores; corollinae angustae acutae rubellae, exterior aristâ rectâ, prominente, tenuissimâ, longitudine valvulae. In *Carolina. Bosc.* Hanc et sequentes omnes, praeter ignotas illi species, cum? huc retulit *P. de Beauvois.*

40. A. *procera Retz;* paniculae pedunculis racemosis erectiusculis, floribus hirsutis muticis lanceolatis. *Retz Obs.* IV. p. 19. *Willd. Spec.* I. p. 375.

Culmi adscendentes, quadriped. et ultra, ramosi, fuscescentes, tomento ad articulos albido; folia angusta, semiped., glaberrima. Panicula semiped. et ultra; pedicelli incrassati; flores

Digitized by Google

compressi lanceolati, villosi, acuti; valvulae calycinae subaequales, planiusculae, purpureo-fuscae, altera viridis; corollinae minores, inaequales. Stigmata atropurpurea. Semina alba. In *humidis graminosis Malabariae.*

41. A. *magellanica Lam.*; calycibus hirsutis corollâ duplo longioribus; petali exterioris aristâ recurvâ longiusculâ. *Lam. Illustr.* n. 807. *Poir. Enc. meth. Suppl.* 1. p. 247.

Poiret Trichodium *canînum* inter et *rupestre* posuit. Culmi teretes glabri apicem versus scabriusculi; panicula 3-4pollic., ramis compressis brevibus verticillatis subpubescentibus; glumae calycinae lanceolatae acutissimae, corollae obtusiusculae, exterior longior, *apice* aristata. Folia linearia vaginaeque glabra; ligula elongata obtusa. *Ad fretum Magellanicum. Commers.*

42. A. *articulata Poiret*; paniculâ angustâ patulâ, glumis calycinis inaequalibus; corollâ calycibus longiore; aristâ subterminali longissimâ; pedicellis incrassatis, culmo basi articulato. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 248.

Rad. capillaris; culmus adscendens, 8-10pollic.; folia glabra, inferiora angustiora; panicula recta, virescens, angusta, bipollicaris; glumae calycinae glaberrimae lucidae obtusiusculae. *Poiret* ex *Herb. Desfont.* In *Lusitania.* Anne eadem cum Chaeturo *fasciculato?*

43. A. *panicoides Lam.*; paniculis oblongis muticis laevibus, calycibus brevissimis; culmo reclinato ramosissimo. *Lam. Illustr.* n. 828. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 254.

Culmi laeves, geniculis flexuosi; folia plana glabra; glumae calycinae ovatae concavae subaequales, vix acutae, longitudine fere corollae. Semina magna, lucida, rubella. Miliis affine. *Habitat?* Jam si calyces brevissimi, quomodo Vilfa?

44. A. *lutosa Poiret*; calycibus lineari-lanceolatis aristatis, corollâ nudâ; aristâ subterminali, rectâ culmis decumbentibus. Agr. *littoralis Smith Fl. brit.* I. p. 78. (excl. syn. *With.* 129. t. 23.). *Engl. bot.* t. 1251. A. *lutosa Poiret Enc. meth. Suppl.* 1. p. 249.

Rad. repens; culmi subpedales, glabri, simplices; folia latiuscula, plana, utrinque et margine scabra. Stipula subpubescens minus lacera. Panicula erecta, 2-3pollicaris, densa, lobata, semiverticillata, pedunculis capillaribus scabris. Flores albidi apice virentes aut purpurascentes. Glumae calycinae patentes subaequales, carinâ scabrae, aristis rectis longitudine valvularum. Cor. calyce paullo brevior, alba. Arista brevis, subinde calycem vix excedens. In *littoribus marinis lutosis.* 2.

45. A. *versicolor Stev.*; paniculâ muticâ glabrâ patulâ, corollâ (albâ membranaceâ) obtusissimâ, calycem acutiusculum

Digitized by Google

(purpureo-splendentem) excedente. *Steven stirp. rar. itin. Cauc.* in *Act. Mosquens.*

Ill. *M. a Bieberst.* monuit in litteris paniculam esse muticam patulam, corollam albam membranaceam obtusissimam calycem acutiusculum purpureo-splendentem excedere, ligulam esse exsertam obtusam. Exemplar cultum possidemus spiculis laetissime virentibus. In *summis alpibus Schahdagh, et Tyfendagh.* 4.

46. A. *scinrea;* monandra, paniculâ elongatâ, glumis acuminatis, valvulâ exteriore perianthii emarginatâ minorem glumae aequante; aristâ dorsali valvulâ quadruplo longiore, vaginis laevibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 171.

R. Brown post *crinitam.* In *Port-Jackson et insula van Diemen.*

47. A. *rara;* monandra, paniculâ subcoarctatâ, ramis pauciflori, perianthii valvulâ exteriore glumam aequante juxta apicem aristâ flexuosâ longissimâ, vaginis scabriusculis. *R. Brown* l. c.

R. Brown post *sciuream.* In *Port-Jackson.*

48. A. *lobata;* triandra, paniculâ subspicatâ decompositâ, lobatâ; ramis ramulisque imbricatis, glumis acuminatis, valvulâ exteriore perianthii scabriusculâ, apice quadridentatâ subaequali, juxta basin aristatâ, *R. Brown Prodr.* I. p. 171.

R. Brown monticolam inter et *ovatam.* Echinopogonem *ovatam,* quae Agr. *Labillardieri* praecedit. In *insula van Diemen.*

49. A. *cylindrica;* paniculâ cylindricâ ramis imbricatis, glumis subacuminatis, valvulâ exteriore perianthii obtusiusculâ subintegrâ juxta basin aristâ glumis parum longiore, foliis planis. *R. Brown Prodr.* I. p. 171.

R. Brown post Agr. *quadrisetam* (Avenam *quadrisetam*) et ante sequentem *monticolam* posuit. In *ora meridionali novae Hollandiae.*

50. A. *monticola;* triandra, paniculâ subcylindricâ, ramis imbricatis, glumis acuminatis coloratis; valvulâ exteriore perianthii pubescente scabriusculâ apice bidentatâ, infra medium aristatâ, foliis involuto-setaceis. A. *montana R. Brown* l. c.

In *insula van Diemen.*

51. A. *Forsteri;* paniculâ erectâ tenuissimâ, calycibus unifloris, aristis calyce duplo longioribus. Avena *filiformis Forst. Prodr.* n. 46. *Willd. Spec.* I. p. 452. Agrostis *avenacea Gmel. Syst. Veg.* I. p. 171. Agrostis *filiformis,* paniculâ erectâ ramosissimâ, ramis capillaribus te-

Digitized by Google

nuissimis, valvulis calycinis scabris, corollae valvulâ alterâ aristatâ. *Spreng. Mant.* I. p. 32.

Valde affinis sequenti A. *Labillardieri*, quâcum confusa, sed distincta, monente clo. *R. Brown.* „Culmus teres glaber foliosus cubitalis; folia linearia, involuta, flaccida; panicula terminalis, ultimi folii longitudine, ramis longissimis. Gluma calycina uniflora, corollâ major, valvulis linearibus acuminatis, corollina valvulis linearibus minutissimis, aristâ rectâ (et retrofractâ) calycem excedente. In *Insula Paschatis.*" *Spreng.*

52. A. *Labillardieri Br.*; paniculâ capillari, glumarum carinis denticulatis, valvulâ exteriore perianthii glabrâ bimucronatâ, aristâ dorsali glumis longiore, setulâ villosâ ad basin valvulae interioris, foliis planis. *R. Brown Prodr.* I. p. 171. AGROSTIS *novae Hollandiae Pal. de Beauv.* AVENA *filiformis Labillard. Specim. Pl. nov. Holl.* I. p. 24. t. 31.? (excl. synon. *Forsteri*).

Culmi teretes basi subgeniculati; folia striata glabriuscula; ligula oblonga integra; folium supremum instar spathae. Panicula 6-7pollicaris, ramis longissimis filiformibus, scabriusculis, bisterve dichotomis, pedunculis apice subincrassatis. Valvae calycinae inaequales laxae acutae dorso denticulatae; corollinae basi pilosae, exterior calyce dimidio brevior, saepe apice quadrifida. Arista torta. *Descr.* ex *Labill.* In *nova Zeelandia in cap van Diemen.*

Obs. Licet cls. *Brown* huc ducat AVENAM *filiformem Labill.*, nobis tamen ad sequentem potius spectare videtur cum valvulae corollae pilosae in planta *Labillard.*, nec glabrae. Specimen nostrum ab amiciss. *Wendland* communicatum nomine AVENAE *filiformis* exactissime convenit cum AGROSTIDE *retrofracta*, quam confer.

53. A. *aemula*; paniculâ capillari, glumarum carinis denticulatis, valvulâ exteriore perianthii longitudinaliter pubescenti bimucronatâ, aristâ dorsali glumis duplo longiore, setulâ villosâ ad basin valvulae interioris, foliis planis. *R. Brown Prodr.* I. p. 172.

Circa Port-Jackson et in insula van Diemen. Huc potius spectare videtur AVENA *filiformis Labill.* Confer A. *Labillardieri*.

54. A. *rudis*; paniculâ capillari, glumarum carinis lateribusque scabris, valvulâ exteriore perianthii glabrâ apice denticulatâ, aristâ dorsali inclusâ, setulâ villosâ ad basin interioris, foliis planis vaginisque scabris. AGROSTIS *scabra Rob. Brown* l. c.

Cum aemula.

55. A. *plebeja*; paniculâ capillari, glumarum carinâ nudiusculâ, valvulâ exteriore perianthii longitudinaliter pubescente, apice biaristatâ, basi aristâ glumis duplo longiore, foliis subsetaceis. *R. Brown Prodr.* I. p. 172.

Digitized by Google

56. A. *decipiens;* paniculâ laxâ subnutante, glumis acutis; valvulâ exteriore perianthii quinquenervi, aristâ dorsali brevissimâ, foliis involutis. *R. Brown* l. c.

57. A. *ramulosa;* culmo erecto ramoso quadrangulo; foliis vaginisque margine scabris; paniculâ ramosâ coarctatâ; glumis calycinis subaequalibus corollâ duplo brevioribus, corollinis subaequalibus acutis. Vilfa* *ramulosa Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 137.

Rad. fibrosa. Culmus 5-6poll., glaber, ramis geniculatis. Nodi glabri. Folia glabra. Ligula abbreviata, rodundata, fisso-dentata, glabra. Panicula ramis sparsis distantibus subadpressis rhachique scabriusculis. Glumae calycinae glabrae, saepius emarginatae, albidae, corollinae virentes, glabriusculae, dorso scabrae. In *arenosis declivibus Volcan de Jorullo.* ⊙.

58. A. *humifusa;* culmis adscendentibus simplicibus; foliis interne scabris; vaginis glabris; paniculâ simplici coarctatâ; glumis calycinis inaequalibus, inferiore duplo breviore, corollinis subaequalibus acutis, calycinâ superiore longioribus. Vilfa *humifusa Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 137.

Rad. fibrosa. Culmi humifusi, 3-4poll., nodique glabri; folia linearia, plana, rigida; vaginae internodiis breviores; ligula abbreviata rotundata lanato-ciliata. Panicula simplex, spicaeformis pollicaris ramis adpressis rhachique glabris. Glumae calycinae albidae glabriusculae, corollinae subaequales, albidae glabrae. Semen fuscescens. In *calidis apricis Cumanae.* 2.

59. A. *atrovirens;* culmis erectis simplicibus; foliis vaginisque glabris; paniculâ ramosâ coarctatâ; glumis calycinis (sub) aequalibus; corollinis calyce duplo longioribus aequalibus acutis. Vilfa *atrovirens Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 138.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi 4-10poll., nodique glabri; folia anguste linearia subcarinata; vaginae internodiis longiores; ligula brevissima ciliata; panicula diffusa, bipoll. et ultra, ramis patentibus subreflexis rhachique glabris. Glumae calycinae nigro-virentes, glabrae, ut corollinae acutae. Semen aurantiacum. In *valle mexicana prope el Peñon del Marques.* ⊙.

60. A. *trichodes;* culmis geniculato-adscendentibus simplicibus; foliis vaginisque scabris; paniculâ ramosâ verticillatâ diffusâ; glumis calycinis aequalibus dorso ciliatis, corollinis calyce paullo longioribus denticulatis. Vilfa *trichodes Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 139. Airopsidis *Desv.* species.

---

* Vilfa *Adans.* ill. auctoribus est Sporobolus *R. Brown*, Airopsis *Desv.* Interim hue deposuimus.

Digitized by Google

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi, capillares, 2-4poll., simplices, glabri. Folia setacea; ligula elongata obtusa dorso scabra. Panicula pollicaris aut sesquipollicaris, ramis rhachique scabriusculis Glumae calycinae carinato-concavae obtusiusculae dorso ciliato hispidae; corollinae calyce breviores, truncatae, concavae glabrae. Semen obovatum acutum punctatum. In *crepidinibus Andium Peruvianorum juxta Montan, S. Cruz et Guambos.* ☺.

61. A. *elegans*; culmis adscendentibus simplicibus inferne radicantibus; foliis interne scabris, externe vaginisque glabris; paniculâ ramosissimâ verticillatâ diffusâ; glumis calycinis subaequalibus, dorso ciliatis; corollinis calyce brevioribus subaequalibus, inferiore tri-, superiore bidentatâ. VILFA *elegans Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 139.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi 1-2ped., glabri, inferne pubescentes; nodi glabri; inferiores radicantes; folia anguste linearia, plana, externe glabriuscula. Vaginae internodia subaequantes. Ligula longissima fissa. Panicula semipedalis ramis scabris; rhachis glabra; glumae calycinae lanceolatae acuminatae, corollinae glabrae, inferior quadrinervis. Antherae et stigmata alba. In *planitie Cachapamba, in regione temperata regni Quitensis.* 4.

62. A. *fasciculata*; culmis adscendentibus ramosissimis inferne radicantibus; foliis planis scabris; vaginis glabris; paniculâ ramosissimâ verticillatâ diffusâ; glumis calycinis subaequalibus dorso ciliatis; corollinis calyce brevioribus, inferiore paullo longiore, bidentatâ. VILFA *fasciculata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 139.

Differt a praecedente cui valde affinis: culmo ramoso humiliore spithamaeo; ligula et paniculâ (3-4poll.) breviore, spiculisque duplo minoribus. *Juxta Lulambamba in montibus quitensibus.* 4.

b. ACHNATHERA. * *P. de Beauv.*

63. * A. *Calamagrostis*; paniculâ diffusâ, petalo exteriori piloso, aristâ terminali retrofracto-divaricatâ. *Schrad.* — *Linn. Sp. Pl.* II. p. 92. *Willd. Spec.* I. p. 365. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 71. *Lapeyrouse Abr.* p. 34. *Hall. fil.* in *Röm. Arch.* I. 2. p. 10. ad n. 1521. ARUNDO *speciosa Schrad. Fl. germ.* I. p. 219. t. V. f. 8. ARUNDO

* Hoc nomine genus constituit *P. de Beauvois Agrost. nov.* p. 19. t. VI. f. 7, illas comprehendens AGROSTIDIS *Linn.* et *Juss.*, CALAMAGROSTIDIS *Adanson, Roth, Decand.* et ARUNDINIS *Hoeleri* species, quibus: *calycis* glumae corollâ membranaceâ longiores. *Cor.* gluma inferior apice fere emarginato-aristata, *Aristâ* inarticulatâ plicatâ tortili; superior integra acuta. *Nectaria* lanceolata integra glabra, *Stigmata* villosa. *Panicula* composita laxa: *praeter characteres in conspectu.*

Digitized by Google

Hall. helv. n. 1521. Arundo *Halleri Willd. prodr.* n. 187. *Schenchz. Gram.* p. 146. t. 3. f. 11. Agrostis *stipata Hoel. Gram.* p. 77. Calamagrostis *argentea Fl. franç.* n. 1526. Calamagrostis *conspicua Berg. Fl. bass. Pyr.* I. p. 60. Calamagrostis *speciosa Host Gram. austr.* IV. t. 45. Stipa *Aristella Gouan Ill.* p. 4? Stipa *Calamagrostis Wahlenb. helv.* n. 23. *Gaud. Fl. helv. Ms. Hall. helv.* n. 1521.

Culmus subinde subramosus, 1-3ped.; folia longe acuminata; panicula speciosa, 3-6poll.; glumae calycis uniflori margine scarioso argenteo e virescente albidae, trinerviae; corollinae ex argenteo albae. Antherae fasciculis duobus pilorum. Genus inde proprium constitui posse *Gaudin*, qui: paniculâ coarctatâ, paleolâ exteriore dorso lanatâ, aristâ nudâ paleis triplo longiore definiebat hanc speciem in Ms. — Ad Stipam magis quam ad genus ullum aliud gramen hoc accedere *Wahlenb. l. c.* *Ad rupes subalpinas Europae australis.* 4.

Obs. Cls. P. *de Beauvois* Achnatherum *argenteum*, *Calamagrostis Halleri* ut diversas species adducit.

64. * A. *lanceolata*; paniculâ diffusâ, calycibus acuminatis, aristâ terminali brevi, pilis (demum) corollâ longioribus. Arundo *Calamagrostis Schrad. Fl. germ.* I. p. 214. t. IV. f. 4. *Willd. Spec.* I. p. 456. (excl. [test. *Schrad.*] synon. *Linn. Scheuchz.* et *Bauh.*) attamen citatus ab illo *Smith Fl. brit.* I. p. 146. citat (ut *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 42. et *Gaud. Agr. helv.* I. p. 99.) *Linn. Sp. Pl.* 121. *Fl. Dan.* 180. et *Smith* adhuc *Engl. Bot.* t. 403. et Arundinem *Epigeios Huds.* p. 54. et Calamagrostin *Epigeios With* p. 123. — Arundo *Leersii Oett. Lnsat.* p. 17. Calamagrostis *lanceolata Roth* p. 90. et *Koeler Gram.* p. 103. *Decand. Fl. fr.* III. p. 26. n. 1529. *Suppl.* p. 256. Calamagrostis *Schleicheri. Besser galiz.* n. 84. β. corollâ muticâ. γ. *diffusa. Wahlenb.* l. c.

Differt ab Arundine *Pseudophragmite*: radice fibrosâ, spiculis fere duplo minoribus, valvulis lanceolatis, aristâ exiguâ laeviusculâ terminali, culmo subramoso, foliis linearibus valde angustis laete viridibus, saepe utrinque glabris. „A. *Calamagrostis* dignoscitur aristâ terminali curvâ, pilis corollae longioribus; A. *Epigeios*, aristâ dorsali rectâ, pilis corollam aequantibus; A. *acutiflora*, aristâ dorsali geniculata, pilis corollâ brevioribus.“ *Spreng. Mant.* II. p. 8. — In *Hort. Kew.* non *Engl. bot.* 403 (quae ad *Epigeios*) sed 2159 adducitur. — In γ praesertim flores angustiores quam in caeteris omnibus; valvulae calycinae a se invicem valde divergentes; corolla dimidio calyce vix longior. *Wahlenb. l. c.* In *pratis aliginosis, turfosis, ad ripas rivulorum Europae et Caucasi.*

Obs. An huc Arundo *canescens Wigg.*: paniculâ laxissimâ, glumâ subaequali, valvis mucronato-aristatis. *Wigg. hols.* p. 10.? quae Calamagrostis *canescens P. de Beauv.*

65. A. *ramosa*; paniculâ erectâ, culmis ramosis, radice repente. CALAMAGROSTIS *ramosa Host Gram. austr.* IV. t. 44.

Culmi erecti, ad paniculae exortum scabri; folia plana, ut vaginae, scabra; ligula truncata, glabra; rhachis scabriuscula, superne altero latere convexa; rami aculeati, sub anthesi tantum patentes; spiculae minutae; valvulae acuminatae scabrae carinâ aculeatae, exterior uni- interior trinervis. Cor. pilis longis: valvulâ exteriore quinquenervi, nervo intermedio in aristam brevissimam desinente. In *arenosis Pannoniae. Hitaib.* 2.

Vix differt a praecedente AGR. *lanceolata.*

66. A. *sobolifera Mühlenb.*; paniculae contractae filiformis simplicissimae ramis adpressis, corollis subaequalibus calyce longioribus, valvulâ majore apice aristatâ, aristis brevissimis, culmo ramosissimo adscendente. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 95. *Mart. Enum. H. Erlang.* p. 27.

Cum? in indice huc retulit *P. de Beauvois*, et certe corolla calyce longior, ut CINNIS magis conveniat. Culmus sesquiped. et ultra, basi decumbens; folia bipollicaria, horizontaliter patentia, subtus scabriuscula; ligula brevis truncata inaequaliter denticulata subciliata; panicula elongata; calyx membranaceus, nervo viridi notatus, valvulis ovatis acutiuseulis, interiore angustiore et breviore; corolla valvulis subaequalibus trinerviis, valvulâ exteriore apice aristâ brevissimâ mucroniformi. *Willd.* l. c. *Martius*, ut nobis videtur, rectius plantam hisce descripsit: „Rad. horizontalis, repens, dura, squamis membranaceis imbricatis. Culmus erectus strictus pedalis et sesquipedalis, geniculis 5-6 incrassatis, ramosus, foliorum vaginis ad paniculam usque tectus. Folia 1½-2poll., articulis fere duplo longiora, erecta, rigidiuscula, retrorsum scabra; vaginae minus scabrae. Spiculae lanceolatae acutae purpurascente et viridi variae; rhachis scabra, flexuosa. Valvulae calycinae subaequales, corollâ breviores. ovatae, membranaceae, utraque uni-nervis, nervo in apiculum desinente, e medio ad apicem scabro." Reliqua conveniunt. In *America boreali.* 2.

67. A. *conspicua*; calycibus unifloris, paniculâ laxâ erecto-patente, petali exterioris aristâ reflexâ longissimâ. *Forster Prodr.* n. 48. sub ARUNDINE *conspicua*. *Willd. Spec.* I. p. 456. CALAMAGROSTIS *conspicua Gmel. Syst. Veg.* I. p. 172.

In *nova Zeelandia.*

His ACHNATHERIS adjunxit cl. *P. de Beauvois* AGROSTIDEM *miliaceam Gouan* (quae tamen ejus PIPTATHERUM *multiflorum*, et MILIUM *capense Linn.* cum? sine dubio vero AGROSTIDEM *bromoidem* in indice; cum? in textu. — Quid ejus ACHNATHERUM *tenuifolium*?

Digitized by Google

c. Agrostides. * *P. de Beauv.*

68. * A. *hirsuta;* paniculâ subspicatâ, culmo foliisque hirsutis, corollinis glumis dorso aristatis, apice bifidis. *Linn. Suppl.* p. 108. *Willd. Spec.* I. p. 362.

Hirsutie suâ facile distinguitur. Panicula refert Polypogona *monspeliensem.* Singulare quod glumae corollinae sint apice terminatae aristis binis brevissimis, quasi apex glumae esset fissus. *Linn. l. c.* In *Teneriffa. Masson.*

69. A. *filifolia Link.;* culmo ramosissimo; foliis involutis filiformibus tenerrimis; paniculâ contractâ. *Link* ap. *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 313.

Semi-bipedalis, cespitosa. *Ad littora maris prope Trafferiam.*

70. A. *debilis Poiret;* foliis linearibus asperis; paniculâ laxâ; ramulis longissimis capillaribus; floribus acutis; glumis calycinis corollâ longioribus; aristâ dorsali contortâ. *Poiret Enc. meth. Suppl.* T. I. p. 249.

Culmus gracilis pedalis et ultra; folia plana; ligula elongata obtusa. Panicula elongata patens, debilis; ramis asperis subinde umbellatim divisis. Flores albo-virentes; valvulae calycis aequales; corollae obtusiusculae pubescentes. Arista flore longiore. *Colitur in Horto parisiensi. P. de Beauv.* Vilfis quidem cum? inseruit, sed ob aristam dorsalem melius fors inter *Agrostides.*

71. A. *retrofracta Willd.;* paniculâ patentissimâ, aristâ infractâ infra medium petali exterioris, corollis hirtis, culmo adscendente basi ramoso. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 94.

In *nova Hollandia.* 2.

P. de Beauv. Vilfis quidem cum? inseruit, sed quum arista infra medium, nec terminalis, melius Agrostidibus inseritur. Confer Agrostidem *Labillardieri.* — Exemplaria nostra, quae undique tulimus nomine *retrofractae* omnino ejusdem speciei, ne dicamus ejusdem cespitis, sunt cum Agrostide *Labillardieri*, s. potius *aemula Brown*, quam nomine *filiformis* tulimus a clo. *Wendland.*

---

* Vide notam ad genus Agrostidis, et adde nobiscum verba *Brownii:* „Genus artificiale, quod, pluribus speciebus ignotis, in sectiones tantummodo disposui, et quidem: I. *Perianthium sessile muticum basi imberbe:* Agrostis *virginiana, parviflora.* — II. *Perianthium pedicellatum, pedicello barbato, aristâ dorsali, paniculâ coarctatâ:* Agrostis *crinita, sciurea, rara, quadriseta, cylindrica, montana, lobata.* — III. *Perianthium sessile, basi barbatum, aristâ strictâ e divisura apicis, panicula coarctata:* Agrostis *ovata.* — IV. *Perianthium basi extuse barbatum, aristâ dorsali, paniculâ effusâ:* Agrostis *Billardieri, aemula, scabra, plebeja, decipiens.*"

72. A. *tolucensis H.* et *B.;* culmo erecto simplici foliisque glabris; paniculâ ramosâ coarctatâ; glumis calycinis dorso scabris, (sub) aequalibus, corollinis calyce duplo brevioribus, inferiore quadri- superiore bidentatâ; aristâ glumas subaequante. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 135.

Variat culmis 4-5poll., aristis glumas superantibus. Rad. fibrosa. Culmi cespitosi, pedales, nodique glabri. Folia angustissime linearia, convoluta, culmo duplo breviora. Vaginae striatae glabrae internodiis longiores. Ligula ovata glabra, apice denticulata. Panicula spicaeformis, bipoll., et ultra, ramis adpressis, fasciculatis, scabris. Rhachis glabra. Glumae calycinae carinatae purpurascentes; corollinae subaequales, glabrae, inferior basin versus aristâ rectâ. In *apricis aridis regni Mexicani prope urbem Tolaca et Islahuaca.* 4.

73. A. *virescens H.* et *B.;* culmo erecto simplici glabro; foliis scabris; paniculâ ramosâ verticillatâ patulâ; glumis calycinis aequalibus dorso ciliato-scabris, corollinis calyce duplo brevioribus, inferiore quadri- superiore tridentatâ; aristâ glumam subaequante. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 135.

Rad. fibrosa. Culmus subbipedalis, nodique glabri; folia linearia subcanaliculata rigida; vaginae sulcato-striatae glabrae, internodia subaequantes; ligula abbreviata rotundata glabra. Panicula 4-5poll., ramis verticillatis, distantibus, rhachique scabris. Glumae calycinae lanceolatae acutae carinatae glabrae, nitido-virentes; corollinae subaequales, quinquenerves, inferior medio dorsi aristata, superior mutica. *Cum tolucensi in planitie tolucana.* 4.

74. A. *pubescens H.* et *B.;* culmo erecto simplici compresso, infra nodos pubescente; foliis scabris; vaginis glabris; paniculâ ramosâ coarctatâ subverticillatâ; glumis calycinis aequalibus punctato-scabris, corollinis calycem subaequantibus acutis pubescentibus; aristâ glumâ duplo breviore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 136.

Haec et sequens *lanata* differunt ab AGROSTIDIBUS: glumis concavis nec carinatis, paleis integris. An APERAE species? An APERA ab AGROSTIDE satis distinctum genus? Rad. fibrosa. Culmi cespitosi, 3-4ped., glabri, uti nodi. Folia linearia carinata rigida, interne praecipue scabra; vaginae striatae compressae; ligula abbreviata lacera glabra. Panicula spicaeformis, recta, pedalis, ramis approximatis adpressis rhachique scabris. Glumae calycinae oblongae acutae concavae membranaceae albidae enerves; corollinae subaequales oblongae acutae concavae membranaceae, externe, basi praecipue, pubescentes, glaucae, inferior infra apicem aristata, trinervis, superior binervis, saepius apice bifida. Arista recta. Stigmata rubra. In *scopulis regni Mexicani juxta Villalpando, S. Rosa y Cerro del Cubilete.* 4.

Digitized by Google

75. A. *lanata H.* et *B.*; culmo erecto simplici compresso pubescente; foliis vaginisque piloso-lanatis; paniculâ ramosâ subverticillatâ coarctatâ; glumis calycinis aequalibus externe pilosis; corollinis longitudine calycis, acutis pilosis; aristâ glumâ duplo breviore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 136.

An varietas *pubescentis*? Variat culmo vaginâ foliisque minus pubescentibus, rhachi ramisque paniculae glabris. Rad. fibrosa. Culmi 3-4ped., et ultra; nodi pubescentes; folia anguste linearia, carinato-plana, carinâ scabra. Ligula abbreviata, lacera, glabra. Panicula spicaeformis, 8-10poll., ramis appressis rhachique pubescentibus. Glumae calycinae oblongae acutae membranaceae enerves; corollinae subaequales, oblongae; concavae, glaucae, inferior infra apicem aristata, trinervis, superior binervis, mutica. Arista recta. Antherae et stigmata violacea. *Cum praecedente pubescente.* 2.

d. SPOROBOLI.* *R. Brown, P. de Beauvois.*

76. A. *diandra Retz*; paniculâ elongatâ contractâ, floribus subulatis muticis diandris, foliis convolutis. *Retz Obs.* V. p. 19. *Willd. Spec.* I. p. 371.

Folia angusta, elongata, subulata; flores parvi subsessiles, ut plurimum unilaterales in panicula laxa; pedicelli setacei; valvulae calycinae subulatae acutae, corollâ longiores. (Et SPOROLOBUS?) Semina ovalia rufa. In *India orientali.*

77. A. *pulchella*; paniculae patulae ramis verticillatis setaceis, ramulis simplicibus, foliis lanceolatis planis argute dentatis cum vaginis ciliatis. *Roth Ms.* SPOROLOBUS *pulchellus* paniculâ effusâ e racemis verticillatis raris subsimplicibus, foliis vaginisque ciliatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 170. AGROSTIS *pulchella Roth nov. plant. spec. Ms.*

---

* SPOROLOBI genus a *R. Brown* conditum, a *P. de Beauvois Agrost. nov.* p. 26. t. 6. f. 11. dictum, illas continet AGROSTIDIS species, quibus: *glumae calycinae* inaequales corollâ breviores, inferior subintegra ovata, superior subtrifida. *Gluma corollina inferior* subquadridentata, dentibus minimis subspinaeformibus, superior minime truncato-emarginata. *Nectaria* obtusiuscula ovato-lanceolata, integra glabra. *Stamina* 2-3. *Semen* subquadratum, angulosum, liberum, caducum, haud sulcatum. Panicula composita coarctata elongata subspicaeformis: *praeter characteres in conspectu. R. Brown* sequentem generis characterem dedit: „*Gluma* uniflora bivalvis mutica inaequalis, valvulâ exteriore minore. *Perianthium* bivalve muticum acutiusculum sessile imberbe glumâ longius. *Squamulae* duae hypogynae. *Stam.* 2-3. *Styli* 2 stigmatibus villosis. *Semen* obovatum ventricosum liberum deciduum; additque gramina continere tropica, vix ultra 36° provenientia, quibus flores paniculati, vaginae collum barbatum, ligula obsoleta. Genus proximum AGROSTIDI, praesertim AGROST. *virginicae.*

Digitized by Google

Primo intuitu similis TRICHODIO s. AGROST. *capillari*, sed panículae rami paullo torosiores et minus divisi; folia saepius conduplicata margine subundulata, dentato-ciliata; vaginae margine ciliatae, ad oras barbatae; paniculae rami erecto-patuli. In hoc et *elongato*, et in AGROSTIDE *diandra Retzii* semina obovata ventricosa libera decidua. In *India orientali. Heyne, nova Hollandia R. Brown.*

78. * A. *indica;* paniculâ contractâ muticâ, racemis lateralibus erectis alternis. *Linn. Spec.* I. p. 94. *Swartz Obs.* p. 38. *Willd. Spec.* I. p. 375. *Sloane jam.* 35. *Hist.* I. p. 115. t. 73. f. 1. SPOROLOBUS *indicus*, paniculâ coarctatâ cylindraceâ, spicis imbricatis divisis simplicibusve. *R. Brown Prodr.* I. p. 170.

Culmus erectus; folia plana angusta, panicula oblonga e racemis lateralibus alternis rhachi approximatis, glumis brevissimis acutis. In *Indiae occidentalis et novae Hollandiae humidis.* ⊙. — Confer AGROSTIDEM *elongatam.*

79. A. *purpurascens Swartz;* paniculâ coarctatâ elongatâ, ramis adpressis erectis, flosculis inaequalibus acuminatis. *Swartz Prodr.* p. 25. *Flor. Ind. occ.* I. p. 185. *Sloane Hist.* I. p. 115. *Willd. Spec.* I. p. 375. AGR. *indica* β. *purpurascens Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 253.

Affinis *indicae*, et simillima *tenacissimae*, 3-4pedalis. Culmus filiformis, simplex, teres, glaber. Folia erecta, linearia, acuta, brevia, glabra. Gluma calycina bivalvis. Valvulâ exteriori minutâ, subulatâ, acutâ; interiori multo majore, ovatâ, acuminatâ, muticâ, purpurascente margine membranaceo, albido. Corollae valvulae aequales, calycinâ interiore vix minores, acuminatae, muticae. In *Jamaica.*

80. A. *elongata;* paniculae elongatae coarctatae ramis alternis capillaribus subdivisis, inferioribus distantibus, foliis convoluto-setaceis, vaginis ad oras barbatis. *Roth nov. plant. spec. Ms.* SPOROBOLUS *elongatus* paniculâ coarctatâ elongatâ, spicis alternis divisis, inferioribus distantibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 170. β. *flaccida.*

Folia laevia; vaginae glabrae, in β ad oras tantum pubescentes. Paniculae rami erecti, culmo adpressi, in β. flaccidi. In *India orient. nov. Holl. Heyne* et *Brown.*

---

* *Obs.* Cls. *Poiret Enc. meth. Suppl.* 1. p. 253. AGROSTIDEM *elongatam:* paniculâ contractâ elongatâ muticâ, ramulis alternis strictissimis, glumis laevibus inaequalibus, *Lam. Ill.* n. 816. ducit, cum *Pers. Syn.* 1. p. 76., ad AGR. *indicam Linn.* et *Poiret* insuper addit: *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 62. Attamen descriptio *elongatae:* erecta elatior glaberrima, foliis longissimis sensim setaceo-convolutis, racemo virgatim longissimo, glumae muticae valvis exterioribus longissimis, cum hac, nec cum A. *indica Linn.* quadrat, et hujus videtur loci.

Digitized by Google

81. * A. *tenacissima;* paniculâ elongatâ contractâ subspicatâ, flosculis muticis, calycibus inaequalibus corollâ duplo brevioribus, corollis inaequalibus. *Willd. Spec.* I. p. 374. *Enum. H. Berol.* I. p. 97. *Jacq. Collect.* I. p. 85. *Ic. rar.* t. 16. *Zuccagni Cent.* n. 23. in *Roemer Collect.* p. 123. VILFA *tenacissima*, culmis erectis simplicibus, foliis vaginisque glabris, paniculâ simplici elongatâ spicaeformi, glumis inaequalibus, paleis glumis duplo longioribus, inaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* I. p. 138.

Cum descriptio *Linnaei Suppl.* p. 107 sit pessima, e *Jacquinio* dabimus. *Linnaei* sequens: „Radix dura, cespitosa, culmis pluribus. Culmi semipedales angustissimi tenacissimi glaberrimi articulati. Folia graminea. Panicula filiformis angustissima: floribus adpressis. Cal. bivalvis, valvulis linearibus distantibus longitudine floris. Cor. bivalvis, linearis s. subulata. Germen ovatum longitudine fere floris aut petali, corollâ dicendum, sed valde clausum." *Jacquini* haec: Rad. perennis, cespitosa per totum annum folia emittens numerosissima; culmi herbacei, annui, debiles foliosi basi compressuli, calamum fere crassi, superne graciles, tenacissimi, terminati in paniculam suberectam, 1-1½ped., tectam racemulis appressis, filiformiter spicatam; racemuli alterni, spicati, superiores breviores simplices, inferiores longiores paniculati. Pedicelli uniflori, appressi. Flores mutici, valde minuti, pallide virentes. Glumae uniflorae bivalvis petalo brevioris valvula altera acuta, altera obtusa brevior. Cor. erectae valvula longior acuta, obtusa brevior, in eodem cum longiore latere. Stigmata pallida penicilliformia. Antherae caerulescentes. Semen oblongum, obtusum, compressum, glabrum, semipellucidum, sordide flavescens, basi cicatrice fuscâ, ex corollâ sponte dimittitur nudum, dein ipsâ corollâ et alterâ calycis valvulâ decidente, alterâ persistente. In *Caribaeis.* 2.

? Anne huc, ob calycem corollâ minorem: ?

82. A. *clandestina;* mutica, paniculâ contractâ subspicaeformi, in foliorum vaginis occultâ, vaginis ore pilosis. *Spreng. Mant.* I. p. 32?

Culmus teres erectus foliosus; folia involuta setacea glauca; panicula pauciflora; valvulae calycinae corollâ minores glabrae, lanceolatae, subaequales; corollinae longe acuminatae glabrae aequales. In *Pensylvania.*

e. APERAE * *Pal. de Beauvois.*

83. * A. *Spica venti;* paniculâ verticillatâ patulâ, aristâ longissimâ infra apicem petali exterioris. *Willd. Enum. H.*

* APERAE genus (*P. de Beauvois Agrost. nov.* p. 51. t. VII. f. 11.) illas continet AGROSTIDIS species, quibus: *glumae calycinae* subaequales, corollâ paulo longiores; *corollae gluma inferior* sub apice integro

Digitized by Google

Berol. I. p. 94. *Spec.* I. p. 361. *Koel. Gram.* I. p. 80. *Smith Fl. brit.* p. 77. *Engl. bot.* t. 951. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 203. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 67. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 63. *Hall. Hist.* n. 1480. *Flor. Dan.* t. 853. *Lam. Illustr.* t. 41. f. 1. *Host Gram. austr.* III. t. 47. β. foliis convolutis. *LaPeyrouse Abrég.* p. 34.

Radix fibrosa. Culmi 1½-3pedales, erecti, aut basi inclinati, laeves. Folia linearia, aut lanceolato-linearia, acuminata, supra pubescentia, subtus et margine scabra, patentissima, vaginis glabris. Ligula elongata lacinulata. Panicula amplissima subsecunda, erecta vel subcernua, ramis pluribus capillaribus scabris ramosissimis, sub anthesi horizontalibus, apice plerumque nutantibus, demum erectis. Spiculae plerumque virentes, subinde et purpurascentes aut purpurâ et viridi variae. Glumae calycinae lanceolatae, acuminatae, carinâ scabrae, exteriori minori nervo unico, majori nervis tribus. Gluma corollina exterior minorem calycinalem vix superans, obsolete quinquenervis, punctata, hispidula apice, aristâ eâdem 3-5plo longiore; interior glabra. Fasciculus pilorum utrinque ad latus glumae corollinae majoris. *Inter segetes per omnem Europam et in Sibiria; β in Pyrenaeis.* ⊙.

84. A. *pallida Decand.*; aristis glumâ vix duplo longioribus, radice fibrosâ *Decand. Flor. fr. Suppl.* p. 251. n. 1510. a. Non confundenda cum AGR. *pallida Schkuhr* et *Hoffm.*, quae ad TRICHODIUM *caninum*. Affine AGROST. *Spicaeventi* et *interruptae*.

Culmi recti, basi subdecumbentes, 9-10poll., simplices, graciles, teretes; folia angustissima acuta plana, exsiccata subconcava; ligula longa recta membranacea bifida, lobis fere obtusis; panicula pallide flavescens, lucida, recta, ramosissima, pedicellis asperis, glumis calycinis laevibus ovato-lanceolatis subaequalibus acutis; corollinis duplo brevioribus, obtusis, sub apice aristâ lineam longâ. *In Galloprovincia.* ⊙.

85. * A. *interrupta*; paniculâ attenuatâ contractâ, ramis semiverticillatis, inferioribus remotis, aristâ longissimâ subflexuosâ infra apicem petali exterioris. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 94. *Spec.* I. p. 362. *Koel. Gram.* p. 82. (excl. plur. synon.). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 204. *Gaudin Agr. helv.* I. p. 69. *Haller helv.* n. 1480. β. *Host Gram. austr.* III. t. 48. *Vaill. bot.* t. 17. f. 4. CYNOSURUS *splendens Tenore* (fide specim. ab auctore).

Simillima *Spicae venti*, sed omnibus partibus minor et tenuior; culmi 1/2-1pedales; folia minus patentia, panicula semper con-

---

setigera, superior bifido-dentata; *Nectaria lanceolata*, integra, glabra; *stamina* 1-3 — *praeter characterem in conspectu.* Nomen ex *Adanson.*

Digitized by Google

tracta ramis paucioribus brevioribus. A. *interrupta Florarum Germaniae* plerumque Spicae venti varietas minor e steriliori solo. — Haec, et *Spica venti* recedit a congeneribus glumâ calycinâ majori trinervi et glumae corollinae majori oppositâ, seminibusque arctius inclusis. *Schrad.* In *Europae meridionalis cultis.* ⊙.

86. A. *purpurea Gaud.*; glumâ exteriori infra apicem longissime aristatâ, paniculâ patulâ pauciflorâ; spiculis sparsis. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 70. *Thomas Cat.* p. 13.

Culmus plerumque unicus, pedalis; panicula ampla, pyramidalis, patula, pedunculis patentissimis, plerumque omnibus inferne nudis, purpureis, exasperatis. Corolla calyce saepe longior, aristâ valvulis demum purpureis triplo tantum longiore. In *vallibus subalpinis Vallesiae. Gaud.* 4. in Ms. ⊙, ut videtur etiam ex auctoris specimine sicco. Occurrit quoque *circa lacum felinum pagi Taricensis, et circa Argentoratum.*

87. A. *pauciflora Schrad.*; paniculâ patente pauciflorâ, petalo exteriori supra medium aristato; aristâ mediocri. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 205. t. 3. f. 2. *Gaudin Agrost. helv.* I. p. 71.

Flores TRICHODII *rupestris* magnitudine vel paullo majores, saturate purpurei. Culmi pedales et ultra erecti, aut basi infracti. Folia patentia scabra utrinque et margine aspera. Vaginae glabrae, ut folia inferiora, saepe purpurascentes. Ligula oblonga obtusa demum fissa. Panicula erecta, ante et post anthesin in spicam contracta. Rhachis superne cum ramis angulata et hispidula. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae uninerves; exteriori majori carinâ hispidâ. Cor. tenuissima; gluma exterior ovato-lanceolata, apice obtusa et denticulata, quinquenervis, fasciculo pilorum utrinque ad latera baseos. Arista primum recta, dein varie flexa. *Schrad.* In *alpibus Styriae et Helvetiae.* 4.

88. A. *procumbens*; paniculâ florente fructiferâque patentissimâ, spiculis aristatis, aristâ e valvulae dorsi medio prodeunte, culmis decumbentibus, radice repente. AGROSTIS *decumbens Host Gram. austr.* IV. p. 31. t. 54.

Rad. repens, geniculata; culmi teretes laeves, toti aut inferiore tantum parte debumbentes; folia plana, scaberrima; vaginae scabrae; ligula oblonga; panicula erecta, viridis, rhachis superne aculeolata; rami longissimi, ramosissimi; spiculae ovatae; valvula calycis exterior carinâ aculeata, interior trinervis; corollae utrinque brevissimo pilorum fasciculo; valvula exterior quinquenervis, apice denticulata; arista vix calycem superans. In *sylvis Pannoniae.* 4.

89.* A. *crinita*; paniculâ spiciformi cylindricâ coarctatâ aristatâ, aristis longissimis patentibus laxis. — ANTHOXANTHUM *crinitum Forst. Prodr.* n. 18. *Linn. Suppl.* p. 90. *Vahl Enum.* I. p. 311. *Labillard. Specim.*

Digitized by Google

nov. Holl. II. p. 115. t. 263. Agrostis *crinita:* monandra, paniculâ elongatâ, glumis longe acuminatis, perianthii valvulis exterioribus glumâ triplo brevioribus, aristâ dorsali sexies longiore, vaginis scabriusculis. *R. Brown Prodr.* I. p. 710.

Glabra, pallide virens, sesquipedal., erecta, culmo inferne vaginis tecto. Folia convoluta angustissima; vaginae striatae. Panicula quadripollicaris, spiciformis, inferne angustior. Calycis glumae longitudine corollarum, margine carinaque e denticulis minutissimis scabrae. Corollae valvula altera aristata, arista valvulâ multoties longior, patentiuscula, scabra. In *nova Zeelandia.*

90. A. *pyramidata Poir.;* paniculâ patente parvâ pyramidatâ, calycibus corollâ longioribus, vaginis ore pilosis. *Lam. Ill. gen.* p. 161. n. 821. *Pers. Syn.* I. p. 75. *Poir. Enc. meth. Suppl.* I. p. 251. n. 35.

Ab A. *littorali Lam.*, post quam *Poiret* eandem posuit, differre, praeter characteres datos, paniculâ magis patente. In exemplari nostro, cui radix deest, caulis rigidus, ramosus; vaginae striatae, glabrae; folia patentissima, rigida, glabra, subconvoluta; panicula 1-1½poll. ramis laevibus; valvulae calycinae lanceolatae subaequales striatae glaberrimae. In *America meridionali;* specimen nostrum a clo. *Richard* datum ex *Antillis.*

91. A. *tenuiflora Willd.;* paniculae contractae simplicissimae ramis adpressis, corollis subaequalibus calyce longioribus, valvulâ majore apice aristata, aristis flore longioribus, culmo ramoso? erecto. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 94. *Hort. Berol.* t. 12. *Spec.* I. p. 364.

Culmus simplicissimus, (et in definitione *ramosus*) sesquipedalis, foliosus. Folia lata plana retrorsum scabriuscula. Ligula brevissima truncata. Rami pauciflori stricti. Cal. corollâ duplo minor „(quomodo ergo Apera?)“ valvulae corollae acuminatae, exterior apice aristata. Arista recta, interdum parum torta. Stamina duo. Antherae flavae. Stigmata purpurea. Affinis *Cinnae*, et similis *bromoidi*, sed rami paniculae magis adpressi, flores angustiores acutiores et folia multo latiora. In *America boreali.* ♃.

92. A. *oligantha;* ramis unifloris filiformibus, corollis aristatis calyce inaequali duplo longioribus hirsutis, vaginis villosis. Agr. *pauciflora Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 63.

Culmus sesquipedalis, glaber. Folia longissime linearia, villosa, nervosa. Vaginae striatae. Ligula brevis. Panicula simplicissima, ramis elongatis. Cal. valvis villosis, brevi-aristatis. Cor. oblonga, villosa, calycis valvulâ interiore duplo longior, brevi-aristata. *Montes alti Virginiae et Carolinae.* ♃.

Digitized by Google

f. CINNAE. * *P. de Beauvois.*

93. * A. *mexicana*; paniculâ coarctatâ, calycibus inaequalibus mucronatis hispidis corollam aequantibus, corollis basi pilosis inaequalibus, valvulâ majore mucronatâ, culmo ramosissimo erecto. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 97. *Spec.* I. p. 374. *Linn. Mant.* 31. AGROSTIS *Cinna*; paniculâ contractâ muticâ, floribus acuminatis submonandris, foliis planis scabris. *Retz Obs.* V. p. 18. et VI. p. 22. *Sternb. Hopp. bot. Taschenb.* 1811. p. 199.

P. de Beauvois, qui prius eandem cum? inter VILFAS adduxit. *Linnaeus* de hac specie sequentia monuit: „culmi numerosi, pedales, laeves, erecti, ramis indivisis. Folia laeviuscula ligulâ truncatâ. Panicula viridis oblonga non patens, sed congesta, coacervatis numerosissimis floribus viridibus scabris. Calyces apice subulati subaequales parum scabri. Corollae longitudine calycis, apice similiter acuminatae, basi pilosae. Aristae nullae. Stigmata atropurpurea ramosa. Stamina alba. (Stamen 1.) Difficillime hoc gramen determinatur. Altero anno floret. In *America calidiore*. 4. Corollam saepius aristatam aristâ infra medium dorsi in adultioribus evanescente se vidisse *Martias En. H. erlang.* p. 28. In hac ut in proxima affini foliosa flosculi plurimi neutri corollâ destituti.

94. A. *foliosa Hortul.*; paniculâ coarctatâ subspicatâ, calycibus inaequalibus aristatis hispidis, corollis calyce majoribus inaequalibus valvulâ majore apice aristatâ, culmo ramosissimo erecto. A. *filiformis Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 95. *α.* paniculis viridibus. *β.* panioulis rubicundis. A. *frondosa Poiret Enc. meth. Suppl.* p. 253.

A. *filiformem Vill.* et *Poiret.* A. POLYPOGONE diversa: calycibus corollâ brevioribus. Habitu accedit ad A. *mexicanam*, sed calycibus, corollis, inflorescentiâ tenuiore et florescentiâ serotinâ diversâ. *β.* robustior. *Willd.* In *America boreali.* 4. A. *frondosa Poiret* certissime huc spectat. licet in Germania crescere plantam asserat, ex *Herb. Desfont.*

95. * A *Cinna Lam.*; paniculâ ramosissimâ oblongâ congestâ, ramis erectis, corollis aristulatis, (monandris) ligulâ lacerâ. *Sprengel Mém. de Petersb.* II. p. 296. t. 6. *Schreb. Gram.* t. 49. CINNA *arundinacea Linn. Willd. Sp. Pl.* I. p. 31. (excl. syn. *Forskâl.*) *Mich. Amer.* I.

---

* CINNAE genus retinuit cl. *P. de Beauvois Agrost nov.* p. 31. t. VII. f. 12. et sic, praeter characteres in conspectu datos, describit: „*calycis glumae* inaequales corollâ breviores; flosculus pedicellatus. *Corollae gluma* inferior sub apice bifido setigera, setâ brevi; superior integra. *Nectaria* minima obtusiuscula ovata, infra medium constricta. *Stigma* villosum. Panicula composita effusa. ÆBOLA *Adans.*" — Stamen constanter unicum.

Digitized by Google

p. 38. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 64. et *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 95. CINNA *agrostoidea* nunc, nunc CINNA *arundinacea P. de Beauv.*

Bi-triped., cespitosa. Rad. repens; culmi glabri vaginati; folia spithamaea, tres lin. lata, lanceolato-linearia, glabra, striata, margine scabra. Ligula elongata lacera. Panicula ex ultima vagina (subsecunda *Willd.* secunda, oblonga, attenuata, compressiuscula *Linn.*) Glumae calycinae scabrae, valvulis inaequalibus, exteriore majore mucronata (mucrone aristaeformi *Linn.*) Cor. clausa apice aristulâ brevi caducâ. (Antherae purpureae. Styli hirsuti *Linn.*) Differt ab affini A. *mexicana* praeter characteres datos: flosculis majusculis acuminatis pallidis, in *mexicana* rubris, fere setaceis, muticis. *Spreng.* In *America boreali.* 4.

96. A. *monandra*; paniculâ effusâ, floribus monandris, aristâ petali exterioris terminali. *Hornem. Hort. hafn.* I. p. 72.

In *America boreali*? ☉.

97. A. *Michauxii Zucc.*; paniculâ contractâ aristatâ, racemis lateralibus alternis adpressis, culmo eburneo, foliis approximatis asperis. *Zucc. Cent.* n. 22. *Roemer Collectan.* p. 123.

Culmus biped. ramosus erectus rigidus laevissimus ruber compressus geniculis approximatis; folia alterna disticha approximata, plana trinervia retrorsum scabra; vaginae glabrae, ore tantum ciliatae; paniculae coloratae; racemi (?) multoties subdivisi flexuosi filiformes; calyx valvulâ alterâ aristatâ, nervis tribus purpurascentibus, alterâ muticâ viridi. *Cor.* calyce paullo minor, valvulis inaequalibus obtusis. Antherae tres rufescentes. Semen ovato-oblongum, laeve, minutissimum. *E Kentucky* attulit *Michaux*, et *Thouin* dedit nomine: *petite graminée de Kentucky.* Ob descriptionem imperfectam loco suo eandem inserere nequimus.

Quid: AGROSTIS *flava:* paniculâ patente, calycibus subulatis aequalibus hispidulis non coloratis, flosculis muticis. *Flor. Dan.* 751., quae a *Kosler Gram.* p. 87. cum? ad *giganteam* ducitur.

230. COLOBACHNE.

1. C. *vaginata P. de B.* l. c. ALOPECURUS *vaginatus Pall. N. act. petrop.* X. p. 304. A. *angustifolius*; spicâ ovatâ, glumis retusis mucronulatis villosis aristâ duplo brevioribus, foliis radicalibus angustissimis. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 43. *Sibthorp Fl. graec.* t. 64. PHLEUM *Gerardi Sibth. Ms.* POLYPOGON *vaginatus Willd. n. Act. n. cur. Berol.* III. *Pers. Syn.* I. p. 80. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 48. *Decand. cat. H. monsp.* 1813. p. 135.

Digitized by Google

Maxime affinis PH. *Gerardi*, ut vix facile distingui possit. *Decand.* sed differt: radice tuberosâ, foliis omnibus latitudine aequalibus planis, culmo elongato, calyce non obtuso, aristâ inclusâ. — Culmus erectus. Vaginae inflatae ventricosae; panicula coarctata subspicata ovata, calyces villosi. *Willd.* „Habitus non POLYPOG. *monspeliensis*, sed potius ALOPECURI *pratensis*. Huic calyx brevissime aristatus, POLYPOGONI *monspeliensi* longissime; huic corollae arista basilaris longa geniculata, P. *monspeliensi* terminalis, brevis recta. An jure sub eòdem genere?" *Marsch.* a *Bieberst. l. c. Frequens primo vere in Tauriae et promontorii caucasici collibus apricis, omnium harum regionum graminum primum florens.* 4.

231. CRYPSIS.

1. C. *alopecuroides;* culmis simplicibus teretiusculis, paniculis subspicatis oblongo-cylindraceis nudis, floribus triandris. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 167. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 45. n. 115. *Descr. de l'Egypte* t. 9. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 248. n. 1475a. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 26. CRYPSIS *macrostachya Brot. Fl. lusit.* PHLEUM *alopecuroides Piller* et *Mitterbacher It. posseg.* p. 147. t. 16. HELEOCHLOA *alopecuroides Host Gram. austr.* I. t. 29. p. 23.

Rad. fibrosa. Culmi plures, tripollicares-pedales, cespitosi, teretes aut subcompressi, glabri, geniculis multis infractis, ad apicem usque vaginati, ascendentes, aut in orbem procumbentes more congenerum. Folia brevia, lineari-lanceolata, acuminata, margine scabra. Vaginae glabrae, suprema laxiuscula. Ligulae loco series pilorum brevium. Panicula obtusa basi attenuata, rhachi scabriusculâ. Rami brevissimi subdivisi. Flosculi ovato-lanceolati, acuti, externe convexi, primo virides aut ex viridi purpurascentes, demum lividi. Glumae calycinae acutae uninerves, carinâ tenuissime ciliatae. Corollae gluma major calycinae minori proxima, minor paulo dilutior et fere glabra. Flores interdum neutri. In *uliginosis Austriae (prope Viennam ad Herrnals, Bertholdsdorf) Pannoniae, et ad Borysthenem.* ⊙. Confer *geniculatam.*

2. C. *phalaroides MB.;* triandra, spicis oblongis obtusis, basi nudis. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 45. n. 114. Gramen myosuroideum ramosum spicâ tenuissimâ nigricante *Amm. ruth.* n. 245. *Gmel. sib.* I. p. 92. n. 23. HELEOCHLOA *phalaroides Pal. de Beauv.*

Spiculae ut plurimum atro-spadiceae carinâ subciliatae, interdum biflorae, *alopecuroide* duplo fere majores. Spica ab ultimo folio remotâ, nec inclusa ut in C. *alopecuroide* et *schoenoide.* In *desertis sabulosis Caucasi finitimis; in sabulis ad Wolgam circa Sareptam.* ⊙.

3. * C. *schoenoides Lam.;* culmis ramosis compressis, paniculis subspicatis oblongis (ovatis) basi vaginalis, floribus

Digitized by Google

triandris. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 168. *Lam. Illustr.* n. 855. t. 42. f. 1. *Desfont. atl.* I. p. 62. *Koel. Gram.* p. 60. *P. de Beauvois Agrost. nov.* p. 22. CRYPSIS *aculeata Willd. Spec.* I. p. 158. β. PHLEUM *schoenoides Linn. Sp. Pl.* 2. p. 88. *Jacq. Collect.* I. p. 111. *Icon. rar.* I. t. 15. *Cavan. Icon.* t. 52. PHLEUM *supinum Lam.* teste *P. de Beauvois.* SPARTINA *phleoides Roth N. Beytr.* I. p. 101. *Catal. bot.* III. p. 12. PHALARIS *vaginiflora Forsk. aegypt.* p. 18. teste *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 38. qui nomen *Forskåli* retinuit, et cui hujus β. videtur ANTHOXANTHUM *aculeatum Linn. Suppl.* p. 89. CRYPSIS *aculeata* α *Ait. Kew.* I. p. 48. ANTITRAGUS *aculeatus Gaertn. de Fruct.* II. p. 7. t. 80. f. 7. floribus capitatis, nec spicatis. HELEOCHLOA *schoenoides Host Gram. austr.* I. t. 30

Habitu cum *alopecuroide* convenit, sed differt, praeter characteres datos, foliis rigidioribus, magis scabris et pilis brevibus; spicâ breviori, oblongo-ovatâ, basi vaginâ ventricosâ inclusa. Flosculi fere *alopecuroidis*, sed glumae majores, carina aculeis brevissimis. Folia vaginaeque nunc virescunt, nunc glaucescunt aut purpurascunt. Semper pistilla duo *Schrader* et nos quoque. Stylum infra medium simplicem *Roth Catal.* l. c. *Ad littora maris mediterranei, et in Bithynia, ad Caucasum.* ⊙. *M. a Bieberstein* citat huc HELEOCHLOAM *phleoidem Host*, quae non invenitur. H. *schoenoides Host* omnino huc spectat.

4. C. *geniculata;* spicâ cylindraceâ, glumis ellipticolanceolatis dentato-ciliatis, culmis diffusis ramosis geniculatis, PHALARIS *geniculata Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 38. ALOPECURUS *geniculatus Sibth. Mss.* Gramen aquaticum typhinum supinum italicum minus. *Barrel. Icon.* t. 54.

PH. *vaginiflorae* s. CRYPS. *schoenoidi* valde affinis. Stamina certe tria. In *aquis stagnantibus montis Olympi Bithyni.* ⊙. In *Diario gotting.* 1816. n. 172 eadem dicitur cum CR. *alopecuroide.* Hancne *Smithius* ignorasset cum clo. *Sibthorp?*

5. * C. *aculeata;* culmis ramosis compressis, paniculis subspicatis hemisphaericis involucro foliaceo cinctis, floribus diandris. *Schrad. Ait. Kew.* I. p. 48. *Vahl Symb.* II. p. 17. *Lam. Illustr.* n. 856. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 43. n. 112. *Willd. Spec.* I. p. 158. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 62. *Koel. Gram.* p. 61. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 169. *Host Gram. austr.* I. t. 31. *P. de Beauv. Agr.* p. 23. SCHOENUS *aculeatus Linn. Sp. Pl.* II. p. 63. *Schreb. Gram.* II. p. 62. t. 32. *Cavan. Ic.* t. 52. ANTHOXANTHUM *aculeatum Linn. Suppl.* p. 89? PHLEUM *aculeatum Lam.* PHLEUM *schoenoides Jacq. Fl. austr. App.* t. 7. AGROSTIS *aculeata Scop. Carn.* n. 89.

Digitized by Google

PHAL. *repens Loefffl. It.* p. 114. (fide *M. a Bieberst.* in quo tamen PH. *vaginiflora Forsk.* excl.).

Habitus CR. *alopecuroidis* et *schoenoidis:* sed, praeter characteres datos, differt: folio supremo horizontali, et floribus purpurascentibus, rarius lividis. *Ad littora Mediterranei, in Europa austr. et in Tauria.* ⊙.

6. C. *phleoides;* culmo erecto simplici (fere) glabro; foliis vaginisque scabriusculis laxis; spicâ densâ cylindricâ; glumis calycinis acuminato-subulatis subaequalibus; corollinis inaequalibus, inferiore duplo longiore, calycem subaequante. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 140. Hanc et sequentes, *strictam* et *macrouram* ad HELEOCHLOAS spectare, et specimina *phleoidis* observata aetate fuisse valde provecta.

Culmus infra nodos glabros pubescens. Folia linearia, convoluta? Ligula longissima. Spica bipoll. Rhachis pubescens. Glumae calycinae carinatae membranaceae glabriusculae dorso scabrae virides; corollinae virentes scabriusculae, inferior trinervis, apice obscure bidentata, inter dentes brevissime aristata; superior binervis, mutica. In *calidis juxta Cumana, Punta Gorda et Bordones.* 4.

7. C. *stricta;* culmo erecto simplici (?); foliis vaginisque scabriusculis laxis; spicâ densâ cylindricâ strictâ; glumis calycinis aequalibus acuminato-subulatis; corollinis sub (?) aequalibus, longitudine fere calycis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 140.

Habitu simillima *phleoidi.* Culmus tripedalis scabriusculus, infra nodos glabros pubescens; folia anguste linearia, convoluta; ligula longissima lanceolata subintegra acuminata glabriuscula. Spica 3-5poll., spiculae pedicellis brevibus scabris. Glumae calycinae lineares carinatae, uninerves, scabriusculae, virentes; corollinae lineares, acuminatae, concavae, virentes, glabriusculae, inferior tri- superior uninervis. Stigmata rubra. In *frigidis praeruptis Andium inter Ipiales et Guachucal. (Prov. de los Pastos.* 4.

8. C. *macroura;* culmo erecto simplici (?) glabro; foliis vaginisque scabris; paniculâ spicaeformi longissimâ cylindricâ rectâ; glumis calycinis aequalibus longitudine fere corollinarum. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 141.

Differt a *stricta* culmo glabro (laevi? infra nodos enim pubescit ut in *stricta*) saepius quadriped.; vaginis sublaxis glabris; ligulâ subpollicari bifidâ laciniis acuminatis; paniculâ spicaeformi densâ duplo longiore pedali; glumis calycinis glabriusculis, obtusioribus; corollinis lanceolatis, acutis. In *apricis montanis r. mexicani juxta montem Toluccae.* 4.

Digitized by Google

232. TRAGUS.

1. * T. *racemosus Hall. Helv.* n. 1413. *Koel. Gram.* p. 379. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 52. CENCHRUS *racemosus Linn. Sp. Pl.* 2. p. 1487. *Schreb. Gram.* I. p. 45. t. 4. CENCHR. *linearis Decand. Fl. franç.* III. p. 631. n. 1192. LAPPAGO *racemosa Willd. Spec.* I. p. 484. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 412. *Host Gram. austr.* I. t. 36. *Fl. graec.* t. 101. PHALARIS *muricata Forsk. Descr.* p. 202. β. racemis densioribus, spiculis geminis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 119.

Rad. fibrosa. Culmi subcompressi, glaberrimi, ad genicula infracti, procumbentes, 3-4pollicaria-pedalia. Folia firma, linearia, 1-2lin., scabriuscula, margine pilis brevibus, plana et undulata, media longiora. Vaginae laxae subcompressae, suprema longissima. Ligulae loco series pilorum. Racemus erectus, purpurascens, 1½-2pollicaris, inferne vaginatus. Rhachis ad angulos pilis brevibus rigidula. Rami terminales tres, reliqui 4-5flori, floribus demum horizontaliter patentibus. Calycis gluma exterior 5-7nervis, nervis aculeis uncinatis, interior uninervis. Variat interdum culmis et vaginis purpurascentibus. In *Europae australioris maritimis circa Byzantium, ad Caucasum, in Arabia et India; β. in planitie per montium mexicanorum juga protensa.* ⊙.

233. PHLEUM.

1. * P. *pratense;* racemo spicato cylindraceo, calycibus truncatis mucronato-aristatis carinâ ciliatis; aristis calyce brevioribus *Schrad.* α. culmis altioribus, racemo spicato longiori. PHLEUM *pratense Willd. Spec.* I. p. 354. *Koel. Gram.* p. 48. *Smith Flor. brit.* I. p. 68. α *Engl. bot.* t. 1076. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 182. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 37. *Wahlenb. lapp.* n. 26. *Carp.* n. 51. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 65. *Hall. Hist.* n. 1528. *Martyn rust.* t. 5. *Schreb. Gram.* I. p. 102. α. t. 14. *Host Gram. austr.* III. t. 9. *Svensk bot.* t. 23. *Schkuhr Handb.* I. p. 33. t. X. β. culmis humilioribus, racemo spicato breviori, radice nodosa. *Schrad.* l. c. *Wahlenb. Carp.* n. 51. PHLEUM *bulbosum Gouan H.* p. 36. *Flor. Monsp.* p. 117. *Host Gram. austr.* IV. t. 21. PHLEUM *nodosum Willd. Spec.* I. p. 355. *Koel. Gram.* p. 50. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 41. n. 142. *Gmel. Flor. bad.* I. p. 135. (quem confer!). *Spreng. Mant.* I. p. 5. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 47. n. 118. *Leers Herborn.* t. 3. f. 2. *Flor. Dan.* t. 380. PHL. *pratense* β. *Schrad.* l. c. PHLEUM *pratense Habl. taur.* p. 126. γ. *Smith* l. c. δ. *Schreb.* l. c. PHL. *typhinum Lob. Ic.* ε. minus PHL. *pratense* β. *Smith* l. c

Digitized by Google

Moris. Sect. 8. t. 4. ord. 3. f. 2. Variat porro floribus viviparis, spicâ parvâ fere ovatâ, spicâ râmosâ, pedunculis nudis e spica, foliis vaginisque inferioribus villosis.

Rad. fibrosa; culmi inferne plus minus in bulbum incrassati, 2-3pedales, erecti, glabri, raro ramosi. Folia plana acuta quatuor lin. lata, saepe obliqua margine scabra. Vaginae teretes, glabrae. Ligula unius lin. obtusa, demum fissa. Racemus 3-4pollicaris, et ultra, viridis. Pedicelli brevissimi, unirarius 2-3flori. Glumae calycinae superne paullo latiores, trinerves, mucrone glumâ triplo breviori, punctatae, pilis brevissimis, margine albidae. Cor. calyce duplo minor, inaequalis, glumâ exteriore majori quinquenervi. *β.* humilior, basi magis bulbosa, geniculis inferioribus plerumque procumbentibus, vaginis longioribus, racemis brevioribus e purpurascente viridibus, valvulâ corollinâ exteriore trinervi, glabriusculâ. Antherae albae. In *Europae et Sibiriae β et in Caucasi pratis.* 4.

2. P. *Bertolonii;* racemo spicato cylindrico, flosculis inferioribus abortivis, glumis truncatis carinâ ciliolatis, mucronato-aristatis, aristis glumâ quadruplo brevioribus. *Decandolle Cat. H. monsp.* 1813, p. 132.

Caulis pars inferior ut in sic dicto PHLEO *bulboso*, racemus longissimus, flosculis appressis, ciliis 4-5; arista dimidio et ultra brevior quam in affinibus. In *collibus circa Sarzanam.* 4.

3. * P. *alpinum;* racemo spicato ovato oblongo, calycibus truncatis mucronato-aristatis carinâ ciliatis, aristis extrorsum ciliatis calycem subaequantibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 184. (excl. syn. *Schleich.*). *Willd. Spec.* I. p. 355. *Hoel. Gram.* p. 55. *Smith Fl. brit.* p. 69. *Engl. bot.* t. 519. (haud bona!) *Prodr. Fl. graec.* I. p. 41. n. 143. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 47. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 34. *Carp.* n. 52. *Gaudin Agrost. helv.* I. p. 39. *Fl. Dan.* t. 213. *Host Gram. austr.* III. t. 10. PHL. *pratense Schreb.* 3. p. 103. PHALARIS *alpina Linn.* ait *P. de Beauvois. Hall. helv.* n. 1529.

Simillimum *pratensi*, *β*, differt: radice subrepente articulatâ, culmis saepe solitariis et ad genicula inferiora infractis; 1/2-1pedalibus; vaginis superioribus subinflatis; ligulâ inferiore brevissimâ, superiore truncata; racemo breviori magis ovato magisque hirsuto plerumque atropurpureo; flosculis majoribus; glumis calycinis longius ciliatis; aristis longitudine fere glumarum. In *alpinis et subalpinis a Lapponia ad mediterraneum* et *Caucasum.* 4. Specimina helvetica a lapponicis nonnihil differre: spicis angustioribus, aristis subciliatis saltem ad apicem usque evidentius serratis atque aequalis crassitudinis *Wahlenb. helv.* p. 13.

Digitized by Google

4. P. *felinum*; spicâ ovatâ, aristis glumâ longioribus divaricatis angulatis scabris, radice fibrosa. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 42. *Μουστάκια τῆς κατζούλιου. Zacynth.*

A PHLEO *alpino* differt: radice fibrosâ annuâ; glumis obtusissimis, basi tantum ciliatis; aristis longioribus, magisque divaricatis, nudis, angulatis, basi fere lanceolatis. In *insulâ Zacyntho.* ⊙.

5. P. *Gerardi Allion.*; racemo spicato subrotundo, glumis calycinis lanceolatis acuminatis villosis, (vaginis ventricosis). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 189. *Willd. Spec.* I. p. 355. *Allione Fl. Pedem.* n. 2135. *Jacq. Icon. rar.* t. 301. PHLEUM *capitatum Scop. carn.* n. 79. ALOPECURUS *capitatus Lam. Illustr.* p. 168. *Poir. Enc. meth.* VIII. p. 777. ALOPECURUS *Gerardi Villars delph.* II. p. 66. *Gerard prov.* 78. n. 4.

Radix demum bulbosa et lignescens. Culmi glabri, florentes 3-8-pollicares, ad apicem fere usque vaginis inclusi, demum fructiferi superiori parte nudi. Folia apicem versus carinata, culmea brevia, latiuscula. Vaginae glabrae, ligulâ brevissimâ. Glumae calycinae subaequales in acumen longum aristaeforme attenuatae albidae nitidae nervis tribus viridibus, pilis ad carinam praecipue albis. Cor. calyce parum minor; valvula exterior basin versus aristâ brevissimâ. In *summis alpibus Styriae et Carnioliae, Galliae, Italiae, et in Pyrenaeis.*

6. P. *commutatum Gaud.*; paniculâ spicatâ simplici subrotundâ, valvulis ciliatis aristam nudiusculam aequantibus, ligulâ brevissimâ truncatâ. *Gaudin Agrostogr.* I. p. 40. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 248. n. 1484. a. PHLEUM *Gerardi Panzer* in *Sturm Fl. germ. Fasc.* 29. (non *All.* nec *Willd.*). *Schleich. Cat.* p. 19. et *Cent.* (excl. syn.). PHLEUM *alpinum LaPeyrouse Abreg.* p. 32. (non *Linn.*) ex *Decand.*

Differt ab affini PHL. *Gerardi:* radice geniculatâ, non bulbosâ; paniculâ spicatâ brevi vix ultra 9 lin. long., atropurpureâ; valvulis pilis longis ciliatis, aristis scabris nudis valvulam aequantibus vel superantibus; glumâ corollinâ exteriore leviter quinquefidâ. In *paludibus alpium editiorum Valesiae.* 4.

* Anno huc: PHLEUM *geniculatum Bellard.*, culmo geniculato, spicâ subovatâ, glumis ciliatis *Bellardi in litt.* apud *Vitman Summ. plantarum* I. p. 176. ex quo suum PHLEUM *Bellardi Gmel. Syst. Veg.* I. p. 166. Culmus palmaris. 3-4nodis. In *Pedemontio.* 4.

7. P. *Micheli Allion.*; paniculâ hirsutâ subspicatâ cylindraceâ, glumis calycinis lanceolatis acuminatis carinâ ciliatis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 187. t. 1. f. 2. *Allion. pedem.* n. 2138. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc. Suppl. ined.* PHLEUM *hirsutum Sut. helv.* I. p. 34. *Gaud. Agr.* I. p. 45. PHL. *phalaroideum Vill. delph.* II. p. 60.

Digitized by Google

PHALARIS *phleoides Savi Fl. pis.* I. p. 58. (ipso auctore teste in Epist. ad *Bertolon Roemer Collect.* p. 172.). PHALARIS *alpina Haenke Jacq. Coll.* II. p. 91. *Decand. Fl. fr.* III. n. 1489. *Wahlenb. helv.* n. 62. *Carp.* n. 48. *Hall. Hist.* n. 1532. *Host Gram. austr.* II. t. 35.

Rad. subrepens. Culmi pedales, glaberrimi, ultra medium foliosi. Folia plana, 2-5pollic., tres lineas lata, margine albida scabra vaginis glabris laxiusculis. Ligula exserta obtusa. Panicula utrinque attenuata, 2-5pollicaris. Glumae calycinae corollâ duplo majores, — *non truncatae!*, purpurascentes, aut purpurâ et viridi variae, trinerves, carinâ ciliatae. Gluma corollina exterior ovato-lanceolata quinquenervis, interior basi plerumque processu aristaeformi. In *alpinis et subalpinis Europae meridionalis.* 4.

8. P. *echinatum Host;* spicâ subovatâ, calycis valvulis aristatis aristâ brevioribus, radice annuâ. *Host Gram. austr.* III. p. 8. t. 11.

Rad. fibrosa; culmi semipedales, glabri, medullâ farcti, subinde basi ramosi, erecti vel ascendentes. Folia brevia, apice compressa et scabra, margine aculeata, vaginae et ligula oblonga glabrae. Spica erecta rhachi glabrâ laevi. Spiculae uniflorae, hinc convexiusculae. Glumae calycinae scabriusculae, trinerves, ad oras ciliatae ciliis ut et aristis ipsis glumis longioribus; gluma corollina exterior brevior calyce, apice denticulis tribus, nervis quinque, carinâ setis brevibus, interior brevior, ad flexurae angulos ciliata. Antherae utrinque bifidae flavae. Stigmata pilosa. In *Dalmatia inter Breviaqua et Anona.* ☉

234. ACHNODONTON.

1. A. *Bellardi P. de B.* PHALARIS *Bellardi Willd.*; paniculâ muticâ cylindricâ spiciformi, glumis calycinis carinatis glabris margine membranaceis. *Willd. nov. Act. soc. nat. scrut. Berol.* III. p. 415. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 416.: spicâ muticâ cylindricâ, glumis carinatis laevibus glabris, nervo utrinque laterali prominulo, culmis genu procumbentibus. PHALARIS *bulbosa Linn. Amoen. acad.* IV. p. 264. *Bellardi Act. taur.* V. p. 213. PHALARIS *cylindrica Dec.*, paniculâ arcte cylindricâ, glumis glabris obtusis integris, margine membranaceis. *Synops. Fl. gall.* n. 1493. et *Fl. franç.* III. p. 11. PHALARIS *sativa Pers. Syn.* I. p. 78.

Minus fauste hanc speciem *Schrader Fl. germ.* I. p. 191. et cls. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 85. et nuperrime *Decandolle* in *Fl. fr. Supplem.* p. 249. cum sequente conjunxerunt, ut cuique ex descriptione, et magis adhuc collatis speciminibus siccis auctorum patebit. „Rad. fibrosa, obscure bulbosa; culmi basi ramosi striati erecti spithamaei. Internodia 2-4, nodis obscure

Digitized by Google

rubris. Folia glabra striata plana, vaginâ subventricosa, inferiora internodiis breviora, superiora longiora. Panicula cylindrica glabra stricta, spiculis omnibus sessilibus. Valvulae calycis duae, naviculares glaberrimae, margine scariosae, nervo in dorso eminente, dilute virides, corollam includentes. Antherae albae. Semina oblonga." *Bellard.* l. c. *Smithius* specimina a clo. *Bellardi* sibi missa omnino congruere cum *Linnaei* PHAL. *bulbosa*. In *Gallia meridionali*, *Italia boreali*, *Hispania et Tauria*. ⊙.

2. A. *tenue;* spicâ cylindricâ, calycis valvulis corollaeque valvulâ exteriore dorso minutissime aculeatis. PHALARIS *tenuis Host Gram. austr.* t. 36. PHALARIS *subulata Savi:* paniculâ spicatâ subulatâ; calycibus compressis ovatis acutis dorso lateribusque nervosis, radice fibrosâ. *Flor. pisan.* I. p. 57. *Savi epist. ad Bertolon* in *Roem. Collect.* p. 171. t. IV. PHLEUM *tenue Schrad. Fl. germ.* I. p. 191. PHL. *Bellardi Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 85. (uterque excl. syn. ad praecedentem A. *Bellardi* spectantibus). PHLEUM *Mesopotamiae H. paris. Barrel.* t. 14. f. 1.

Rad. fibrosa; culmus teres, glaber, laevis, simplex aut e geniculis inferioribus ramosus, erectus vel adscendens, bipoll.-uniped. (superne plerumque amethystinus *Savi*); folia canaliculata, glabra, pallide viridia, facie, dorso, margine, ut vaginae glabrae, scabra; ligula oblonga acuta glabra. Spica tenuis; rhachis flexuosa teres setis brevibus; rami breves, supremi solitarii, inferiores bini, terni; spiculae parvae, lanceolato-ovatae, uniflorae. Calycis valvulae duae subaequales compressae acutae corollae glumâ duplo longiores, totâ superficie externâ, ut corollae valvula exterior, aculeis minutissimis exasperata, margine albo membranaceae, dorso virides, lineis tribus. Corollae valvula exterior dorso convexa, lineis septem, apice truncata denticulata, interior apice bifida. In *Italia superiore ad vias, vineas.* ⊙. — *Pal. de Beauv.* PHAL. *cylindricam Decand.* et *subulatam Savi* iterum PHALARIDIBUS inseruit.

235. TRICHOON.

1. T. *karka Roth Catal. bot.* II. p. 2. ARUNCO *karka Retz;* calycibus uniflоris nudis, flore subulato intus lanato multo brevioribus, paniculâ secundâ nutante. *Retz Obs.* IV. p. 2. *Willd. Spec.* I. p. 456. CALAMAGROSTIS *karka Gmel. Syst. Veg.* I. p. 172.

Culmi praealti, vix digito minore tenuiores, fistulosi; folia longissima scabra, pollicem lata; panicula pedalis; rhachis sulcato-angulata; pedunculi semiverticillati, non articulati. Calycis valvulae lineares, striatae, nudae, inaequales; corollae valvulae subaequales convolutae, basi fasciculo pilorum longitudine corollae. In *India orientali.* 4.

Digitized by Google

236. MUEHLENBERGIA.

1. M. *diffusa Schreb.;* paniculâ ramosâ subcompressâ, foliis linearibus glabris, culmo diffuso. *Spreng. Mem. de l'Acad. de Petersb.* II. p. 288. t. 4. *Willd. Spec.* I. p. 320. *Enum. H. Berol.* I. p. 81. *Pers. Syn.* I. p. 73. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 61. *Schreber Gram.* t. 51. MUEHLENBERGIA *Schreberi Gmel. Syst. Veg.* I. p. 171. DILEPYRUM *minutiflorum Mich. Fl. Amer. Bor.* I. p. 40.

Semipedalis, glabra, solâ paniculâ scabriusculâ. Culmus ramosus subdecumbens, vaginis foliorum tectus. Folia subunguicularia, lineam lata, ligulâ fere nullâ. Panicula nutans ramis erecto adpressis (capillaris angustissima), gluma calycis scariosa, major emarginata ovata, minor subrotunda integerrima. Cor. valvis inaequalibus, alterâ muticâ, alterâ aristatâ, (aristâ longitudine glumae). In *pratis ad Ohio.* ⊙.

237. CLEOMENA.

1. C. *peruviana P. de Beauv.* l. c.

Descriptionem subjungimus ad exemplaria factam, quae munificentiae cli. *Zeae* debemus inscripta: „Gramen indeterminatum ex *Santa Fe de Bógotá.* „Plantula elegans, vix quatuor pollices alta. Radix quidem deest exemplaribus nostris, sed paucis supra supremas radiculas lineis caudex adscendens dividitur in fasciculum culmorum quorum alii vix pollicares alii tripollicares, singulus basi vestitur vaginâ unâ alteràve dilatatâ compressâ striatâ glabrâ, margine membranaceâ, basi purpurâ levi pictâ; margo vaginae membranaceus ad ortum folii confluit in ligulam oblongam, ratione plantulae maximam, subcrosam. Folia radicalia vix pollicaria, linearia, acuminata, plana, striata, setis brevissimis scaberrima; folia caulina 1-2 setacea, ad basin culmi, ut culmus maximâ parte nudus. Culmi filiformes, angulati, apicem versus, ut rhachis ramique paniculae racemosae, scabriusculi. Panicula parum ultra pollicem dimidium longa, ramis brevibus patentibus, e basi racemosis, flosculis plerumque solitariis alternis; valvulae calycis glabrae, e viridi flavescentes subinde striâ violaceo-fuscâ tinctae, parum dimidium lineae excedunt. Corolla cum semine fusco-violaceo oblongo-ovato calycem parum superat. Arista fuscescens capillaris curvato-flexuosa, 2-4 lin. longa.

238. TRICHOCHLOA.

1. T. *microsperma Decand.;* foliis linearibus planis, flosculorum pedicellis aristâ brevioribus, aristis flore longioribus. *Decand. Cat. Hort. Monsp.* 1813. p. 151. AGROSTIS *microsperma* culmo debili ramoso, paniculâ angustatâ, flosculis lanceolatis aristatis calyce ovato longioribus. *Lagasca gen. et spec. nov. diagn.* p. 2. n. 24.

Digitized by Google

Culmi tenuissimi laeves debiles subramosi 1-2pedales; folia angusta, acuta, subscabra; ligula exerta apice lacera, panicula laxa, arista 5-6 lineas longa. In *Mexico*. ☉. Semina misit D. *Sessé*.

2. T. *expansa Dec.*; foliis convolutis longissimis glaucis laevibus, flosculorum pedicellis divaricatis aristâ multo longioribus, aristis flore brevioribus. *Decand. Cat. Hort. monsp.* 1813. p. 151. TRICHOCHLOA *purpurea P. de Beauv.* l. c. p. 29. t. VIII. f. 2. AGROSTIS *rubicunda Bosc inedit.* STIPA *expansa Poiret Enc. meth.* VII. p. 453? PODOSEMUM * *purpureum P. de Beauv.* l. c.

Folia LYGEI *sparti*; culmus erectus firmus, panicula laxissima, pedalis; pedicelli purpurascentes, flosculis subviolaceis; perigonii valvula exterior trinervis. *Poiret* calyces corollâ longiores dicit, quae corolla breviores, sed reliqua apprime conveniunt. *Decand.* Licet habitu et colore conveniat cum TR. *capillari*, ex hoc tamen, cui calycis glumae muticae villosae, genus proprium TRICHOCHLOAE constituere visum clo. *P. de Beauv.* Varietatem tantum sequentis esse *capillaris Desvaux* l. c. In *Carolina*. 4.

3. T. *capillaris Dec.*; foliis convolutis longissimis glaucis laevibus, flosculorum pedicellis confertis aristâ multo longioribus, aristis flore longioribus. AGROSTIS? *Fraser Herb. carol.* STIPA *capillaris Lam. Illustr.* n. 790. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 450. STIPA *sericea* glabra, foliis teretifiliformibus longissimis, summo paniculam stipante et longitudine subaequante, pungente; paniculâ longâ debili tenuissime capillaceâ sive sericeâ, floribus exiguis. *Mich. Amer.* I. p. 54. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 73. ST. *diffusa Walter Fl. car.* p. 78. PODOSEMUM *capillare Desvaux Journ. de Bot.* 1813. p. 67.

STIPAE *capillatae* culmo foliisque satis affinis, sed gracilior, paniculâ capillaceâ effusâ, pedunculis tenuissimis, calyce corollâ triplo breviore. — Culmi recti rigidi glabri teretes aut compressi, pedales; folia ad basin culmi pedalia, glaberrima, coriacea; panicula caerulescens, valvulâ calycis exteriore albidâ, demum nigro-fuscâ; arista pollicaris et ultra. Habitus

---

* STIPAE *expansae Poiret*, quam *Decand.* l. c. cum? attulit, definitio et descriptio sequens: „spicis alternis paniculatis expansis; floribus sessilibus remotis; calycibus corollâ longioribus; aristâ brevissimâ nudâ.“ — „Culmi recti glabri teretes foliis alternis glabris striatis subglaucescentibus, margine subinvolutis, acutis, subpungentibus; superioribus brevissimis nudis ad vaginam rufescentibus. Panicula 8-10pollicaris, pedunculis simplicissimis longissimis glabris filiformibus subangulatis, spiculis gracilibus basi nudis, floscullis parvis lateralibus. Valvulae calycinae angustae, fere subulatae, aequales, glaberrimae, corollâ longiores glabrâ parvâ acutâ. Arista recta calyce brevior. *In Carolina Bosc.*

Digitized by Google

ARISTIDAE! monuit *Michaux*. *Pursh* annotat, gramen hocce propter paniculas suas serico-purpureas speciosissimum, glumis calycinis brevioribus a coeteris differre (STIPIS) et facile genus proprium suppeditare. In *Carolina*.

4. T. *polypogon Dec.*; foliis convolutis glaucis, flosculorum pedicellis subconfertis flore multo longioribus, aristis flosculo longioribus, glumae valvulis apice breviter aristatis. *Decand. cat. H. Monsp.* 1813. p. 152. AGROSTIS *Fraser Herb. carol.* PODOSEMUM *agrostideum* et TOSAGRIS *agrostidea P. de Beauv.* l. c. f. 3.

Aristae inaequales flore breviores. Corollae gluma superior integra. Clo. *Desvaux* varietas est *capillaris*. *Carolina*. 2.

5. T. *implicata*; culmis ramosis foliisque pubescentibus; vaginis glabris; paniculâ subramosâ implicato-convolutâ depauperatâ; glumis calycinis subdenticulatis enerviis, corollinis calyce multo longioribus glabris, superiore bidentatâ. PODOSEMUM *implicatum Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 127.

Rad. fibrosa ut in sequentibus omnibus. Culmi cespitosi erecti semipedales ramosi, inferne purpurascentes. Folia linearia striata interne pubescenti-scabra. Panicula sesquipoll.; ramis capillaceis implicatis paucifloris scabris, uti rhachis. Spiculae lineares sparsae, longe pedicellatae, pedicellis hispido-scabris. Glumae calycinae subrotundae glabrae, corollinis septies breviores, inferior paullo minor; corollinae lineares subaequales virentes; inferior trinervis, inter dentes aristata, superior binervis mutica. Arista subflexuosa, glumis corollinis triplo longior. In *humidis uliginosis Andium Mexicanorum prope lacum Cuiseo et Puerto de Andaracuas*. 2.

6. T. *debilis*; culmis ramosis foliisque scabris, vaginis glabriusculis, paniculâ simplici depauperatâ, glumis calycinis subdentatis uninerviis, corollinis calyce duplo longioribus dorso scabris, superiore bidentatâ. PODOSEMUM *debile Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 128.

Culmi cespitosi erecti spithamaei; folia linearia plana trinervia; vaginae nodis breviores; ligula elongata bifida glabra; panicula gracilis, 4-5poll., ramis abbreviatis solitariis valde distantibus, adpressis, scabris; rhachis glabra. Spiculae breviter pedicellatae. Glumae calycinae ovatae membranaceae planae glabrae, inferior brevior; corollinae subaequales; inferior inter dentes acuminatos aristata, trinervis, superior mutica binervis. Arista recta glumis duplo triplove longior. Stigmata alba. In *umbrosis calidis vallis Guallabamba in regno Quitensi*. 2.

7. T. *tenella*; culmis ramosissimis subtetragonis glabris; foliis vaginisque pilosis; paniculâ simplici contractâ filiformi; glumis calycinis breviter aristatis, corollâ calycem duplo ex-

Digitized by Google

cedente, dorso ciliato-scabrâ, valvulâ superiore bidentatâ. Podosemum *tenellum Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 128.

Culmi 6-8poll.; nodi glabri; folia lineari-setacea convoluta; vaginae tetragonae; panicula 2-3poll., ramis rhachique hispido-scabris. Glumae calycinae oblongae glabrae, inferior minor; corollina inferior aristâ subpollicari. In *scopulis frigidis Andium Mexicanorum inter Rio Frio et Baranca Honda, prov. Xalapens.* ⊙.

8. T. *ciliata;* culmis ramosis glabris; foliis vaginisque ciliatis; paniculâ ramosâ diffusâ subsecundâ; glumis aristatis; glumis corollinis calyce duplo longioribus dorso ciliatis, superiore bidentatâ. Podosemum *ciliatum Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 128.

Culmi erecti 5-6poll., geniculati, nodique glabri; folia linearia plana sicca convoluta striata glabra uti vaginae. Ligula abbreviata ciliata. Panicula 2-3poll., ramis alternis patulis rhachique glabriusculis. Glumae calycinae cuneatae subaequales pilosiusculae; corollina inferior longissime aristata. In *radicibus Volcan de Jorullo.* ⊙.

9. T. *setosa;* culmis ramosis subangulatis, foliis vaginisque glabris; paniculâ simplici depauperatâ gracili; glumis bi- aut tridentatis uninerviis; glumis corollinis calyce quadruplo longioribus scabris, superiore bidentatâ. Podosemum *setosum Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 129.

Culmi cespitosi erecti pedales glabri. Folia linearia plana glabriuscula. Ligula elongata glabra fissa. Panicula gracilis 4-5-poll., ramis adpressis abbreviatis distantibus scabris; rhachis glabra. Glumae calycinae planae membranaceae ovatae glabrae, dorso scabrae, subaequales; corollinae lanceolato lineares, basi pilis brevibus, purpurascentes, inferior major inter dentes aristata, trinervis, superior mutica, binervis. Arista subrecta, glumis septies longior. Stigmata rubra. In *alta planitie Mexicana inter Gueguetoque et Tula.* ⊙.

10. T. *rigida;* culmis foliisque scabris; vaginis glabris; paniculâ ramosâ verticillatâ coarctatâ; glumis obsolete binerviis dentatis; glumis corollinis calyce quadruplo longioribus scabriusculis, superiore acutâ. Podosemum *rigidum Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 129.

Rad. fibrillis crassis. Culmi cespitosi erecti sesquiped. simplices. Folia convoluto-setacea, scabriuscula, rigida. Ligula elongata bifida glabra, laciniis lanceolatis acuminatis. Panicula 5-6-poll., ramis adpressis rhachique scabris. Glumae calycinae subaequales glabrae, apice tri-quadridentatae; corollinae subaequales purpurascentes, basi pilis sparsis brevissimis, apice bidentatae, inferior inter dentes aristata, trinervis, superior mutica binervis. Arista paleis quadruplo longior, recta. In

Digitized by Google

frigidiusculis regni Mexicani juxta Guanaxuato, Temascatio et Lo de Sierra. ⊙.

11. T. *mucronata;* culmis vaginisque glabris; foliis scabris; paniculâ ramosâ subverticillatâ coarctatâ; glumis calycinis subdentatis mucronatis, corollinis calyce quadruplo longioribus glabris, superiore acutâ. PODOSEMUM *mucronatum Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 129.

Culmi cespitosi erecti 1½-3ped., nodique glabri; folia linearia convoluta rigida; vaginae glabrae; ligula elongata, ovata, glabra; paniculae rami erecti adpressi, approximati, glabri. Rhachis glabra. Glumae calycinae subaequales planiusculae subrotundae glabrae; corollinae aequales purpurascentes glabrae basi pilosae, inferior bidentata, inter dentes aristata, trinervis, superior acuta integerrima mutica binervis. Arista glumâ corollinâ quadruplo brevior. *In montosis prope Cerro de Serena, S. Rosa et Los Joares in prov. mexic. Guanaxuatensi.* ⊙.

12. T. *glabrata;* culmis, vaginis foliisque glabris margine scabris; paniculâ ramosâ verticillatâ coarctatâ; glumis calycinis dentatis, inferiore bi- superiore uninervi; corollinis calyce triplo longioribus scabriusculis, superiore acutâ. PODOSEMUM *glabratum Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 130.

Valde affine *mucronato.* Rad. fibrillis crassiusculis pubescenti-villosis. Culmi cespitosi erecti sesquiped., et ultra. Folia convoluto-setacea rigida. Vaginae glabrae. Ligula abbreviata obtusa ovata glabra. Panicula gracilis sexpoll., ramis adpressis distantibus rhachique flexuosis glabris. Spiculae pedicellis apicem versus scabriusculis. Glumae calycinae ovatae, inaequales, apice denticulatae glabrae, inferior minor; corollinae purpurascentes aequales, basi pilis paucis brevissimis, apice bidentata, inter dentes aristata, trinervis, superior acuminata mutica binervis. Arista recta, glumis duplo longior. *Cum mucronato et in Cannada de Acabuca.* ⊙.

13. T. *elegans;* culmis glabris, foliis vaginisque scabris; paniculâ subverticillatâ; inferne patulâ; glumis calycinis acutis uninerviis, corollinis calyce triplo longioribus scabris, superiore acutâ. PODOSEMUM *elegans Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 130.

Culmi cespitosi erecti 2-3ped., glabriusculi. Folia convoluto-setacea rigida. Ligula elongata fissa glabra. Panicula laxa, spithamaea, ramis laxis patulis, apicem versus appressis rhachique scabris. Glumae calycinae aequales ovatae glabriusculae, apice subciliatae; corollinae aequales purpurascentes, basi pilis brevibus, inferior bidentata, inter dentes subulatos aristata, trinervis, superior mutica, binervis. Arista glumâ corollinâ triplo longior. Stigmata violacea. *In regione frigida An-*

Digitized by Google

dium Quitensium, inter Calpi et radices Montis Chimborasso, Pardmo de las Puntas et Pomallacta. ⊙.

14. T. *quadridentata;* culmis foliisque scabris, vaginis glabris; paniculâ simplici coarctatâ filiformi; glumis calycinis inaequalibus, inferiore triplo breviore acuminatâ enervi, superiore quadridentatâ trinervi, corollam subaequante; corollinis pilosiusculis, superiore acuminatâ. Podosemum *quadridentatum Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 130.

Clomenae *P. de Beauv.* esse speciem *Humb.* et *B. l. c.* Culmi cespitosi erecti subpedales basi ramosi; nodi glabri; folia convoluto-subulata, rigida, apice subulata, pungentia; vaginae glabrae; ligula elongata lanceolata acuminata glabra; panicula tripollicaris ramis adpressis rhachique scabris. Glumae calycinae glabrae virides, inferior lanceolata, interdum apice irregulariter bidentata, superior oblonga, dentibus acutis, intermedio bifido; corollinae subaequales lanceolatae virides, basi inprimis pilosiusculae, inferior bidentata, inter dentes aristata, trinervis, superior mutica, binervis. Arista calyce duplo longior. In *siccis apricis regni Mexicani prope Toluca, Puente de Tepare et Playas de Jorullo.* ⊙.

15. T. *alpestris;* culmis angulatis glabris; foliis vaginisque scabriusculis; spicâ filiformi; glumis calycinis uninervibus mucronato-aristatis; corollinis calyce quadruplo longioribus glabris, superiore bifidâ. Podosemum *alpestre Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 131.

Culmi cespitosi erecti pedales; nodi glabri; folia subulato-setacea, convoluta, rigida, apice subpungentia; vaginae scabriusculae valde approximatae. Ligula valde elongata lanceolata bifida laciniis acuminatis glabris. Spica terminalis bipollicaris, spiculis pedicellis longis adpressis rhachique glabris. Glumae calycinae aequales cuneato-obovatae planiusculae glabrae; corollinae lineares concavae subaequales, laciniis subulatis, inferior inter lacinias aristata trinervis, superior mutica, binervis, inferior paullo brevior. Arista recta, longitudine corollae. In *summitate montis Silla de Caracas.* ⊙.

16. T. *stipoides;* culmis sulcato-angulatis glabris; foliis vaginisque scabris; paniculâ simplici subnutante verticillatâ patulâ, glumis calycinis subbidentatis uninerviis; corollinis calyce quadruplo longioribus scabris, superiore bifidâ, laciniis subulato-aristatis. Podosemum *stipoides Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 131.

Culmi erecti, 1½-3ped.; folia lineari-canaliculata, subconvoluta; vaginae internodiis longiores; ligula longissima lanceolata fissa glabra. Panicula laxa subsecunda 4-5poll., ramis distantibus rhachique scabris. Glumae calycinae aequales planiusculae acutae glabrae; corollinae aequales virentes dorso margineque scabrae, inferior inter lacinias aristâ subrectâ

Digitized by Google

glumam duplo excedente. Antherae et stigmata alba. In *planitie temperata Llano de Cachapamba juxta Chillo regn. Quit.* ⊙.

Species dubiae, paleis integris. An distincti generis?

17. T. *gracilis;* culmis compressis vaginisque scabriusculis; foliis interne hispido-scabris; paniculâ simplici gracili subnutante; glumis calycinis inaequalibus, inferiore minore, bidentatâ, superiore tridentatâ; corollinis calycinam superiorem subaequantibus, pilosis. Podosemum *gracile Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 131.

Culmi erecti, sesquiped.; folia linearia plana; ligula elongata, rotundata, glabra; panicula 3-5poll., ramis fasciculatis adpressis rhachique scabris. Glumae calycinae membranaceae glabrae planiusculae, inferior enervis, dentibus acuminatis, superior major binervis, dentibus acutis; corollinae subaequales convolutae, inferior aristata. Arista flexuosa hispidula, glumis corollinis quintuplo longior. Variat: glumâ inferiore acuminatâ, superiore trinervi, tridentatâ, dentibus subulato-aristatis. An distincta species? In *aridis exustis Volcan de Jorullo.* ⊙.

18. T. *virescens;* culmis compressis, vaginis foliisque externe scabris; paniculâ ramosâ coarctatâ secundâ; glumis calycinis inaequalibus trinervibus, inferiore duplo breviore acutâ, superiore subtridentatâ, corollinis calycinâ superiore brevioribus, pilosis. Podosemum *virescens Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 132.

Culmi pedales aut bipedales; folia convoluta linearia interne pilosiuscula rigida glaucescentia. Ligula semipollicaris, apice acuminato-subulata, glabra. Panicula subnutans, 6-7poll., ramis fasciculatis erectis subadpressis hispido-scabris, rhachi scabrâ. Glumae calycinae glabrae albidae; corollinae aequales, inferior aristata, superior acuminata. Stigmata rubra. Semen lineare. In *asperis excelsis regni Mexicani prope S. Rosa de la Sierra et Puerto de Varientos.* ⊙.

239. CHAMAGROSTIS.

1. * C. *minima Borkhausen Flor. Ober-Katzenellenbogen Rhein. Mag.* I. B. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 158. *Decand. Fl. fr.* n. 1650. Knappia *agrostidea Smith Fl. brit.* p. 1387. *Engl. bot.* t. 1127. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 11. Agrostis *minima Willd. Spec.* I. p. 372. *Koel. Gram.* p. 94. *Smith Fl. brit.* I. p. 82. Sturmia *minima Hoppe* in *Sturm Fl. germ. fasc.* 7. Mibora *verna Adans.* et *Palis. de Beauvois Agr. nov.* p. 29. t. VIII. f. 4. (*Guettardio* Nardi species, *Stokesio* Poae fuit.)

Culmi cespitosi, 1-2 rarius tripollicares, erectiusculi, capillares, argenteo nitidi, superne plerumque purpurascentes, laevissimi,

Digitized by Google

basi vaginati, superne torti. Folia pauca brevissima setacea complicato-canaliculata, glabra, punctis pellucidis elevatis. Vaginae inferiores laxae, squamosae scariosae, coloratae; superiores culmum includentes. Ligula brevis bipartita. Racemus spicatus erectus, flosculis 8-12, exiguis muticis alternis secundis. Glumae calycinae oblongo-lanceolatae, uninerves, glabrae, e fusco et purpurascente variae, apicibus albidis. Corolla calyptrae *Polytrichorum* in modum pilis argenteo-albis. Styli et filamenta longissima. Antherae bicornes. In *arenosis Europae mediae.* ⊙.

240. CHAETARIA.

1. * C. *adscensionis P. de B.*; paniculâ ramosâ, spicis sparsis. ARISTIDA *adscensionis Willd. Spec.* I. p. 458. *Sloane jam. Hist.* I. t. 2. f. 56. A. *paniculata Forsk. Descr.* p. 25. (?)

Habitus FESTUCAE *ovinae*, paullo major, cespitosa, culmis inferne ramosis; folia subulata; panicula oblonga, distincta, glumis univalvibus, filiformibus. In *Arabia*, *Jamaica*, *Ins. adscensionis.* 2.

Obs. An ARISTIDA *paniculata*, spiculis linearibus oblongis aristâ cujusvis flosculi triplici glabrâ *Forsk.* l. c. — hujus loci?

2. * C. *Hystrix P. de B.*; paniculâ divaricatâ patentissimâ, flosculis simplicissimis glabris, aristis rectis divaricatis. ARISTIDA *Hystrix Linn. Suppl.* 113. *Swartz Obs.* p. 42. *Willd. Spec.* I. p. 459. *Plukn. Alm.* t. 191. f. 5. — A. paniculâ trichotomâ patente, aristis aequalibus glabris, calyce aequali. *Thunb. Prodr.* p. 19. *Flor. cap.* I. p. 394. *Plukn. Phytogr.* t. 193. f. 3.

Descriptio in *Spec. l. c.* multum a *Thunbergiana* recedit. In illa: „Gramen repens stoloniferum glaberrimum; culmi tenacissimi foliati breves, foliis gramineis convolutis; panicula terminalis magna, pedunculis pedicellisque binatis divaricatis. Rhachis angulata. Flosculi filiformes glabri longi. Cal. uniflorus, valvulis inaequalibus, longiori subulatâ. Cor. calyce longior, convoluta, aristis tribus aequalibus patentibus retro scabris, flosculo duplo longioribus. Variat vaginis foliorum radicalibus albido-tomentosis.“ — In *Thunbergiana:* „Culmi aggregati e radice cespitosa, teretes, glabri, erecti, simplices, pedales. Folia radicalia longiora et culmi breviora, convoluto-teretia, striata, curvata, glabra, breviora. Panicula trichotoma patens. Pedunculi capillares, glabri. Calyces glumae aequales lanceolatae glabrae, corollâ breviores. Corolla glabra triaristata, aristae basi tortae, subaequales, divaricatae, glabrae, pollicares. In *Malabar et ad promont. b. spei.* 2.

3. C. *purpurascens P. de B.*; foliis angusto-subulatis striatis; paniculâ longe-spicatâ, aristis subaequalibus. ARISTIDA *purpurascens Poiret Enc. meth. Suppl.* 1. p. 452.

Digitized by Google

Culmi filiformes glabri subcompressi; folia recta fere plana; paniculae rami breves subsimplices distantes appressi; calycis valvulae inaequales angustae acutae purpureae uniflorae; corolla univalvis (et ARISTIDA vel SETARIA?) elongata acutissima; aristae corollâ duplo longiores. Semen gracile. In *Carolina. Bosc.*

4. C. *gossypina P. de B.;* foliis longissimis scabris; vaginis lanatis; ramis paniculae elongatis subverticillatis; pedunculis basi pilosis, aristis subaequalibus. ARISTIDA *lanata Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 453. ARISTIDA *gossypina Bosc*, quam *P. de Beauv.* huc ducit, eadem videtur cum A. *lanata Poiret*, nullibi enim inter Boscianas plantas apud *Poiret* occurrit *gossypina*, et *P. de Beauv.* ob *lanatam Forsk.* nomen mutavit.

Culmi graciles elati, foliis rigidis patentibus; rami paniculae patentiusculae geminati in verticillis asperrimi. Flosculi angusti subulati, valvulis calycinis glabris acutissimis, exterior longior purpurascens; corollina angusta, calyce brevior, aristis divergentibus, glumâ duplo fere longioribus. Semen gracile elongatum. In *Carolina. Bosc.*

5. C. *oligantha P. de B.;* culmo stricto subramoso, foliis convoluto-filiformibus praelongis, floribus distantibus solitariis, aristis tribus glumâ longâ longioribus. ARISTIDA *oligantha Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 41. *Pers. Syn* I. p. 98. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 72. A. *adscensionis Walt. Carol.* p. 74.

Rad. brevis; culmus rigidus glaber filiformis; folia rigidiuscula glabra; flores fere sessiles alterni majusculi in spica laxa terminali; si duo adsunt, alter pedicellatus, alter sessilis, axillaris. Valvulae calycinae longae acutissimae subaequales longitudine fere corollae durae glaberrimae, aristâ longissimâ simplici aut trifidâ basi tortâ, divisionibus lateralibus caducis. *Ad ripas fluminum illinoensium, Virginiae* etc. 2.

6. C. *stricta P. de B.:* culmis foliisque pubescentibus strictis, racemo in spicam elongatam angustam coarctato, aristis glumâ longioribus. ARISTIDA *stricta Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 41. *Pers. Syn.* I. p. 98. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 72.

Varîat foliis planiusculis et convoluto-filiformibus. In *Carolina inferiore.*

7. C. *setacea P. de B.;* culmo erecto, aristis scabriusculis. ARISTIDA *setacea Willd. Spec.* I. p. 460. *Retz Obs.* IV. p. 22.

Culmi stricti; panicula coarctata; valvula interior longior, fere aristata, exterior acuminata. Cal. uniflorus; cor. basi lanata. In *Malabariae aridis sterilibus.*

Digitized by Google

8. C. *vestita P. de B.*; paniculâ trichotomâ patenti, aristis aequalibus glabris, calyce inaequali. ARISTIDA *vestita Thunb. Prodr.* I. p. 19. *Flor. cap.* I. p. 395. *Willd. Spec.* I. p. 460.

Culmus simplex, totus, inprimis inferne lanâ albidâ tectus, pedalis et ultra; vaginae lanatae, folia convoluta subulata striata glabra subreflexa breviora; panicula ampla, amplior quam in *Hystrice*, pedunculis capillaribus subreflexis; calycis glumae inaequales, alterâ duplo longiore, corollam aequante, lanceolato-subulatae concavae; arista media parum longiór, divaricata, purpurascens. In *promont. b. spei.*

9. C. *pallens P. de B.*; paniculâ pauciflorâ, pedicellis alternis bifloris approximatis, aristis capillaribus longissimis. ARISTIDA *pallens Cavan Ic.* V. p. 43. t. 468. f. 2. *Pers. Syn.* I. p. 93. *Parsh Fl. Amer. Sept.* II. p. 728.

Culmi pedales, teretes; folia radicalia numerosa filiformia, acutissima, culmis parum breviora, 2-3 in caule vaginâ praelongâ. Panicula tripollicaris; pedunculi bifidi. Valvulae calycinae glabrae acutissimae, interior pollicaris, exterior duplò brevior; corollina basi villosa. Aristae tripollicares et ultra. In *Chili prope Cucha Cucha; et in Louisiana superiore.*

10. C. *luzonensis P. de B.*; culmo ramoso, paniculâ contractâ, spiculis alternatim pluribus, aristis subaequalibus. ARISTIDA *luzonensis Cav. Ic.* V. p. 45. t. 470. f. 2. *Pers. Syn.* I. p. 98.

Culmi glabri numerosi tripedales; folia involuto-subulata, radicalia numerosa pedalia, vaginae bipollicares. Panicula quadripollic. Valvulae calycinae acutissimae flavescentes, interior parum longior; corollina basi villosa; aristae longitudine valvularum. Semina punctis fuscis tecta In *Insula Luzon.*

11. * C. *stipaeformis P. de B.*; paniculata, calycibus bifloris, aristis semine duplo longioribus, culmo ramoso. AVENA *stipiformis Linn. Mant.* p. 34. *Willd. Spec.* I. p. 444.

Culmi pedales, saepe reclinati, laeves, geniculis fuscis. Ramus brevis, etiam florifer, ex singulis foliorum alis. Panicula avenacea parva. Calycis valvula altera lanceolata, altera ovata. Flosculi duo sessiles. Cor. laevis, exterior valvula basi hirta, aristâ terminali scabrâ sesqui-longiore. *Ad promont. b. spei.*

12. C. *divaricata*; culmo adscendente, paniculae ramulis laxe divaricatis. CHAETURUS *divaricatus Decand. cat. H. Monsp.* 1818. p. 93. AGROSTIS *divaricata* et MUHLENBERGIA *divaricata Hortul.* ARISTIDA *divaricata* paniculâ effusâ nutante, calycibus aristatis corollam aequantibus, aristis corollae inaequalibus, ore vaginarum barbato. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 99. A. culmo simplici, foliis convolutis margine scabris, paniculâ ramosâ subverticillatâ divaricatâ;

Digitized by Google

glumis brevissime aristatis, aristis subaequalibus. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 123. *Jacq. Eclog. gram.* t. 6. *Willdenow* a cls. *Humboldt* et *Bonpland* habuit, et sub nomine ARISTIDAE *pallentis* quoque semina accepit, a qua floribus minoribus, aristis brevioribus est diversa.

Culmi cespitosi, erecti, 1-2ped., compressiusculi nodique glabri Folia convoluto-subulata, glabra. Vaginae glabriusculae ore lanatae. Ligula brevissima pilosa. Panicula pedalis, ramis longissimis rhachique triquetrâ scabris. Glumae lanceolato-subulatae purpurascentes, inferior paullo brevior; glumae corollinae inaequales, inferior basi breviter pilosa, aristis tribus subaequalibus. In *regione subfrigida regni Mexicani inter Salamanca, Guanaxuato et Ovexeras.* 4.

Obs. Quidquam, saltem quoad aristas, diversa videtur A. *divaricata Lagascae*, paniculâ divaricatâ incurvatâ, ramulis inferne nudis, floribus adpressis alterne fasciculatis subsessilibus, aristâ intermediâ longiore. *Lagasc. Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 30. *E nova Hispania. B. Sessé.*

13. * C. *gigantea P. de B.*; paniculâ elongatâ, effusâ, secundâ; calycibus unifloris, aristis corollinis subaequalibus rectis. ARISTIDA *gigantea Willd. Spec.* I. p. 459.

Gramen altissimum, ramosum, glaberrimum; panicula dodrantalis; calyx glaberrimus, caerulescens, corolla aristis tribus. In *Teneriffa.*

14. C. *capillacea P. de B.*; humilis, paniculâ compositâ capillaceâ, aristis laevibus divaricatis. ARISTIDA *capillacea Lam. Illustr.* n. 777. *Poir. Enc. meth. Suppl.* I. p. 451. *Vahl Eclog.* II. p. 10. *Spreng. pug.* I. p. 9.: paniculâ strictâ racemosâ, aristâ trifidâ longissimâ divaricatâ, foliis convolutis subpilosis.

Tenerrima, habitu AGROSTIDIS. Culmi graciles semipedales; folia glabra capillaria bipollic.; panicula brevis, patula; flosculus singulus pedicellatus, parvus oblongus, valvulis calycinis glabris inaequalibus acutissimis, corollinis longioribus subulatis. In *America meridionali (Cayenne) Richard.* Cls. *Sprengel* sequentem plantae hujus, quam ab ipsissimo *Lamarck* obtinuit, descriptionem dedit: „Spithamaea. Rad. fibrosa. Culmi plures foliosi ramosi; folia subdigitalia convoluta filiformia, pilis rarissimis obsita; panicula aequalis ramosa, stricta, ramis paucifloris capillaribus. Valvulae calycis acuminatae membranaceae pellucidae; corollae valvula linearis apice aristata.“ A. *Hystrix* differt: paniculae ramis divaricatis patentissimis et aristis multo longioribus.

15. C. *Lamarckii*; paniculâ compositâ effusâ capillaceâ; calycibus unifloris, aristâ trifidâ praelongâ laevi. ARISTIDA *stipiformis Lam. Illustr.* n. 781. *Poir. Enc. meth. Suppl.* I. p. 452.

Digitized by Google

Similis STIPAE *junceae*. Culmi alti glabri cylindrici ad articulos nigri, paniculâ amplâ longissimâ, ramis fere verticillatis geminis ternis glabris laevibus longissimis, unifloris. Flosculi subulati angusti elongati saturate fusci; valvula calycis exterior angusta subulata, interior obtusa duplo brevior; corolla univalvis, (et CHAETARIA?) calyce brevior, basi villosa, aristis tribus tripollicaribus aequalibus caducis. Semina fusca. *Ad Senegalium. Dupuis.*

16. C. *caerulescens P. de B.*; foliis glabris, paniculâ coarctatâ elongatâ arcuatâ subsecundâ interruptâ, aristis laevibus subaequalibus. ARISTIDA *caerulescens Desfont. Atl.* I. p. 109. t. 21. f. 2. *Schrad. neues Journ.* IV. B. p. 70. A. *canariensis* paniculâ racemosâ; ramis simplicibus alternis adpressis distantibus, calycibus muticis corollâ brevioribus, aristis subaequalibus, vaginis foliorum nudis. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. p. 99. A. *gigantea Brouss.* et *Hortul.* A. *setacea Hopp. Hort. ratisb.* Fasc. I.

Radicis fibrae tortuosae; culmi fere filiformes, saepe basi ramosi nodosi laevissimi, 2-3pedal.; folia angusta. Panicula gracilis rudis caerulescens; pedunculi capillares inaequales; spiculae graciles cylindricae acutae, calycis valvulis inaequalibus subulatis unifloris, flosculo gracili univalvi acuto, aristâ glumâ vix duplo longiore mediâ subinde breviore quam in ic. *Desfont.*, lateralibus aequalibus. Semina oblonga glaberrima. In *Barbaria circa Herouan et in Canariis.* 4; culta ⊙. De cultâ monet *Willd. l. c.* gramen esse spithamaeum vel pedale (bipedalia possidemus), simillimum CH. *adscensionis*, sed diversum calycibus non aristatis, aristis corollae duplo nec triplo longioribus. A. *gigantea* diversa videtur culmo pedali simplici non ramoso, paniculâ non effusâ. Calyces sunt violacei, valvulâ majore obtusâ, minori acutâ. An CH. *gigantea* ad exemplar mancum descripta? Confer CH. *elatiorem*.

17. C. *festucoides P. de B.*; foliis angusto-subulatis; paniculâ spicatâ subsecundâ, aristis subaequalibus. ARISTIDA *festucoides Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 452.

Panicula fere FESTUCAE *bromoidis*. Culmi teretes graciles glaberrimi; folia brevia patentia, vaginâ glabrâ praelongâ. Panicula e verticillis unilateralibus, 5-6pollic. spicam inclinatam referens. Flosculi omnes pedicellati angustissimi subulati, valvis calycinis inaequalibus unifloris acutissimis, corollina longior aristis tribus aut aristâ trifidâ corollâ longiore. *Ad Senegal. Dupuis.*

18. C. *depressa P. de B.*; culmis trifido-ramosis decumbentibus, aristis scabriusculis. ARISTIDA *depressa Willd. Spec.* I. p. 461. *Retz* l. c.

Culmi filiformes, sesquipedal.; folia angustissima; panicula subsecunda; calyx uniflorus; valvulis acutis albis, exteriore dimi-

Digitized by Google

dio breviore. Corolla *setaceae*, cui similis, sed minor; aristae minus divaricatae. In *Malabariae sterilibus.*

19. C. *Antillarum P. de B.*; caule repente ramoso; foliis filiformi-subulatis; paniculae ramis brevibus subsecundis, calycibus bifloris. ARISTIDA *Antillarum Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 451. ARISTIDA *adscensionis* β. *Lam. Illustr.* n. 775.

Rad. fibrosa; culmi ramosi, alii repentes, erecti, alii articulati subflexuosi; folia glauca culmis breviora; paniculae oblongae purpurascentes ramis subsimplicibus; spiculae rarae sessiles alternae, valvulis calycinis inaequalibus acutis apice incurvis; flos sessilis bivalvis, subpedicellatus alter univalvis, aristis tribus inaequalibus, intermediâ longiore vix longitudine calycis. In *Antillis Richard, in Porto-Ricco Le Dru.*

20. C. *capensis*; paniculâ trichotomâ patente, aristis omnibus villosis. ARISTIDA *capensis Thunb. Prodr.* I. p. 19. *Flor. cap.* I. p. 396. *Linn. System. Veget.* XIV. p. 122. *Willd. Spec.* I. p. 460.

Culmus simplex vel basi interdum ramosus, striatus, erectus, nudus glaber, pedalis et ultra; folia longe vaginantia, convoluto-filiformia, striata, glabra, culmo breviora; pedunculi et pedicelli glabri, bi longitudine calycis; glumae calycinae lanceolato-subulatae, concavae, unifloraе, longitudine corollae, unguiculares, fuscescentes aut purpurascentes. Corolla connivens, basi extus hirsuta, albida; aristae divaricatae, setaceae, corollâ longiores, apice glabrae, subpollicares, villis albis. In *promont. b. spei.*

21. C. *interrupta P. de B.*; paniculae ramis interruptis, foliis vaginantibus subulato-longissimis, aristis ciliatis. ARISTIDA *interrupta Cav. Ic.* V. p. 45. t. 471. f. 2.

Culmi tripedales et ultra, ad nodos incrassati rubelli; folia stricta, bipedalia, vaginae longitudine fere foliorum. Spiculae graciles longae fasciculatae; valvulae calycis acutissimae, interior longior, corollâ tamen parum brevior. Arista intermedia longior. *Prope Chalma in Mexico.*

22. C. *elatior P. de B.*; culmo ramoso, altissimo: paniculâ elongatâ; calycibus violaceis aristis aequalibus. ARISTIDA *elatior Cavan. Icon.* VI. t. 589. f. 1. *Descripc.* p. 40.

Culmi quadriped., glabri, nodis pallide purpurascentibus; vaginae foliis breviores; panicula pedalis, basi interrupta; rami bini terni inaequales, recti, major sesquipollic. Calyx corollâ duplò brevior, aristae longitudine corollae. In *Hispania, in monte Callosa de Orihuela, in regno Valentiae, littore Malagae* etc. *Lagasca.*

Obs. CH. *elatior* haec, monente *Dufour*, eadem cum *caerulescente Desfont.*, et sane specimen *elatioris* a Dno. *Ventenat* nobis datum convenit cum cultis nostris *caerulescentibus.*

Digitized by Google

23. C. *racemosa Spreng.*; paniculâ contractâ cylindricâ spicaeformi, aristis aequalibus calyce triplo minoribus. ARISTIDA *racemosa Spreng. Mant.* I. p. 35.

Folia glabra, involuta, longissima, linearia, ligulâ nullâ, vaginâ glabrâ. In *insula St. Helenae.*

24. C. *humilis*; culmo simplici; foliis convoluto-subulatis glabriusculis; paniculâ simplici subverticillatâ coarctatâ; glumis subulatis aristis aequalibus. ARISTIDA *humilis Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 121.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti 3-6poll., glabri, uti nodi. Folia culmum subaequantia. Vaginae scabriusculae. Ligula brevis glabra, laciniato-fimbriata. Panicula 2-3poll., ramis abbreviatis, scabris. Calycis glumae lineares glabrae dorso scabrae albidae, inferior minor, longitudine glumae corollinae inferioris. Glumae corollinae inaequales convolutae basi brevissime pilosae. Aristae glumâ duplo longiores. In *exustis aridis Cumanae.* 4.

25. C. *setifolia*; culmo ramoso; foliis convoluto-setaceis margine scabriusculis pilosiusculis; paniculâ ramosâ secundâ subnutante verticillatâ; glumis calycinis subaristatis; aristis subaequalibus. ARISTIDA *setifolia Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 122.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti sesquiped. glabri uti nodi. Folia glabra ut vaginae. Ligula brevissima, longe ciliata. Panicula gracilis, ramis distantibus, patulis, rhachique scabris. Glumae calycinae lineares apice subulatae glabrae dorso ciliato-scabrae, flavidae, inaequales, inferior brevior; corollinae convolutae albidae glabrae basi pilis cinctae, inferior major, aristis glumâ duplo longioribus. In *apricis Novae Andalusiae inter Bordones et Cumana.* 4.

26. C. *bromoides*; culmo ramoso; foliis convolutis interne pubescentibus; paniculâ simplici secundâ patulâ; glumis calycinis subaristatis, aristis subaequalibus. ARISTIDA *bromoides Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 122.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi, pedales purpurascentes glabri uti nodi. Folia linearia convoluto-canaliculata. Vaginae glabrae. Ligula brevis, ciliato-pubescens. Panicula 2-3poll., ramis alternis abbreviatis patulis densis, rhachique triquetrâ hispido-scabris. Glumae calycinae lineares acuminatae purpurascentes glabrae, dorso scabrae, inaequales, inferior brevior; corollinae convolutae albidae glabrae, inferior paullo brevior, aristis scabris, duplo longioribus glumâ. In *montanis regni Quitensis juxta Tambode Quamote et Llanos de Tiocaxas.* 4.

27. C. *coarctata*; culmo simplici?; foliis planis interne scabris; paniculâ ramosâ secundâ subverticillatâ; glumis calycinis subaristatis, aristis subaequalibus. ARISTIDA *coarctata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 122.

Digitized by Google

Culmus erectus bipedalis glaber inferne purpurascens; folia linearia, sicca convoluta; vaginae glabrae; ligula brevissima, ciliata. Panicula 5-6poll., ramis abbreviatis distantibus patulis subsecundis rhachique scabris. Glumae calycinae purpurascentes glabrae, dorso scabrae, inferior paullo minor acuminato-subaristata, superior truncata, brevissime aristata; corollinae convolutae scabriusculae albidae, inferior calycinam superiorem aequans; aristae glumam aequantes scabrae. *Bromoidi* valde affinis. In *alta planitie mexicana inter Burras et Guanaxuato.* 4.

28. C. *spadicea*; culmo simplici; foliis planis margine scabriusculis; paniculâ ramosâ secundâ subnutante; glumis brevissime aristatis, aristis inaequalibus. ARISTIDA *spadicea Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 123.

Culmus erectus sesquiped. glaber uti nodi; folia linearia, sicca convoluta, rigida, glabra, uti vaginae ore pilosae. Ligula brevissima, glabriuscula. Panicula gracilis, 8-9poll., ramis laxis alternis longissimis patulis secundis compressis, rhachique subtrigonâ scabris. Glumae calycinae lineares subulatae glabrae, dorso ciliato-scabrae, purpurascentes, aetate fuscescentes, inferior brevior; corollinae scabrae, basi pilosiusculae, superior minima, inferior apice spiraliter convoluta, aristâ intermediâ glumam duplo superante, lateralibus dimidio brevioribus. In *apricis subfrigidis juxta Guanaxuato et Mina de Belgrado, in regione calida ripae Orinoci prope Carichana, in inundatis Guayaquil.* ⊙.

29. C. *recurvata*; culmo simplici; foliis convolutis margine scabris; paniculâ ramosâ subverticillatâ coarctatâ; glumis calycinis subaristatis, aristis subaequalibus. ARISTIDA *recurvata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 123.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti sesquiped. glabri uti nodi; folia convoluto-setacea rigida glabra; vaginae glabrae, valde approximatae, inferiores marcescentes et revolutae; panicula tripoll., ramis approximatis, abbreviatis, adpressis rhachique scabris. Glumae calycinae subaequales, corollinam inferiorem superantes, lineari-subulatae glabrae, dorso scabrae purpurascentes; corollinae glabrae, basi pilis brevissimis, albidae, aristis glumam subaequantibus. In *planitie Orinocensi prope S. Thomas de la Angostura.* 4.

30. C. *calycina*; paniculâ subramosâ, glumis coloratis mucronatis subaequalibus longitudine perianthii, aristis flore longioribus, culmo erecto simplici. ARISTIDA (arista tripartita, cum valvula inarticulatâ) *calycina R. Brown Prodr.* I. p. 173.

31. C. *ramosa*; paniculâ subsimplici coarctatâ, glumis coloratis inaequalibus, perianthio 1/3 brevioribus, aristis lon

gitudine florum, culmo erecto ramoso. Aristida *ramosa R. Brown* l. c.

30 et 31. *ad littora nov. Holland. intra tropicum.*

241. CURTOPOGON.

1. C. *dichotomus P. de B.*; culmo ramoso diffuso dichotomo, foliis lineari-setaceis, aristis corollinis duabus minimis, tertiâ tortâ recurva. Aristida *dichotoma Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 41. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 72. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. p. 293. t. 6. Avena *setacea Mühlenb.*

Habitus Nardi *strictae.* Affinis Arist. *setaceae Retz*; a qua differt valvulis aequalibus. — Dodrantalis, cespitosa; culmi adscendentes, folia pollicaria et minora, vaginaque glabra. Paniculae simplices ex axillis foliorum superiorum, flosculi parvi subinde in dichotomia sessiles. Cal. bivalvis, valvulis linearibus acuminatis scariosis aequalibus muticis. Cor. univalvis (?) linearis, acuminata. In *arenosis Carolinae borealis prope Lincoln.* ♂.

242. ARTHRATERUM.

1. A. *pungens*; culmo perennante; foliis subulatis rigidis pungentibus; paniculâ laxâ; aristis tribus subaequalibus plumosis. Aristida *pungens Fl. atl.* t. 35.

Culmi recti glabri lignosi 6-7pedales, basi ramosi, foliisque glabris vestiti, patentibus, acutissimis, pedalibus, canaliculatis. Panicula longa. Calycis valvulae subaequales concavae acutae. Cor. univalvis? coriacea acuta cylindrica longitudinaliter fissa, apice aristâ articulatâ trifidâ, spiculis duplo-triplo longiore. Semina gracilia elongata. In *arenis humidis prope Sfax in deserto.* ♄.

2. A. *stipoides*; racemo parum diviso, ramis inferioribus subtrifloris, aristis tripollicaribus infra divisuram perianthio longioribus. Aristida *stipoides R. Brown Prodr.* I. p. 174.

Inter tropicum in novae Hollandiae ora septentrionali et orientali.

3. A. *hygrometricum*; racemis subsimplicibus, pedunculis inferioribus 1-2floris, aristis quinquepollicaribus infra divisuram perianthio longioribus. Aristida *hygrometrica R. Brown* l. c.

Cum praec. Confer notam ad Aristidas.

243. ARISTIDA. *

1. A. *plumosa*; aristâ intermediâ longiore lanatâ, culmis villosis. *Willd. Spec.* I. p. 460. *Vahl Symb.* I. t. 3.

* „Aristidae genus posthac dividendum interea in sectiones disposui: I. *aristâ tripartitâ cum valvula inarticulatâ:* A. va-

A. *lanata Forsk. Descr.* 25. n. 87. *Lam. Illustr.* t. 41. f. 1.

Similis *Stipae pennatae*, at panicula magis composita, partesque omnes minores. Arista setis duabus oppositis brevibus ad basin. Culmi internodia inferiora sursum lanata. In *Armenia*. 4.

2. A. *ciliata Desfont.*; foliis rigidis glabris convolutis; nodis barbatis, aristâ intermediâ longiore, plumosâ. *Desfont. Em. alter.* in *Schrad. nenes Journ.* T. III. p. 255. *Descript. de l'Egypte* t. 13. ARIST. *plumosa Desfont. Fl. atlant.* p. 109. (excl. synon. *Linn.*).

Culmus erectus nodis tantum barbatus; folia subulata. In *Barbaria*. 4.

3. A. *murina Cav.*; paniculâ subspicatâ: ramulis alternatim binis, subquinquefloris: calycibus violaceis. *Cavan. Ic.* V. t. 469. f. 1. *Descripc.* p. 40. *Pers. Syn.* I. p. 98.

Similis quodammodo HORDEO *murino*. Culmi glabri, palmares, foliis tripedalibus, vaginis pollicaribus. Panicula terminalis, bipollicaris. Glumae calycis acutissimae, glabrae, purpureae, interior pollicaris, exteriore duplo longior. Aristae aequales albae biunciales. Anne CHAETARIA? In *Mindanao L. Née.*

4. A. *rigida Cav.*; paniculâ contractâ, foliis rigidis acuminatis glabris culmo parallelis, aristarum mediâ duplo longiore. *Cav. Ic.* V. p. 44. t. 469. f. 2. *Pers. Syn.* I. p. 98.

Culmi glabri tripedales, foliis vestiti subulatis, 3-4pollic., canaliculatis, subpungentibus. Flosculi parvi in paniculâ sexpollicari, ramis verticillatis. Valvulae calycis violaceae subaequales acutissimae sesquilineares, corollâ longiores. In *insulis Philippicis.*

5. A. *laxa Cav.*; paniculâ laxâ, pedicellis nudis elongatis bifidis, spicis terminalibus, aristis inferne contortis, lateralibus brevissimis. *Cav. Ic.* V. p. 44. t. 470. f. 1. *Pers. Syn.* I. p. 98. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 454.

Culmi simplices fasciculati bipollicares foliis 2-3 involuto-subulatis, glabris, radicalibus fere pedalibus. Panicula recta pedalis, et ultra, ramis compressis. Spiculae pollicares et ultra. Valvulae calycinae fuscae subaequales subulatae, corollinae breviores basi villosae. Semina oblonga, cylindrica, lucida, arcte involuta. In *insulis Philippinis et in Montevideo.*

---

gans, ramosa, calycina (CHAETARIA *ramosa* et *calycina*). — II. *aristâ trifidâ cum valvula articulata:* A. *stipoides, hygrometrica* (ARTHRATERUM *stipoides* et *hygrometricum*) *capensis* (CHAETARIA) aliaque species *africana* et forsan ARIST. *Hystrix* (CHAETARIA)." *R. Brown.*

Digitized by Google

6. A. *longe spicata Poiret;* culmo subcompresso filiformi ramoso; foliis filiformibus; spicâ gracili elongatâ; aristis valde inaequalibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 452.

Affinis C. *purpurascenti*, sed flores multo minores. Culmus 1-2-ped.; folia glabra rigida; panicula praelonga filiformis, ramis appressis. Cal. uniflorus valvulis subaequalibus angustis acutis; corollae valvula angustissima subulata, aristâ mediâ divergente, corollâ duplo longiore. In *Carolina. Bosc.*

7. A. *vagans Cav.;* paniculae ramis divaricatis pauciforis, corollâ calyce longiore, aristis brevibus, mediâ productiore, foliis subulatis. *Cav.* V. p. 45. t. 471. f. 1. *Pers. Syn.* I. p. 98. A. paniculâ effusâ rarâ, ramis pedicellisque strictis, glumis coloratis mucronulatis subaequalibus perianthii dimidio brevioribus aristas subaequantibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 173.

Culmi glabri 1-3pedales, ad nodos rubelli; folia semipedalia; panicula laxissima, parum ramosa; valvulae calycinae subacutae, exterior brevior. Corolla basi villosa. In *novae Hollandiae porta Jackson.*

8. A. *ternipes Cav.;* paniculâ coarctatâ longissimâ; ramulis alternatim ternis capillaribus, aristis duabus lateralibus brevibus. *Cav. Icon.* V. p. 46. *Pers. Syn.* I. p. 98.

Folia involuta subulata sesquipedal.; panicula semipedalis, ramis apice circiter decemfloris; valvulae calycis virides subulatae, exterior brevior; corollina longior basi villosa; aristae intermediae semipollicares. *Panamae.*

9. * A. *arundinacea;* paniculata, aristâ intermediâ longiore laevi. *Willd. Spec.* I. p. 461.

Culmi quadripedales, farcti; folia involuta angusta laevia; panicula oblonga pedicellis capillaribus; calyx subquinqueflorus, attenuatus. Corollae valvula exterior aristata lanata, aristâ subrecurvatâ, basi aristis minimis. *Ind. or. Hoenig.*

10. A. *elegans Rudge;* spicis longis tenuissimis sparsis, aristis longissimis (prominulis) erinitis. *Rudge gujan.* p. 22. t. 30.

Habitus quasi AIRAE. Culmi semipedales conferti graciles. Folia tenuissima striata glabra. Panicula (thyrsus potius) ramosa, pedicellis exquisite hirtis. Glumae subaequales carinatae serrulatae. Arista medio trifida reflexa, in morem stigmatum SCIRPI. In *Gujana.*

11. A. *rigescens;* paniculâ subcontractâ, corollae aristâ infra divisuram glumis calycinis inaequalibus breviore, culmo flexuoso ramoso, foliis convolutis rigidis. A. *rigida Heyne Roth nov. plant. spec. Ms.*

Digitized by Google

Folia convoluto-subteretia, striato-angulosa, glabra, margine argute serrulata; panicula palmaris et longior, vix e vagina summa egrediens. In *India orient.*

12. A. *uniplumis Lichtenst.*; aristâ intermediâ longiore plumosâ, lateralibus basi pilosis, culmo glabro ramoso. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens. Mss.*

Folia filiformia subulata. Culmus in panicula flexuosus. *Hab. in Harroo Prope Chamka fluvium, in Graff Reynett et Kaab.*

13. A. *congesta*; culmo erecto, paniculâ coarctatâ spiciformi, aristis scabris, foliis subulatis. A. *coarctata Lichtenstein Spic. Fl. cap. Mss.*

Culmus glaber pedalis subsimplex. Folia graminea dimidio culmo breviora, rigida, apice scabriuscula, culmea rara vaginantia. Culmi cum foliis in caespitibus conferti. *Hab. in terra Coranarum, prope Witwater prom. b. spei.*

Quid ARISTIDA *obtusa Descript. de l'Égypte* t. 13. *Subrecurvata Pal. de Beauv.*?

244. PENTAPOGON.

1. P. *Billardieri R. Brown Prodr.* I. p. 173. AGR. foliis setaceis, paniculâ coarctatâ, valvulae exterioris corollae aristâ tortili inter lacinias quatuor terminales. AGROSTIS *quadrifida Labillard. Specim. nov. Holl.* p. 20. t. 22. *Pal. de Beauv. Agrostogr.* p. 34. Tab. VIII. f. 11.

Culmi teretes striati basi curvati 6-7pollicares; folia setacea subinvoluta, vaginae striatae, inferne pilosae. Panicula gracilis, spicaeformis; valvulae calycinae oblongae acutae subaequales, dorso hispidae, corollâ basi pilosâ breviores; valvula corollina exterior apice quadrifida, interior brevior concava. Antherae fere globulosae. In *promont. van Diemen.*

Obs. CALAMAGROSTIDI proximus, et solummodo aristis diversus. *R. Brown.*

245. LAGURUS.

1. * L. *ovatus Willd. Spec.* I. p. 227. *Koel. Gram.* p. 113. - *Smith Fl. brit.* I. p. 143. *Prodr. Fl. graec.* I. p. 68. n. 239. *Engl. bot.* t. 1334. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 227. *Schreb. Gram.* I. p. 143. t. 19. f. 3. *Host Gram. austr.* II. t. 46. *Sibth. Flor. graec.* I. p. 71. t. 90. IMPERATA *ovata Tratt. tabular.* t. 569.

Culmi 1-1½pedales, erecti, pubescentes; folia, ut vaginae superiores subventricosae, mollissime pubescentia. Ligula brevis obtusa pubescens. Panicula mollissima albida aut rufescens. Glumae calycinae diaphanae, nervo viridi, in aristam villosam attenuatae. Gluma corollina exterior quinquenervis. In *Europae australis et occidentalis ut et occidentalis Asiae maritimis.* ☉.

Digitized by Google

246. PHALARIS.

1. * P. *canariensis*; paniculâ subspicatâ ovatâ, glumis calycinis navicularibus apice integerrimis, corollâ exteriore bivalvi. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 177. *Willd. Spec.* I. p. 326. *Koel. Gram.* p. 40. *Smith Fl. brit.* I. p. 62. *Engl. bot.* t. 1310. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 33. *Plenck Ic. off.* t. 41. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 40. t. 55. *Leers Fl. Herborn.* p. 18. t. 7. f. 3. PH. *ovata Moench. Meth.* p. 208. Gramen spicatum, semine miliaceo albo. *Tournef. Inst.* p. 518. *Schreb. Gram.* p. 38. t. 10. f. 2. *Martyn Fl. rust.* t. 17. *Host Gram. austr.* II. t. 38. β. semine nigro. γ. glumis ciliatis. *Gerard. prov.* 77.

Culmi sesqui-bipedales, teretes aut subcompressi, scabriusculi. Folia lineari-lanceolata. Vaginae superiores duae inflatae. Glumae calycinae corollâ duplo fere majores, pilis brevibus. Cor. duplex, exterior valvulis lanceolatis acutis uninervibus, interior duplo major. Semen incrustans variat colore griseo vel fuscescente. In *Canariis inter segetes. Colitur in Europa passim, indeque in locis cultis.* ☉.

2. P. *microstachya Dec.*; paniculâ subspicatâ ovatâ, glumis subnaviculatis dorso integerrimis lanceolatis acuminatis, perigonio bivalvi pubescente. *Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 131.

Affinis *canariensi*, sed differt: habitu multo graciliori, paniculis minoribus acutioribus, valvulis glumae vix dorso productis, seminibus dimidio et ultra minoribus. In *America boreali.* ☉. Confer *intermediam.*

3. * P. *aquatica*; paniculâ subspicatâ oblongo-ovatâ, glumis calycinis navicularibus apice denticulatis corollâ exteriori univalvi. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 179. *Linn. Amoen. acad.* IV. p. 264. *Ait. Kew.* I. p. 56. ed. 2. I. p. 137. *Willd. Spec.* I. p. 326. *Host Gram. austr.* II. p. 29. t. 39. *Sibth. Fl. graec.* I. p. 42. t. 57. PH. *minor Retz Obs.* III. p. 8.* *Willd. Enum. H. Berol.* I.

* *Willdenow, Schrader, Decand.* in *Fl. fr. Suppl.* p. 149. n. 1493 a., *Palisot de Beauvois* sine dubio PHALARIDEM *minorem Retzii*: paniculâ spiciformi cylindricâ (ovatâ *Desfont.*), calycibus carinatis nudis, nectario solitario, ad PH. *aquaticam* ducunt. Attamen *Desfontaines Retzii* PHAL. *minorem* (excl. syn. *Barrel* t. 700. f. 1. et *Buxbaum Cent.* IV. t. 53., quas ex autopsia proprias et diversas esse species ait) suam esse PH. *bulbosam Fl. Atl.* t. 55. (excl. synonym. integr.) et omnino distinctam a PH. *aquatica* affirmat. Vide *Desfont. emendatio altera.* — Jam vero, quomodo *Desfontaines* PHALARIDEM *minorem Retz* ad suam *bulbosam* ducere possit, quum *Retzius* dicat: „Nulla habet tubera" non videmus; fors, quia addit *Retzius* „similis *canariensi*, sed minor; panicula haud ventricosa, et angustior."

Digitized by Google

p. 83. PH. *canariensis* β. *Decand. Fl. franç.* n. 1490. (excl. synonym.). Gramen spicatum perenne, semine miliaceo, tuberosâ radice. *Tournef. Inst.* p. 519. (Variat paniculâ plus minus ovatâ).

Culmi 1½-ped., pedales, glabri, teretes aut compressiusculi. Folia linearia, plana, varie flexa. Ligula exserta, oblongo-ovata acutiuscula. Cor. exterior minima, lineari-lanceolata; interior calyce duplo minor. Flosculi inferiores subinde steriles. In *Europa meridionali, Aegypto, promont. b. spei.* ⊙.

4. P. *commutata;* paniculâ subspicatâ oblongâ, glumis calycinis navicularibus apice denticulatis mucronatis; corollâ exteriore univalvi, minimâ; culmo basi bulboso. PH. *aquatica minor Savi Fl. Pisan.* I. p. 54. *Bertolon Pl. genuens.* p. 7. n. 13. (fide specim.). An PH. *bulbosa Desfont. Atl.* t. 55.? Gramen typhinum phalaroideum minus bulbosum aquaticum. *Barrel. Icon.* 700. f. 2.

Culmus tripedalis et ultra, laevissimus, glaberrimus, basi crassitie fere pennae anserinae tenuioris, incrassatus in tubera 2-3 sibi superimposita, tecta vaginis foliorum emarcidorum, magnitudine pisi aut Avellanae minoris. Nodi tres, contracti, fusci, glaberrimi. Folia radicalia in nostris emarcida, plura, plana, caulinis breviora, angustiora. Vaginae glaberrimae, striatae, attactu laevissimae, suprema a spica remota, subinflata. Folia caulina pedalia et ultra, linearia, plana, acuminata, intermedia basi lineas 2 circiter lata, margine scaberrima, utrâque paginâ profunde striata, striis elevatis scabris. Spica bipollicaris, 9 lin. lata, pallens, violaceo variegata, apice dilute violacea. Pedunculi laeves, glabri, sesquilineares. Glumae calycinae aequales, 2 fere lineas longae, nitidae, glaberrimae, nonnisi nervis tribus virentibus scabrae, carinâ prominente ab apice ad basin fere usque denticulatâ. Glumae corollinae calycinis dimidio breviores, inaequales, exterior linearis, vix lineam dimidiam superans. Media lanceolata obtusa, tertia ovato-lanceolata, acuminata, apice 7nervis: omnes tenuissimae, membranaceae, nitidae. Antherae croceae. Semen? *Coerulescenti*, quoad definitionem, magis affinis, quam *aquaticae*. In *Italia superiore; Genuae in canali supra il Lagazzo.* 4.

5. P. *intermedia Bosc;* paniculâ spiciformi subovatâ, glumis calycinis acutis oblongis integris, corollâ trivalvi. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 300. *Bosc in Ms.* apud *P. de Beauvois.*

Multum similis PH. *aquaticae;* culmi graciles basi non bulbosi; folia brevia mollia angusta; spica brevis; valvulae calycinae angustae, vix carinatae, non dentatae; semina fusca lucida parum villosa. In *Carolina Bosc.* Anne *microstachya Decand.*?

6. P. *capensis Thunb.;* paniculâ subspicatâ oblongâ, glumis calycinis navicularibus subintegerrimis, corollâ exte-

Digitized by Google

riori univalvi, culmo geniculato. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 83. *Spec.* I. p. 327. *Thunb. Prodr.* p. 19. PH. paniculâ spicatâ ovatâ, glumis integris, culmo geniculato decumbente. *Thunb. Flor. cap.* I. p. 398. Simillima *aquaticae*, sed culmi basi decumbentes. *Willd.*

„Differt a P. *canariensi*, cui valde similis, culmo ramoso, basi decumbente, articulis omnibus geniculato-inflexo, foliis brevissimis, paniculâ minori, unguiculari." *Thunb.* — Culmus pedalis et ultra, apice capillaris. Glumae ovatae acutae glabrae tricarinatae. In *Africa*, *in hortis Europaeorum in urbe Cap.* 4.

7. P. *bulbosa Willd.*; paniculâ muticâ cylindraceâ spiciformi, glumis calycinis navicularibus dentatis, corollâ bivalvi glabrâ, radice bulbosâ. *Willd. Spec.* I. p. 327. (excl. syn. praeter *Cavan. Ic.* I. p. 46. t. 64?) *Decand. Synops. Flor. gall.* n. 1490. *Fl. franç. Suppl.* p. 249. n. 1490a. PH. *tuberosa Pers. Syn.* I. p. 79.

Culmi basi bulbis saepe tribus globosis concatenatis. In *Hispania Cavan. et circa Nizzam et Cannas Balbis*, in quorum specimine sicco distinctissimam videmus a PHALARIDE *bulbosa Linn.* s. ACHNODONTE plantam. PH. *tuberosum Pers.* Confer PH. *nodosam.*

8. P. *aristata Schousboe*; paniculâ oblonga cylindraceâ, glumis dorso pilosis, corollis basi aristatis. *Willd. nov. act. am. n. cur. Berol.* III. p. 414.

Proxime affinis PH. *bulbosae Cav.* *Ad ripas arenosas fluviorum Estremadurae.* 4?

9. P. *caerulescens Desfont.*; culmo superne nudo; spicâ tereti laxiusculâ; glumis carinatis, acutis. *Desfont. Atl.* p. 56. *Buxb. Cent.* IV. p. 30. t. 53. *Poir. Enc. meth. Suppl.* I. p. 300. P. *bulbosa Brot.*

Affinis PH. *bulbosae Linn.* s. ACHNODONTI *P. de Beauv.* sed differt: spicâ laxiore et glumis caerulescentibus. Culmi bipedales et ultra; folia glabra. Spicae bi-tripollicares, valvulis calycinis subaequalibus. In *agro Algeriensi. Desfont.*

10. P. *tuberosa Link*; culmo erecto basi nodoso; paniculâ cylindricâ, spiciformi; calyce valvis lanceolatis, dorso integris; nectariis minimis; corollâ pilis raris adpressis. *Link* ap. *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 312.

PH. *bulbosâ* (Cavanill.?) quacum confundebatur major est. In *Lusitania.*

11.* P. *nodosa*; paniculâ oblongâ, foliis rigentibus. *Linn. Mant.* 557. *Willd. Spec.* I. p. 327. PH. paniculâ muticâ spiciformi cylindricâ, spiculis ovato-lanceolatis carinâ inte-

Digitized by Google

gerrimis glabris, radice nodosâ. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 43. n. 111. *Sibth. Flor. graec.* t. 56.

„Tubercula radicis magnitudine Avellanae; culmus 5ped., geniculis paucis. Folia rigida arundinis, margine scabra, summum leviter ventricosum. Spica compacta, ovato-oblonga, mutica. Calyces ovato-oblongi.“ *Linn. Willd.* non vidit. *Pers.* omisit. *Marsch. a Bieberst. l. c.* sic describit: „Facies PH. *aquaticae.* Radicis transversalis nodi parum tumentes, emortuorum foliorum rudimentis absconditi. Glumae calycinae albae, nervis utrinque duobus viridibus, interiore obliterato, exteriore carinae parallelo. Semen fusiforme, albicans. Affinis PH. *bulbosae Cav. Ic.* I. p. 46. t. 64. In *Europa australi Linn.; in campis apricis Caucasi orientalis demissioris circa Schamachi. M. a Bieberst., in Graecia.* 2.

Obs. Huc spectare videtur PH. *nodosa Syst. Veg.* ed. XV. p. 106. PH. *tuberosa Linn. Mant.* 2. p. 557. et PH. *bulbosa Cavan.*

Differt ab *aquatica*, quâcum convenit, corollâ trivalvi, radice perenni fibrosâ nec repente, valvulâ calycinâ integerrimâ, paniculâ lanceolatâ nec cylindricâ.

12. * P. *paradoxa;* paniculâ subspicatâ cylindraceâ: ramorum flosculo intermedio hermaphrodito acuminato, reliquis imperfectis praemorsis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 179. *Willd. Spec.* I. p. 329. *Koel. Gram.* p. 43. *Linn. fil. Dec.* p. 35. t. 18. *Schreb. Gram.* I. t. 12. *Host Gram. austr.* II. t. 40. *Sibth. Fl. graec.* I. p. 43. t. 58. PH. *praemorsa Lam.* Gramen spicatum perenne, semine miliaceo, radice repente. *Tournef. Inst.* p. 519. ex D. *Desfont.*

Culmi 1½pedales, erecti, aut basi tantum infracti, scabriusculi, ad apicem fere usque vaginis inclusi. Folia linearia acuminata plana, subinde obliqua, subinde scabra. Vaginae scabrae, superioribus 2 subinflatis. Ligula exserta ovata acutiuscula, serius fissa. Panicula compacta. Flosculi sexu et formâ varii, 5-7 in singulo ramo, medius hermaphroditus et major, exteriores s. anteriores duplo minores. Hermaphroditi glumae calycinae subaequales acuminatae, 5 7nerves, carinâ scabrae, et infra carinam membranâ parvâ, albidâ, saepius ciliatâ. Cor. exterior e glumis 2 minimis; interior major glumis ovatis acutiusculis compressis, glumâ exteriori obsolete quinquenervi, pilis sparsis. In *Italia*, *Gallia*, *in Oriente.* ⊙.

13. * P. *arundinacea;* paniculâ patente glomerata, corollâ exteriore penicilliformi, interiore nitidâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 180. t. 6. f. 5. *Linn. Sp. Pl.* II. p. 80. *Koel. Gram.* p. 45. *Wahlenb. lapp.* n. 32. *Carp.* n. 49. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 65. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 31. *Fl. Dan.* t. 259. *Host Gram. austr.* II. t. 33. ARUNDO *colorata Willd. Spec.* I. p. 457. *Smith Fl. brit.* I. p. 147. *Engl. bot.* t. 402. *Svensk bot,* 107. CA-

Digitized by Google

LAMAGROSTIS *colorata Sibthorp Fl. oxon.* p. 37. *Decand. Fl. franç.* n. 1528. CALAMAGROSTIS *variegata With.* p. 124. BALDINGERA *colorata Flor. Wetter.* n. 99. TYPHOIDES *arundinacea Moench meth.* p. 201. Gramen paniculatum aquaticum, phalaridis semine. *Tournef. Inst.* p. 523. *Hall. Helv.* n. 1524. β. foliis albo-viridique striatis. P. *picta.* γ. floribus viviparis. *Leers Herborn.* n. 49. δ. *biflora*, spiculis bifloris, corollis minoribus. *Gaud.* ε. *ramosa*; culmo ramoso. *Gaud.* ζ. acerosâ glumâ Jerseianum *Ray Syn.* 400.

Radix repens; culmi 2-4pedales, stricti, firmi, glabri. Folia lanceolato-linearia, acuminata, plus minus scabra, glauco-viridia, (praesertim in ζ glauca.) Vaginae arctae, glabrae. Ligula obtusa, brevis. Panicula erecta, vel apice tantum nutans, sub anthesi tantum patens. Rami 2-3 ramulosi hispidi, basi saepe bracteâ albâ. Flosculi glomerati secundi, ovato-lanceolati, acuti, compressi. Glumae calycinae subaequales, ovato-lanceolatae, acutae, 3nerves, virides, aut viridi et purpurâ variegatae. Cor. duplex, exterior e glumis 2 exiguis basi gibbis, fasciculum pilorum niveorum sustinentibus. Cor. interior calyce minor cartilaginea, nitida, exterior apice bifida, pilis brevibus. *Ad ripas fluviorum, lacuum, in humidis Europae, et Caucasi, Sibiriae, Americae.* β *in Japonia.* 4.

14. P.? *semineutra*; paniculâ diffusâ, glumis acutis, flosculis calycem excedentibus, altero hermaphrodito, altero neutro. AIRA *semineutra Waldst.* et *Kit.* apud *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 100. *Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 199.

Culmus laevis; folia longiora quam in AIRA s. CATABROSIA *aquatica*, laxiora, scabra; ligula acutior; rami paniculae magis hispiduli, valvulae calycinae attenuato-lanceolatae. In *Pannoniae pratis.* 4.

15. * P. *dentata Thunb.*; spicâ subpaniculatâ cylindricâ, glumis serratis, culmo geniculato. *Thunb. Prodr.* p. 19. *Fl. cap.* I. p. 399. *Linn. Suppl.* p. 106. *Retz Obs.* IV. p. 14. *Willd. Spec.* I. p. 327. PHLEUM *dendatum Pers. Syn.* I. p. 79.

Staturâ CHILOCHLOAE *phleoidis.* Culmi inflexi aggregati, erecti, filiformes, laeves, glabri, palmares et paullo ultra; folia vaginantia, tenuissime villosa, breviora; spica pollicaris aut digitalis; glumae ovatae, concavae, glabrae, bimarginatae vel cinctae intra marginem lineâ duplici aut triplici elevatâ viridi, sinuato-serratae. In *Bockeland promont. b. spei.*

16. P. *pectinata*; paniculâ spicatâ cylindricâ, glumis calycinis navicularibus mucronatis margine membranaceis ciliato-pectinatis, corollâ exteriori bivalvi villosâ. *Roth nov. pl. spec. Mss.*

Digitized by Google

Cor. interior exteriore minor, cartilaginea, demum ferruginea, semen incrustans. In *Hispania*? *Inter Passulas majores semen legit amiciss. Roth.* ⊙.

17. * P. *hispida Thunb.*; spicis digitatis, glumis scabris, foliis ovatis. *Thunb. Fl. jap.* p. 44. *Willd. Spec.* I. p. 330.

Planta dubii generis, et a *P. de Beauvois* quoque cum? ad CHILOCHLOAM, et sine? huc delata. „Culmi capillares decumbentes, apice erecti, articulati, glabri, ramosi, pedales. Folia vaginantia, vaginis glanduloso-pilosis, subcordata acuta, margine glanduloso-ciliata glabra patula vix pollicaria. Spicae 3-6 unguiculares. Rhachis flexuosa glabra. Flosculi sessiles alterni imbricati, interstitiis rhacheos duplo longiores. Gluma calycina lanceolata acuta convoluta lineata, ciliato-hispida, uniflora, ut videtur univalvis." *Thunb.* sed bivalvem esse, valvulâ alterâ multo breviore monet cls. *Swartz.* In *Japonia.*

18. P. *quadrivalvis Lag.*; glumis acutis integris, calyce quadrivalvi; valvulis exterioribus duabus ovatis brevissimis glabris. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 25.

Hab. in agris et juxta vias circa Matritum, Murciam urbem, Orcelim, alibique in Hispania. Gratum belluis atque pecoribus pabulum; Orcelitanis vulgo *Rabo de cordero.*

19. P. *ciliata Lag.*; paniculâ spicaeformi cylindraceâ elongatâ: glumae valvulis lanceolatis aristatis, dorso ciliato-hispidis.

β. Gramen typhoides latifolium spicâ foliaceâ proliferâ longissimâ *Nob. Scheuchz. Agr.* p. 66. Descr. optima. *Lagasca* l. c. n. 26.

Gramen diversissimum a PHAL *phleoide* L. *Patria ignota.* 4.

Obs. Utrum haec et praecedens *quadrivalvis* hujus generis vel CTLOCHLOAE vel ACHNODONTIS aut affinium, non liquet ex brevissima diagnosi.

Quid: 20. P. *semiverticillata Forsk.*; paniculae ramis semiverticillatis patentibus, spiculis muticis ciliatis, foliis glabris. *Forsk. aegypt. arab.* p. 17. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 154.

Culmus erectus, 1½ped., glaber; folia spithamaea, linearia, plana; paniculae rami iterum paniculati. In *Arabia.*

21. P. *cristata Forsk.*; paniculâ spiciformi oblongâ, valvâ calycinâ utrinque cristâ calyce duplo longiore. *Forsk. aegypt. arab.* p. 17. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 154.

Folia plana, valde striata, glabra ut vaginae; ligula exserta; panicula 1½poll. varie ramosa, aristis pilosa. In *Arabia.*

Digitized by Google

22. P. *setacea Forsk.*; spicata, spiculis solitariis, involucris setaceis flore sesquilongioribus. *Forsk. aegypt.* p. 17. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 154.

Culmus pedalis simplex; folia bipoll. involuta, plana, glabra, supremum latius, ante florescentiam spathaceum; spica bipoll., cylindrica alba. In *Arabia.*

23. P. *caroliniana Walt.*; paniculâ spicatâ ovatâ, petalis aristatis, calycibus striatis. *Walt. Flor. carol.* p. 74. *Gmel. Syst. Veg.* p. 74.

Huc tandem *Decand.* in *Fl. franc.* PHAL. *cylindricam*, *sativam Pers.* ducit, quam ad ACHNODONTEM retulimus.

247. CHILOCHLOA.

1. * C. *Boehmeri*; paniculâ spicatâ cylindraceâ glabrâ, glumis calycinis lanceolatis obtusis submucronatis scabriusculis. *Schrad.* PHALARIS *phleoides Linn. Sp. Pl.* p. 80. *Ait. Kew.* α (excl. syn. *Hudson*) I. p. 86. *Willd. Spec.* I. p. 328. (excl. pl. syn.). *Smith Fl. brit.* p. 63. *Engl. Bot.* t. 459. *Fl. Dan.* t. 531. *Host Gram. austr.* II. t. 34. *Roemer Fl. Eur.* Fasc. 9. PHLEUM *phalaroides Koel.* p. 52. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 43. PHLEUM *Phalaris Pers. Syn.* I. p. 79? * PHLEUM *glabrum Bernh. Erford.* p. 38. PHL. *Boehmeri Wibel Werthem.* p. 125. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 186. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 85. PHLEUM *laeve Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 46. n. 116. *Hall. helv.* n. 1531. Gramen spicatum spicâ cylindraceâ tenuiori longâ. *Tournef. Inst.* p. 520. Cls. *Gaudin* l. c. sequentes distinxit varietates: α. *minor*, valvulis carinâ distincte ciliatis; β. *media*, valvulis nudiusculis scabris; γ. *maxima*, paniculâ longissimâ laxiore, valvulis nudiusculis scabris, δ. valvulis omnino carinâ nudis. ε. floribus viviparis. *Schrad.*

Rad. fibrosa. Culmi in sterilioribus basi in modum bulbi incrassati, 1-1½ped., glaberrimi, saepe purpurascentes. Folia linearia acuta, saepe margine membranacea albida. Vaginae glabriusculae, superiores subinflatae. Ligula truncata vix exserta. Panicula 1-3pollic., viridis, aut ex viridi et purpurascente varia. Glumae calycinae subaequales (aequales *Smith*) apice oblique truncato in mucronem brevem attenuatae, trinerves, margine albidae. Cor. calyce duplo fere minor, gluma exterior ovato-lanceolata-obtusa quinquenervis. In β culmi plerumque fasciculati, basi subramosi; in γ radix multiceps,

* PHLEUM *Phalaris Persoon* (qui tamen PHALAR. *phleoidem Linn.* et *Fl. Dan.* t. 531. et *Engl. bot.* t. 459 citat): „spicâ compositâ cylindricâ, glumis ciliatis carinatis mollioribus, radice annuâ" non parum videtur differre.

Digitized by Google

culmi saepe 3ped., folia praelonga; panicula 3-4poll., lobis extantibus. *Gaud. Fl. helv.* Ms. δ. transitum quasi in asperam facit. In *Europae sterilibus, agrorum versuris.* 4.

2. * C. *arenaria;* paniculâ subspicatâ oblongo-ovatâ, glumis calycinis lanceolatis acutis carinâ ciliatis, culmis (basi ramosis) ascendentibus. *Schrad.* PHLEUM *arenarium Linn. Sp. Pl.* II. p. 88. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 189 *Flor. Dan.* t. 915. PHALARIS *arenaria Linn. Spec.* I. p. 88. *Willd. Spec.* I. p. 328. *Koel. Gram.* p. 42. *Smith Fl. brit.* I. p. 62. *Engl. bot.* t. 222. *Prodr. Fl. graec.* I. p. 37. n. 128. *Roemer Flor. Europ.* Fasc. 10. PHALARIS *phleoides* β. *Ait. Kew.* I. p. 86. CRYPSIS *aremaria Desfont. Fl. atl.* I. p. 61. Gramen spicatum maritimum minimum, spicâ cylindraceâ. *Tournef. Inst.* p. 520.

Rad. fibrosa. Culmi divaricati, foliosi, superne nudi, teretes, purpurei, politi, bipollicares et semipedales et ultra, simplices et ramosi. Folia brevia, lineari-lanceolata, glaucescentia, vaginis omnibus inflatis glabris. Ligula exserta obtusa. Panicula rarius cylindrica. Flosculi fere PHLEI *Micheli*, sed glumae calycinae minus acuminatae. Gluma corollina exterior apice denticulata. Flosculorum color plerumque albidus, carinâ virente. In *Europae arenosis maritimis.* ⊙.

3. C. *cuspidata;* spicâ cylindricâ, spiculis trigynis. PHLEUM *cuspidatum Willd. Suppl. Enum. H. Berol.* p. 5. PHALARIS *trigyna Host Gram. austr.* IV. p. 12. t. 20. PHLEUM *Hostii Hort. vind.* PHALARIS *cuspidata Hortul.*

Rad. fibrosa; culmi erecti teretes glabri laeves, geniculis pluribus; folia erecta canaliculata, ad oras cartilaginea, aculeata, basin versus ciliata; vaginae glabrae laeves, ligulâ ovatâ obtusâ, glabrâ. Spica longissima, rhachi glabrâ laevi, superne setulis. Spiculae oblongae, lanceolatae. Calycis valvulae compressae, subaequales, punctatae, apice aristatae, ad oras et carinam ciliatae. Corollae valvula exterior 5nervis, carinâ aculeata, interior ad flexurae angulos ciliata. Stigmata tria plumosa. In *Tyroli calidiore.* 4.

4. C. *aspera;* paniculâ subspicatâ cylindraceâ, glumis calycinis cuneiformibus mucronatis scabris (glabrisve, culmo ramoso). *Schrad.* PHALARIS *aspera Retz Obs.* IV. p. 14. *Vahl Symb.* III. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 328. *Gaudin Agr. helv.* I. p. 41. *Host Gram. austr.* II. t. 37. PHALARIS *paniculata Ait. Kew.* I. p. 87. PHLEUM *asperum Jacq. Collect.* I. p. 110. *Ic. rar.* t. 14. *Villars Delph.* II. p. 61. (excl. plur. syn.) t. 2. f. 4. *Koel. Gram.* p. 54. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 185. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 26. t. 5. PHLEUM *viride Allion. pedemont.* n. 2133. PHLEUM *ventricosum Moench meth.* p. 177. PHLEUM *paniculatum*

Digitized by Google

Huds. (excl. syn. fors omnibus). *Smith Fl. brit.* I. p. 70. *Ait. Kew.* 2. ed. I. p. 145. *Engl. bot.* t. 1077.

„In variis Germaniae hortis sub PHLEO *sibirico*, et in Gallia meridionali sub PHLEO *Lima* hinc inde notum.“ *Gmelin Flor. bad.* I. p. 121. Rad. fibrosa; culmi cespitosi, 1/2-1 ped., teretes, laeves, glaberrimi, simplices et ramosi, adultiores superne nudi et saepe rubri. Folia breviora quam in congeneribus, et magis obliqua, erecta, lineari-lanceolata, ad oras scabra. Vaginae glabrae aut scabriusculae, superiores subinflatae. Ligula exserta obtusa (acuta *Gaud.*) Panicula subcompressa, rigida, viridis, glabriuscula. Glumae calycinae corollâ duplo majores, fere aequales, trinerves, margine parum membranaceae, apice rotundatae mucrone brevi. Gluma corollina exterior oblongo-ovata obtusa trinervis. Semen quasi tuberculatum. In *Europa mediterranea, australi et occidentali.* „PHL. *asperum*, quod apud nos occurrit, habet folia odorata. An distincta species a PHL. *aspero*, cui folia inodora?“ *Schweigg* et *Hoerte Fl. Erlang.* p. 17. Anne hoc PHL. *odoratum hh. Monac. Carlsruh. Krzemien.*? In hortis quibusdam nomine PHALARIDIS *tenuifoliae* venit.

5. C. *annua;* spicâ lobatâ cylindricâ, spiculis ciliatis sub apice gibbis, radice annuâ. PHLEUM *annuum Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 46. n. 117.

„Staturâ et affinitas summa CH. *asperae*: differt spiculis nonnihil majoribus, longius cuspidatis, carinâ evidenter ciliatis, minus scabris.“ In *campis apricis ad fluvium Terek circa oppid. Kisljar.* ⊙.

6. C.? *explicata Link*; culmo ramosissimo procumbente, foliis superioribus divaricatis, spicâ cylindricâ e vagina foliorum subinflatâ, calyce corollam subaequante, corollae valvulis subaequalibus, dorso ciliato-scabris. PHALARIS *explicata Link* ap. *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 312.

Ad ripas Tagi et Dueri cum CRYPSI *schoenoide.*

248. CYNODON.

1. * C. *Dactylon Pers.*; stolonibus repentibus (spicis digitatis patentibus, spiculis solitariis sessilibus) calyce patentissimo scabro, foliis margine ciliatis. *Pers. Syn.* I. p. 85. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 90. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 52. C. spicis 3-5, digitatis, perianthiis glabris subciliatis glumâ longioribus, setulâ imberbi ad basin valvulae interioris. *R. Brown Prodr.* I. p. 187. *Parsh Fl. Amer. Sept.* I. p. 70. PANICUM *Dactylon Linn. Sp. Pl.* p. 85. *Willd. Spec.* I. p. 343. *Smith Fl. brit.* I. p. 67. *Engl. Bot.* t. 850. *Plenck Ic. off.* t. 43. *Host Gram. austr.* II. t. 18. *Sibth. Flor. graec.* I. p. 45. t. 60. DIGITARIA *Dactylon Scop. carn.* n. 73. *Allion. Fl. pe-*

Digitized by Google

dem. n. 2710. Digitaria *stolonifera Schrad. Fl. germ.* I. p. 165. t. 3. f. 9. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 34. Paspalum *Dactylon Cavan. demonstr.?* Pasp. *praecox Walt. p. carol.* p. 75. Pasp. *umbellatum Lam. Illustr.* n. 939. Fibigia *umbellata Koel. Gram.* p. 308. Dactylon *officinale Vill. delph.* II. p. 69. *Hall. Hist.* n. 1527. Gramen dactylon, radice repente, sive officinarum. *Tournef. Inst.* p. 520. β. foliis subtus hispidulis.

Rad. squamosa, maxime repens. Culmi ½-1½ped., adscendentes, glabri. Folia linearia acuminata, carinata, serius plana, pilosa, glauco-virentia. Vaginae laxae, glabrae plerumque, apice utrinque maculâ flavescente. Ligulae loco series pilorum. Spicae terminales 4-7, umbellatae, secundae, e viridi purpurascentes, primum erectae, dein horizontaliter patentes, rhachi trigonâ, altero latere floriferâ, lineares, filiformes, 1-2pollicares, basi pilosae, duplici serie flosculorum imbricatorum. Glumae calycinae lanceolatae, glabrae, compressae, uninerves, alterâ majore acutiore. Corollae gluma exterior oblongo-ovata, obtusa, nervo carinali scabriusculo. Stigmata purpurea. In *Europa australi*, *Caucaso Oriente*, *nov. Holland. in promont. b. spei?* 4. *

2. C. *maritimus;* culmis prostratis compressis, foliis distichis, ligulâ ciliatâ, spicis quaternis quinisve, valvularum corollinarum carinis ciliatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 137.

Rad. fibrosa; culmi ramosissimi striati glabri; folia lineari-lanceolata acuminata carinata striata glabra approximata, rigida; vaginae striatae glabrae; ligula brevissima ciliata. Spicae umbellatae patulae sessiles pollicares; spiculae unilaterales bifariam imbricatae sessiles ovatae biflorae. Rhachis triquetra subflexuosa glabra. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae carinatae subaequales glabrae dorso-ciliatae scabrae viridi-purpurascentes, corollam subaequantes; corollina inferior ovata obtusa, infra apicem brevissime aristata viridi-purpurascens, glabra, dorso ciliata, superior inferiorem aequans bicarinata, bidentata. Flos sterilis brevissimus. In *planis apricis arenosis regni Peruviani inter Lima*, *Santa et Truxillo.* 4.

3. C. *radiatus Roth;* spicis digitatis suboctonis patentibus, calyce adpresso, culmo erecto ramoso, foliis margine scabris cum vaginis nudis. *Roth nov. plant. spec. Ms.*

Proximus C. *Dactylo*, at staturâ majore, spicarum numero et directione, foliorum et vaginarum glabritie distinctus. In *India orient. Heyne.*

---

* Utrum Panicum *Dactylon Thunb. Flor. cap.* I. p. 390., quod omnino *Linnei* esse synonym. allat. testatur, idem sit, dubitamus, ob: „pedunculos axillares, solitarios vel binos, spicas pollicares, et glumas tres, dorsali minore, ovatas. Maculas duas albas adesse oblongas ad basin folii.

Digitized by Google

4. C. *linearis Willd.*; spicis digitatis quaternis, calyce erecto, foliis nudis margine scabriusculis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 90. AGROSTIS *linearis Retz Obs.* IV. p. 19. *Willd. Spec.* I. p. 375. *Pers. Syn.* I. p. 76. Nil esse quam famosissimam Indorum *Durvam*, i. e. DIGITARIAM *stoloniferam Lambert, Trans. Linn. Societ.* VII. n. XXII. — Folia brevia, disticha, vaginae ciliatae addit *Willd.* l. c., qui tamen siccam plantam vidit, et P. *Dactylon* non recognovisset?

„Tota incana, semipedalis, habitu similis POAE *linearis*. Folia ad basin culmi angusta. Spicae 3-4 subumbellatae vix pollicares; rhachis flexuosa linearis, flosculis alternis sessilibus unilateralibus appressis. Valvulae calycis apertae subulatae, corollae majores inaequales.“ *Retz.* In *India ad viarum publicarum margines tempore pluvioso.* 4.

5. C. *stellatus Willd.*; spicis digitatis quaternis, basi vaginatis, calyce adpresso, foliis nudis margine scabriusculis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 90. AGROSTIS *stellata Willd. Spec.* I. p. 376.

Culmus basi ramosus, foliosus semipedalis; folia linearia 1-2-pollicaria carinata glabra; spicae basi folio involutae. In *Insula St. Helenae.* 4.

6. * C. *virgatus Willd.*; spicis alternis paniculatis, calyce patulo, foliis vaginisque glabris, culmo simplici adscendente. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 90. POA *chinensis Burm. Ind.* p. 27. t. 11. f. 3. (excl. syn. *Linn.*). POA *sessilis Lam. Illustr.* n. 1006. *Poiret Enc. meth.* V. p. 89. n. 60. Minime P. *chinensem Linn.* eandem esse cum P. *chinensi Burm.*, nisi *Linnaeus* in *Mant.* specimen vel maxime imperfectum habuisset, quippe qui flores 4-7 suae plantae tribuit, quum tamen 50-60 icon *Burmanni* exhibeat, *Poiret* l. c.

Culmi simplices, recti, pedales, foliis latis acutis, vaginâ brevissimâ. Spiculae 6 lineas circiter longae. In *India.*

7. C.? *pilosus*; spicis digitatis linearibus, foliis margine pilosis. AGROSTIS *pilosa Retz Obs.* VI. p. 22. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 255.

Culmi 1½pedales, geniculati, folio unico; radicalibus foliis semipedalibus, margine pilis longis albis; spicae unilaterales, fasciculatae, rhachi planâ dentibus villosis; flores geminati, alter sessilis, alter pedicellatus; valvae calycinae planae, ovatae, magnitudine seminum, altera triplo minor. Semina fusca. *Retz.* In *India orientali.* Nec *Willd.* adduxit, nec *P. de Beauv.*, quam hujus loci suspicamur.

8. C. *praecox*; spicis digitatis subquaternis erectis, calycibus lanceolatis acutis, corollis margine ciliatis, foliis basi

Digitized by Google

ciliatis, vaginis inferioribus pilosis, geniculis villosis. DIGITARIA *praecox Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 91. DIGITARIA *sanguinalis Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 45. (excl. syn. *Linn.*) *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 63. SYNTHERISMA *praecox Walt. Fl. carol.* p. 76.

Affinis D. *sanguinali*, sed geniculis villosis et staturâ minori abunde diversa. *Willd. l. c.* In *Carolina et Pensylvania* ⊙, *in Florida maritima* 4. teste *Mich.*

9. C. *tenellus;* spicis 2-3 digitatis, perianthiis pubescentibus glumam vix aequantibus, setulâ nullâ ad basin valvulae interioris. *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. p. 187.

Jungitur a quibusdam cum *praecoce*, sed diversus videtur. *Inter tropicum in novae Hollandiae ora septentr. et orient.*

10. C. *polystachyus;* spicis plurimis racemosis, perianthiis pubescentibus, glumâ scabriusculâ parum longioribus. *R. Brown* l. c.

Cum tenello.

249. COELACHNE.

1. C. *pulchella R. Brown Prodr.* I. p. 187. *P. de Beauvois Agrost.* p. 39.

Gramen tenellum glaberrimum. Culmus infra ramosus, ramis adscendentibus. Folia plana nervosa lanceolata. Ligula nulla. Panicula angusta. Flores parvi. BRIZAE speciem nanam primo intuitu quodammodo refert. *Ad littora nov. Holland. intra tropicam.*

250. BRACHYELYTRUM.

1. B. *aristatum P. de B.;* paniculâ rarâ simplici, calyce univalvi, foliis lanceolatis hirsutiusculis. *Sprengel Mem. de l'Acad. de Petersb.* II. p. 287. t. 4. sub MUEHLENBERGIA *erecta*, ut *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 61., et *Roth n. Beytr.* I. p. 96. *Schreb.* t. 50. MUEHLENB. *aristata Pers. Syn.* I. p. 73. DILEPYRUM *aristosum Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 40.

Pedalis; culmus vaginis foliorum bipollicarium, 4 lineas latorum tectus. Ligula oblonga barbata. Panicula terminalis parum ramosa, ramis erectis. Gluma calycina univalvis, (?) persistens. Cor. bivalvis, valvulis inaequalibus, altera emarginata, altera longe aristata. In *sylvis umbrosis Georgiae et Carolinae.* ⊙.

251. ATHEROPOGON.

1. A. *apludoides Mühlenb.*; glumae valvulis inaequalibus, flosculo pedicellato aristato sterili. *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 105. (sub DINEBA *curtipendula* ut *P. de Beauv. Agr. nouv.* t. 16. f. 1. a-d.). *Mühlenb.* in

Digitized by Google

Willd. Spec. IV. p. 937. *Enum. H. Berol.* II. p. 1027. *Spreng. pug.* I. p. 8. *Jacq. Gram.* Fasc. t. 7. *Panzer Ideen* p. 39. t. 9. f. 4. a-h. BOUTELOUA *melicaeformis Hornem. Cat. havn.* p. 7. (non *Pal. de Beauv.*). CHLORIS *curtipendula Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 59. *Willd. Spec.* IV. p. 927. ANDROPOGON *Spreng. sem. H. halens.* 1810. p. 4.

Willd. A. *apludoidem* sequentibus describit: „Gramen pedale, folia quinquepollicaria angusta graminea. Spica simplex floribus alternis distantibus reflexis. Corollae hermaphroditi valvula interior bifida, neutrius exterior membranacea bifida sub apice aristata, interiore biaristatâ. Antherae cinnabarinae." CHLORIDEM vero *curtipendulam* distinxit: „spicis plurimis alternis paniculatis pendulis, spiculis quadrifloris" quod male, monente *Sprengel*, cum spiculae singulae potius quaternae in ramis pendeant. *Michaux* addit: „Culmi decumbenti-assurgentes. Singularum glumarum flos hermaphroditus e basi emittens rudimentum secundi floris inane promisse aristatum, inter quod bina alia rudimenta, quasi in sola arista consistentia." *Decand. l. c.* hisce descripsit: „Glauca, culmi erecti, a basi subramosi, caeterum simplices; spiculae 4-10florae, glumae floribus vix longiores. Flosculi 2-3, nempe unus fertilis, et 1-2 abortivi aristulati vix rite distinguendi. Forsan genus proprium, sed DINEBAE *arabicae*," cui sane non absimilis; sed quis, quaesumus, hic unam eandemque plantam descriptam fuisse crederet, nisi omnibus tritissimum nunc in hortis gramen satis superque notum esset! In *regione Illinoensium*. 2.

2. A. *racemosus*; spicis glabris racemosis pendulis. BOUTELOUA *racemosa Lagasca varied. cienc.* 1805. n. 22. p. 141. *Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 5. (excl. syn. CHLORIS *curtipendulae Pers.* et *Willd.*).

Licet *Sprengel pug.* I. p. 8. secuti simus dum jungit ATHEROPOGONEM cum CHLORIDE *curtipendula*, BOUTELOUAM tamen *racemosam Lagasc.*, quamvis simillimam diversam credimus fide speciminis sicci *H. Matrit.* in quo spiculae simplices, nec compositae spiculis 4-10 subdistichis. Totum gramen gracilius, humilius, tenuius ad ATHEROPOGONEM *apludoidem* se habet ut solent gramina se habere Americae calidioris ad borealia congenera. In *Pera*, *in planitie bonariensi inque insulis philippinis*. 2.

Obs. Hanc quoque potius, laudatis licet *Lagasca* et omnibus ad praecedentem (praeter ATHEROPOGONEM quam non adducit!) citari solitis auctoribus *Decandolle* l. c. et *Michaux* et *Willd.*, videntur descripsisse auctores sub DINEBRA *curtipendulâ*: culmo erecto, spicis racemosis subreflexis secundis, glumis inaequalibus, valvulâ corollae inferiore glabrâ; flore sterili uniaristato, apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 138. Huic culmus pedalis glaber striatus basi ramosus; nodi glabri; folia linearia plana striata, interne margineque scabra, subglaucescenti-viridia. Vaginae striatae glabriusculae internodiis

Digitized by Google

breviores. Ligula brevissima dentata ciliata. Spicae numerosae lanceolatae, in racemum secundum semipedalem dispositae, breviter pedicellatae. Rhachis universalis compressa margine scabra, partiales compressae, acuminato-subulatae, margine scabrae apice nudae nec floriferae. Spiculae 2-3 in quavis spica sessiles unilaterales biflorae lineari-lanceolatae, rhachin longe superantes; glumae calycinae lanceolatae acuminatae carinatae virides aut purpurascentes glabrae dorso scabrae, superior inferiore duplo longior, florem hermaphroditum aequans, cujus valvulae corollinae subaequales, inferior oblongo-lanceolata, trinervis, apice tridentata, dentibus subulatis, intermedio longiore, virescens, glabra; superior bicarinata, bidentata, dentibus acuminatis, carinis ciliato-scabris. Flos sterilis arista scabra basi valvulae superioris affixa, eâque brevior. In *crepidinibus et scopulosis montis Serena prope Guanaxuato Mexicae.* 4.

3. A. *aristidioides*; culmo erecto, spicis racemosis secundis, glumis calycinis inaequalibus, valvulâ corollae inferiore pilosâ, flore sterili triaristato. DINEBRA* *aristidioides Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 138.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi ramosi pedales et 1 1/2ped., compressiusculi, ut nodi et vaginae glabri, striati; ligula brevis, truncata, subfimbriata; spicae 7-8, in racemo 3-4poll., lineares, pedicellatae, distantes, patentes, pedicello piloso-pubescente; rhaches partiales apice acuminato-subulatae, nudae, nec floriferae, universalisque angulis scabrae. Spiculae tres in quavis spica, sessiles, lineares, rhachique adpressae, subunilaterales, rhachin longitudine superantes, biflorae. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae carinatae glabrae dorso scabriusculae virentes inaequales, superior duplo longior, hermaphroditum aequans cui glumae corollinae subaequales linearilanceolatae, inferior tridentata; dente intermedio breviter aristato, piloso-pubescens, trinervia, superior bicarinata, bidentata, dentibus subulatis, glabra. Flos sterilis pedicellatus, triaristatus, aristis patulis scabris, hermaphroditum paullo superantibus. In *asperis frigidis convallis Toluccensis regn. Mexicani.* 4.

4. A. *bromoides*; culmo erecto, spicis racemosis, racemo disticho, glumis calycinis inaequalibus; valvulâ corollae inferiore glabrâ, flore sterili triaristato. DINEBRA *bromoides Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 139. t. 51.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi subramosi nodique glabri; folia linearia acuminata plana striata glabriuscula margine scabra, basin versus denticulata et ciliata; vaginae striatae glabrae saepius purpurascentes; ligula brevissima fimbriata; spicae ob-

---

* *Humb.* et *Bonpl.* sub DINEBRA *curtipendula* citant quidem CHLORIDEM *curtipendulam Mich.* apud *Willd. Spec.* IV. p. 927., sed de ATHEROPOGONE *Willd.* plane silent licet *Panzero* et *Sprengelio* II. cc. eadem sit omnino planta. Hinc sequentes hasce omnes ATHEROPOGONIBUS jungimus potius quam DINEBRAE.

Digitized by Google

longae breviter pedicellatae alternae distantes, circiter 8 in racemo 2-4poll. Rhachis universalis compressa, partialesque ciliato-scabrae flexuosae apice acuminato-subulatae nudae semipollicares. Spiculae circiter octo in quavis spicâ, lanceolatae, subunilaterales, sessiles, alternae densae distiche imbricatae biflorae, flore hermaphrodito sessili, neutro triaristato. Glumae calycinae lanceolatae, acuminato-mucronatae, carinatae glabrae, dorso ciliato-scabrae, purpurascentes, inaequales, superior inferiore major, florem hermaphroditum subaequans, cujus valvula corollina inferior paullo brevior, lanceolata, albida, glabra, trinervia, apice tridentata, dentibus subulato-aristatis, intermedio longiore, superior bicarinata, bidentata, dentibus subulatis. Flos sterilis pedicellatus, triaristatus, aristis rectis scabris inaequalibus, hermaphrodito longioribus. In *temperatis scopulosis aridis inter Guanaxuato et Cubilete Mexicanoram.* 2.

5. A. *repens;* culmo repente, spicis racemosis, racemo subsecundo, glumis calycinis inaequalibus, valvulâ corollae inferiore glabrâ, flore masculo triaristato. DINEBRA *repens Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 139. t. 52.

Rad. fibrosa, culmus ramosus, ramis adscendentibus 5-6poll., glabris. Folia linearia plana striata glabriuscula margine scabra; vaginae striatae glabrae ore pilosiusculae; ligula brevissima; spicae 4-5 alternae breviter pedicellatae oblongae compressae; spiculae 7-8 in quavis spica unilaterales sessiles alternae distichae oblongae biflorae; rhachis universalis 11/2-poll., partialesque compressae scabrae subflexuosae acuminato-subulatae apice nudae. Glumae calycinae oblongo-lanceolatae acuminatae carinatae purpurascentes glabrae, carinis hispido-scabris, superior longior, hermaphroditum subaequans, cujus valvulae corollinae lanceolatae glabrae, inferior paullo brevior subtrinervia tridentata, dentibus subulato-aristatis, intermedio reliquis longiore, superior bicarinata bidentata, dentibus subulatis; sterilis valvula inferior oblongo-lanceolata glabra quinquedentata, dentibus lateralibus et intermedio aristatis, aristis subaequalibus, valvulam aequantibus, superiore bicarinatâ bidentatâ, dentibus subulatis. *Ad littora Oceani pacifici prope Acapulco.* 2.

6. A. *chondrosioides;* culmo erecto, spicis racemosis, racemo subsecundo, glumis calycinis inaequalibus, valvulâ corollae inferiore subpubescente, flore sterili triaristato. DINEBRA *chondrosioides Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 139.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi simplices 5-9poll., striati, glabri, apice pubescentes. Nodi glabri. Folia linearia plana striata rigida pilis sparsis. Vaginae striatae glabrae; ligula brevissima, fimbriato-ciliata; spicae 4-6, alternae, sessiles, distantes, ovatae; rhachis universalis subpolliçaris compressa pubescenti-scabra, partiales planae ciliato-pubescentes acuminatae purpurascentes, apice nudae. Spiculae circiter 8-10 in quavis

Digitized by Google

spica, lanceolatae, densae, sessiles, unilaterales, biseriatae. Glumae calycinae lanceolatae apice subulatae carinatae purpurascentes pubescentes, superior major, spiculâ duplo brevior. Floris hermaphroditi valvulae corollinae oblongae virentes, inferior paullo brevior, trinervia, apice tridentata, dentibus acuminatis, pilis sparsis praecipue ad marginem, nervis scabriusculis; valvula superior bicarinata, bidentata, glabriuscula. Flos sterilis pedicellatus, triaristatus, aristis scabris patulis, valvulâ duplo brevioribus. In *temperatis apricis prope urbem Valladolid de Mechoacan.* 4.

252. ACTINOCHLOA.

1. A. *procumbens;* spiculis sessilibus secundis. CHONDROSIUM *procumbens Desvaux Journ. de Bot.* 1813. p. 69. CHLORIS *procumbens Durande* p. 16. 22. ATHEROPOGON *procumbens Jacq. fil. gram.* Fasc. II. t. 12. *Sprengel pug.* II. p. 7. CHLORIS *monostachya Hortulan.* (nec *Mich. Pursh. Panz.*). BOUTELOUA *gracilis Lagasca H. matrit.* (?) vel potius ad A. *gracilem?*

Affinis CYNOSURO *monostachyo Linn.*, et BOUTELOUAE *Hornem.* unde genus proprium condidit *Desvaux* l. c.: „calyce biflоro, glumis acutis, hermaphroditi gluma corollina inferior quinquepartita, laciniis 3 setoso-aristatis, 2 membranaceis, acutis. Flos superior sterilis, corollae glumâ inferiore tri-aristato-setosâ, superiore spathulato-truncatâ. Flores in rhachi planâ sessiles.“ — Rad. annua; culmi graciles, pedales, teretes; folia linearia flaccida, glaberrima; vaginae glabrae ad oras pilosae ligulâ fimbriatâ; spica terminalis, basi nudâ, falcatâ, rhachi apice subaristatâ. Flosculi glabri secundi. Cal. bivalvis, biflorus, scariosus, valvulâ inferiore duplo breviore. Cor. neutra brevissime pedicellata, basi pilosiuscula, in aristas tres latiusculas nervosas abiens, et germinis staminumque loco nectarium difforme includens. Cor. hermaphroditae valvulae inaequales, exterior lanceolata, apice bifida, triaristata, interior truncata, mutica. In *insulis philippinis.* ☉. *Spreng.* l. c.

2. A. *humilis Willd. herb.;* culmo geniculato scabriusculo; foliis glabris; spicâ falcatâ; rhachi glabrâ; glumis calycinis coloratis dorso ciliato-scabris; valvulâ inferiore dorso basique pilosâ. CHONDROSIUM *humile Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 141. t. 56.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi simplices erecti 3-6poll., striati; nodi glabri; folia linearia convoluta? glabriuscula; vaginae striatae glabrae internodiis breviores; ligula brevissima glabra; spicae solitariae unilaterales geniculatae semipollicares, basi nudae? spiculae sessiles alternae densissime bifariam imbricatae biflorae. Rhachis compressa glabra; glumae calycinae purpurascentes glabrae lanceolatae acuminatae, superior duplo longior, florem hermaphroditum subaequans; hermaphroditi valvulae albidae, inferior uninervis, aristâ intermediâ reliquis

Digitized by Google

duplo longiore, valvulam aequante, scabra, recta; superior subtruncata, inferiorem aequans. Flos sterilis pedicellatus, triaristatus, pedicello piloso, aristis subaequalibus, hermaphroditum superantibus. In *frigidis exsiccatis argillosis prope Llactacunga Quitensium et in monte Guadalupensi, cui S Fe de Bogotà subjecta.* 4.

3. A. *tenuis Willd. herb.*; culmo scabriusculo; foliis interne subpubescentibus; spicâ falcatâ, rhachi glabrâ; glumis dorso hispido-scabris; valvulâ corollae inferiore dorso margineque piloso-ciliatâ. CHONDROSIUM *tenue Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 142. t. 67.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti simplices 5-8poll., striati; nodi glabri; folia linearia plana striata ut vaginae glabrae, ore subciliatae. Ligula subnulla glabra. Spicae solitariae falcatae geniculatae 8lin. vel poll., basi bracteâ brevi lanceolatâ bifidâ. Spiculae sessiles unilaterales alternae dense bifariam imbricatae biflorae; rhachis complanata; glumae lanceolatae acuminatae, glabrae, virentes, inferior duplo brevior. Hermaphroditi valvulae corollae virentes subaequales, inferior uninervis, arista intermedia valvulam subaequans, reliquas superans; superior bidentata. Sterilis pedicellatus, triaristatus, pedicello piloso, aristis subaequalibus hermaphrodito longioribus. Vix distinguenda a *humili*. In *alta planitie novae Hispaniae prope Mexico et San Augustin de las Cuevas.* 4

4. A. *gracilis Willd. herb.*; culmo glabro, foliis margine scabris, spicâ rectâ, rhachi interne margineque pubescente, glumis calycinis coloratis, superiore dorso glandulosâ, glandulis piliferis, valvulâ inferiore basi pilosâ. CHONDROSIUM *gracile Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* t. 58.

Culmus erectus, 2ped., simplex, striatus, nodique glabri; folia anguste linearia plana striata glabra ut vaginae; ligula brevissima ciliata; spicae solitariae geniculatae, 1-1 1/2poll., basi bracteâ lanceolatâ bifidâ ciliatâ. Spiculae unilaterales sessiles alternae densissime bifariam imbricatae biflorae. Rhachis semiteres externe glabra; glumae calycinae lineari-lanceolatae subulatae, inferior duplo brevior albida glabra, superior hermaphrodito paullo longior, purpurascens, glandulis sparsis piliferis; hermaphroditi valvulae corollinae virentes margine purpurascentes glabrae, basi pilosae aequales, inferior subtrinervia, superior bidentata, aristis valvulâ multo brevioribus. Flos sterilis pedicellatus triaristatus, pedicello piloso, aristis hermaphroditum aequantibus. In *crepidinibus et devexis montis porphyrei La Buffa de Guanaxuato.* 4.

5. A. *simplex*; culmo erectiusculo monostachyo, spicâ terminali oblongâ glaberrimâ. *Lagasca Varied.* l. c. sub BOUTELOUA ut in *gen.* et *spec. nov. diagnosi* p. 5. n. 71.

In speciminibus nostris, altero ex Peruvia ex herbario H. Matrit., altero ex insulis philippinis ab amicissimo *Zea*, culmi unciales

Digitized by Google

et spithamaei basi geniculati teretes striati glabri, vaginae appressae striatae glabrae, suprema longissima, ad unum alterumve pollicem a spica remota. Folia glauca linearia brevia stricta plana striata glabra margine scabriuscula. Ligula brevissima, fissa. Spica semipollicaris et ultra, rhachi fere subfalcata. Cal. ut in *procumbente*, purpurascens. Cor. eadem. In *Peruvia et insulis philippinis.* ⊙.

6. A. *prostrata;* culmo ramosissimo prostrato, ramis monostachyis, spicis linearibus glaberrimis. *Lagasca Varied. de Cienc. Lit. y Art.* An. II. num. 25. p. 141. sub BOUTELOUA, ut et in *gen.* et *spec. nov. diagnos.* p. 5. n. 72.

Specimen nostrum ex Hort. Matrit. spithamam parum excedit. Rad. annua; culmus teres, basi geniculatus, gracilis, striatus, glaber. Folia inferiora fere setacea, flaccida, superiora quidquam latiora, magis recta, striata, glaberrima; ligula biaurita e margine membranaceo vaginae arctae, striatae glaberrimae; vagina suprema longissima, vix pollices 2 a spicula distans. Spica pollicaris, recta, sub angulo 70 fere grad. inclinata. Flosculi secundi. Cal. purpurascens, caeterum ut in *procumbente* describitur. Flosculus neuter basi hirtellus, ut hermaphroditus undique. Valvula hermaphroditi interior mutica, vix truncata. In *Mexico.* ⊙.

7. A. *hirsuta;* glumae valvulâ exteriore dorso tuberculis piliferis muricato-hirsutâ. *Lagasc. Varied.* l. c. sub BOUTELOUA ut in *gen. et spec. nov. diagn.* p. 5. n. 67.

Spiculam tantum plantae hujus ex Herb. *H. Matrit.* possidemus exactissime ACTINOCHLOAE generis et speciei hujus characteres exhibentem in qua adhuc rhachim ultra spiculam ad quatuor fere lineas videmus elongatam, quod non in praecedentibus. Hinc hujus videtur nobis loci: CHONDROSIUM *hirtum*, culmo geniculato-adscendente foliisque pilosis; spicâ falcatâ, rhachi glabriusculâ, glumis coloratis, superiore bifariam glandulosâ, glandulis piliferis, paleâ inferiore pilosâ, *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 148. t. 59. cui Rad. fibrosa; culmi cespitosi 8-9poll., rarius pedales, basi ramosi striati, apice et infra nodos pubescentes pilosi. Folia linearia plana striata scabra basin versus ciliata pilis glandulae insidentibus. Vaginae striatae glabriusculae internodiis multo breviores. Ligula brevissima ciliata. Spicae solitariae, rarius duae, distantes, subfalcatae, geniculatae, basi bracteâ lineari ciliatâ, 1/2 aut 1poll. Spiculae unilaterales sessiles alterne densissime imbricatae biflorae bifariae. Rhachis compressa, acuminata, *apice nuda*, *spicam superans!* Glumae calycinae lanceolatae, acuminato-subulatae, carinatae, fuscescentes, inferior duplo triplove brevior glabra, superior dorso bifariam glandulosa, glandulis nigro purpurascentibus, pilliferis. Hermaphroditi sessilis valvulae corollinae aequales, apice purpurascentes, inferior ovata, concava, trinervia pilosa apice trifida laciniis tridentatis, dente intermedio aristato, lateralibus obsoletis, saepius vix ullis; superior bicarinata, bidentata, carinis subscabris. Sterilis pe-

Digitized by Google

dicellatus incompletus triaristatus, pedicello scabro, aristis subaequalibus, hermaphroditum superantibus. *Inter Mexico et Gasave.* ⊙.

Obs. Quatuor hasce nunc enumeratas species genuinas esse ACTINOCHLOAS non est quod dubitemus. Proximas quoque sequentes tres hujus esse omnino generis (licet cls. *Lagasca* BOUTELOUAM *P. de Beauv.*, ACTINOCHLOAM s. CHONDROSIUM, et ATHEROPOGONEM s. DINEBAM *P. de Beauv.* junxisset) vel ex eo conjicere licet, quod geminis ACTINOCHLOIS, *hirsutae* scilicet et *simplici* easdem interposuisset. De sola ergo *scorpioide*, et magis adhuc de *bromoide* dubia quaedam solâ inspectione exemplarium tollenda.

8. A. *juncifolia;* culmo adscendente subtristachyo, spicis lanceolatis subpilosis, foliis convoluto-filiformibus. *Lagasca Varied.* l. c. sub BOUTELOUA, ut in *gen.* et *spec. nov. diagnos.* p. 5. n. 68.

In *Mexico.* 4.

9. A. *barbata;* glumis aristatis laevibus, flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore inferne ciliato-barbatâ. *Lagasc. Varied.* l. c. sub BOUTELOUA, ut in *gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 5. n. 69.

Spicae 2-4, alternae, lineares. In *Mexico et in insulis philippinis.* ⊙.

10. A. *ovata;* culmo subpentastachyo, spicis ovatis, glumis extus pubescentibus. *Lagasc. Varied.* l. c. sub BOUTELOUA ut in *diagn.* p. 5. n. 70.

Culmi basis tuberoso-incrassata. In *Mexico.* 4.

11. A.? *scorpioides;* culmo erecto filiformi monostachyo, spicâ lineari-oblongâ spiraliter revolutâ. *Lagasc. Varied.* l. c. sub BOUTELOUA, ut in *gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 5. n. 73.

In *nova Hispania.* 4.

12. A.?? *bromoides;* culmo polystachyo, spicis brevibus subovatis glabris suboctofloris, flosculo masculo longe triaristato. *Lagasc. Varied.* l. c. ut in *gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 5. n. 75. — An HETEROSTEGA?

In *Acapulco nov. Hisp.* ⊙. Anne potius ATHEROPOGON *bromoides*? Fors et ATHEROPOGONES s. DINEBRAE aliae adhuc *Humboldtianae* ad quasdam BOUTELOUAS *Lagascae* referendi.

Obs. Palisot de Beauvois ACTINOCHLOAE *ciliatae Willd.* in *herb.* meminit, quam *Humb.* et *Bonpl.* non habent.

253. PENTARRHAPHIS.

1. P. *scabra Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 143. t. 60.

Rad. fibrosa; culmus erectus ramosus bipedalis striatus nodique glabri. Folia linearia plana striata scabra. Vaginae striatae

Digitized by Google

glabrae. Ligula brevissima ciliata. Spicae solitariae, longe pedunculatae, 1 1/2-2poll. Spiculae alternae sessiles distantes. Rhachis compressa subflexuosa subpubescens. Glumae basi pilosae. Hermaphroditi valvula corollina inferior longe ciliata superior glabra. Masculus pedicellatus basi pilosus, valvulis glabris, pedicello scabro brevi. Arista recta scabra. In *planitie montana Mexicana prope Tula et Queretaro.* 4.

254. TRIAENA.

1. T. *racemosa Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 144. t. 61.

Culmus erectus ramosus, 1 1/2ped., teres, nodique glabri. Internodia alternatim uno latere canaliculata. Folia linearia plana striata utrinque scabra interne pilis sparsis tenuissime obsita; vaginae striatae glabrae; ligula brevissima ciliata; spicae solitariae quadripollicares; spiculae pedicellatae alternae distantes subdistichae biflorae. Rhachis canaliculata glabriuscula; glumae calycinae purpurascentes glabrae dorso scabrae; hermaphroditi valvulae virentes glabrae; stigmata subplumosa; floris sterilis aristae scabrae. In *cultis apricis inter Guanaxuato Mexic. et Villalpando.* ☉.

255. TRIATHERA.

1. T. *americana. Desv. bull. de la Soc. philom. Decemb.* 1810. excl. syn. *Journ. de Bot.* 1813. p. 67. TRIATHERA *juncea P. de Beauvois Agrost.* p. 39. T. IX. f. 4.

Folia cespitosa, convoluta, tenuissima; cal. biflorus, glumis inaequalibus. In *Hispaniola.*

256. GYMNOPOGON.

1. G. *racemosus P. de Beauv. Agrost.* p. 41. T. IX. f. 3. ANDROPOGON *ambiguus Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 58. *Willd. Spec.* I. p. 907.

Folia amplexicaulia subcordato-lanceolata, paniculae rami promisse setacei simplices erecti, glumae solitariae alternae uniflorae, flos imberbis longissime aristatus triandrus, flosculi successorii incrementum aristaeforme. *Mich. l. c.* In *sylvis sabulosis Carolinae.* 4.

257. ECHINOPOGON.

1. E. *ovatus*; petalo exteriore ante apicem (inter lacinias) aristato, paniculâ ovatâ coarctatâ spiciformi. AGROSTIS *ovata Forst. Prodr.* n. 40. *Willd. Spec.* I. p. 367. *Labillard. nov. Holl.* I. p. 19. t. 21. A. paniculâ ovatâ vel oblongâ spiciformi, aristâ glumis longiore, setulâ ad basin valvulae interioris. *R. Brown Prodr.* I. p. 171.

Digitized by Google

Culmi debiles basi decumbentes ascendentes subteretes inspersi squamulis hamulatis recurvatis, foliosi, foliis lanceolatis striatis. Glumae calycinae ovali-oblongae, carinâ hispidae, longitudine fere corollae inaequalis, basi pilosae. Arista denticulata, flore longior. Semen acuminatum. In *nova Zeelandia ad portum Jackson, et in Cap. van Diemen.*

258. ANISOPOGON.

1. A. *avenaceus;* foliis involutis, paniculâ effusâ, culmis simplicibus. *Brown Prodr.* I. p. 176.

Culmi tripedales, ligula ciliata. Glumae magnae; perianthii valvula exterior sericea cum arista obsolete articulata. Setula ad basin valvulae interioris indicat arctiorem affinitatem cum DANTHONIA, quam cum ARISTIDA. In *portu Jackson.*

259. DEYEUXIA.*

1. D. *airoides;* calycibus bifloris, paniculâ molli subcoarctatâ incurvâ; foliis planis scabris. ARUNDO *airoides Poiret Enc. meth.* VI. p. 270.

Culmi recti glabri teretes graciles, 10-12poll. vestiti foliis glabris, 1-2 lin. latis, longitudine fere culmi, ligulâ brevi, rufescente; panicula 4-5poll., ramis subverticillatis brevibus filiformibus scabriusculis; spiculae angustae, acutae; valvulae calycinae inaequales, glabrae, acutae, longitudine corollae pilos aequantis. In *America septentrionali. Mich.* 4.

2. D. *coarctata;* foliis convolutis glabris; paniculâ simplici coarctatâ; glumis calycinis glabriusculis, corollinis inaequalibus, superiore triplo breviore acutâ, inferiore quadridentatâ, flore sterili brevissimo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 143.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi, erecti, pedales, glabri. Folia anguste linearia, obtusa. Vaginae glabrae, striatae, laxae; ligula truncata subciliata. Panicula spicaeformis, 11/2poll. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae muticae longitudine glumae corollinae inferioris; corollinae basi pilis brevibus, inferior quinquenervis, dentibus subulatis, in nervis scabra, dorso aristâ tortili, duplo longiore paleâ, superior acuta mutica apice pilosiuscula. Antherae et stigmata alba. Flos sterilis aristaeformis plumosus, glumâ superiore duplo brevior. In *montanis juxta Quito et Guapulo et in frigidis montis excelsi Garamo de Puntas et Volcancitos de Puraguay regn. novogranat.* 4.

---

* Genus nobis obscurum. Species huic generi insertas auctoritate tantum cli. *Pal. de Beauvois* et *Kunth*, quia non vidimus, recepimus: illas vero, quas vidimus, DEYEUXIAM nempe *acutiflora*m, quam etiam cum? inter DONACES habet, ut *arundi-aceam* t. 16. f. 11. male depictam, cum *montana* t. 9. f. 9. inter ARUNDINES retinemus; DEYEUXIA *sedenensis* vero est AVENA *sempervirens.*

Digitized by Google

3. D. *toluccnsis*; foliis convoluto-setaceis, scabris; panicula ramosa subverticillata secunda; glumis calycinis scabris; corollinis aequalibus, inferiore quadri- superiore bidentatâ; flore sterili glumis corollinis dimidio breviore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 143.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti, pedales aut 1½ped., nodique glabri; folia rigida, culmum subaequantia; vaginae glabrae, internodiis longiores; ligula abbreviata, oblonga, glabra. Panicula laxa, 4poll., ramis patulis ramulisque flexuosis scabris. Rhachis subflexuosa glabriuscula. Glumae calycinae lineares, acuminato-subulatae, subaristatae, virentes, aequales; corollinae calyce breviores, virentes, glabrae, basi pilis brevibus, inferior quadrinervis, dentibus subulatis, dorso aristâ geniculatâ paullo longiore calyce; superior binervis, mutica. Flos sterilis plumosus. In *alta planitie Mexicana juxta Toluca.* 2.

4. D. *junciformis*; foliis convoluto-setaceis scabris; paniculâ ramosâ verticillatâ diffusâ; glumis calycinis dorso ciliato-hispidis, corollinis inaequalibus, inferiore quadri- superiore bidentatâ; flore sterili glumis corollinis dimidio breviore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 144.

Differt a *toluccnsi* cui proxima, apiculis minoribus, ramis paniculae minus flexuosis, diffusis nec secundis, glumis latioribus aristâque breviore. Cum *toluccnsi*, a qua fors vix specie distincta. 2.

5. D. *rigida*; culmo glabro; foliis convoluto-setaceis scabris; paniculâ ramosâ verticillatâ coarctatâ strictâ; glumis calycinis dorso scabriusculis, corollinis inaequalibus bidentatis; flore sterili glumâ corollinâ superiore dimidio breviore, plumoso lanato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 144.

Culmi cespitosi erecti, 3-6ped., stricti; folia rigida, culmum subaequantia; vaginae striatae scabrae, internodiis longiores; ligula elongata, lanceolata, glabra. Panicula semipedalis, ramis adpressis distantibus rhachique scabris. Glumae calycinae subaequales lineares, acuminato-mucronatae glabrae flavescentes, corollâ paullo longiores; corollinae scabriusculae, basi pilis brevissimis, inferiore majore quadrinervi, dorso aristâ geniculatâ glumam paullo excedente, superiore binervi. Antherae flavae. Stigmata alba. In *planitie frigida Antisanae inter spelancam, Machay de Antisana, et Chussulongo, regni Quitensis.* 2.

6. D. *recta*; culmo scabro; foliis convoluto-setaceis scabris; paniculâ ramosâ subverticillatâ coarctatâ strictâ; glumis calycinis dorso scabriusculis coloratis; corollinis inaequalibus bidentatis; flore sterili glumâ corollinâ superiore dimidio breviore, pubescente. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 144.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi stricti pedales; folia rigida, culmum subaequantia; vaginae longissimae laxae striatae scabrae; ligula abbreviata glabra. Panicula 4poll., ramis fasciculato-verticillatis approximatis adpressis rhachique scabris. Glumae calycinae subaequales lineares acuminato-mucronatae glabrae, nigro-virentes, corollâ paullo longiores; corollinae, scabriusculae, basi pilis brevibus, inferior major quadri-superior binervis. Arista dorsalis geniculata, glumis paullo longior. Flos sterilis plumosus. In *subtemperatis montium Quitensium prope Chillo, Conocota, et Burropotrero.* 4.

260. PANICUM.

1. * P. *colonum;* spicis alternis secundis muticis ovatis scabris, rhachi teretiusculâ. *Linn. Spec.* p. 84. *Willd. Spec.* I. p. 338. *Vahl Symb.* I. p. 9. et in *Ms.* apud *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 82.: spicis alternis oblongis, floribus quadrifariam imbricatis villosis. P. *tetrastichon Forsk. Descript.* 19. n. 62. OPLISMENUS *colonus;* culmis simplicibus, nodis foliisque glabris margine scabris linearibus, spicis 7-9 alternis distantibus, rhachi communi glabrâ, partialibus scabris; spiculis quadriseriatis, glumis scabris acuto-mucronatis inaequalibus, flore neutro bipaleaceo, paleâ inferiore mucronatâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 108. *Mém. du Mus.* II. p. 66. *Sloane jam. Hist.* I. p. 107. t. 64. f. 3. *Ehret Pict.* t. 3. f. 3. *Rumph Amb.* VI. t. 5. f. 3.

Culmi spithamaei teretes, ascendentes (compressi *Forsk.*) Folia laevia, saepe ferrugineo-maculata, fauce purpurascentia absque ligulâ. Spica simplex, debilis. Spiculae plurimae absque fasciculis pilosis. Flosculi substriati. Antherae purpurascentes. Pistilla alba mox purpurascentia. In culta rhachin vix teretiusculam, sed altero latere sulcato-canaliculatam, spiculas quoque vix scabras invenimus. In exemplaribus nostris culmi compressi. In *Indiae cultis; in montanis prope Queretaro nov. Hisp.* *

2. P. *pseudo-colonum Roth;* spicis alternis secundis breviter pedunculatis basi setis nonnullis munitis approximatis, spiculis sessilibus ovatis ventricosis strigosis trifariam imbricatis, foliis margine argute serrulatis vaginisque glabris. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

A simili P. *Colono* differt; foliis linearibus argute serrulatis, spicis pedunculatis basi setigeris, nec sessilibus basi nudis; spicis strigosis nec scabris. In *India orientali.*

---

* Huic affine omissum ab omnibus: P. *mutieum Forsk.*, spicis alternis secundis, spiculis remotis geminatis muticis, alterâ pedicellatâ, rhachi trigonâ flexuosâ. *Forsk. aegypt.* p. 20. *Gmel. Syst.* I. p. 157.

Digitized by Google

3. P. *obtusum;* culmis nodisque glabris; foliis serrulatis, supra pubescentibus; panicula simplici ramis alternis; spiculis geminis unilateralibus subquadrifariam imbricatis obovatis obtusis; glumis inaequalibus glabris; flore masculo corollâ biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 98.

Culmi cespitosi erecti pedales glabri compressi; folia linearia acuminata plana rigida. Vaginae glabrae ut ligula truncata. Spicae 4-7, sessiles, adpressae aut patentes, 7-8 lin. longae. Spicula altera sessilis, altera pedicellata, pedicellis pubescentibus. Rhachis communis triquetra, glabra, 2-3poll., partiales pubescentes. Glumae calycinae obtusiusculae virentes; corollina masculi inferior superiore calycinâ paullo longior, superior inferiore multo brevior. Glumae corollinae hermaphroditi obtusae albidae, glabrae, calyce paullo longiores. Antherae et stigmata rubra. Semen globosum. Affine varietati muticae PANICI *colonum.* In *planitie montana regni Mexicani prope Guanaxuato et Burras, in hamidis.* 4.

4. P. *flaitans Retz;* spicis alternis sessilibus imbricatis secundis, valvulâ calycinâ tereti (tertiâ!) minutâ. *Willd. Spec.* I. p. 338. *Retz Obs.* III. p. 8. et V. p. 13. *Vahl Symb.* I. p. 8. et in *Ms.* apud *Hornem.:* spicis alternis flosculisque secundis imbricatis, glumis globosis bifloris, valvulis duabus aequalibus. *Hornem. Hort. R. Hafn.* I. p. 83. P. *geminatum;* spicis linearibus, alternis, appressis; spiculis bifariam imbricatis, muticis. *Forsk. Descript.* p. 18. n. 59. *Plukenet Amalth.* t. 417. f. 7.

Videtur tamen levis quaedam differentia P. *flaitans* inter et *geminatum.* De illo *Retzius:* „Gramen pulcherrimum, laeve glabrum; culmus compressus foliosus; folia linearia; rhachis extus plana, intus vel a latere spicularum carinata, marginata; spiculae erectiusculae decrescentes; cal. ovatus acutus, valvula accessoria parva rotundata. Nisi in P. *brizoide Linnaeus* monuisset spicas esse longitudine interstitiorum, esset illud ipsum." *Forskål* vero de suo: culmum pedalem teretem, spiculas remotas, folia plana nuda striata, basi barbata describit. In *Arabia, India, Madagascar.*

5. P. *mucronatum Roth;* spicis externis sessilibus secundis remotis, rhachi in mucronem subulatum spicam supereminentem elongatâ, spiculis oblongo-ovatis, calycis valvulâ exteriore ovato-subrotundâ, corollis hermaphroditi flosculi transversim undulatis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Simillimum PANIC. *flaitanti*, sed mucro rhachis longior, spiculae oblongo-ovatae nec ventricosae, calycis valvulâ exteriore non cordato-orbiculari, corollis hermaphroditis transversim undulatis nec laevibus. In *India orientali. Benj. Heyne.*

6. * P. *brizoides;* spicis alternis sessilibus secundis, valvulis calycinis binis corollâ multo brevioribus retusis, tertiâ

Digitized by Google

longitudine corollae. *Willd. Spec.* I. p. 338 *Linn. Mant.* p. 184. *Swartz Obs.* p. 36. *Retz Obs.* V. p. 18. *Jacq. Gram.* Fasc. t. 2. *Plukn. Alm.* t. 191. f. 1.

P. *brizoides Lam. Enc. meth.* IV. p. 740. esse DIGITARIAM *adpressam Flügge* PASP. p. 200. — Culmus pedalis erectus articulatus laevis; folia alterna remota, 5-6, longitudine culmi, laevia, basi vaginantia, collo cartilagineo. Spicae saepe quinque in rhachi palmari simplici. In *India. Koenig.* ♂.

7. P. *cruciforme Sibth.*; spicis alternis sessilibus secundis pilosis, valvulâ calycinâ tertiâ exiguâ acutiusculâ, culmo ramoso. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 40. n. 137. *Sibthorp Fl. graec.* I. t. 59.

P. *brizoidi* proxima species, distincta culmo ramoso, herbâ pilosâ, foliis brevioribus et rigidis, calyce minus ventricoso, valvulâ tertiâ longe minore. A P. *fluitante W.* differt pilositate, habitu graciliori, rhachi non dilatatâ, minime flexuosâ; valvulâ tertiâ calycinâ minore. *Sm.* In *arvis circa Junonis templum in insulâ Sa[illegible]*. ♃.

8. P. *granulare Lam.*; spicis alternis muticis erectis sessilibus, glumis laevibus subglobosis, culmo ramoso. *Lam. Illustr.* p. 170. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 740. *Pers. Syn.* I. p. 81.

An P. *flavidum* quaerit *Lam*? Tota glabra; culmi vix pedales, subgeniculati; folia graminea, subconvoluta, fere junciformia. Rhachis excavata, longa. In *insula Franciae. Commerson.*

9. P. *flavidum Retz*; culmo folioso, spiculis remotis sessilibus appressis secundis paucifloris. *Retz Obs.* IV. p. 15. *Willd. Spec.* I. p. 339.: spicis alternis secundis imbricatis, glumis bifloris, valvulis duabus brevissimis convexis ovatis. *Vahl Ms.* in *Hornem. Hort. R. Hafn.* I. p. 81. P. spicis remotis, floribus ovatis hinc ventricosis glabris, flosculo hermaphrodito rugoso, foliis planis vaginisque glabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 190.

Multum affine *brizoidi*, quod vero majus et viride; foliis longioribus, vaginis relative angustioribus, spiculis 13floris ovatis albis immaculatis. Culmus 2-6poll., erectus; rhachis elongata; spiculae 3-7 breves; flosculi globosi, alterni, flavi, glumis apice violaceis. In *Zeylona.*

10. * P. *dimidiatum Retz*; spicâ dimidiato-secundâ, spiculis quinquefloris, rhachi excavatae alterne appressis. *Retz Obs.* VI. p. 23. *Linn. Syst. Veg.* 13. p. 90. *Willd. Spec.* I. p. 339. *Burm. Ind.* p. 25. t. VIII. f. 3. (nec 5.).

Hoc est P. *dimidiatum Linnaei* longe ab illo diversum, quod ROTTBOELLIAE speciem fecit *Linnaei* filius, monente dudum

Digitized by Google

Koenig in litt. ad illm. *Schreber.* Hoc ergo restituendum in *Syst. Veget.*" *Retzius.* Rhachis membranacea dilatata, alternatim ad spiculas dente excisa, ac si folium esset adglutinatum. Spiculae flosculis quinque. Cal. singuli flosculi lanceolatus, valvulâ extimâ minutâ obtusâ. In *India.*

11. P. *pilosum Swartz;* spicis paniculatis alternis secundis, spiculis geminis, flosculo altero minore, acuminatis laevibus; rhachi compressâ pilosâ, culmo divaricato geniculato. *Swartz Prodr.* p. 22. *Flor. Ind. occid.* p. 141. *Willd. Spec.* I. p. 340.

Culmus 3-4pedalis, ramosus, compressus, laevis. Folia lanceolata, acuta, laevia, margine scabra. Vaginae basi villosae. Spicae rigidae. Rhachidum pili longi, rari, patuli. Spiculae pedicellatae, alternae, subcompressae, striatae. *Pascua sylvosa montium Indiae occidentalis.*

12. P. *molle Swartz;* spicis paniculatis alternis secundis patentibus, spiculis approximatis pedicellatis secundis muticis culmo ascendente, foliis villosis. *Swartz Prodr.* p. 22. *Fl. Ind. occ.* I. p. 43. *Willd. Spec.* I. p. 341.

Culmus 2-3pedalis, adscendens, inferne subdivisus, crassus, pubescens. Folia longa, lato-lanceolata, basi rotundata, plana, villosa, mollia. Vaginae striatae, pubescentes. Genicula crassiuscula, villosa. Spicae erectae; spiculis 2-3 confertis, versus latus inferius spectantibus, majusculis, oblongis fuscis. *Pascua subhumida Surinami, Jamaicae.* — Mollitie ab aliis statim dignoscitur. Culmi crassi, quasi succulenti, esca pecudum gratissima.

Obs. Ab hoc certe diversum PANICUM *molle*; rhachi glumisque dense molliselmeque pubescentibus, spicis solitariis alternis simplicissimis, glumis solitariis distinctequc alternis ovalibus muticis bifloris, flore altero masculo, altero hermaphrodito *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 47., cui habitus PIPTATHERI *punctati*, et quod *in cespitosis Floridae* crescit. *Michaux* l. c. non *paniculatis*, sed *spicatis* PANICIS junxit, et post *hirtellum* posuit. Ut distinguatur a P. *molli Swartz*, PANICUM *Michauxii* dicendum.

13. P. *fasciculatum Swartz;* spicis paniculatis alternis erectis subfastigiatis, spiculis secundis subrotundis. *Swartz Prodr.* p. 22. *Fl. Ind. occ.* p. 145. *Willd. Spec.* I. p. 341.

β. P. *fasciculatum;* caule erecto ramoso ramisque glabris, nodis pilosis, vaginis hirtis, foliis glabriusculis margine scabris; spicis numerosis paniculatis, spiculis subgeminis, glumis acutis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 98. (excl. syn.).

Gramen 2-3pedale. Culmus geniculatus erectus teres foliosus glaber. Folia pedalia, basi rotundata, lato-lanceolata acuta longitudinaliter striata margine aspera. Vaginae longae, striatae glabrae, margine et collo subvillosae. Spicae terminales semipedales; rhaches subflexuosae strictae asperae. Flosculi

Digitized by Google

pedicellati parvi fusci. Pedicelli subbiflori, superiores uniflori capillares hirsutuli. In *Jamaica.* — *β. in calidissimis novae Andalusiae juxta Bordones, in Quito, Guyana, nov. Hispania.* 2. — De excluso in *β* synonymo confer P. *fuscum.* *β* certo *fuscum* inter et *fasciculatum* ambigit.

14. P. *barbatum Lam.*; spicis alternis subdivisis, glumis glabris striatis subaristatis, rhachi vaginisque foliorum barbatis. *Lam. Illustr.* I. p. 171. *Enc. meth.* IV. p. 745. *Pers. Syn.* I. p. 82.

Semina transverse rugosa, ut in P. *glauco*, et spicae subcompositae, ut in E. *crure Corvi.* Culmus foliosus, articulatus, 1-1½ped. Folia plana, 4-7 lin. lata, superne pilis raris, basi et ore vaginae pilosis. Spicae 9-13. Flores glabri, striati, virentes, mutici, valvulâ tertiâ calycinali minus apparente. Rhachis pilis longis raris. In *Insula Franciae. Sonnerat* et *Commerson.* Licet cls. *P. de Beauv.* non dubitet de hac specie, nos audemus dubitare, anne potius ad ECHINOCHLOAS?

15. P. *pyramidale Lam.*; spicis alternis numerosis erectis pyramidatis, glumis muticis sublaevibus, foliis glaucis. *Lam. Illustr.* I. p. 171. *Enc. meth.* IV. p. 745. *Pers. Syn.* I. p. 82. *β.* paniculâ breviore, calycibus subpubescentibus.

Culmi 2-3pedales videntur, glabri, foliosi; folia longa, acuta, tres lin. lata, glabra; panicula 8-12poll., spiculis linearibus, multifloris, laxiusculis, majoribus sesquipoll. Flores subpedicellati, fasciculis unilateralibus. Axis basi pilosus, subinde subsetiferus. *Ad Senegal Roussillon. β. in Bengalia.*

16. P. *plicatum Lam.*; panioulâ simplici strictâ, spiculis alternis remotis muticis brevibus adpressis, (?) corollis rugosis, foliis oblongis lineato-plicatis, vaginis pubescentibus. *Lam. Illustr.* I. p. 171. n. 892. *Enc. meth.* IV. p. 736. n. 35. *Pers. Syn.* I. p. 82. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1033. *Mart. Enum. H. Erlang.* p. 204. *Jacq. Ecl. Gram.* Fasc. t. 1.

Culmi articulati foliosi glabri, saepe basi ramosi, 3-4ped.; folia 9-15 poll. longa, 5-7 lin. lata, subtus pilis raris, vaginarum ore piloso. Spicae 10-12, subsessiles, patentes (?) 9-15florae. Cal. virescens, striatus, valvulis tribus inaequalibus. Stigmata atropurpurea. In *Ind. orient.* Alii *in Insula Franciae*, alii *in S. Domingo*, alii *in India orientali.*

17. P. *carthaginense Swartz*; spicis paniculatis foliis brevioribus, spiculis secundis ovatis acutis, culmis prostratoramosis, vaginis pubescentibus. *Swartz Prodr.* p. 22. *Fl. Ind. occid.* p. 148. *Willd. Spec.* I. p. 341.

Culmus pedalis, ramosissimus, prostratus compressiusculus, sulcatus, strictus, glaber. Rami ex vaginis foliorum, fasciculati.

Digitized by Google

Folia basi rotundata, lanceolata, acuminata, 2-3pollicaria, plana integra, margine subinde undulata, striatula, glabra. Vaginae foliis longiores, latae, longitudinaliter apertae, striatae, margine colloque valde contractae, subvillosae. Genicula villosa. Spicae undique in ramis terminales, pollicares, saepe in vaginis occultae. Spiculae pedicellatae, distinctae, viridifuscae. In *graminosis Carthagenae Americae meridionalis.*

18. * P. *conglomeratum;* spicâ secundâ subovatâ, flosculis obtusis. *Linn. Mant.* p. 324. *Willd. Spec.* I. p. 341. P. *indicum Linn. Mant.* p. 184. *Retz Obs.* III. p. 9 AIRA *indica Sp. Pl.* II. p. 94.

Culmi filiformes prostrati ramosissimi radicantes. Folia lanceolata laevia vaginis articulo dimidiô brevioribus. Racemus terminalis pedunculatus subspicatus parvus folio brevior, saepe octoflorus, absque pilis. Flores alterni, interdum duo in eodem dente racemi inferioris ovati. Pistilla plumosa, magnitudine totius floris. *Ad villas et plateas Indiae orientalis.*

Obs. An huc: P. *microstachyum Lam.;* spicâ lineari parvâ nudâ, glumis striatis ventricosis alterius pedicellatis. *Lam. Illustr.* n. 876. *Enc. meth.* IV. p. 739. (qui *Retzii* P. *indicum Obs.* III. p. 9. n. 14. cum? adducit. Culmi gracillimi, fere capillares, 6-7pollic.; folia parva, vaginâ breviora, glabra, vix dimidium lineae lata, 6-7lin. longa; spica 6-7lin., nuda. In *India orientali. Sonnerat.* Quae certe descriptio melius quadrat cum definitione et descriptione *Retzii* l. c. qui ait: „spicâ simplici nudâ, pedicellis geminis, culmo adscendente basi ramoso" et in descriptione: „Culmus semiped. filiformis, spica vix semipoll. involucellis nullis; valvulae calycis interiores subaequales cymbiformes acutae, leviter hispidae, accessoria obtusa minuta." et addit: PANICUM hoc esse *indicum Linn. Mant.* non *conglomeratum Linn. Mant.* in nostra enim nec spica secunda, nec flosculi obtusi." Utrumque quidem et in *Syst. Veg.* ed. XV. jungitur, sed ut β additur AIRA *indica Spec. Pl.* 94.

19. P. *decumbens;* spicâ unicâ secundâ, pedunculis longissimis, spiculis alternis orbiculato-acuminatis glabris, culmo procumbente. PASPALUM *decumbens Swartz Prodr.* p. 22. *Fl. Ind. occ.* I. p. 138. *Willd. Spec.* I. p. 333. PASPALUM *nutans Lam. Illustr.* I. p. 175. *Poiret Enc. meth.* V. p. 28. (teste *Flügge Gram. monogr.* p. 196. fide herb. *auct.*). (*Palis. de Beauv.* cum? ad PASPALOS retulit, et, cum praeter flosculum hermaphroditum neutrum quoque habeat, certissime PANICUM esse *Flügge* l. c. p. 196.

Culmus vix pedalis, geniculatus, prostratus, ramosus, divaricatus, teres, glaber. Folia latiuscula, lanceolata, utrinque pubescentia, margine subciliata. Vaginae foliorum longitudine, laeves, collo villosae. Pedunculi e vaginis solitarii, 4-6pollicares; laxi, monostachyi. Spicae nutantes, pollicares. Spiculae secundae, breviter pedicellatae, glaberrimae. Rhachis membranacea, linearis, plana. Glumae calycinae ovatae, glabrae.

Digitized by Google

Corollinae simillimae. *Montosa arida et arenosa Jamaicae occident.*

20. P. *cespitosum Swartz*; spicis alternis erectis, spiculis secundis ovatis, culmo subramoso repente, ramis diffusis filiformibus, foliis ovato-lanceolatis. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. p. 146. *Pers. Syn.* I. p. 82.

Culmi aggregati, subpedales, filiformes, compressi. Rami procumbentes, adscendentes, foliosi, spicas versus nudi, laxi. Folia uncialia, acuta, integra, striatula. Vaginae compressae, ancipites, striatae, glabrae. Spicae terminales, pollicares. Spiculae pedicellatae, plerumque geminatae, parvae, virides. Gluma calycina bivalvis biflora. — P. *grossario* L. proximum. In *pascuis siccioribus Jamaicae.*

21. P. *hispidulum Retz*; spicis binatis ternatisque erectis, calycibus hispidis biaristatis. *Retz Obs.* V. p. 18. *Willd. Spec.* I. p. 346. DIGITARIA *hispidula Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 91.

Culmi et folia P. *stagnini.* Spica composita, semipedalis, conferta. Spiculae vix pollicares, rhachi fere adpressae, binatae s. ternatae, etiam solitariae. Calycis gluma exterior in aristam flore quadruplo longiorem nudam terminata; interior aliquantulum longior mucrone seu aristâ brevi terminatur, utraque hispida praesertim margine. In *India orientali.*

22. * P. *dichotomum*; paniculis simplicibus rariusculis, culmo erecto superne dichotomo villoso. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. p. 290. t. 4. *Willd. Spec.* I. p. 346. *Pers. Syn* I. p. 82. P. paniculis simplicissimis paucifloris, glumis obovatis, foliis lineari-lanceolatis divaricatis glabris basi et collo barbatis, caule dichotomo. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 67. *Gronov. virg.* p. 133.

Spithamaeum, erectum. Culmi plures stricti, bis-terve dichotomi. Folia lineari-lanceolata subtrinervia patentissima, basi vaginisque villosa. Paniculae axillares pauciflorae, pedunculis capillaribus. Gluma calycina trivalvis. *Spreng.* — Staturâ refert arbusculam inferne simplicem, superne fasciculatam. *Linn.* In *Virginia.* ☉. An distinctum ab hoc P. *nodiflorum Lam.*: paniculis minimis lateralibus terminalibusque, glumis ovatis subpubescentibus, foliis angustis breviusculis. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 744.? (Culmus fere pedalis, gracillimus, ramosus, quasi prolifer, ramis lateralibus foliosis, apice paniculâ terminatis; folia ramorum angusta, satis copiosa, brevia, divergentia; basi et ad orificium vaginae pilosa; panicula terminalis, ut laterales, laxa, rariflora; glumae pedicellatae parvae. In *fossis humidis Carolinae.*) Confer *ramulosum.*

23. P. *micranthum*; culmis ramosis glabris; nodis foliisque interne pilosis linearibus margine scabris; paniculâ ra-

Digitized by Google

mosâ patulâ ramis alternis glabris; spiculis subglobosis, glumis inaequalibus glabris, flore neutro uniglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 105.

PANICO *nodiflori Swartz* simile (nobis ignoto). Rad. fibrosa. Culmus strictus rigidus pedalis; folia acuminata plana rigida striata; vaginae glabrae, breviores; ligula ovata acutiuscula ciliata. Panicula bipollicaris et ultra, ramis capillaceis axillis pilosis. Rhachis triquetra, flexuosa, glabra. Spiculae obtusae, magnitudine seminis paperis. Glumae calycinae virentes in hermaphrodito breviores. Gluma corollina neutrius simillima calyci; hermaphroditi glumae fuscescentes aut albidae glabrae, longitudine floris neutrius. *In valle temperata Caracasana et juxta Villa de Cura.* 4.

24. P. *proliferum Lam.*; glaberrimum, paniculis oblongis erectis, glumis striatis majusculis, caule ramoso. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 747. (huc a *Pursh*io — non sine jure, ut videtur — citatur P. *dichotomiflorum Mich.*). An: gramen paniculatum virginianum, locustis minimis. *Moris. Raj. Suppl.* p. 612. n. 2. Gramen maderaspatanum e singulis geniculis ramosum *Petiver?* in herb. *Vaill.*

Culmus vix pedalis, articulatus, divisus et quasi prolifer, abunde foliosus; folia longa plana 2-3 lin lata. Panicula terminalis et axillares sessiles, ramis rectis nudis angulosis; glumae ovato-cunciformes, saepius e violaceo-virentes; valvula tertia brevis acuminata. *Colitur in horto parisino, et videtur e Virginia venisse.*

Obs. P. *dichotomiflorum Mich.*; erectum, glabrum; paniculâ ramos alternos culmumque terminante, dichotome (absque rhachi communi) ramosissimâ; ramis prolixis, setaceis, floribus oblongis acuminatis. *Mich. Fl. Bor. Am.* p. 48. Habitus fere P. *capillaris*. In *occidentalibus montium Alleghani.* P. *proliferum Lam.* omittitur a clo. *Pal. de Beauv.*

25. P. *deustum Thunb.*; paniculâ virgatâ patente, floribus solitariis, glumis glabris apice purpureis. *Thunb. Prodr.* I. p. 19. *Flor. cap.* I. p. 392. *Willd. Spec.* I. p. 347.

Culmus simplex teres striatus erectus biped. et paullo ultra, superne et ad articulos villosus; folia alternatim vaginantia, ensiformia, seu inferne subcordata, superne valde attenuata, tenuissime punctata et pilosa, vaginae margine longe ciliatae; panicula erecta, glabra; pedunculi angulati, striati, flexuosi, tenuissime villosi et rarius serrulati, uniflori, pedicellis subunguicularibus. Flores magnitudine seminis secalis ovati, acuti; glumae lineis tribus viridibus, sub apice purpureo-maculatae. In *promont. b. spei.*

26. * P. *coloratum*; paniculâ patente, staminibus pistillisque coloratis, culmo ramoso. *Linn. Spec.* I. p. 16. *Mant.*

Digitized by Google

p. 30. *Willd. Spec.* I. p. 347. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 749. n. 50.? *Jacq. Misc.* II. p. 365.? *Icon. rar.* I. t. 58.?

Descriptio *Linnaei* sequens: „Culmi bipedales valde ramosi, laeves, vaginis foliorum pilosis, demum scabris; paniculâ patentissimâ, laxiusculâ, ramis filiformibus. Glumae uniflorae, muticae, ovatae, viridi-purpurascentes, octo sulcatae. Antherae croceae et Pistilla saturate violacea, quibus a P. *capillari* reliquisque mox dignoscitur. Folia laevia linearia laxa, margine versus basin denticulato callis, interdum pilo instructis, interdum eo destitutis. Valvula extima calycis brevior lata, amplexicaulis. H. U.“ Descriptio plantae *Jacquinianae* et *Lamarckianae* sequens. „Rad. perennis (fibrosa); culmi plures circiter biped., recti, teretes, glabri, nodosi, foliosi; folia graminea plana, tres lin. lata, glabra, basi, ut vaginae, pilosa; panicula terminalis patens composita ramis filiformibus divisis angulosis scabriusculis; flores laxi pedicellati; valvulae calycis obtusae muticae glabrae striatae virentes, subinde subviolaceae; valvula tertia brevis lata acutiuscula sat manifesta. Stamina, inprimis styli, purpurei aut fusco-rubri.“ *Lamarck. Cavanilles*, qui hanc speciem cum sequente *repente* conjungit, dubitat (*descripc.* p. 33.), aeque ac *Lamarck* de sua, quae omnino eadem cum *Jacquiniana*, utrum planta *Linnaei* eadem cum illa *Jacquini* sit. *Willdenow*, qui in *Enum. H. berol.* II. p. 1033 P. *coloratum* definit: „paniculâ compositâ patente, calycinâ glumâ minori quinquenervi, majore septemnervi, staminibus coloratis, ligulâ villosâ“ dubium non solvit, et praeter ♃, (quum in *Spec. pl.* I. p. 374. ☉) et radicem repentem nil addit. *Cahirae* invenit *Forsk.*, occurrit et *in Antillis*, et, ut fertur, *in Hispania*. Confer P. *laeve*.

27. * P. *repens*; paniculâ virgatâ, foliis divaricatis. *Linn. Spec.* et *Willd. Spec.* I. p. 347. P. paniculâ virgatâ, foliis convoluto-junceis: inferioribus patentissimis *Lam. Enc. meth.* IV. p. 746. n. 76. *Desfont. atl.* I. p. 60. *Decand. Flor. fr. Snppl.* p. 250. n. 1502 a. *Cav. Icon.* 2. t. 110. *Sibth. Flor. graec.* I. p. 45. t. 61. P. *arenarium Brot. lus.* radice repente, paniculâ compositâ, ramis erecto-patulis, spiculis bifloris polygamis, foliis linearibus, vaginis ad margines pilosis fide *Link* apr *Schrad. Journ.* 1801. p. 438. *Lois. Deslongchamps Notic.* p. 11.

Descriptio *Linnaei* haec: „Culmi repentes pedales adscendentes. Folia inferiora latiora, undique caulem vaginis vestientia, patentissima, et fere reflexo-divaricata, mucronata, vaginis subpubescentibus: superiora folia angustiora, longiora, erecta. Panicula constans 3-4 racemis erectis vix ramosis, quibus flores alterni, remotiusculi ovati, valvulâ calycinâ exteriore brevissimâ obtusâ. Affine P. *colorato*. In *India* ☉. Licet *Cavanilles* eum praecedente *colorato* junxisset, huc tamen potius quam ad illud ducenda esse planta sua eò magis videtur, quum ipse moneat in *descript.* p. 33. parum differre suum

Digitized by Google

a *Jacquiniana*, et quum specimina ex Hispania a clo. *Vahl* pro *colorato* cum *Lamarckio* communicata, P. *repens* fuissent. Differt P. *repens* ab illo: radice et culmo basi repente breviore pedali aut sesquipedali; foliis angustioribus, junceis, convolutis, subtus pubescentibus aut subpilosis, superioribus rectis longis, inferioribus brevioribus fere disticho-divaricatis; paniculâ oblongâ laxâ licet, attamen magis coarctatâ, minus tenerâ, glabrâ; glumis ovatis acutis substriatis glabris viridi albescentibus. Styli aeque fusco-rubri. *Ad fossarum margines in Regno Valentino, Insulis Hieris, Africa, Italia inf. et in Archipelago* 2.

28. P. *obliquum Roth;* paniculâ capillari subpatulâ laxâ subnutante, spiculis longe pedicellatis solitariis obliquis hinc ventricosis, apice pubescentibus obtusissimis, calycis glumâ interiore semilunari oblongâ, culmo repente radicante ramoso, foliis lanceolatis punctato-pellucidis, basi pilis nonnullis longis cum vaginis ciliatis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Pluribus convenit cum P. *reptante Retz* praeter spiculas. In *Ind. orient. Heyne.*

29. P. *difforme Roth;* paniculâ capillari contractâ, subnutante; spiculis subfasciculatis obovatis obtusissimis pilosis hinc ventricosis; calycis glumâ interiore obovatâ naviculari; culmo filiformi ramoso, foliis lanceolatis punctato-pellucidis utrinque pilosis, basi cum vaginis ciliatis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Proximum *obliquo*, at folia pubescentia, spiculae fasciculatae majores, calycis glumis dense pilosis, interiore obovatâ naviculari. In *India orientali.*

30. P. *numidianum Lam.;* culmo erecto, floribus racemosis secundis geminis; altero sessili; racemis laxe paniculatis nutantibus. *Desfont. Fl. Atl.* I. t. 11. P. paniculae ramis subsimplicibus, racemosis, laxis, glumis ovato-acutis laevibus, pistillis coloratis. *Lam. Illustr.* n. 902. *Enc. meth.* IV. p. 749. *Pers. Syn.* I. p. 82. *Hornem. Hort. R. Hafn.* p. 83.

Culmus triped., foliosus, glaber, nodis pubescentibus; folia glabra, 2-3 lin. lata, plerumque convoluta, glauca; panicula 6-9poll., laxissima; rhachis glabra, angulata; flores ovati-acuti, laeves, pistillo rufo-fusco, aut fusco-atro. *Prope la Calle in arena humida.*

31. P. *ischaemoides Retz;* paniculâ erectâ contractâ; calycibus bifloris polygamis acutis; culmo simplici, foliis distichis rigidis. *Retz Obs.* IV. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 348.

Exalbidum, reliquis procerius. Culmi recti simplices foliosi; vaginae margine tomentosae; rami paniculae pauci recti, ap-

Digitized by Google

pressi, ad medium usque nudae; flores ut plurimum gemini, altero pedicellato; calyces acuti biflori, valvulâ tertiâ acutâ brevissimâ truncatâ. Semen ovale, subcomplanatum. In *Malabariae udis ad stagnorum margines.*

32. P. *remotum Retz;* paniculae ramis triquetris, flosculis subgeminatis, altero pedicellato, culmo ramoso tetragono compresso. *Retz Obs.* IV. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 348.

Culmi biped. et ultra; folia linearia, nuda, 4-6poll.; paniculae rami suboctoni capillares remoti solitarii; flosculi remoti; calyx albidus; semen ovatum, planiusculum album. In *Tranquebaria.*

33. * P. *miliaceum;* paniculâ laxâ nutante, spiculis muticis, (ovatis acutis, calycis valvulâ exteriore cordato-lanceolatâ quinquenervi, spiculam basi involvente, *Roth*) foliis lanceolatis pilosis, vaginis hirtis, valvulis mucronatis. *Willd. Spec.* I. p. 348. *Roel. Gram.* p. 21. *Gaudin Agrost. helv.* I. p. 25. *Plenck Ic. off.* t. 42. *Host Gram. austr.* II. p. 16. t. 20. P. *Milium Pers. Syn.* I. p. 82. β. *tenuius, Heyne.*

Corolla semen tegens variat colore albo, flavo, fusco, nigro; et valvulis purpurascentibus; sed varietates hae culturâ perstant, et illa, quae semine albo, elatior, magis hirsuta, serius matura. Culmi glabri, superne angulati, 1½-2ped.; folia acuminata, lata; vaginae subcompressae; ligulae loco pilorum series; panicula fere pedalis, ramosissima, rami ramulique scabri; spiculae biflorae; glumae calycinae subternae, virides, aut viridi-purpurascentes, inaequales, inferior minor nervis quinque, superior duplo major. β differt tantum paniculâ tenuiore capillari et flosculis subulatis. In *cultis Europae passim, in India.* ⊙.

34. P. *sumatrense Roth;* paniculâ erectâ laxâ flaccidâ, spiculis ovato-acuminatis, calycis valvulâ exteriore cordato-subrotundâ subenervi spiculam basi involvente, culmi nodis cum foliis linearibus vaginisque glaberrimis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Simillimum P. *miliaceo*, at characteribus datis abunde distinctum. In *Sumatra. Heyne. E Coromandelia* quoque specimen possidemus.

35. P. *attenuatam Willd.;* paniculâ subcompositâ confertâ, glumis acutis, culmis vaginisque glabris. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1033.

„Habitu valde simile P. *miliaceo*" *Willd. l. c.* qui tamen non huc ducit P. *miliaceum* β. *Sp. Pl.* I. p. 348., quod est P. *attenuatum Moench meth.* p. 204. (excl. synonym.) paniculâ attenuatâ, culmo erecto, foliis lanceolatis, vaginis laevibus glabris,

Digitized by Google

de quo quaerit cls. *P. de Beauvois* dubitans, anne MILIUM sit. — *Habitat*?

36. P. *miliare Lam.*; paniculâ laxâ subflaccidâ, glumis subconfertis acutis striatis, vaginis glabris. *Lam. Illustr.* p. 173. *Pers. Syn.* I. p. 82.

An P. *antidotale Retz*? quaerit *Lamarck*; an *Tsjama Pulla Rheede* XII. t. 45? *Tekama indorum* est ex *Herb. Vaill.* Culmi glabri, foliosi, subinde ramosi, 3-4ped.; folia longa, plana, 5-7 lin. lata, nervo albo, striata, glabra, deorsum scabra; panicula 8-9poll., glaberrima; rami filiformes, angulati, valvulis herbaceis, glabris, calycinis margine scariosis. In *India orient. Sonnerat.*

37. P. *notatum Retz*; paniculâ patente, axillis notatis, foliis lanceolatis ciliatis. *Retz Obs.* IV. p. 18. *Willd. Spec.* I. p. 348.

Sat altum; culmus gracilis nodis nigris; folia acuminata subpilosa, quinque poll. long., novem lin. lat., laevissime pilosa. Vaginae internodiis breviores, ore barbatae. Panicula pedalis, ramis scabris axillis nigris; flores parvi oblongi acuti sparsi solitarii aut gemini pedicellati; valvulae interiores aequales purpureae, exterior albida, omnes lanceolatae. In *Sumatra.*

38. P. *muricatum Retz*; paniculâ patente, floribus solitariis muricatis, culmo radicante ascendente. *Retz Obs.* IV. p. 18. *Willd. Spec.* I. p. 348. An ANATHERUM *muricatum P. de Beauv.*?

Pedalis et ultra; culmus filiformis, basi repens; folia brevia lanceolata, pilis sparsis albis; panicula ramis brevibus solitariis, ut flores parvi obliqui sessiles pedicellative. Valvulae inaequales muricatae, tertia parva lanceolata striata. Corolla glaberrima. In *India.*

39. * P. *capillare*; paniculâ capillari erectâ patente, pedunculis strictis, calycibus acuminatis laevibus, foliorum vaginis hirsutissimis. *Retz Obs.* III. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 349. *Lam. Illustr.* n. 907. *Enc. meth.* IV. p. 752. n. 56. *Mich. Flor. Bor. Amer.* I. p. 48. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 67. — β. minor. *Host Gram. austr.* IV. t. 16. *Kniphof Cent.* 12. n. 72.

Culmi erecti aut decumbentes, 1-3ped., in β saepe 2-3poll. folia mollia plana pilosa, deorsum scabra; vaginae pilosae; ligulae loco series pilorum; panicula ramosissima ramis flexuosis, scabris, elongatis; valvula minima lineis tribus, reliquae duae 5 notatae; Antherae flavae, stigmata purpurea. In *Ungaria, Virginia, Pensylvania, Jamaica.* ⊙.

40. P. *commelinaefolium Rudge*; culmo vestito, foliis longe cuneatis (cordato-lanceolatis oblongis) basi amplexi-

Digitized by Google

caulibus, subtus nervosis, paniculâ capillaceâ turbinatâ. *Rudge gujan.* p. 21. t. 28.

Culmus totus vaginatus, in exemplari abscisso bipedalis; folia acuta alterna subpatentia carinata subtus sericea. Paniculae ramosissimae patentes rubrae similes illi P. *capillaris*. In *Gujana*. Nos nomine P. *capillaris* tulimus e *Porto-Ricco*.

41. P. *tenellum Lam.*; glaberrimum, paniculâ parvâ patente, glumis obtusis curvatis, culmo ramoso filiformi. *Lam. Illustr.* I. p. 173. *Enc. meth.* IV. p. 753. *Pers. Syn.* I. p. 83.

Culmi graciles 5-9pollic., ut plurimum divisi aut ramosi; folia brevia lineari-lanceolata, plana, glabra, 1-1½ lin. lata, pollicem fere longa; vaginae internodiis breviores; panicula laxa ramosa glabra, ut tota planta; flosculi minimi, ovali-obtusi, rari, distantes. In *Sierra Leone*. *Smeathman*.

42. P. *flexuosum Retz*; paniculâ capillari patente, pedunculis flexuosis, calycibus ovatis, geniculorum barbâ reflexâ. *Retz Obs.* III. p. 9. β. totum glabrum *Retz Obs.* IV. p. 16. *Willd. Spec.* I. p. 349.

Confunditur cum P. *capillari*; culmi subpedales, decumbentes, ramosi, pilosiusculi; folia bipoll., angusta, vaginisque pilosa sine punctis callosis. Panicula vix tripoll., ovata. In *India*.

43. * P. *grossarium*; paniculae ramis simplicibus, floribus geminis, pedicello altero brevissimo, altero longitudine floris. *Linn. Amoen. acad.* V. p. 392. *Thunb. Fl. jap.* p. 48. *Willd. Spec.* I. p. 349. P. *repens* spicis patulis, foliis longioribus. *Burm. Ind.* t. 11. f. 1.? PANICUM *repens Burm.* hic cum? adductum ducitur a clo. *Lamarck Enc. meth.* IV. p. 740., ut β, ad suum PANICUM *prostratum*: „spicis linearibus subracemosis alternis, culmo praelongo ramoso repente" cujus α: spicis approximatis erecto fasciculatis, foliis brevissimis, *e Domingo*; γ. PANICUM *setigerum* (SETARIA) *Retz* et δ. PANICUM *umbrosum* (DIGITARIA) *Retz* fecit. An P. *grossarium Linn.*, quod arguebat, dubitat cls. *Lamarck*, quum de culmis praelongis (1½-3pedalibus) repentibus nulla sit mentio.

Culmi undique diffusi; folia numerosa, brevissima, ovali-lanceolata, plana, 3-4 lin. lata, glabra, sed basi et vaginae apice margineque ciliata; spicae 6-9 sessiles, fasciculatae, erectae, longiores vix pollicares. Flosculi glabri, secundi, inaequaliter in rhachi pedicellati. Spiculae et apex foliorum subinde rubro-fuscus. A Gallis Antillas habitantibus *Cent pour Cent* dicitur ob pabuli, quod pecoribus culta largitur, abundantiam. Mirum utilissimi graminis hujus, P. *prostrati Lam. Illustr. n.* 885, nullibi, saltem ut synonymon fieri mentionem a Botanicis. P. *grossario Linn.* Culmus bipedalis compressus, quan-

Digitized by Google

doque ramosus; folia lanceolata graminibus europaeis latiora; racemi erecti alterni. In *Jamaica*. Confer E. *setigeram*. P. *grossarium Linn. Thunb. Fl. jap.* p. 48. describit: culmo simplici vel ramoso, bipedali et ultra, foliis vaginantibus, vaginis ciliatis, ensiformibus; paniculâ patulâ, compositâ; pedunculis capillaribus flexuosis glabris.

44. P. *psendo-undulatifolium*; foliis oblongo-lanceolatis undulatis profunde striatis glabris, caule inferne ramoso repente, geniculis radicatis, racemis subsenis alternis.

Habitu maxime affine O. *undulatifolio*, a quo tamen characteribus datis satis distincta, ut et genere, glumis perfectissime muticis. Caulis in nostro (quod munificentiae cli. Desfontaines debemus, qui PANICUM *de Cayenne* inscripsit) fere spithamaeum; caulis teres striatus glaber; vaginae subpubescentes, striatae, laxae, ad faucem pilis raris; folia patentia, superiora longiora pollicaria, tres fere lineas lata; panicula in culmo ramisque terminalis, fere sesquipollicaris; rhachis sulcato-angulata, ad ramos subinde, ut rami ad pedunculos, pilis aliquot; racemi subspicati patentes, floribus subgeminatis distichis secundis, breviter pedicellatis, oblongo-ovatis acutis, glabris. Valvula calycina exterior ovato-lanceolato, obtusa, trinervis, interioribus triplo brevior; interiores subaequales, brevior ovato-lanceolata obtusa, longior lanceolato-acuta, utraque quinquenervis, nervo medio apice scabriusculo. Semen albidum. An ad varietates P. *prostrati Lam.*? In *Cayenna*.

45. P. *maximum Jacq.*; paniculae elongatae ramis racemosis patentibus, pedunculis plerisque ultra flores productis. *Jacq. Collect.* I. p. 76. *Icon. rar.* I. t. 13. P. paniculâ ramis simplicibus, pedunculis capillaceis depressis bivel trifloris, foliis lineari-lanceolatis, culmo erecto. *Willd. Spec.* I. p. 349. P. *polygamum*; paniculâ compositâ capillari patente, flosculis polygamis, culmo articulato hirsuto: *Swartz Prodr.* 24. *Willd. Spec.* I. p. 353. P. *jumentorum Pers. Syn.* I. p. 83. P. culmis glabris, nodis sericeis; foliis linearibus, margine serrulato-scabris vaginisque? glabris; paniculâ ramosissimâ patente ramis verticillatis scabris, spiculis subgeminis ovatis acuminatis; glumis inaequalibus glabris, flore neutro bipaleaceo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 104. P. *laeve Lam.* paniculâ laxâ subflaccidâ, glumis oblongis laevibus, foliorum vaginis glabris *Illustr.* n. 905. *Enc. meth.* IV. p. 740. P. *coloratum* β. *Lam. Illustr.* P. *altissimum Hort. paris.* fide *Lamarck.* Holcus assurgens, culmo compresso, spicâ laxâ spatiosâ. *Brown jam.* p. 366. n. 2.

P. de Beauvois P. *polygamum* et *maximum* cum? adduxit ut et P. *jumentorum*; sine? vero, et ut speciem distinctam, P. *laeve*. Apud *Humb.* et *Bonpl. in Nov. pl. gen.* et *spec.* praeter *Persoon* et *Swartz* nemo laudatur; sed col. *Swartz*

Digitized by Google

monuit *polygamum* suum omnino idem esse cum *maximo Jacq.* Huic culmi 4-10ped., foliosi, glabri, inferne subcompressi; folia sesquiped. plana, 5-8 lin. lata, utrinque glabra, nervo viridi; vaginae glabrae nonnisi margine ciliatae (et basi villosae); panicula ampla, subinde pedalis; rami inferiores fere verticillati, dein gemini, superne sparsi. Valvulae oblongae laeves muticae virentes, tertia parva. Cor. obscure transversim rugosa. — Descriptio a clo. *Kunth* data non paucis discrepat: „Culmus erectus ramosus? subbiorgyalis, teres, crassitie pennae anserinae. Folia acuminata plana rigida nitida, sesquiped., pollicem lata. Vaginae pubescentes" (in definitione dixit glabras) margine piloso-ciliatae. Ligula brevissima truncata, lanato-ciliata. Panicula (in explicata) ramosissima contracta sesquiped., virgata, ramis subfastigiatis triquetris hispido-scabris adpressis. Rhachis triquetra scabriuscula. Spiculae semine papaveris duplo majores, altera breviter, altera longe pedicellata. Glumae calycinae striatae flavidae, inferior duplo brevior. Cor. valvula inferior in neutro simillima calycinae superiori; superior minima, tenuissime membranacea. Stigmata rubra. *Nomine Guinea-Grass colitur in Americana tropica e Guinea allatum gramen.* 4.

46. P. *bulbosum;* culmis nodisque glabris; foliis supra pilosis margine scabris; paniculâ ramosâ ramis scabris alternis oppositisque; spiculis geminis subquadrifariam imbricatis ovatis acutis, glumis inaequalibus glabris; flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 99. β. vaginis pubescentibus foliisque angustioribus.

Affine P. *colorato Jacq.* et *laevi Lam.* — Rad. bulbosa fibris crassiusculis; culmi cespitosi erecti 3-4ped., teretes. Folia linearia plana; vaginae glaberrimae; ligulae margo obliquus, pilosus. Spicae numerosae in panicula oblonga subpedali, erectae, subadpressae, semipollicares. Rhachis communis et partialis triquetrae, scabrae; spicula altera sessilis, altera pedicellata, pedicello hispido-scabro. Glumae calycinae ovatae acutae virentes, inferior duplo minor. Glumae corollinae neutrius subaequales, virentes; hermaphroditi glabrae albidae. In *novae Hispaniae scopulosis et frigidis juxta S. Rosa, Los Joares.* 4.

47. P. *hirsutum Swartz;* paniculâ compositâ capillari patente, culmis vaginisque setoso-hirsutis, foliis lanceolatis acuminatis nervosis strictis. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. p. 173. *Pers. Syn.* I. p. 83.

Culmus 4-5pedalis, simplex, teres, foliosus. Folia latiuscula, bipedalia, erecta. Vaginae arctae, sulcato-striatae. Panicula terminalis, pedalis, erecta. Rami verticillati, oculo armato asperi. Spiculae pedicellatae, remotiusculae, parvae, pallide virides. — PANICO *maximo* affine, hirsutie inprimis diversum. In *Jamaicae et Hispaniolae graminosis.*

48. P. *nemorosum Swartz;* paniculâ simplici, ramis distantibus erectis, flosculis remotis sparsis ovatis acuminatis; culmo decumbente geniculato, vaginis colloque pilosis. *Swartz Prodr.* p. 22. *Fl. Ind. occid.* I. p. 150. *Willd. Spec.* I. p. 350.

Gramen 1-2pedale. Culmus basi reptans, adscendens subramosus, teres, striatus, laxus. Rami ex vaginis foliorum, hirsutuli. Folia disticha, basi oblique elliptica, altero latere inaequalia, acumine lanceolato integerrima, subundulata, tenuissima subtilissime striata, subtus glabra, supra pilosa. Vaginae breves, striatae, hirsutae. Paniculae parvae, erectae, ramis brevibus, pauciflori; flosculis pedicellatis, sparsis, parvis, viridibus. *Nemorosa montosa Jamaicae, Hispaniolae.*

49. P. *rigens Swartz;* paniculâ simplici rigidâ patente, culmo ramoso decumbente, foliis horizontalibus scabris. *Swartz Prodr.* p. 23. *Fl. Ind. occid.* I. p. 154. *Willd. Spec.* I. p. 350. P. culmis ramosis nodisque glabris, foliis lanceolatis subtus adpresso-pilosis demum margineque scabris; paniculâ ramosâ diffusâ ramis subalternis pilosis, spiculis obovatis; glumis subaequalibus apice pubescentibus; flore neutro bipaleaceo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 104.

Culmus pedalis et ultra, subrepens, geniculatus, vaginatus, teres, striatus, glaber. Vaginae striatae, glabrae. Ramuli adscendentes, filiformes, stricti, foliosi, teretes. Folia culmum semiamplectentia, lanceolata, latiuscula, uncialia, acuminata, rigida, striata, tactu scabriuscula. Vaginae culmum cingentes, striatae, scabrae. Panicula terminalis, parva, oblonga, racemulis alternis distantibus, capillaribus brevibus, scabris. Flosculi remoti, ovati, minuti. — Gramen rigiditate peculiare. In *alpibus Jamaicae; in ripa Orinoci inter Conucos de Siquita et S. Fernando de Atabapo.* 4.

50. P. *fuscum Swartz;* paniculâ simplici, ramis erectis, flosculis secundis geminis, altero brevius pedicellato, culmo erecto subdiviso, foliis lato-lanceolatis. *Swartz Prodr.* p. 23. *Fl. Ind. occid.* I. p. 156. *Willd. Spec.* I. p. 350. P. paniculae ramis subverticillatis, floribus subglobosis, seminibus transversim undulatis, foliis lato-lanceolatis, culmo erecto subdiviso. *Vahl Ms. Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 83.

Gramen 1-2pedale. Culmus teres, pubescens. Folia basi retusa obliqua, integra glabra striata, 3-4pollicaria. Vaginae longae, ligulae contractae, oculo armato hirsutulae. Paniculae pedunculatae, pollicares et ultra; flosculis, fusco-viridibus, ovatis. Pedicelli subinde biflori. — P. *Carthaginensi* simile, sed culmus minime ramosus vaginis contractioribus, paniculis pedunculatis, flosculis geminatis, glumis ovatis nec acutis. *Uliginosa Jamaicae.*

Digitized by Google

Obs. P. *fusco-rubens Lam.* racemis linearibus virgatis, glumis glabris clavatis coloratis, pilis sub paniculae divisuris *Lam. Illustr.* I. p. 71. *Enc. meth.* IV. p. 737. *Sloane Hist.* I. p. 115. t. 72. f. 2. (nec ad P. *paniculatum*). β. pilosius, culmo ramoso (confer cum P. *ramoso Linn.*) in *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* auctoritate herb. *Juss.* ducitur ad P. *fasciculatum.* Sed exemplaria nostra P. *fusco-rubentis Lam.* a clo. *Desfontaines* nobiscum communicata exactissime conveniunt cum planta *Swartzii* (quam olim jam *Lamarck* cum? ad *fusco-rubens* suum duxit) et cum descriptione *fusco-rubentis* a *Lamarck* data, quae sequens: 2-3ped., culmo folioso superne parum piloso; folia fere arundinacea, plana, 6-7lin. lata, glabra, vaginis pilosis, fauce villosâ; panicula e racemis 12-18linearibus gracilibus attenuatis, pilis parvis albis ad basin pedunculorum. Valvulae fusco-rubentes. In *Antillis, Amer. septentr.* β. *in Bengalia.*

51. * P. *latifolium*; paniculâ racemis lateralibus simplicibus; foliis ovato-lanceolatis collo pilosis. *Linn. Sp. Pl.* p. 86. α. paniculâ subsimplici. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 749. n. 86. *Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 49. *Moris. Hist.* III. S. VIII. t. 5. f. 4. *Willd. Spec.* I. p. 350. β. paniculâ compositâ, culmis altissimis. *Lam.* l. c. P. *maculatum Aublet guian.* I. p. 51. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 162.

Folia latitudine *Commelinae*, ad fauces amplexicaulia, extus collo circa fauces villoso, etiam basi foliorum margine pilosa. Panicula valde mediocris, racemis non subdivisis, sed pedicellos proprios nec subdivisos proferentibus. Flores mutici majusculi. *Linn.* Utramque varietatem sequentibus distinxit *Lam.* l. c.: In α culmi subsarmentosi, 4-5ped.; folia ovali-lanceolata acuminata, basi attenuata, plana, 8-12 lin. lata, nervo albo, glabra, basin versus pilosa; panicula terminalis laxa glabra, ramis simplicibus flexuosis; glumae grandiusculae, ovatae muticae, valvulâ tertiâ latâ brevi ventricosâ. — In β culmi virides violaceo-maculati, crassitie digiti minimi, arborum altissimarum altitudine; folia lanceolata, fere ensiformia. α *in boreali America*, Autochtonum notissimum pacis signum: *Calumet.* β *in Antillis.* 2.

52. P. *zizanioïdes*; culmis nodisque glabris; foliis lanceolatis margine serrulato-scabris; paniculâ ramosâ ramis alternis; glumis subaequalibus; flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 100.

Affine P. *latifolio Auctorum*; culmi erecti octoped., ramosi subrubescentes; folia acuminata basi cordata plana glabra, 6-8poll.; vaginae glabrae apicem versus margineque ciliatae. Ligula margo cartilagineus nudus. Panicula subpedalis, diffusa, ramis valde distantibus patulis rhachique triquetris glabris. Spiculae subgeminae, altera sessilis, altera pedicellata. Glumae calycinae ovatae acutae enerves glabrae, fuscescentes, ut corollinae duae membranaceae in neutro, quae in hermaphrodito fuscae acutae nitidae glabrae longitudine calycis. In *calidissimis regni novogranatensis, in ripa flaminis Magdalenae inter Borjorque et los Paxarales de Sogamaze.* 2.

Digitized by Google

53. P. *flavescens Swartz;* paniculâ simplici erectâ strictâ, ramis subfastigiatis, infimis oppositis, spiculis approximatis secundis, pedicellis bifloris. *Swartz Prodr.* p. 23. *Flor. Ind. occ.* I. p. 158. *Willd. Spec.* I. p. 351.

Gramen 3-4pedale. Culmus simplex, teres, superne compressus, pubescens. Folia longa, lata, plana, integra, striata, patentia, laevia. Vaginae arctae, subhirtae. Panicula terminalis, ramis simplicibus alternis patentibus. Flosculi pedicellati, rhachi adpressi, ovati, obtusi, glabri, flavescentes! *Arida Jamaicae australioris.*

54. P. *diffusum Swartz;* paniculâ simpliciusculâ capillari patente, flosculis remotiusculis acutis, culmo decumbente simplici, foliis linearibus, collo villoso. *Swartz Prodr.* p. 23. *Flor. Ind. occ.* I. p. 160. *Willd. Spec.* I. p. 351.

Culmus pedalis, (interdum bipedalis) filiformis teres, foliosus, glaber. Folia longa, acuta, erecta, striata, laevia. Vaginae striatae, collo et fauce villosae. Genicula purpurascentia. Panicula ramis simpliciter subdivisa alternis, patentibus, flexuosis rigidulis. Flosculi pedicellati, ovati, glabri. — P. *repenti* L. quodammodo simile quod autem habitu rigidiore et culmis repentibus; foliis patentibus, latioribus, et paniculâ magis subdivisâ differt. *Graminosa sicca Indiae occidentalis.*

Huic affine P. *caespititium Lam.* paniculâ laxâ capillari, glumis raris acuminatis, culmo filiformi, foliis longis angustissimis. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 743. *Illustr.* n. 911. P. *diffusum Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 68.

Culmi pedales simplices foliosi, nodis 3-4; folia fere setacea, superne subvillosa, convoluta; panicula e ramis 3-5 alternis laxissimis, glumis pedicellatis ovatis acuminatis rariusculis. In *America boreali, et meridionali?* ⊙.

55. P. *oryzoides Swartz;* paniculâ subsimplici, ramis erectis, spiculis remotiusculis ovatis acutis, culmo erecto indiviso, foliis lato-lanceolatis basi rotundatis, vaginis sulcato-striatis. *Swartz Prodr.* p. 23. *Flor. Ind. occid.* I. p. 163. *Willd. Spec.* I. p. 351.

Culmus 3-4pedalis, erectus, teres, foliosus, glaber. Folia spithamaea, integra, longitudinaliter striata, glabra. Vaginae contractiores. Panicula pedalis. Rami alterni strictiores, angulati, subflexuosi, glabri. Spiculae magnae, glabrae, pedicellatae, plerumque geminatae, alterâ breviore. — Dignoscitur spiculis omnium facile maximis. In *Jamaica australi.*

An huc? P. *sulcatum Aubl.* paniculâ praelongâ, ramis erectis; lateralibus apice nudis, foliis latissimis plicato-sulcatis, vaginis hispidis. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 746. MILIUM *latifolium* sulcatum *Plum. Ms.* t. 105. *Manboulou Surian* in *Herb. Vaill.* — P. *palmaefolium Hoenig Naturf.* 23. p. 209.

Digitized by Google

Folia omnium latissima ultra duos poll. lata, pedalia et ultra, scabra, GLADIOLI fere *plicati;* culmus fere quadripedalis; panicula laxa et quasi setifera, ob ramos nudos; glumae parvae numerosae ovato-acutae, longitudinaliter per ramos sessiles; valvula tertia reliquis duplo minor. In *Antillis*, *Martinica inprimis.*

56. * P. *clandestinum;* paniculis raris axillaribus, culmo dichotomo, vaginis punctatis. *Spreng. Mém. de Petersb.* II. p. 292. tab. V. *Willd. Spec.* I. p. 351. *Pers. Syn.* I. p. 84. P. *latifolium* β. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 68.

Maxime affine P. *latifolio*, in quo vero vaginae pilosae, nec punctatae, et panicula exerta. — Sesquipedale, cespitosum. Rad. subrepens; culmi adscendentes, ramoso-dichotomi, crassitie pennae corvi. Folia lato-lanceolata, subspithamaea, pollicem fere lata, glabra, decemnervia. Vaginae punctis callosis, includentes paniculas raras, ramis erectis tenuibus. Flosculi oblongi obtusiusculi. In *America boreali.* 2. *Linnaeus* de PANICO *clandestino* ait: „culmi dichotomi ramosi; folia ovato-lanceolata, vaginis punctatis pilosis, intra quas racemi fructificationum omnino occultantur, ut extus ne vestigium earum appareat: caeterum valde affine P. *latifolio.*" *Lamarck* ad P. *clandestinum* minus fauste ducit CENCHRUM *granularem Linn.*, qui MANISURIS.

57. * P. *curvatum;* paniculâ racemosâ, glumis curvatis obtusis nervosis. *Syst. Nat.* 12. p. 730. *Willd. Spec.* I. p. 352.

Culmi filiformes, laeves; folia lanceolata, laevia, subtus quinquenervia, margine scabra, vaginis profunde striatis. Panicula erecta angusta, ramis subramosis, racemosis. Calyces florentes subsubulati, extrorsum curvati, striati, mutici: valvula extima, sub curvaturâ, membranacea, cordata, acuta, minutissima. Fructescentes calyces triplo majores, ovales, gibbi, obtusissimi, multisulcati, purpurascentes. Corolla dimidio calyce brevior, membranacea. *Linn.* In *India orientali.*

58. P. *uliginosum Roth;* racemo simplici spicato lineari-attenuato, rhachi pedunculis communibus adnatis decurrentibus maxime angulosâ, pedicellis imbricatis brevibus curvatis sparsis subbifloris, spiculis lanceolatis nervoso-angulatis glaberrimis, calycis glumâ exteriore ovatâ obtusâ, culmo foliisque glabris. *Roth nov. pl. Spec. Ms.*

Proxime ad P. *curvatum Herb. Banks. Brown Prodr.* I. p. 189. accedit, inflorescentiâ pariter racemosâ nec spicatâ gaudens, sed differt praesertim calycis valvulâ exteriore ovatâ obtusâ, nec cordato-lanceolata, spiculam basi involvente; spiculis glaberrimis apice rectis, nec strigis hispidulis nec apice curvatis; ligulâ glaberrimâ nec ciliatâ. In *India orientali. Benj. Heyne.*

Digitized by Google

59. * P. *virgatum*; paniculâ ramosâ diffusâ, glumis acuminatis laevibus dehiscentibus, foliis arundinaceis. *Sprengel Mém. Petersb.* II. p. 292. t. 5. *Willd. Spec.* I. p. 352. *Enum. H. Berol.* II. p. 1033. *Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 48. P. *maximum Hortul.*

Cubitale erectum cespitosum, vaginis hirsutiusculis; folia pedalia, 3 lin. lat., laxiuscula. Ligula nulla Panicula nuda ramis capillaribus erecto-patentibus, axillis barbatis. Flosculi acuminati, valvulis striatis, subinde purpurascentibus. Definitio P. *virgati Willd. Enum. H. Berol. l. c.*: „paniculâ compositâ elongatâ virgatâ, calycinâ glumâ minore tri-majore quinquenervi, ligulâ dentatâ ciliatâ" diversam sistere videtur plantam. „Rad. tuberosa. Culmus quinqueped." *Willd. P. de Beauv.* non recepit, et dubitavit jam *Michaux* anne potius P. *coloratam Willd.* hujus sit loci. „Panicula interdum subvirgatim stricta, interdum, et praesertim culturâ, laxa. *Mich.*" *Ad ripas Missisipi a Pensylvania ad Floridam.* 4.

60. P. *avenaceum*; culmis nodisque glabris; foliis serrulato-scabris supra pilosis; paniculâ ramosâ verticillatâ; spiculis geminis ovatis acutis; glumis inaequalibus, glabris; floro masculo biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 99.

Rad. bulbosa, bulbo ovato, sulcato; culmi suborgyales, teretes, glaberrimi; folia linearia, acuminata, plana, apicem versus scabra; vaginae striatae pilosae; ligulae margo obliquus pilosus; panicula pedalis patula, ramis elongatis triquetris scabris basi pilosis ramulis abbreviatis spicaeformibus; rhachis communis triquetra scabra; spicula altera sessilis, altera pedicellata ovata, acuta. Glumae ovatae acutae purpurascentes aut virentes, inferior duplo brevior. Glumae corollinae masculi inferior superiori calycinae simillima, superior albida; hermaphroditi utraque albida. Antherae et stigmata violacea. Fors vix a *bulboso* diversum. A P. *virgato Mich.* differt nonnisi glumis acutis nec acuminatis. In *valle Chillo et planitie Cachapamba regn. Quitens.* 4.

61. P. *trigonum Retz*; paniculâ erectâ, pedunculis bifloris, calycibus obtusis hispidis unifloris, seminibus trigonis. *Retz Obs.* III. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 352. P. *patens Burm. Ind.* p. 26. t. 10. f. 2.

Culmi radicantes, prostrati, spithamaei, foliosi; folia angusta glabra; panicula parva, stricta, pedunculis raris parum flexuosis; glumae calycinae inaequales. In *India.* Figura *Rumphii* et *Rhêdi* a *Burmanno* ad P. *patens* citata non bene cum figura sua convenit.

62. P. *pallens Swartz*; paniculâ compositâ ovatâ, ramis confertis erectis, spiculis ovatis subulatis, culmo subdiviso geniculato, foliis ovato-lanceolatis, vaginis collo margineque ciliatis. *Swartz Prodr.* p. 23. *Flor. Ind. occid.* I. p. 164.

Digitized by Google

Willd. Spec. I. p. 352. APLUDA *Zeugites Aublet Guj.* II. p. 933. (excl. syn.).

Lamarck monuit *Enc. meth.* IV. p. 753. gramen hoc multum differre ab APLUDA *Zeugite Browne* t. IV. f. 3, citatâ ab *Aubletio*. Culmus procumbens, aut basi repens, vix pedem altus. Folia ovali-lanceolata, fere acuminata, plana, glabra, margine tantum ciliata, 8-10 lin. lata, 2 1/2 poll. longa; vaginae breves; flosculi fere sessiles, glabri, pallide virides. *Lam. Nemorosa herbida Jamaicae.*

63. P. *anceps Mich.*; paniculâ simplici, flosculis subracemosis secundis, acuminatis, vaginis ancipitibus pubescentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1032. sub P. *rostrato. Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 48. *Pers. Syn.* I. p. 84. P. *pensylvanicum Spreng. cat. H. halens.* et P. paniculae patentis ramis simplicibus, axillis pilosis, rhachi angulatâ, flosculis remotiusculis ovatis acuminatis. *Spreng. Mant.* I. p. 31.

Erectum longifolium muticum, vaginis pilosis, paniculae ramis simplicibus interrupte racemulosis, flore accessario neutro, hermaphroditi valvulis primariis semi breviore obtusissimo. *Mich. l. c. Sprengel* vero l. c. sequentem descriptionem dedit: Rad. bulboso-fibrosa. Culmi erecti caespitosi teretes pedales cubitales foliosi; folia longissima margine scabra, vaginâ pubescente; panicula folia aequans, bracteis ramentaceis ad singulos ramos et pedicellos. Calycum valvulae binae majores quinquenerviae glabrae. Congruere cum P. *nemoroso Swartz*, sed hujus glumae aristatae et folia tenuissima. In *sylvaticis humidis Pensylvaniae et Carolinae.* 2.

64. P. *scoparium Mich.*; molliter villosum, foliis lanceolatis, paniculâ erectâ ramosissimâ, pedunculis setaceis, glumis turgidis obovatis pubescentibus. *Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 49. *Pers. Syn.* I. p. 84. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 744.

Culmus, ut videtur, sesquiped., simplex, pubescens; folia distantia brevia, ovali-lanceolata, acuta, pubescentia, sex lin. longa; panicula 4-5poll., rhachi villosa ramisque, depauperata ob fructus brevi deciduos; glumae ovatae striatae. In *apricis cespitosis Carolinae. Pursh* nunquam vidit; nos vero specimen possidemus ex America septentrionali, quod clo. *Pal. de Beauvois* debemus, quodque nullum relinquit dubium. Habitu affine *latifolio.*

65. P. *Rudgei*; paniculâ ramosissimâ divaricato-patente, foliis mucronatis, vaginis hirsutissimis, floribus solitariis terminalibus. PAN. *scoparium Rudge Gujan.* p. 21. t. 29. P. *cayennense Lam. Illustr.* p. 173.

Culmus 2-3ped. glaber, foliosus, subinde radicans, et infra nodos hirsutulus. Folia paniculâ longiora, striata, glabra, carinata, margine aspera; vaginae arctae pilis densissime tectae;

Digitized by Google

ligula tota pilosa. Paniculae e vagina foliorum terminales et axillares. Spiculae albidae. In *Gujanâ*. P. *cayennense*; paniculis pluribus oblongis capillaceis, foliis gramineis, vaginis hirtis, culmo ramoso *Lam. Illustr. n.* 908. *Enc. meth.* IV. p. 752. (P. *floribundum Rich. Herb.*) convenit quidem patriâ et notis quibusdam; sed differt aliis. Culmus ramosus aut divisus, pedalis et ultra, basi geniculatus. Folia sat longa, 3-4 lin. lata, subpilosa, nervosa; vaginae pilis distantibus. Paniculae ramosissimae terminales axillaresque, totam quasi plantam floribus tegentes; rami glabri, pedicelli flore solitario, ovato, mutico, subventricoso, glaberrimo. Affine esse P. *capillaceo* suo, i. e. *filamentoso Pers.*, a quo differt paniculis terminalibus axillaribusque fere sessilibus, et *polygonoidi*, a quo differt, foliis linearibus elongatis, paniculis oblongis, et haec inter militare *Lam.* PANICUM *cayennense Lam.*: culmis ramosis glabris, foliis subtus vaginisque hirsuto-pilosis margine scabris, paniculâ ramosissimâ ramis alternis scabriusculis, spiculis ovatis acutis, glumis inaequalibus glabris, flore neutro bipaleaceo, *Hamb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 103 differt a P. *cayennensi Lam. Illustr* I. p. 173. tantum staturâ minore debiliore. In *sylvis densissimis orinoce.* 4.

66. P. *polygonoides Lam.*; paniculis minutis patentibus, glumis obtusis subventricosis, foliis brevibus, vaginis hirtis. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 752.

Maxime affine praecedenti *Cayennensi*. Culmi 5-6poll., foliosi, divisi, ramosi; folia brevia, ovali-acuta, plana, patentia, duas lin. lata, sex lin. longa, striatula, basi ciliata et vaginae margine. Paniculae terminales, sessiles, ramosae, ramis capillaceis flexuosis, floribus majusculis obtusis, glabris, muticis, raris, distantibus. In *Cayenna*.

67. P. *parvifolium Lam.*; paniculis parvis patentibus, glumis obtusis, culmo filiformi, foliis minimis villosis. *Lam. Illustr.* n. 912. *Enc. meth.* IV. p. 752. n. 60.

Ut praecedenti *polygonoidi* facies *Polygoni*, et magis adhuc. Culmus filiformis, vix pedalis, divisus aut ramosus; folia parva, patentia, lanceolata, plana, 4-6 lin. lata, villosa aut pubescentia, praesertim subtus; vaginae margine subciliatae, internodiis breviores; paniculae ramis flexuosis, basi subpilosis, floribus raris muticis fere glabris. In *America meridionali. Richard.*

68. P. *granuliferum*; culmis simplicibus nodisque glabris; foliis ovato-lanceolatis subcordatis utrinque pruinoso-glaucescentibus margine scabris; paniculâ ramosâ diffusâ ramis alternis glabris; spiculis globosis; glumis glabris; flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 105.

Affine *parvifolio Lam.* Culmus erectus pedalis glaber; folia acuta nervoso-striata glabra, pollicaria; vaginae glabrae, internodiis duplo breviores, glabrae ut ligula brevissima; panicula

Digitized by

patula, bipoll. et ultra. Rhachis glabra. Spiculae magnitudine seminis papaveris. Glumae calycinae virentes, in hermaphrodito paullo breviores; corollinae albidae nitidae glabrae, inferior ovato-oblonga, acuta. In *ripa fluminum Apure, Atabapo, Suamini nov. Guyanae.* 4.

69. P. *pubescens Mich.*; erectum ramosissimum foliosum subpubescens, foliis lanceolatis ciliatis; paniculis minimis rarifloris invaginatis, floribus subgloboso obovatis puberulis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 49. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 68. *Pers. Syn.* I. p. 84. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 748.

Totum pube brevi tectum, unde cinerascit. Culmus sexpoll. — et ultrapedalis, subflexuosus, et superne quasi dichotomus; folia plana aut planiuscula, 2-3 lin. lata, glauca; paniculae sessiles, ramis 3-4 distantibus, paucifloris; glumae ovatae subpedicellatae. In *Carolina inferiore.*

70. P. *xalapense*; culmis ramosis glabris; foliis linearibus utrinque pilosis margine ciliato-scabris; paniculâ ramosâ divaricatâ ramis alternis pilosis; spiculis ovatis obtusis; glumis inaequalibus pilosis; flore neutro uniglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 103.

PANICO *pubescenti Mich.* affine, sed diversum: foliis vaginisque minus hirsutis. Rad. fibrosa; culmus erectus, subpedalis nodis lanatis; folia acuminata striata plana; vaginae hirsuto-pilosae; ligulae margo pilosus. Panicula bipoll., ramis patentibus, capillaceis. Rhachis triquetra pilosiuscula. Glumae calycinae striatae; inferior minima, superior oblongo-elliptica, obtusa, longitudine hermaphroditi, et simillima glumae corollinae neutrius; corollinae hermaphroditi oblongae acutae glabrae nitidae albidae. In *regno Mexicano prope Xalapa et montem Macultepec., regione temperata.* 4.

71. P. *nitidum Lam.*; paniculâ confertiusculâ capillari ramosissimâ, floribus minutis ovatis obtusis, foliis lanceolato-linearibus remotis. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 49. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 67. P. paniculâ ramosâ subviolaceâ, glumis obtusis striatis hispidulis, semine nitido *Lam. Illustr.* n. 899. *Enc. meth.* IV. p. 749.

Culmus vix pedalis, gracilis, erectus, simplex, glaber, foliosus; folia 2-3 lin. lata, paucissima, glabra, vaginis fauce pilosis striatis; panicula mediocris, ramosa, 2-3poll. Semina lucida. Divum *Michaux* attulisse varietatem foliis angustissimis, floribus minutissime puberulis, minoribus. In *Carolina et Pensylvania. Fraser* et *Michaux.* ☉. P. *barbulatum Mich.* hujus tantum varietatem esse *Pursh* l. c.

72. P. *barbulatum Mich.*; parvulum, culmo gracili subramoso, nodis annulatim barbatis, foliis lanceolato-linearibus nitidule glabris, ad collum sparsim pilosis, paniculâ capillari

Digitized by Google

parvulâ, composite ramosâ, floribus brevi-ovatis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 49. P. *barbatulum P. de Beauv.* l. c. P. *barbatum Pers. Syn.* I. p. 84.

In *Carolina.*

Obs. Specimen, possidemus PANICI, nomine *stricti Bosc* insignitum, in quod exactissime definitio P. *barbatuli* cadit. Spithamaeum nostrum, caule adscendente folioso subflexuoso; vaginae quidquam dilatatae striatae subpubescentes, internodiis fere duplo breviores; folia patentia 2/3-poll. longa, 1 1/2 lin. lata, utrinque pilosiuscula septem et ultra in culmo; panicula vix pollicaris, flosculis minimis, valvulis obtusis, striatis, minus bene servatis, quam ut describere audeamus. An ergo *Boscii* P. *strictum* ex america sept. re vera distinctum a *barbatulo Mich.*? Tunc *barbatuli* definitio tota reformanda foret, exactissime enim in nostrum *strictum Boscii* quadrat.

73. P. *discolor Spreng.*; paniculâ ramosâ capillari patente, calycibus subrotundis, valvulis majoribus striatis, minimâ discolori, culmo stricto folioso. *Spreng. Mant.* I. p. 31.

Rad. fibrosa horizontalis. Folia infima ovata, superiora lanceolata glabra margine scabriuscula, vaginis pilosis. Panicula parumper ex ultimo folio emergens ramosa, ramis flexuosis. Cal. subrotundus pubescens, valvulis majoribus sexstriatis obtusis, minimâ purpureâ basilari. — Affine *nitido* et *barbato Mich.*, sed illius folia linearia remota, hujus culmus ramosus, nodis barbatis. In *Pensylvania.*

74. P. *ramulosum Mich.*; parvum, culmo gracili debili ramuloso geniculisque crassiusculis glabris, paniculâ parvâ laxâ capillari, floribus ovatis obtusis minutis longiuscule pedicellatis, foliis lanceolato-lineariibus patulis glabris, subtus pilis sparsis ciliatis. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 50. *Pers. Syn.* I. p. 84.

A clo. *Pursh* ad P. *nodiflorum Lam.* (de quo sub P. *dichotomo* apud nos sermo erat) refertur. In *sylvis Carolinae.*

75. P. *striatum Lam.*; paniculâ oblongâ patente, foliis pubescentibus marginatis, vaginis pilosis, glumis majusculis viridibus pulchre striatis. *Lam. Illustr.* n. 897. *Sprengel Pug.* II. p. 5. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 67.

Rad. fibrosa; culmi plures, erecti, digitales aut sesquipedales, graciles, tecti vaginis foliorum striatis; folia lanceolata, pollicaria, 2-3 lineas lata, molliter pilosa, ore barbata. Panicula gracilis, sexpollicaris, ramis alternis glabris capillaribus. Flores sat magni, glabri, virides, apice subsphacelati. Valvula utraque major nervis 9. In *Carolina. Fraser. Bosc.*

76. P. *melicarium Mich.*; caule debili, foliis angustis longis, paniculâ gracili longâ contractâ, ramulis raris subappressis, glumis membranaceis valvis lanceolatis subaequali-

Digitized by Google

bus, rudimento flosculi stipitato e basi hermaphroditi. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 50. *Pers. Syn.* I. p. 84. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 69. P. *nudum Walt.* culmo geniculato erecto nudo; floribus solitariis remotis verticillatis, pedunculis longissimis. *Walt. carol.* p. 73? *Gmel. S. V.* I. p. 162.

Glaberrimum. In *Georgia et Carolina.*

77. P. *patentissimum;* glabrum erectum: foliis angusto-longis: paniculâ erectâ, pyramidali; ramis paucis dissitis plerisque geminis, simpliciusculis divaricato-patulis etiamque reflexis, floribus muticis binis, altero pedicello neutro. P.? *divaricatum Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 50. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 69. (sed a Purshio nunquam visa).

B. *Michaux* cum?, *P. de Beauvois* sine dubio PANICIS inseruit. A *divaricato* certe diversum, hinc nomen mutatum. In *excelsis montibus umbrosis Carolinae.*

78. P. *lanatum Swartz;* paniculâ compositâ erectâ glabrâ, spiculis ovatis, culmo ramoso, foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, vaginis lanuginoso-hirsutis. *Swartz Prodr.* p. 24. *Fl. Ind. occid.* I. p. 168. *Willd. Spec.* I. p. 353.

Ad hoc cum? ducit cls. *Lamarck* suum P. *hirsutum*, paniculâ compositâ laxâ nudâ, ramificationibus capillaceis, glumis obtusis, foliis hirsutis, *Enc. meth.* IV. p. 741. *n.* 54, cum *β*? foliis angustioribus et hirsutioribus. — *Hirsuto Lam.* sunt culmi foliosi, basi geniculati, sesquiped. et ultra; folia ovato-lanceolata, 5-8 lin. lata, subtus, ut vaginae, subvillosa. Panicula ampla, floribus raris ovatis obtusis, glabris muticis; *Capillaceo* affine; in *β*, de quo dubitat, an mera varietas, folia vix tres lin. lata, fortiter villosa, panicula mediocris. *Lamarck* suam e *Gajana* habet, *Swartz* e *Jamaica*. *P. de Beauv. lanatam Swartz* cum? huc duxit.

79. P. *arundinaceum Swartz;* paniculâ compositâ ovatâ, contractâ strictâ, spiculis subrotundis, culmo subdiviso geniculato, foliis lato-lanceolatis acuminatis rigidis. *Swartz Prodr.* p. 24. *Fl. Ind. occid.* I. p. 166. *Willd. Spec.* I. p. 353.

Culmus orgyalis erectus, teres, foliosus, glaber. Folia basi ovata, erecta, longitudinaliter lineato-nervosa, striata, glabra. Vaginae arctae, collo contracto villoso, striatae, longae. Genicula parva, nigra, annulata. Panicula terminalis, erecta, densa, ramosa, ramis ramulisque strictis. Spiculae minutae, numerosae, pedicellatae, pallide virides. In *montibus altis Jamaicae, juxta praedium Coldspring paroeciae St. Andreae.*

An huc P. *dispermum Lam.*, paniculâ compositâ capillari patente, seminibus geminis, foliis arundinaceis nervosis glaberrimis. *Lam. Illustr.* n. 916. *Enc. meth.* IV. p. 745.

Digitized by Google

Culmus glaber plurium pedum; folia ensiformia nervosa, pollicem fere lata, vaginae margine ciliatae; panicula magna ramis patentibus glabris. Semen alterum quidquam elatius, utrumque parvum ovatum obtusum glabrum, facie interiore planum. In *America meridionali. Rich.*

80. P. *radicans Retz*; paniculatum, culmo ramoso radicante, foliorum basi vaginisque longitudinaliter ciliatis. *Retz Obs.* IV. p. 18. *Willd. Spec.* I. p. 354.

An P. *brevifolii* varietas angustifolia? Simile P. *trigono*; pedale, tenue, glabrum, culmo ad paniculam usque folioso. Folia lineari-lanceolata, sesquipollicaria; panicula bipollicaris erecta tenuis; flores parvi pedunculati obliqui purpurei nudi. In *China.*

81. * P. *brevifolium*; paniculatum, foliorum vaginis longitudinaliter ciliatis. *Sp. Pl.* p. 87. *Willd. Spec.* I. p. 353. *Plukn. Alm.* p. 176. t. 189. f. 4. P. *trichoides Swartz*; paniculâ ramosissimâ patente, ramis ramulisque subdivisis capillaribus, culmo declinato geniculato, foliis ovato-lanceolatis glaberrimis. *Prodr.* p. 24. *Fl. Ind. Occ.* I. p. 176. *Willd. Spec.* I. p. 354. P. *trichoides* culmis ramosis nodisque pubescentibus, foliis ovato-lanceolatis glabris margine scabris; paniculâ ramosissimâ patente ramis fasciculatis, superioribus alternis scabris; spiculis obovatis acutis; glumis inaequalibus pubescentibus; flore sterili unipaleaceo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 105. Gramen miliaceum viride, foliis latis brevibus, paniculâ capillaceâ, semine albo. *Sloane jam.* p. 35. *Hist.* I. p. 86. 115. t. 72. f. 3. P. *capillaceum Lam.*; paniculâ capillaceâ patente, glumis obtusis minimis, foliis latis basi vaginisque ciliatis. *Illustr.* I. p. 173. P. *filamentosum Pers. Syn.* I. p. 83.

P. *brevifolium Linn.* idem esse cum *trichoidi Swartz* auctoritate ipsius cl. *Swartz et herbar. Hort. Paris.* evincitur, quo herbario P. quoque *capillaceum Lam.* huc spectare probatur. *Linnaeus* de P. *brevifolio* suo haec habet: „1-2pedalis, folia ovata amplexicaulia; panicula tenuissima, folio supremo et majore compresso. Fructificatio similis P. *patentis.* Variat foliis angustis et lanceolatis. In *India.*“

Descriptio vero cel. *Swartz l. c.* sequens: Culmus uni bipedalis, subinde radicans, laxus, glaber, foliosus. Nodi approximati, glabri. Folia ovata, acuta, basi rotundata obliqua, integra, patentia. Ligula aperta pilosa. Paniculae terminales, erectae, e sinu folii summi culmi. Rami alternatim conferti, patentissimi. Spiculae distinctae, pedicellatae, minutissimae, oblongae, virides. *Graminosa intertropica; subalpina Jamaicae australis. In ripa fluminis Magdalenae juxta Garapates et Angostura, in calidissimis Humb.* et *Bonpl.*

Digitized by Google

Descriptio PANICI *capillacei Lam. l. c.* non paucis differre videtur. Est enim: Culmus sesquiped., subinde basi divisus et geniculatus, gracilis, foliosus; folia 9-10 lin. lata, 3 poll. longa, subpetiolata, ovali-lanceolata, plana, viridia, basi ciliata, aut pilosa, ut vaginae superne. Flores rari, pedicellati, distantes, minimi obtusi mutici. Calyx hispidulus. Rhachis communis satis pilosa. In *Antillis*, *S. Domingo*, *Jamaica*.

Lamarck P. *brevifolium Linn.* ad suum P. *dubium:* paniculâ laxâ capillari pilosâ, valvulis calycinis aequalibus, vaginis longitudinaliter ciliatis: *Enc. meth.* IV. p. 753 ducit, quod idem est cum suo P. *bifloro Illustr. n.* 917. Patria magis cum *brevifolio*, quam cum *trichoidi* convenit: est enim in *Insula Franciae* et *in India*. Culmi graciles, saepius divisi aut ramosi, debiles, plus minus geniculati, pedales et ultra; folia (5-6 lin.) lata, amplexicaulia, plana, ovato-lanceolata glabra; panicula mediocris; glumae ovatae muticae subobliquae glabrae, valvulis aequalibus tribus.

82. P. *ventricosum;* paniculâ ramosâ, glumis ventricosis obtusis nervosis subhispidis, culmo basi repente. *Lam. Illustr.* 914. *Enc. meth.* IV. p. 745.

Satis simile P. *dubio Lam.*, praesertim valvulâ tertiâ subaequali; culmus vix pedalis, foliosus, subinde ramosus, nodis hispidis pilis reflexis; folia graminea plana, 2-3 lin. lata, glabra, villosa; panicula mediocris; glumae demum obliquae valvulis plerumque arcuatis. In *India*. *Sonnerat*.

83. P. *villosum Lam.;* paniculâ racemosâ minimâ; ramulis alternis brevibus, calycibus pedunculisque villosis. *Lam. Illustr.* n. 915. *Enc. meth.* IV. p. 745.

Glumae fere HOLCI *lanati*, et folia brevia. Culmus basi foliosus, superne gracilis nudus, pedalis; folia recta, scabra, margine subdenticulata; vaginae pubescentes; panicula parva, sesquipoll., spiciformis aut racemosa, albida villosa, ramis brevibus. Valvula tertia ejusdem cum reliquis magnitudinis. In *India*. *Sonnerat*.

An haec SETARIA *villosa P. de Beauv.*, quam cum? adducit, et cujus synonymon esse PANICUM *villosum Linn.* dicit, nobis ignotum?

84. P. *Hoffmannseggii;* ramis paniculato-racemosis, ramulis alternis elongatis, calycibus pedunculisque villosissimis. P. *villosum Com. de Hoffmannsegge.*

Multum affine villoso, sed, comparato specimine nostro e munificentia ill. *Com. de Hoffmannsegge* nobiscum communicato cum descriptione *Lamarckii*, tamen diversum. Culmus basi et apice, ad basin usque extremae paniculae foliosus, ramis e singulo nodo pluribus, flexuosus, pedalis; folia lanceolata, recta et patentia, mollissime pubescenti-tomentosa, striata, undulata subinde, minime vero denticulata; vaginae pubescentes, profunde striatae, fasciculo pilorum vaginae loco. Rami saepe a basi abeunt in paniculam, rhachi ramisque et calycibus villis horizontaliter patentibus 4-6 lineas longis, ramis

Digitized by Google

subinde 2 3pollicaribus, plus minus patentibus; flosculi 1-5, breviter pedunculati; valvulae calycinae tres subaequales lanceolatae acuminatae villosissimae. Semina oblonga alba. ⊙?

85. * P. *divaricatum*; paniculis brevibus muticis, culmo ramosissimo divaricatissimo: pedicellis bifloris: altero breviore. *Amoen. acad.* V. p. 392. *Willd. Spec.* I. p. 354. *Jacq. Schoenbr.* I p. 10. t. 25.

Culmus altus rigidus filiformis; folia lineari-lanceolata; panicula brevis mediocris subsimplex; pedicellorum bifidorum ramus alter longior; valvula exterior superior latior quam longa. Flores quadruplo majores quam in P. *dichotomo*. In *Jamaica*. 4. *

86. P. *neglectum*; paniculâ brevi, racemulis brevibus nutantibus, culmo ramosissimo ramis patentibus ad apicem fere usque vaginato, foliis patentibus reflexisque.

Specimen nostrum 11/2ped., culmo basi crassitie pennae corvinae, rigido; vaginae glaberrimae, profunde striatae; folia 1-11/2poll., plana, glaberrima, apice convoluta, rigida, pungentia. E vagina singula culmi ramus emergit cujus folia minima, vix quatuor lin., ligulae instar acutae prominent, quod singulare et peculiarem plantae habitum tribuit. Panicula vix pollicaris. Rhachis angulata; rami pedicellique breves bispidiusculi. Spiculae bifloraе, altero masculo. Glumae calycinae ovatae acutae glabrae, exteriore magnitudine fere interiorum, margine membranacea, nervis septem obsoletis; interiores 7-9 nerviae, sulcato-striatae, nervo medio apice scabriusculo. Glumae corollinae planae, membranaceae. Stigmata duo capitata, plumosissima. Semen ovatum, apice acutum, albidum. Specimini nostro „*ex Africa*" adscriptum erat. 4 certe.

87. P. *ruscifolium*; culmo ramoso glabro; foliis ovato-oblongis sub (dimidiato-)cordatis membranaceis pubescentibus

---

* *Obs.* Species dubia: P. *divaricatum*, culmo ramosissimo glabro, ramis junioribus pubescentibus, foliis lanceolatis basi rotundatis utrinque glabris margine serrulato-scabris; paniculâ subramosâ ramis divaricatis scabris; spiculis subglobosis; glumis inaequalibus glabris, flore neutro bipaleaceo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 101. pro synonymis habet: PANICUM *divaricatum*, varietas foliis glabris. *Lam. Illustr. gen.* I. p. 174. P. *glutinosum*, varietas foliis glabris *Lam. Illustr. gen.* I. p. 174. P. *divaricatum Linn.?* P. *latifolium Linn.?* Milium arundinaceum scandens α maculosum. *Plum.* Mss. 4. t. 82. — Varietas: α. foliis latioribus. β. foliis angustioribus.

Speciem distinctam, nec varietatem esse PANICI *glutinosi*, a quo differt, praeter characteres datos: culmo nitido; foliis margine serrulato-scabris; paniculâ divaricatâ, bipollicari, ramis patentibus subreflexis. Glumae calycinae obovatae obtusae glabrae nitidae inaequales, superior subquinquenervis, longitudine hermaphroditi, inferior quadruplo brevior. Glumae corollinae nitidae fuscescentes. α. *in insula Cuba*. β. *in ripa Orinoci prope Maypure*. 4.

Digitized by Google

margine scabris; paniculâ simplici depauperatâ ramis pubescentibus; spiculis subglobosis sparsis; glumis inaequalibus, apice piloso-ciliatis; flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 101.

Culmus erectus teres nitidus; nodi glabri; folia plana, bipollicaria; vaginae striatae pubescentes longitudine nodorum. Ligula abbreviata, apice rotundata, lateribus pilosa. Panicula sesquipoll., ramis patentibus, rhachique flexuosâ triquetris. Glumae calycinae subrotundae obtusiusculae glabrae, inferior duplo brevior. Gluma corollina in neutro inferior magnitudine formâ et colore superioris calycinae; superior angustissima, tenuissime membranacea; in hermaphrodito valvulae albidae nitidae glabrae apice pilosiusculae. A simili *divaricato* distinctum: foliis membranaceis, nec coriaceo-rigidis. In *apricis aridis Mexicanis ad radices Vulcani del Jorullo.* 2.

88. P. *elongatum Pursh;* glabrum, elatum; paniculis pyramidatis lateralibus geminis elongato-pedunculatis terminalibusque: ramulis alternis divaricatis, glumis alternis oblongis acutis pedicellatis coloratis, foliis longis: collo subbarbato, caule compresso. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 69.

Gramen pulchrum, elatum, saepius quinquepedale: panicula profunde e viridi purpurascens. In *stagnis et humidis a New-Jersey ad Virginiam.* 2.

89. P. *interruptum Willd.;* spicâ simplici interruptâ, spiculis bifloris pedicellatis nudis. *Willd. Spec.* I. p. 341. P. *caudatum Thunb. Prodr.* I. p. 19. *Flor. cap.* I. p. 393.

Tripedale, glabrum, erectum. Nodi culmi nigri. Folia longa linearia striata vaginaeque glabra. Spica simplicissima, pedalis, angusta, cylindrica, erecta. Flores conferti. Pedunculi uniflori. Cal. biflorus, valvulae binae aequales acutae nervosae, accessoria minor obovata obtusa membranacea. In *Indiae, Javae, Ceylonae, urbis Cap stagnis et collibus.*

90. P. *phalarioides;* racemo subspicato cylindrico, spiculis subunifloris pedicellatis undique imbricatis subrecurvis, glumis calycinis duabus majoribus longitudinaliter striatis apice villis barbatis.

Rad. repens; folia radicalia florente planta emarcida; caulina inferiora linearia, 2-3poll., lineam fere lata, plana, utrinque, subtus profunde striata et subpubescentia, margine carinâque scabra, acuta; vaginae striatae, glabrae, ligulâ brevissimâ, pubescente. Culmus in nostro exemplari plus minus pedalis, teres, striatus, glaber, basi geniculatus, nodis 3-4, contractis, fuscis, superne nudus. Racemus fere pollicaris, tres lin. latus; rhachi pedicellisque brevissimis glabris. Glumae calycinae duae majores lineam vel sesquilineam longae, striis plurimis tenuissimis, basi subventricosis acutis, tertiâ minimâ glabrâ. Specimen nostrum nomine PHALARIDIS insignitum *Lahaye* attulit e *Java.*

Digitized by Google

91. * P. *ramosum;* paniculâ ramis simplicibus, floribus subternis: inferiore subsessili, culmo ramoso. *Linn. Mant.* p. 29. *Willd. Spec.* I. p. 347.

„Culmi pedales, erecti, laeves, articulis basi crassiusculis geniculatis. Folia vaginis laevibus, striatis, margine fauceque ciliata. Panicula ramis triquetris, hinc canaliculatis; ad singulos dentes flores 2-3, pedicello uno alterove pilo. Calycis exterior valvula brevis, membranacea, perfoliata, reliquae ovatae. In *Indiis. H. V.*" In *India utraque. Pers.*

92. P. *antidotale Retz;* paniculâ nutante, calycibus bifloris polygamis acutis, culmo erecto ramosissimo. *Retz Obs.* IV. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 348.

Rad. stolonifera; culmi octoped. et ultra; folia margine nervisque majoribus aspera, vaginis barbatis; panicula pedalis ramosissima; flosculi copiosi virides. *Colitur in hortis Malabarorum.*

93. P. *acuminatum Swartz;* paniculis simplicibus foliis brevioribus, ramis capillaribus diffusis, spiculis remotis obovatis, culmo decumbente geniculato ramoso, foliis lanceolato-subulatis erectis, vaginis villosis. *Swartz Prodr.* 23. *Flor. Ind. occid.* I. p. 152. *Willd. Spec.* I. p. 350.

Gramen spithamaeum. Culmus tomentosus. Ramuli adscendentes breves subunciales, foliosi, vaginati, geniculati, tomentoso-hirsuti. Folia semiamplexicaulia, brevia integra, acuminata, plana, margine hirsutissima, mollia. Vaginae foliorum parvae, hirtae, ligula hirsuta. Paniculae terminales, minutae. Racemuli simplices; flosculis pedicellatis minutis, ovatis, obtusis; pedicellis undulatis, brevibus. *Campi arenosi Jamaicae montosae.*

94. P. *laxum Swartz;* panicula simplici nutante, ramis capillaribus, spiculis approximatis alternis adpressis, culmo simplici filiformi flaccido, foliis lineari-lanceolatis. *Swartz Prodr.* p. 23. *Flor. Ind. occid.* p. 157. *Willd. Spec.* I. p. 350. Milium jamaicense polystachyon, seminibus parvis. *Sloane herb. — Hist.* I. p. 114.

2-4pedale. Culmus subdivisus compressiusculus, striatus, laevis. Folia laevia, patentia. Vaginae arctae, laeves. Panicula terminalis, ramis subdivisis, patentibus, erectiusculis, flexuosis. Flosculi minutissimi, pedicellati, ovati, lacte virentes. *Jamaicae nemora arida.*

95. * P. *arborescens;* paniculatum ramosissimum, foliis ovato-oblongis acuminatis. *Linn. Fl. zeyl.* p. 43. *Hort. Cliff.* 27. *Willd. Spec.* I. p. 351.

„Altitudine certat cum altissimis arboribus. Culmus vix pennâ anserinâ crassior" *Linn.* Panicula laxa sparsa, semina alba. In *Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 144. hoc quidem adducitur P. *arbo-*

Digitized by Google

rescens; sed, quum a clo. *Thouin Horto Kewensi* datum, LUDOLFIA potius videtur. In *India*. ♄.

96. P. *glutinosum Lam.;* paniculâ compositâ patente, ramis flexuosis, spiculis pedicellatis distantibus glutinosis, culmo erecto simplici, foliis latioribus. *Swartz Prodr.* p. 24. *Flor. Ind. Occ.* I. p. 174. *Lam. Illustr. gen.* t. 43. f. 3. *Sloane Hist.* I. t. 71. f. 3. *Willd. Spec.* I. p. 353.

Magna cum P. *latifolio* affinitas. Flores iidem, sed glutinosi, et tota planta minor, debilior, herbacea, vix 1-2ped. (Culmus 3-4pedalis *Sw.*); folia lanceolata acuta plana 4-6 lin. (pollicis latitudine *Sw.*), glabra, versus basin pilosa; panicula oblonga laxa; glumae ovatae subfuscae; valvula tertia gibbosa. In *America meridionali, insula Franciae et montib. altiss. Jamaicae australis.*

Obs. Hoc et *divaricatum* dubium adhuc nobis videtur ex allatis nempe synonymis ad P. *glutinosum Humb.* et *Bonpl.:* culmo ramoso glabro, foliis lineari-lanceolatis pilosis margine scabris, paniculâ ramis patentibus pubescentibus; spiculis ovatis acutis; glumis inaequalibus ciliatis; flore masculo bipaleaceo; *Nov. gen.* et *spec.* I. p. 100 spectantibus, videlicet: P *glutinosum Vahl (auct. herb. Juss.);* P. *glutinosum* varietas foliis pubescentibus *Lam. Illustr.* I. p. 174. P. *divaricatum* varietas foliis pubescentibus *Lam. Illustr.* I. p. 174. P. *divaricatum* varietas *Linn.?* Milium arundinaceum scandens et maculosum *Plum. Ms.* 4. t. 82.

Culmus erectus teres striatus. Nodi glabri. Folia acuminata basi rotundata plana striata rigida supra adpresso-pilosa, subtus pilosa. Vaginae nodos superantes, apicem versus et ore piloso-villosae, margine ciliatae aut saepius undique hirsutae. Ligula abbreviata ciliato-pilosa. Panicula patula oblonga 4-5poll., ramis alternis distantibus subflexuosis rhachique triquetris. Glumae calycinae binae concavae nitidae glabrae virides, inferior subrotunda, quadrinervis, superior inferiore duplo longior, ovata, obtusiuscula, 11-nervis. Masculi glumae corollinae 2, inferior formâ et magnitudine calycinae superioris, superior minor. Hermaphrod. longitudine glumae superioris; glumae corollinae subaequales albidae glabrae apice pilosiusculae. In *calidis et temperatis novae Andalusiae prope Bordones, in sylvis Orinocensibus.* ♃.

97. * P. *patens;* paniculâ oblongâ flexuosâ capillari patente, calycibus bifloris, foliis lineari-lanceolatis, culmo radicante. *Sp. Pl.* p. 86. *Willd. Spec.* I. p. 352.

In *India*, similis e *Lusitania*. *Linn.*

In *Syst. Veget.* ed. XIV. et XV. ducitur ad PANICUM *patens Linn. Burmann Ind.* t. 10. f. 3. *Rumph Amb.* VI. t. 5. f. 3; utrumque delet *Willdenow.* — Culmi geniculati glabri, spicae complanatae virides, demum fusco-purpureae.

98. P. *multinode Lam.;* paniculâ capillari laxâ, foliis pilosis, culmo repente, geniculis crebris distinctâ. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 747. An P. *patens Linn.* excl. syn.?

Digitized by Google

An P. *radicans Retz?* Convenire quodammodo icon. *Burm. Ind.* t. 10. f. 3., attamen minime esse DIGITARIAM *linearem;* P. quoque *trigonum Retz* quodammodo accedere, sed huic folia glabra.

Culmus gracilis, vix pedalis; folia brevia lanceolata, duas lin. circiter lata; vaginae internodiis breviores; rami glabri; flores rari, pedicellati, ovati, striati, glabrinsculi; valvula tertia duplo minor. In *Insula Franciae. Commerson.*

99. P. *aristatum Retz;* culmo repente radicante, paniculae ramis indivisis, flosculis binis sessilibus aristatis. *Retz Obs.* IV. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 348. Anne UROCHLOA *P. de Beauv. Agrostogr.* p. 52. quam confer.

Culmus ramosus, demum adscendens, basi pubescens; folia lanceolata brevia nuda, vaginâ ciliata; panicula ramis paucis rectis; fila alba setacea involucrorum loco sub floribus; valvula exterior calycis lanceolata, longitudine fere corollae, aristâ triplo longiore terminata, interior lata ovata, florem involvens mutica, tertia flore duplo brevior, aristâ brevissimâ. In *China.*

100. P. *sabulorum Lam.;* paniculâ ramosâ flexuosâ mediocri, glumis ovalibus obtusis striatis, pistillis coloratis, culmo ramoso. *Lam. Enc. meth.* V. p. 744. *Lamarck* pone *aristatum* posuit.

Culmus foliosus, pedalis et ultra; folia graminea recta plana culmo adpressa, 2 3 lin. lata, vaginae margine pilosae; folium supremum spathaceum; glumae pedicellatae muticae, glabrae, albidae, in violaceum saepe vergentes. In *Montevideo. Commerson.*

101. P. *nervosum Lam.;* paniculâ capillari mediocri glabrâ, foliis ensiformibus amplexicaulibus subdistichis nervosis hirsutis. *Lam. Enc. meth.* IV. p 747.

Simillima foliis IXIAE aut GLADIOLO; culmus rectus, pedalis circiter, totus foliosus tectusque vaginis striatis; folia superne plana, concava, et quasi duplicata basi, 5-6 lin. lata, 3-4 poll. longa. Glumae parvae ovatae pedicellatae striatae; valvula tertia brevior. In *Cayenna.*

102. P. *laxiflorum Lam.;* paniculâ laxâ patente ramosâ, culmo erecto simplici villoso, flosculis pubescentibus. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 748. *Sprengel Mém. de Petersburg* II. p. 291. t. V. *Plukn. Alm.* t. 92. f. 8. (?)

Spithamaea erecta, culmo vaginis villosis. Folia inferiora ovato-lanceolata, superiora lanceolata, 1pollic., 2 lineas lata, pubescentia, erecto patentia. Paniculae rami capillares. Flosculi minimi pubescentes, valvulâ tertiâ scariosa subdentatâ. In *Virginia.* ☉.

Digitized by Google

Obs. Descriptio *Lamarckii* quidquam recedit: Culmus fere filiformis glaber nudiusculus; folia glabra, vaginis pilosissimis; panicula rariflora mediocris, glumae striatae obtusae pubescentes muticae. Valvula calycis tertia minima.

103. P. *agrostoides Spreng.*; paniculâ compositâ, racemis linearibus strictis glaberrimis, patentibus, flosculis subsecundis striatis (?— laevibus, minimis, oblongis) acutis, culmo angulato, foliis glabris. *Spreng. Pug.* II. p. 4. PANIC. *agrostidiforme Lam. Illustr.* n. 895. *Enc. meth.* IV. p. 748.

1-2ped., erectum, glabrum, totum foliosum. Folia spithamaea, complicata, glabra, paniculam vaginantia; vaginis ad fissuram ciliatis. Panicula pyramidalis 6-7poll. Rami glabri angulati, ultimi scabri. Pili longi albi ad insertiones florum. Valvula utraque ovata, trinervis, tertia minima uninervis, omnes flavovirides. In *Cayenna?* e *Pensylvania* misit rev. *Mühlenberg. Spreng.*

104. P. *Myuros Lam.*; paniculâ lineari longissimâ, racemulis lateralibus brevissimis strictis, glumis minimis acutis. *Lam. Illustr.* n. 896. *Enc. meth.* IV. p. 748. *Richard Act. Soc. Paris. nat.* p. 106.

Culmus rectus bipedalis et ultra, foliosus, glaber; folia angusta, longiuscula, convoluta; panicula speciem spicae phleoidis gracilis fere pedalis sistit. Valvulae ovato-acutae, striatae, glaberrimae. In *Gujana. Richard* et *Leblond.* An huc? Confer HYMENACHNEN.

105. P. *hirtum*; paniculâ compositâ capillaceâ mediocri, glumis ovato-acutis hirtis, foliis brevibus amplexicaulibus. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 741.

Nullum huic inter PANICA descripta analogum invenimus, et fors non e genere PANICORUM, nam deest valvula tertia. Culmi ramosi, basi radicantes, subdecumbentes, foliosi, sesquiped.; folia ovata aut ovato-lanceolata, basi ciliata 2 poll. long., 6-8 lin. lata; vaginae villosae; panicula mediocris, ramis glabris; rhachis pilosa; glumae parvae, oblique striatae, primum glaberrimae, serius pilosae adeo, ut semina fere Dauci referant, subinde uno latere tantum hispidae, quaedam etiam laeves. In *Cayenne. Martin.* An ANTHENANTIA?

106. P. *amplexicaule Rudge*; foliis basi cordatis, venis valde curvatis, stipulis totis fissis, paniculâ spiciformi longissimâ. *Rudge gujan.* p. 21. t. 27.

Vaginae oblongae tumidulae; folia angusta lanceolata, nonnihil undulata, venosa, acuta, semipedalia et pedalia, superiora recta; panicula pedalis, tres lineas lata, recta, parum flexuosa. Inflorescentia PAPPOPHORI *alopecuroidei* et folia PANICI *plicati* quodammodo habitum referunt. In *Gujana.*

Digitized by Google

107. P. *Bobartii Lam.*; paniculâ compositâ capillaceâ, glumis acutis, foliis hirsutis, supremo spathaceo. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 748. *Moris. Hist.* 3. p. 202. n. 33.

Specimen imperfectum, sed species satis distincta. Folia villosissima, inprimis vaginis, 4-5 lin. lata; panicula glabra; glumae parvae oblongae. — Culmum esse nodis frequentibus, plus minus rectum, fere pedalem. In *America septentr.*

108. P. *altissimum Decand.*; paniculâ compositâ effusâ, floribus obtusis, glumis calycinis unifloris, vaginis glabris. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 84.

Hab.? ⊙. PANICUM *altissimum Horti paris.*, idem est cum P. *maximo Jacquin.*

109. P. *rectum*; paniculâ solitariâ folio terminali breviore: ramis simplicibus flexuosis, glumis alternis pedunculatis obovatis turgidis: valvulis multistriatis acutis, foliis linearibus strictis sensim acutissimis, supra striatis subtus pilosis, vaginis longissime pilosis. P. *strictum Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 69.

Ad ripas fluvii Delaware: in Pensylvania.

110. P. *capense*; paniculâ subsimplici patente flexuosâ, calycibus corollisque hirtis, culmis foliisque glabris. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens. Mss.*

Culmus erectus sesquipedalis articulatus. Folia pro longitudine internodiorum vaginantia [summis longioribus angustioribus] dein erecta adpressa apice setacea. Panicula racemis remotiusculis paucifloris. Pedicelli laxi flexuosi. *Hab. in terra Coranarum prope Jan Bloms fontein.*

111. P. *abludens*; paniculâ subcontractâ strictâ, ramis basi villosis cum ramulis fasciculatis alternis, spiculis ovalibus, calycis univalvis glumâ sulcatâ villosâ, culmo ramoso, foliis linearibus sursum scabris. PANICUM *paradoxum Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Calycis gluma exterior nulla. Flos hermaphroditus exterior glaber, interior neuter, valvulâ exteriore interiorem calycis valvulam mentiente, apice pubescente. In *India orientali. Benj. Heyne.*

112. P. *canescens Roth*; paniculae racemis alternis laxis elongatis secundis simplicibus, pedicellis cum rhachi pilosis, apice fasciculo setarum spiculam muniente terminatis, spiculis ovalibus mucronatis pilosis, calycis glumâ exteriore cor-

Digitized by Google

dato-ovatâ spiculam basi involvente, culmo foliisque villoso canescentibus. *Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Canitie vel solâ suâ facile dignoscitur. In *India orientali.*

113. P. *Isachne Roth*; paniculae secundae contractae ramis alternis secundis bifariam imbricatis subsimplicibus, spiculis pedicellatis ovalibus pilosis, calycis glumâ exteriore minutissimâ cordatâ, culmo repente radicante ramoso ad nodos barbato, foliis lineari-lanceolatis pubescentibus, vaginis pilosis. *Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Cave, ne minimam exteriorem calycis glumam praetervideas, et pro ISACHNE habeas PANICUM hocce. In *India orient. Heyne.*

114. P. *pilosissimum Roth*; paniculis axillaribus setaceis ramosissimis patentibus, pedunculis ramis ramulisque triangularibus elongatis flexuosis unifloris; glumâ exteriore dorso pilosâ, foliis subtus cum vaginis pilosissimis. *Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Folia dorso vaginâque extus pilis longis densissimis exstantibus fuscescentibus. In *Essequebo. Mertens.*

115. P. *Mertensii Roth*; paniculae oblongae ramis strictis simplicibus basi subpubescentibus, omnibus verticillatis, pedunculis geminis valde inaequalibus, calycis glumâ exteriore cordatâ obtusâ spiculam basi obvolvente, foliorum vaginis superne strigosis. *Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Pedunculi laterales uniflori, altero inferiore multo breviore; spicula in breviore pedicello plerumque sterilis, in longiore fertilis, magis ventricosa. In *Essequebo. Mertens.*

116. P. *scaberrimum Lag.*; paniculâ erecto-patente, ramulis trigonis strictis deorsum scaberrimis; glumis bifloris; radice tuberosâ. *Lagasca nov. gen. et spec. diagn.* p. 2. n. 20.

Hab. in nov. Hispania. D. Sessé.

117. P. *Heynii Roth*; paniculae oblongae ramis strictis divisis basi pilosis: infimis verticillatis cum ramulis fasciculatis flexuosis asperis, pedicellis alternis solitariis, calycis glumâ exteriore cordatâ, obtusâ, spiculam involvente, foliis arguto serratis, vaginis margine et ad oras pilosis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Proxime ad P. *Mertensi* accedit, sed characteribus datis satis distinctum. In *India orientali. Heyne.*

Digitized by Google

PANICI *species novae R. Brown, minus cognitae e nova Hollandia.*

Confer *R. Brown Prodr. nov. Holland.* I. p. 189 - 193.

I. *Spica solitaria. Flores nudi nec involucro cincti. Glumae valvula exterior obvia.*

118. P. *rarum;* spicâ rarâ filiformi, floribus subsessilibus glabris distinctis, flosculo hermaphrodito rugoso, culmo ramoso. *R. Brown* l. c p. 189.

Inter tropicum in novae Hollandiae littore orientali et septentr. cum sequentibus hujus sectionis, quas cum? huc retulit *P. de Beauvois.*

119. P. *phleoides;* spicâ cylindraceâ oblongâ, floribus imbricatis ovatis acutis pubescentibus, foliis planis culmoque basi ramoso glabris. *R. Brown* l. c.

Cum praeced. *raro.*

120. P. *myosuroides;* spicâ cylindraceâ, floribus imbricatis ovatis obtusiusculis foliisque glabris planis, culmo repente. *R. Brown* l. c.

Cum *phleoide.*

121. P. *arcuatum;* spicâ cylindraceâ racemosâ, floribus imbricatis oblongis curvatis hispidulis, foliis planis culmoque erecto glabris. *R. Brown* l. c.

Cum *myosuroide.*

II. *Spicae alternae indivisae submuticae.*

122. P. *strictum*; spicis paucifloris subapproximatis, floribus ovalibus obtusis, glumis glabris, flosculo hermaphrodito sericeo, neutro univalvi glabro, foliis involutis, caulinis brevissimis, culmo ramoso. *R. Brown* p. 190. l. c.

Cum? inter PANICA refert *P. de Beauvois*, ut omnia hujus sectionis. *Circa port-Jackson.*

123. P. *gracile;* spicis approximatis paucifloris racemosis, rhachibus apice nudo aristaeformi, floribus subimbricatis ovatis glabris, flosculo hermaphrodito tenuiter rugoso, foliis subinvolutis glabris. *R. Brown* l. c.

Inter tropicum in novae Hollandiae ora orientali et septentrionali.

124. P. *argenteum;* spicis alternis racemosis; rhachi glabrâ; floribus turbinatis truncatis, valvulâ interiore glumae exterioreque flosculi neutrius juxta apicem sericeo-barbatâ, foliis lineari-lanceolatis strictis utrinque tomentosis mollibus, marginibus denticulato-asperis undulatis. *R. Brown* p. 190.

Cum gracili.

Digitized by Google

125. P. *holosericeum;* spicis distinctis, rhachi villosâ, floribus sericeis, glumis acuminatis, exteriore valvulâque aristatâ flosculi neutrius juxta apicem argenteo-barbatis, culmo foliisque villosis, undulatis margine denticulatis. *Rob. Brown* l. c.

Cum argenteo.

126. P. *polyphyllum;* spicis alternis floribusque distinctis glabris muticis, culmo polyphyllo foliisque villosis planis, margine denticulatis asperis. *R. Brown* l. c.

Circa port-Jackson.

III. *Subpaniculata: spicis alternis divisis, floribus muticis.*

127. P. *marginatum;* paniculâ lanceolatâ e spicis divisis, spiculis paucifloris, floribus ovatis acutis, glumis glabris: valvulâ exteriore minutâ enervi, flosculo hermaphrodito sericeo, neutro univalvi, foliis planis glabris marginatis. *R. Brown* l. c.

Cum? inter PANICA refert *P. de Beauvois*, ut sequentia.
Circa port-Jackson.

128. P. *airoides;* paniculâ subeffusâ, floribus ovatis muticis hinc gibbosis acutis glabris, flosculo exteriore masculo hermaphroditum superante, valvulâ inter apicem ciliatâ culmo foliisque glabris planis, collo vaginae barbato. *Rob. Brown* l. c.

Inter tropicum novae Hollandiae in littore orientali et septentrionali.

129. P. *pubigerum;* paniculâ patenti lanceolatâ, ramis strictis parum divisis, pedunculis bifloris, pedicellis inaequalibus, rhachibus glumisque villosis mucronatis, culmis foliisque pubescentibus mollibus, marginibus simplicibus scabris. P. *pubescens R. Brown* l. c. p. 190.

Nomen mutandum erat ob *pubescens* antiquius. *Cum airoide.*

130. P. *foliosum;* paniculâ patente lanceolatâ, ramis strictis parum divisis simplicibusve rhachibus villosis, glumis pubescentibus acutis; foliis lanceolatis undulatis marginatis utrinque pilosis, culmo ramoso. *R. Brown* l. c. p. 191.

Cum pubigero.

131. P. *pauciflorum;* paniculâ simplicissimâ rarâ, ramis patentibus paucifloris, floribus ovalibus acuminatis glabris, foliis linearibus planis vaginisque pilosis. *R. Brown* l. c.

Cum folioso.

Digitized by Google

132. P. *pygmaeum*; paniculâ patenti rarâ e racemis subsimplicibus, rhachibus subflexuosis, floribus ovalibus acutiusculis glabris, foliis lanceolatis ciliatis, culmo repente, ramis adscendentibus pilosis. *R. Brown* l. c.

Circa portum Jackson.

133. P. *minutum*; paniculâ effusâ rarâ, ramis parum divisis paucifloris, rhachibus villosis, floribus obovatis pubescentibus, foliis lato-lanceolatis pilosiusculis, culmo multiplici erectiusculo villoso. *R. Brown* l. c.

Cum airoide.

134. P. *bicolor*; paniculâ lanceolatâ, ramis patentibus strictis, parum divisis, ramulis paucifloris, floribus ovatis acutis glabris, flosculo neutro bivalvi, hermaphrodito glaberrimo nitido, foliis villosiusculis linearibus. *R. Brown* l. c.

Circa port. Jackson.

135. P. *uncinulatum*; paniculâ lanceolatâ, ramis subsimplicibus, floribus ovalibus, glumis pilosis pilis uncinulatis, flosculo hermaphrodito laevi, foliis linearibus culmoque ramoso glabris. *R. Brown* l. c.

Cum minuto.

136. P. *effusum*; paniculâ compositâ patente rarâ capillari, ramulis pedicellisque flexuosis, floribus acutis glabris, foliis vaginisque pilosis scabris, geniculorum barbâ patente. *R. Brown* l. c.

Cum uncinulato.

137. P. *decompositum*; paniculâ decompositâ patenti capillari, floribus acutis nudis, foliis vaginisque glabris geniculis imberbibus. *R. Brown* l. c.

Cum effuso.

IV. *Spicae alternae vel confertae, floribus alternis.*

138. P. *semialatum*; spicis 2-4 digitatis, rhacheos flexuosae dentibus 3-5floris, glumis acuminatis, interiore marginatâ ciliatâ, flosculo hermaphrodito breviter aristato, foliis glabriusculis, vaginis infimis sericeis, geniculis barbatis. *R. Brown* l. c. p. 192.

P. de Beauvois cum? PANICIS inseruit, et, cum cls. *Brown* moneat, proximum esse *cimicino*, idemque post *Crus galli* ponat, diversi omnino videtur generis. *Cum decomposito.*

V. *Spicae fasciculatae subdigitatae; floribus muticis.*

139. P. *parviflorum*; spicis alternis approximatis filiformibus, inferioribus compositis, floribus imberbibus, glumae

Digitized by Google

valvulâ exteriore ovato-lanceolatâ uninervi, interiore longitudine floris, foliis linearibus. *R. Brown* l. c.

Circa port. Jackson.

140. P. *striatum;* spicis pluribus approximatis indivisis filiformibus, floribus ovalibus glabriusculis, glumae valvulâ exteriore enervi obsoletâ, interiore longitudine floris marginibus pubescentibus, foliis linearibus glabris. *R. Brown* l. c. p. 192.

Cum parviflore.

141. P. *radiatum;* spicis numerosis approximatis alternis indivisis raris divaricatis, floribus imberbibus, valvulâ exteriore glumae enervi obtusâ, interiore flore breviore, foliis pubescentibus. *R. Brown* l. c. p. 192.

Cum striato.

Obs. De PANICO *ciliari R. Brown*, quod in *Prodr. nov. Holl.* hoc sequitur, et quod inter PANICA cum? retulit *P. de Beauv.* confer notam ad DIGITARIAM *ciliarem.*

142. P. *divaricatissimum;* spicis 6-10 subdigitatis elongatis raris divaricatissimis, floribus lanceolatis, glumae valvulâ exteriore minutissimâ enervi, interiore flore breviore, exterioreque flosculi neutrius margine lanatis, foliis planis linearibus vaginisque glabris. *R. Brown* l. c. p. 192.

Circa port. Jackson et inter tropicum.

143. P. *Brownii;* spicis 2-8 approximatis alternis filiformibus, floribus distinctis acutis, glumae valvulâ exteriore minutâ glabrâ, interiore longitudine floris flosculique neutrius exteriore lanatis, disco nudiusculo, foliis linearibus glabris. PANICUM *villosum R. Brown* l. c. p. 192.

Nomen mutandum ob *villosum* antiquius *Lamarckii*, nec aliud facile in PANICIS a vestitu petendum. *Inter tropicum in novae Hollandiae littore orientali et septentr.*

VI. *Spicatae, spicis digitatis fasciculatis solitariisve, valvulâ exteriore glumae obsoletissimâ vel nullâ.*

144. P. *papposum;* spicis plurimis semiverticillatis filiformibus raris divaricatis, floribus lanâ copiosâ patulâ tectis; glumâ univalvi. *R. Brown* l. c. p 192.

Inter tropicum in novae Hollandiae littore orientali et septentrionali.

145. P. *tenuiflorum;* spicis 2-3 digitatis filiformibus modice patentibus, floribus subimbricatis ovalibus, glumae valvulâ exteriore obsoletissimâ, interiore flosculique neutrius exteriore lanâ brevi adpressâ, foliis planis glabris, vaginis

Digitized by Google

pubescentibus, ligulâ imberbi subincisâ. *R. Brown* l. c. p. 193.

Cum papposo.

146. P. *propinquum;* spicis 2-3 digitatis filiformibus modice patentibus, floribus subimbricatis ovalibus, glumâ univalvi flosculique neutrius valvulâ exteriore lanâ appressâ brevi, foliis planiusculis, vaginis infimis pubescentibus, ligulâ imberbi subincisâ culmo repente. *R. Brown* l. c. p. 193.

Cum tenuiflore.

147. P. *gibbosum;* spicâ solitariâ filiformi, floribus subimbricatis acutis, glumâ univalvi flore breviore flosculoque neutro univalvi barbatis pilis strictis, hermaphroditi valvulâ exteriore basi gibbosâ, culmo erecto, foliis glabris, collo vaginae barbato. *R. Brown* l. c. p. 193.

Cum propinquo.

VII. *Flosculus exterior masculus, interior foemineus minor. Rhacheos apex nudus aristaeformis. Aquatica, culmo repente.*

148. P. *paradoxum;* spicâ simplici racemosâ erectâ, pedicellis juxta apicem intus aristâ florem acuminatum glabrum superante, culmo foliisque glabris. *Rob. Brown* l. c. p. 193.

Circa portum Jackson.

149. P. *spinescens;* paniculâ patente lanceolatâ e spicis alternis indivisis raris, floribus lanceolatis acuminatis semicoloratis foliisque glabris planis, vaginis retrorsum laeviusculis. *R. Brown* l. c. p. 193.

Cum paradoxo.

PANICA *nova Humboldti* et *Bonpland.**

I. *Spica solitaria, spiculis solitariis, distichis.*

150. P. *rottboellioides;* culmo erecto nodisque glabris; foliis pubescentibus; spicâ solitariâ, spiculis distichis, glumis sericeo-pilosis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 96. t. 32.

---

* Cum locus, quô inserendae sint hae species, indicatus non sit ab auctoribus, aptius visum est eâdem, quâ ab auctore dispositae sunt serie, eas proponere, quam non suo loco inserere, quod in PANICIS illi, qui non suis oculis ea viderat, facile accidit. Illa, quorum affinitas data, suo loco posuimus. *P. de Beauvois* PANICI species sequente schemate disponit;

Digitized by Google

Gramen elegans. Rad. fibrosa. Culmus ramosus glaber; folia linearia, rigida; vaginae glabrae, ligula abbreviata truncata fimbriata. Spica gracilis, tripoll., et longior. Spiculae brevissime pedicellatae, alternae, bifariam imbricatae. Rhachis flexuosa glabra subtriquetra. Glumae flavidae inaequales, inferior brevior obtusa. uninervia, superior trinervia. Gluma corollina flosculi neutrius unica, hermaphroditi binae flavidae. In *humidis ad ripas Orinoci inter Maypures et montem Sipapo.* 4.

II. *Spicâ solitaria, spiculis geminis unilateralibus.*

151. P. *monostachyum H.* et *B.*; culmo erecto glabro nodis foliisque hirsutis; spicis solitariis aut geminis; spiculis quadriseriatis; glumis glabris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 96.

Rad. fibrosa. Culmus 1-3ped., triqueter, nodos pubescentes versus pilosus. Folia linearia acuminata basi rotundata, plana, ciliata; vaginae glabrae, inferiores pilosae, ciliatae. Ligula brevissima, pilosa. Spicae longissime pedunculatae, 2-5poll.; pedunculj pedales, triquetri, scabri, involuti squamâ lineari, membranaceâ, fuscescente, iisdem duplo breviore. Spiculae unilaterales, breviter pedicellatae. Rhachis dilatata, canaliculata, glabra, vix lineam lata. Glumae ovatae obtusae concavae virentes, inferior subquadrinervis, superior uninervis. Hermaphroditi glumae corollinae duae, masculi unica. In *sylvis Orinoci juxta S. Fernando de Atabapo, ripem Aricagua.* 4.

---

§. 1. Axis paniculatus, paniculâ compositâ aut subsimplici.
- α. glumâ inferiore minutissima:
  - a. valvulis corollae glabris,
  - b. — — punctatis,
  - c. — — transverso-striatis.
- β. glumis subaequalibus acutis:
  - a. b. c. ut supra.

§. 2. Axis spicatus, spicâ compositâ, spiculis alternis, locustis unilateralibus.
- α. a. b. c. } ut supra.
- β. a. b. c. }

Schema hocce lubentissime fuissemus secuti, si per imperfectam et mancam, quam de plurimis hujus generis speciebus possidemus descriptionem licuisset, et per arbitrarium terminorum botanicorum usum. Sic, ut exemplo utamur, in *nov. Gen. et Spec. pl.* PANICUM *obtusum* affine dicitur PANICO *colonum;* attamen in hoc spicae, in illo *obtuso* panicula simplex. Jam vero nisi hanc affinitatem indicasset *Kunth*, quis quaesumus species hasce sibi affines non remotissimo, quoad inflorescentiam, disposuisset loco? Valvularum corollae superficies rarissime ab auctoribus describitur! Quid quod de genere dissentiant auctores!

Digitized by Google

III. *Spicis verticillatis, fasciculatis, aut paniculatis.* DIGITARIAE *plurimae.*

152. P. *adscendens;* culmo repente; ramis adscendentibus glabris; nodis pilosis; foliis scaberrimis; spicis subdenis verticillatis; spiculis subquadriseriatis; glumis piloso-ciliatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 97.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi, ramosi, ramis 1/2-1ped. Folia linearia acuminata plana, interdum pilosa. Ligula elongata, obtusa. Spicae 9-10, 2-4poll., rectae, inferiores distantes oppositae, saepius verticillatae, sessiles, patentes. Rhachis communis triquetra, glabra, 1/2-1poll.; partiales compressae, submembranaceae, margine scabrae. Spiculae unilaterales geminae, altera sessilis, altera pedicellata. Gluma inferior minima, superior trinervia. Masculi corolla uniglumis, glumâ ciliato-lanatâ; hermaphroditi biglumis, glumis punctato-scabris, albidis glabris. Antherae et stigmata rubra. In *nova Andalusia prope Camanucoa, in Peruvia ad maris littora prope Guayaquil et Santa; in Nova Hispania juxta Zelaya et Queretaro.* 4.

Post MONACHNEN s. MILIUM *villosum* et ante HYMENACHNEN s. PANICUM *myurus* posuerunt auctores citati.

IV. *Paniculae spiculis conglomeratis:*

153. P. *decolorans;* culmis nodisque glabris; foliis margine scabris; paniculâ ramosâ ramis alternis subfastigiatis; spiculis geminis ovatis acutis; glumis inaequalibus glabris; flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 100.

Culmi erecti, quadriped., simplices, teretes; folia linearia, plana, glabra, ut vaginae purpurascentes margine ciliatae. Ligulae margo ciliatus. Panicula 8-9poll., rhachi ramisque triquetris scabris; spicula altera longe, altera breviter pedicellata, ovatae, acutae. Glumae calycinae virentes glabrae striatae, superior inferiore duplo longior. In neutro gluma corollina inferior magnitudine, formâ et colore glumae calycinae superioris, superior vero minima; in hermaphrodito superior brevior, utraque acutiuscula fuscescens nitida, glabra. In *temperatis apricis regni Mexicani prope Queretaro.* 4.

V. *Panicula spiculis sparsis.*

154. P. *divergens;* culmis ramosis foliisque glabris linearilanceolatis serrulato-ciliatis; paniculâ ramosâ subverticillatâ ramis divaricatis glabris; spiculis obovatis obtusis; glumis inaequalibus puberulis; flore neutro uniglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 102.

Culmus erectus teres striatus, nodis glabriusculis; folia acuminata, basi rotundata glabriuscula nitida; vaginae striatae glabrae,

Digitized by Google

margine lanato-ciliatae. Ligula brevissima ciliata. Panicula 5-6poll., pauciflora, ramis patentibus angulatis subflexuosis glabris. Rhachis subflexuosa, triquetra, glabra; glumae calycinae virentes puberulae, inferior minima ovata, superior obovata, obtusa, striata, longitudine floris hermaphroditi; gluma corollina floris neutrius simillima calycinae majori, corollinae hermaphroditi obovatae, albidae, nitidae, glabrae. In *pascuis prope Chillo, Sangolqui et Conocoto regni Quitensis.* 2.

155. P. *olyroides;* culmis ramosis? glabris; foliis linearibus subtus pilosis integerrimis; panicula ramosa, ramis alternis oppositisque glabris subfastigiatis?; spiculis ovatis acuminatis; glumis inaequalibus acuminatis glabris; flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 102.

Species elegantissima, OLYRAE similis. Culmus biped. et ultra; nodi glabri; folia acuminata, exsiccatione subconvoluta striata, supra glabra, rigida. Vaginae striatae glabrae, apicem versus pilosae; ligula brevissima ciliata; panicula diffusa pedalis, ramis compressis paucifloris, ramulis flexuosis pilosis. Rhachis triquetra scabriuscula. Spiculae in apice ramulorum solitariae. Glumae calycinae ovatae acuminato-subulatae membranaceae striatae fuscae, superior duplo longior, cujus formâ, colore et magnitudine gluma corollina inferior floris neutrius, superior vero lineari-lanceolata, duplo brevior. Glumae corollinae hermaphroditi aequales, albidae, basi pilosae, neutro breviores. In *aridis incultis novae Andalusiae, in declivibus Impossible.* 2.

156. P. *aturense*; culmis simplicibus glabris; foliis lanceolatis interne pilosis, margine ciliatis; paniculâ simplici coarctatâ ramis alternis glabris; spiculis oblongo-lanceolatis, acuminatis, glumis subaequalibus glabris, flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 103. t. 33.

Culmus erectus 11/2-sped., triqueter; nodi pilosi; folia acuminata, basi rotundata, plana, striato-venosa; vaginae glabrae, margine ciliatae, nodos subaequantes. Panicula oblonga, bipoll., et ultra, ramis subadpressis. Rhachis flexuosa glabra. Glumae calycinae oblongo-lanceolatae trinerviae virides, inferior paullo longior. Glumae corollinae neutrius membranaceae, inferior trinervis, longitudine et formâ calycis, viridis; superior duplo brevior et angustior, albida; hermaphroditi subaequales, oblongae acuminatae subcoriaceae glabrae, albidae. *Ad catarrhactas Aturenses Orinoci.* 2.

157. P. *glaucescens;* culmis simplicibus nodisque glabris; foliis lineari-lanceolatis subtus scabris glaucescentibus margine cartilagineo-serrulatis; vaginis dorso pilosis; paniculâ ramosissimâ, ramis alternis pilosiusculis; spiculis subglobosis; glumis apice pilosis; flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 104.

Digitized by Google

Culmus erectus, glaber; folia acuminata, basi rotundata, plana, striata, supra glabriuscula, viridia; vaginae pilosae aut glabrae, apicem versus ciliatae, ut ligula brevissima. Panicula ovata diffusa tripollicaris, ramis patulis rhachique pilis sparsis. Spiculae semine papaveris paullo majoris. Glumae calycinae aequales ovatae obtusae flavidae, longitudine hermaphroditi, cujus glumae corollinae albidae glabrae nitidae, inferior ovata, obtusiuscula. Neuter simillimus hermaphrodito. In *planis apertis Novae Andalusiae et in excelsis Andium prope Pasto.* 4.

Quid: 158. P. *fugax Koenig*; culmo decumbente, paniculis celerrime marcidis. *Koenig Naturf.* 23. p. 209. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 162.?

159. P. *speciosum Walt.*; paniculâ elongatâ erectâ geniculatâ, ramis verticillatis simplicibus brevibus, floribus solitariis subsessilibus. *Walt. carol.* p. 73. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 162.

160. P. *turgidum*; paniculae spiculis obesis bifloris polygamis, foliorum vaginis longis ad dichotomias ventricosis, caule fruticoso. *Forsk. Fl. aegypt. arab.* p. 18. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 160. An PANIC. *turgidum Descript. de l'Egypte* t. 9.

Frutex facie JUNCI; folia sesquipoll. plana involuta; vaginae longae. In *Arabia.*

161. P. *caffrorum*; paniculâ verticillatim ramosâ, corollis nullis, nectariis villoso laceris. *Retz Obs. bot.* II. p. 7. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 163.

Anne HOLCUS *Caffrorum*? *Willdenow* non recepit. *Retzius* addit: Facies HOLCI. Cal. Panici inversus. Rad. annua fibrosa. Culmus erectus 3-4ped., farctus, tectus vaginis foliorum, geniculis tumidis. Folia sesquipedalia patentia, sesqui-poll. lata, subsecunda, glabra, margine scabra. Vaginae non raro farinâ albâ farctae. Paniculae rami patentes. Cal. ex albo-hyalinus, cartilagineus, hirsutus, triglumis — Videtur SORGHUM *caffrorum*, sed a nemine ad illum vocatur et ab omnibus negligitur.

Ad PANICA referenda esse ob glumam bifloram, valvulam exteriorem minutam: 1. SACCHARUM *Teneriffae.* 2. SORGHUM *serratum*, monet *R. Brown.*

261. PARACTAENUM.

1. P. *novae Hollandiae P. de Beauv. Agrostogr.* p. 47. t. X. f. 6. p. 47.

Axis mucronatus, et quasi in spinulam terminatus; ligula sericea, barbata. An CHAMAERAPHIS *R. Brown.*

262. ANTHENANTIA.

1. A. *villosa P. de Beauv.*; paniculâ multiflorâ strictâ, floribus obovatis, valvis exterioribus dense villosis. PHALARIS? *villosa Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 43. PANICUM *hirticalycinum Bosc.*

Valvulae exteriores dense villosae. In *sylvis Carolinae.*

Obs. An huc PANICUM *hirtum Lam.*?

263. HYMENACHNE.

1. H. *myuros P. de Beauvois Agrost. nouv.* p. 49. t. X. f. 8. AGROSTIS *myuros Lam.* teste *P. de Beauv.* et AGROSTIS *monostachya Poiret.* spicâ solitariâ compositâ longissimâ; floribus sessilibus; glumis acutis; foliis latissimis arundinaceis. *Enc. meth. Suppl.* I. p. 256. AGROSTIS *alopecuroides Vahl.* PANICUM *myuros Lam. Illustr.* I. p. 172? certe *Humb.* et *Bonpl.*: culmo erecto ramoso nodisque glabris, foliis margine scabris, spicis numerosissimis paniculatim congestis, spiculis fasciculatis, glumis acuminato-subulatis glabris. *Nov. gener.* et *spec.* I. p. 98.

Culmi recti, praealti, (4-6ped.) superne angulosi scabri, saepe rubri, foliis longis (4-6poll.) vestiti, similibus illis DONACIS, glabris, bipollic. latis. Panicula spicaeformis, recta, pedalis (8-10poll.) et ultra, ramis brevibus adpressis. Flores viridiflavescentes, glumis calycinis corollâ longioribus, mucrone brevi aristaeformi, exterior parum longior. (Stigmata viridia). *Poiret.* In *Porto-Ricco. Riedlé, in ripa fluminis Magdalenae juxta Mompox, et in Jorullo.* 2.*

264. MONACHNE.

1. * M. *unilateralis P. de Beauv.*; culmo erecto nodisque glabris; foliis scabris, subtus glaucescentibus; spicis numerosissimis verticillatis subfastigiatis; spiculis geminis glumâ superiore calycinâ externe villosâ. PANICUM *leucophaeum Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 97. MILIUM *villosum Swartz Prodr.* 24. *Obs.* 32. et 383. *Willd. Spec. pl.* I. p. 361. ANDROPOGON *insularis Linn. Spec.* 1480. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 407. *Sloane jam. Hist.* I. t. 14. f. 2. β. BOBARTIA spicis capitatis, involucro majori folioso tectis. *Brown jam.* 129. γ. var. monstrosa. SCHOENUS

* In *Nov. gen.* et *spec.* huc ducitur sine dubio PANICUM *myuros Lam.*, sed cls. *Poiret* illud non pro synonymo AGROSTIDIS *monostachyae* habet, et certe nec definitio nec descriptio convenit PANICI *Myuri Lam.* et PANICI *Myuri Humb.* et *Bonpl.* AGROSTIDEM *Myuron Lam.*, quam *P. de Beauv.* adducit, non invenimus: nec AGROST. *alopecuroidem Vahl.*

Digitized by Google

Fabri Rottb. An Panicum *lanatum Rottb. Act. hafn.* 1778 t. I. f. 2. In tabula Miliis inseruit *P. de Beauv.*

Culmus, sexped. Folia linearia acuminata utrinque margineque scabra; vaginae laxae pilosae; ligula abbreviata rotundata. Spicae, aut si mavis, panicula simplex subpedalis, ramis erectiusculis triquetris scabris. Rhachis angulata scabriuscula. Spiculae pedicellatae; gluma calycina inferior brevissima subrotunda, tenuissime membranacea glabra, superior ovato-lanceolata acuminata, binervis, hermaphrodito paullo longior. Sterilis gluma corollina una, magnitudine et figurâ calycinae superioris, pilis longis sericeis fuscis; hermaphroditi corollinae duae subaequales lanceolatae coriaceae glabrae punctato-scabrae nitidae fuscae. In *temperatis novae Andalusiae prope coenobium caripense; in calidis novae Granatae, ad confluentem flum. Magdalenae et Rio de la Miel; in Jamaica et interioribus prom. b. spei.* 4.

2. M. *racemosa P. de Beauv.;* paniculâ angustatâ muticâ, foliis involuto-subulatis, culmo basi repente stolonifero. Saccharum *reptans Lam. Illustr.* n. 770. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 69.

Folia glabra, elongata. Flores sat magni; valvulae calycinae ovatae acutae tectae pilis sericeis splendentibus numerosissimis, ut corollae valvulae. In *Montevideo. Commerson.*

265. STREPTOSTACHYS.

1. S. *hirsuta de Beauv.;* foliis lato-lanceolatis vaginisque pilosis; paniculâ sessili ramis elongatis. S. *aspera Desv. Journ. d. Bot.* 1813. p. 73.

Folia non aspera esse cls. *P. de Beauvois*, sed pilis longis, rigidis tecta. In *America aequinoctiali.*

266. DIGITARIA.

1. * D. *sanguinalis Scop.;* spicis digitatis erecto-patulis subquaternis, foliis vaginisque subpilosis, flosculis oblongis margine pubescentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 92. *Scop. Carn.* n. 72. *Koel. Gram.* p. 23. Digitaria *sanguinaria Wigg.* p. 6. *Hall. helv. Hist.* n. 1526. Dactylon *sanguinale Vill.* II. p. 69. *Allion.* t. II. p. 239. Panicum *sanguinale Linn. Sp. Pl.* p. 84. *Willd. Spec.* I. p. 342. *Smith Fl. brit.* I. p. 66. *Engl. bot.* t. 849. *Gaud. Agr.* I. p. 21. *Curt. lond.* Fasc. IV. t. 7. *Mart. Fl. rust.* t. 78. *Schreb. Gram.* 119. t. 16. *Host Gram. austr.* II. t. 17. Panicum *sanguineum Desm.* apud *P. de Beauv.* Paspalum *sanguinale Cavan. descr.* et *Poiret Enc. meth.* V. p. 33. Phalaris *velutina Forsk. Descr.* 17. n. 55. Syntherisma *vulgare Schrad. Fl. germ.* I. p. 161. Sanguinella *Gleichen* t. 8. Variare foliis longis et

ed by Googl

brevibus sublanceolatis *Pers. Syn.* I. p. 85, culmis foliisque purpurascentibus *Schrad.*

Habitus P. *ciliaris*, sed omnibus partibus plerumque minor, folia vaginaeque punctatae minus pilosa, pauciora, saepius undulata, nodi culmi saepe villosi; ligula brevissima subtruncata fusca; spicae saepe pauciores, 4-6, raro 8, 1½-4pollicares; gluma calycina major 3-5nervis, ad oras tantum pubescens, nec ciliata. Valvulae duae valde inaequales, spicae basi interiore glabrae. In *Europae*, *Asiae*, *Americae cultis*. ⊙.

2. D. *bicornis;* spicis geminis longis subfiliformibus, flosculis conjugatis, altero pedunculato; glumâ exteriore apice ciliatâ. PASP. *bicornis Lam. Illustr.* n. 935. *Poir. Enc. meth.* V. p. 29. Esse speciem maxime affinem PANICO s. DIGITARIAE *sanguinali, Flügge Pasp.* p. 200.

Culmi graciles; folia (in exemplari desunt); spicae divaricatae; valvulae calycis oblongae angustae; rhachis flexuosa, subspiralis, unde flores minus secundi. *Ex India orientali Sonnerat.*

3. D. *adpressa Pers.;* spicis pluribus sessilibus alternis adpressis; floribus ovatis acuminatis bifariis. *Pers. Syn.* I. p. 85. et PANICUM *paspaloides ibid.* p. 81. PASPALUS *adpressus Lam. Illustr.* I. p. 176. qui certo PANICUM *brizoides Lam.* l. c. p. 170. *Enc. meth.* IV. p. 740. (Maxime affinis D. *sanguinali* monente *Flügge Monogr.* p. 200. PASPALUM refert.)

Pedalis et sesquipedalis; culmus glaber, foliosus, nodis inferioribus approximatis, rufo-fuscis. Folia graminea glabra, tres lin. lata, inferiora breviora convoluta. Spicae 5-10, inferiores longiores pollicares; flosculi unilaterales glabri, subinde submucronati, valvulâ tertiâ manifestâ. In *insula Franciae. Commerson.*

Obs. Varietatem? habemus P. *brizoidis Lam.* e Porto-rico nobiscum a bo. *Ventenat* communicatam, in quam exactissime quadrat descriptio *Lamarckiana Enc. meth.* IV. p. 740. *n.* 14. sed flores seriebus 4, nec 2 dispositi, et spiculae inferiores vix pollicares. Folia sub paniculâ duo stricta, eâdem duplo longiora.

4. D. *affinis;* spicis linearibus muticis alternis appressis sessilibus, glumis ovatis glabris secundis biserialibus, culmo ad paniculam usque vaginis abscondito imbricatis.

Magna cum BRIZOIDE *Lam.*, praesertim quoad inflorescentiam, affinitas; sed differt culmo vix semipedali ramoso, nodis copiosissimis (12 in plantula quinquepollicari numeravimus); vaginis compressis laxis latis striatis glaberrimis, ad foliorum ortum contracto-attenuatis; ligulae loco callo fuscescente; foliis linearibus acutis patentibus glaberrimis, inferioribus 2-3pollicaribus, planis, 2 lineas circiter latis, superioribus complicatis pollicaribus; panicula in nostro specimine sesquipollicaris, spi-

Digitized by Google

culae 5, semipollicares, terminali duplo fere longiore. Rhachis universalis et partialis linearis, sulcato-angulata, glaberrima. Pedicelli brevissimi. Flosculi ovati acuti parvi e viridi purpurascentes. Cal. glumae glaberrimae, interiores aequales, altera plana trinervis, altera convexa, quinquenervis; illi incumbit valvula tertia extima tenuissima, truncata, ad medium fere usque valvulae ascendens. In *Santa Fé de Bogota.* Ab amiciss. *Zea* nobiscum communicata.

5. D. *Rottleri;* spicis geminatis, calycibus ciliatis adpressis, corollis hirsutis, culmo ramoso radicante. PANICUM *appressum Willd. Act. am. n. c. Berol.* IV. p. 193.

Simile PASPALO; culmus procumbens, geniculis radicans. *Röttler.* In *oryzetis Ind. or.* 2.

Obs. An huc PANICUM *adpressum Forsk.* caule ramoso antheris purpurascentibus. *Forsk. aegypt. Vitman Summ.* p. 170. — Culmus longe repens in arenae superficie?

6. D. *aegyptiaca Willd.;* spicis digitatis erectis subsenis, foliis vaginisque pilosis, flosculis oblongis acutis glabris. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 93. PANICUM *aegyptiacum Retz Obs.* III. p. 8. *Willd. Spec.* I. p. 343. P. *filiforme Jacq. Obs.* III. p. 8. t. 30.

Culmus 1-2ped., folia 5-7 poll. longa utrinque pilosa, vaginae longius densiusque. Spicae subdigitatae, longae lineares; rhachis plana, membranacea, flexuosa, flosculis geminis altero pedicello triplo longiori. In *Pannonia, Oriente, Aegypto, America.* ⊙.

7. D. *glabra;* spicis digitatis patulis subquaternis (3-6), foliis vaginisque glabris, flosculis ovatis margine nudis. DIGITARIA *humifusa. Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 93. *Pers. Syn.* I. p. 85. DIG. *procumbens Hortul.* DIG. *filiformis Koel. Gram.* p. 26. PANICUM *glabrum;* racemis spicatis subgeminis, basi interne nodosis; spiculis ovatis, paleis subaequalibus *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 22. PANICUM *arenarium Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 52. β. spicis geminis. PANICUM *distichum Gaud.* PAN. *sanguinale Pollich. palat.* n. 60. *Leers Fl. herborn.* n. 42. t. 2. f. 6. PAN. *lineare Krock. Siles.* n. 98. PAN. *Ischaemum Schreb.* in *Schweigg. Fl. Erlang.* p. 16. SYNTHERISMA *glabrum Schrad. Fl. germ.* I. p. 163. t. 3. f. 6. PASPALUM *ambiguum Decand. Flor. franç.* n. 1505. PASP. *Dactylon Lam. Illustr.* n. 937. (excl. syn.).

Praecedenti, magis *sanguinali*, quam *ciliari*, affinis; omnibus partibus tenuior, humilior; culmi declinati, folia vaginaeque vix unquam pilo aspersa, margine minus scabra; ligula brevis obtusa, spicae pauciores, 1-3, minores, 1-2poll.; nodulo plerumque purpureo et flosculis violaceis, magis ovatis, glumâ exteriore quinquenervi atropurpureâ interiorem aequante tri-

Digitized by Google

nervem. Cor. maturo semine atropurpurea. Semen minus oblongum. In *cultis et incultis Europae a Baltico ad Mediterraneum et in Caucaso.* Haec in *Suecia* occurrit, non vero *sanguinalis.* ⊙.

8. D. *pilosa Mich.*; foliis vaginisque pilosis, spicis subgeminis, flosculis geminis glabris. *Sprengel* in *Mém. de l'Acad. de Petersb.* 1810. T. II. p. 289. t. IV. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 45. *Pursh Fl. Amer. Sept* I. p. 69. DIG. *villosa Pers. Syn.* I. p. 85. SYNTHERISMA *villosa Walt. carol.* p. 77. PASPAL. *debile Lam. Enc. meth.* V. p. 34.

Semipedalis, erecta, culmo basi vaginis tecto; folia lineari-lanceolata, basi inprimis pilosa, patentia; vaginae superiores glabrae, ligulâ subnullâ. Flosculus alter pedicellatus. Cal. trivalvis, valvulâ tertiâ minimâ. In *sylvis Georgiae et Carolinae.* ⊙. Confer PASPALUM *filiforme.*

9. D. *paspalodes Mich.*; culmis repentibus patulis, foliis recte patentibus vaginarumque glabrarum collo villosis, spicis geminis subuncialibus basi subvillosis, rhachi latiusculâ glabellâ, floribus solitariis, bifariam imbricatis glabriusculis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 46. *Pers. Syn.* I. p. 85. PASPALUM *supinum Bosc* in *Lam. Enc. meth.* V. p. 29. fide *Purshii.*

In *Americae pascuis aridis juxta Charlestown, et in Virginia.* ⊙. Affinis P. *distachyo Linn.*

10. D. *foliosa Lag.*; spicis geminis glabris, floribus solitariis pedicellatis culmo repente folioso; ligulis longe ciliatis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 58.

Gluma bivalvis, valvulis acutis aequalibus, tertia nulla. Folia glabra laevia, nec ad vaginarum os pilosa. Pedicelli ad lentem villosuli. Hinc diversa a D. *distachya* et *Paspaloide Pers.*, quibus valde affinis. *Lagasc. l. c.* In *Havanna. Boldo.* 2.

11. D. *ciliaris*; spicis digitatis suboctonis erecto-patulis, foliis vaginisque pilosis, flosculis lanceolatis ciliatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 93. *Pers. Syn.* I. p. 85. *Koel. Gram.* p. 27. PANICUM *ciliare Retz Obs.* IV. p. 16? *Willd. Spec.* I. p. 344? *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 24. *Host Gram. austr.* IV. t. 15. PANICUM *ciliatum Maerckl. Act. soc. bot. ratisb.* I. p. 332. (excl. syn.). PASPAL. *ciliare Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 250. n. 1504 a. SYNTHERISMA *ciliare Schrad. Fl. germ.* I. p. 160. t. 3. f. 7. β. PANICUM *aegyptiacum M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 51. Variat et culmo foliisque purpurascentibus.

Culmi cespitosi, 1-1½pedales, subteretes, glabri, basi procumbentes, et geniculis inferioribus radicantes. Folia lineari-lanceolata, acuta, subseptemnervia, plana, inferiora breviora.

Digitized by Google

Vaginae laxae compressae, punctulis flavis, pilis horizontalibus. Ligula obtusa. Racemi spicati 5-11, subumbellati, demum patentes. Rhachis partialis margine hispida, altero latere plana. Pedicelli breves hispidi, lateri exteriori rhacheos ad costam elevatam inserti, biflori, flosculo altero subsessili, utroque rhachi appresso, virente plerumque. Glumae valde inaequales: exterior major oblonga acuta, longitudine corollae, nervis 5-7 ut plurimum scabris, margine ciliata, pubescens; interior quadruplo minor, ovato-lanceolata, 2-3nervis, pilosa, ciliata; gluma tertia ad basin majoris exigua, enervis, glabra. Cor. cartilaginea, tenuissime striata. Differt, habitu proceriore, ciliis densissimis brevioribus gracilioribus patentissimis. In *arenosis Europae australis et in Oriente, Java?* ⊙.

12. D. *nervosa;* spicis subdigitatis erectis filiformibus; rhachi flexuosâ serrulatâ, dentibus bifloris, altero sessili, altero pedicellato; valvulâ exteriore 3-5nervi. PANICUM *nervosum Rottler* ap. *Willd. Act. am. Nat. cur. berol.* IV. p. 194.

P. *ciliari* proximum. *Semina ex capite b. spei in hortum gubernatoris Madras venere.*

13. D. *distachya;* spicis subternis secundis laevibus, foliis planis brevibus margine scabris *Pers. Syn.* I. p. 85. PANICUM *distachyon Linn. Mant.* p. 138. *Retz Obs.* III. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 345. *Lam. Illustr.* t. 43. f. 2.

Culmi subramosi, pedales, angustiores; folia graminea brevia. Spicae subaequales. Flores gemino ordine longitudinali ad rhachin sessiles mutici ovati laeves. Antherae flavae. Pistilla plumosa purpurea. Facies PASPALI *distichi*, sed folia lanceolata plana, nec setacea involuta; flores acutiusculi, nec mucronati; calycis valvula accessoria brevis, quae nulla in PASPALO; flos ovatus convexus, nec compressus. Pedunculus superne pubescens, nec laevis. Saepe spicae 3, immo 4 adsunt. *Retz l. c.* In *India orient. Koenig. Sonnerat.*

14. D. *barbata Willd.*; spicis geminatis erecto-patulis, calycibus margine subpubescentibus, corollis setoso-hirsutis, foliis vaginisque glabris, culmis diffusis repentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 90.

In *India orientali.*

15. D. *didactyla Willd.;* spicis geminatis ternisve erectis, calycibus lanceolatis pubescentibus, foliis vaginisque glabris. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 91.

In *Insula Borboniae. Bory de St. Vincent.*

16. D. *biformis Willd.;* spicis digitatis subsenis, calycibus lanceolatis glabris, corollis setoso-ciliatis, foliis glabris, vaginis margine ciliatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 92.

Digitized by Google

Culmi in nostris exemplaribus sine radice dodrantales pedales, adscendentes, teretes, glaberrimi; folia caulina lineari-lanceolata, bipollicaria, 2-3 lin. lata, basi pilis aliquot margine subundulata; vaginae glabrae striatae, ore pilosae et basi pilis reflexis. Spicae erecto-patentes, 2-4 poll longae. Rhachis partialis linearis flexuosa membranacea glabra, margine hispidula, altero latere lineâ longitudinali elevatâ. Pedicelli breves alterni sub lente hispidi, more congenerum inserti. Flosculi in parte concava rhacheos, appressi; calycis valvula extima minima, exterior major oblongo-lanceolata, convexa, trinervis, nervis glabris elevatis; interior aequalis, angustior, plana, medio sulco excavato. Cor. valvulae hispido-pilosae, unde, valvulis calycis deciduis, biformis, glabra et hispida. In *Insula Mauritii et Borboniae. Bory de St. Vincent;* nostrum ex *Teneriffa* a clo. Ventenat.

17. D. *horizontalis Willd.;* spicis verticillato-paniculatis horizontalibus, flosculis lanceolatis margine pubescentibus, foliis vaginisque pilosis, culmis ascendentibus basi radicantibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 92. SCHISMUS *fasciculatus Pal. de Beauv.* (fide *Balbis. Cat. taur.*).

„Spicae filiformes, in specimine meo ternato-verticillatae." *Willd.* In *S. Domingo.*

18. D. *setigera Roth;* spicis verticillato-pedunculatis patentibus, rhachibus setigeris, spiculis lanceolatis margine pubescentibus, foliis vaginisque pilosis. *Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Anne *horizontalis* β, paniculâ densiore? At setarum nulla mentio apud *Willd. l. c.* Spicae 4, infimae verticillatae, reliquae alternae. In *India orientali. Benj. Heyne.*

19. * D. *malabarica;* paniculae ramis simplicissimis, floribus sessilibus, seminibus distantibus, culmo repente. POA *malabarica Linn. Spec. Pl.* p. 100. SYNTHERISMA *malabaricum Swartz* ap. *Schrad. neues Journ.* II. B. 2. St. p. 43. et, hoc teste, *Rheede mal.* 12. t. 45. *Willd. Spec.* I. p. 394. (excl. synon. reliquis ad POAM *latifoliam* spectantibus.

In *Indiae arenosis.*

20. D. *stricta Roth;* spicis subfasciculatis paniculatis longissimis setaceis strictis basi barbatis, spiculis ovalibus, margine pubescentibus, basi setarum fasciculo extrorsum semiinvolucratis, foliis cum vaginarum oris pilosis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Spicae sesqui- et bidigitales; spiculae secundae adpressae. In *India orientali. Heyne.*

21. * D. *linearis Pers.;* spicis digitatis subquaternis linearibus, flosculis solitariis secundis muticis. PANICUM *lineare Burm. Ind.* 25. t. 10. f. 3. *Willd. Spec.* I. p. 344.

Digitized by Google

Sloane Hist. jam. t. 70. f. 3. (Nimis affine esse AXONOPODI *digitato* (MILIO *digitato Swartz*) *Swartzius* in *Schrad. Fl. germ.* p. 164., attamen in *Enum. H. Berol.* iterum cls. *Willdenow* I. p. 91. habet.

Culmi prostrati laeves ramosi. Spiculae lineares rectae angustae. Flores subtus alterni. Calycis squama exterior brevior, patens, rhachi adhaerens. In *Indiis.*

22. D. *umbrosa Pers.*; spicis subquaternis remotis, floseculis geminis inaequaliter pedicellatis, culmo repente flaccido. PANICUM *umbrosum Retz Obs.* IV. p. 16; *Willd. Spec.* I. p. 343. PAN. *prostratum* δ. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 740. Anne SETARIA quaerit *P. de Beauvois?*

Culmi pedales, filiformes, foliosi; folia brevia, lineari lanceolata, nuda; flosculi secundi, subbinati, ovati, acuti. Cal. viridi-striatus, hinc convexus, valvula accessoria brevis albida. Semen album, latere planiori marginatum. In *graminosis umbrosis Indiae orientalis.*

23. D.? *domingensis;* spicis subdigitatis elongatis erectis secundis; spiculis alternis bifariis bifloris, altero sessili; foliis hirsutissimis, culmo glabro. PANICUM *domingense Zuccagni Cent.* I. in *Roemer Collect.* p. 123.

Biped. et ultra; culmus simplex, teres; folia lineari-lanceolata, margine altero undulato; vaginae fere hispidae, ligulâ lacerâ subfuscâ; spicae erectae, tripoll. et ultra; spiculae valde compressae, rhachi membranaceae flexuosae adpressae. Semina misit cl. *Thouin* nomine CYNOSURI *novi* e *S. Domingo.*

Quid DIGITARIA *Thunbergii Pal. de Beauvois*, cui SANGUINELLA *Thunbergii Gleichen* subscripsit? Anne incertum illud PANICUM suum *filiforme*? Vel SANGUINELLA *Gleichen?*

267. NEURACHNE.

1. N. *alopecuroides R. Brown Prodr.* I. p. 196.

Gramen perenne. Culmus multiplex, erectus, geniculis sericeo-barbatis. Folia plana brevia. Spica unica ovata (ALOPECURI) simplex, involucris nullis. Facies fere PANICI *colorati.* In *ora meridionali nov. Holl.*

2. N. *meneritana R. Brown;* paniculâ compositâ, ramis pedicellisque capillaribus, floribus minimis, foliis ore vaginae hirsutis. ISACHNE *meneritana Poir. Enc. meth. Suppl.* III. p. 185. et, hoc teste: Gramen paniculatum locustis tenuissimis subrotundis *Burm. zeyl.* p. 110. t. 47. f. 3. Gram. panic. ex oris malabaricis, paniculâ delicatiore *Plukn. Phyt.* t. 300. f. 2. *Meneritana Herm. zeyl.* 24.

Culmi graciles recti vaginis foliorum tecti; folia plana elongata striata acuminata; panicula recta elongata subcoarctata; pedicelli alterni inaequales breves simplices aut divisi; flosculi ovati glumis obtusiusculis muticis. *Poiret. P. de Beauv.* non habet; ad NEURACHNEN spectare *R. Brown Prodr.* I. p. 196. In *Zeylan.*

Digitized by Google

268. ISACHNE.

1. I. *australis;* paniculâ lanceolatâ simplici; ramis pedicellisque flexuosis, culmo erecto. *R. Brown Prodr.* I. p. 196.

Habitus fere PANICI *colorati;* culmi teretes foliis planis; vagina ore barbata; valvulae calycinae membranaceae obtusae. In *novae Hollandiae littore.*

2. I. *pulchella Roth;* paniculâ subeffusâ capillari, ramisque subverticillatis subflexuosâ, spiculis ovali-subrotundis minutis, corollis aequalibus, culmo filiformi debili ad nodos barbato, foliis lato-lanceolatis utrinque asperis basi rotundatis, setis remotis, vaginisque laxis margine ciliatis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Corollae aequales obtusae; feminea exacte ovalis magis ventricosa, mascula oblongo-ovalis. In *India orientali. Heyne.*

3. I. *miliacea;* paniculâ subeffusâ capillari, ramis subverticillatis ramulisque asperis flexuosis, spiculis ovalibus obtusissimis, masculâ corollâ femineam supereminente, foliis lineari-lanceolatis asperis, vaginis margine ciliatis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Corolla exterior mascula oblonga, interiore femineâ ex subrotundo ovatâ dorso pubescente paullo longior. In *India orientali.*

4. I. *tricarinata Roth;* panicula capillari subeffusâ, intra ramos pilis longis patulis, ramis subverticillatis dichotomis flexuosis cum ramulis unifloris nudis, calycis glumâ interiore magis ventricosâ tricarinatâ asperâ, foliis lato-lanceolatis striatis glabris, vaginis margine ciliatis. *Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Corollae obtusissimae, glabrae, feminea paullo magis ventricosa. In *India orientali. Benj. Heyne.*

269. UROCHLOA.

1. U. *panicoïdes P. de Beauv.* l. c.

An PANICUM *aristatum auctor.* sit, *P. de Beauv.* dubitat. Medium quasi PANICA inter spicâ compositâ et SETARIAS tenet. In *Isle de France. Herb. Juss.*

270. ECHINOCHLOA.

1. E. *lanceolata;* spicis alternis, calycum valvulâ extimâ ciliatâ aristatâ, foliis lanceolatis. PANICUM *lanceolatum Retz Obs.* V. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 337.

Digitized by Google

Culmi simplices longi prostrati repentes; folia nervoso-striata, basi ciliata, vaginis tuberculato-pilosis; spiculae pollicares; flosculis secundis geminatis virentibus, in rhachi flexuosâ trigonâ, altero majore; arista valvulâ triplo longior, flexuosa; valvularum calycinarum interiorum altera cylindrica, corollam abscondens aequivalvem. In *India orientali?*

2. E. *stagnina;* spicis secundis alternis, calycibus bifloris aristatis hispidis. PANICUM *stagninum Retz Obs.* V. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 337. *Host Gram. austr.* III. t. 51. PANICUM *oryzoides Arduin. Specim.* 2. t. 5. PAN. *oryzinum Gmel. Syst. Veg.* I. p. 157. β. aristis brevioribus. Cum? huc 65. *Willd.* ducit P. *hispidum*, spicis alternis subdivisis secundis, flosculis geminatis hispidis *Forst. Prodr.* 7? Clo. *Schrader* vix specie differre videtur a P. *crure galli;* sed culturâ perstat. *Lam. Enc. meth.* V. p. 737. n. 38. hujus β. facit P. *pictum Koenig Naturf.* 23. p. 204.

Plantam indicam descripsit *Retzius* sequentibus: Culmi recti, foliosi, triped.; folia linearia, laevia, plana, margine scabra, vaginae fauce pilosae; spica composita sexpoll., spiculis semipoll., flosculis crassiusculis secundis solitariis vel geminis; valvula calycis exterior planiuscula, ovali-lanceolata, trinervis, aristâ longâ, scabrâ; valvula interior similis, sed magis convexa, mutica; valvula tertia dimidio brevior, lanceolata, omnes margine hispidae. Flosculus exterior masculus, valvulâ corollae unicâ lanceolatâ; interior femineis valvulis corollae duabus cartilagineis, calyce fere longioribus. In *stagnis Indiae orientalis. Kisljar, Tauriae, Wolgae inferioris locis humidioribus.* — Spontanea *in Banatu* veniens differt a *Crure galli:* culmis ad paniculae exortum hispidis, pilorum serie ligulae loco, ramis glanduloso-setosis, valvulis calycinis ciliatis, valvulâ mediâ calycis septemnervi, loco natali semper magis meridionali. ⊙.

3. E. *intermedia;* spicâ tereti, racemulis confertis, involucellis bifloris bisetis ramulo duplo longioribus, rhachi tereti villosâ. *Vahl Manuscr.* PANICUM *intermedium Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 82.

Hab. — — ⊙.

4. E. *erythrosperma;* spicâ oblongâ, involucellis bifloris setosis fasciculatis purpureis, seminibus laevibus. *Vahl Manuscr.* PANICUM *erythrospermum Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 82.

Hab. — — ⊙.

5. * E. *crus corvi;* spicis alternis secundis, spiculis subdivisis, glumis subaristatis hispidis, rhachi trigonâ. PANICUM *crus corvi Linn. Spec.* p. 84. *Willd. Spec.* I. p. 336. *Cavanill. Descripc.* p. 32.

„Simillimum P. *Cruri galli*, sed minus, tenerius. Panicula magis nutans. Spicae secundae, nec undique rhachi incumbentes."

Digitized by Google

Linn. — Bipedalis et ultra; culmi basi plicati, rami quidam axillares; folia pedalia; calyces scabri, striati, glumâ alterâ aristâ lineari. *Cavanill. l. c.* qui illud cum sequente nutrivit in horto, et *indicam* plantam hancce invenit *in oryzae campis udis Valenciae.* Oryzae semina seminibus plantae hujus adulterari asserit. In *Europa meridionali, et Japonia.*

Obs. Cl. *Lamarck Enc. meth.* IV. p. 744. *Illustr.* n. 889. describit PANICUM *hispidulum*, nonnisi glumis hispidulis et rhachi compressiusculâ a P. *crure corvi Linn.* (quod et cum? adducit) diversum. Huic culmi ultra pedales, folia plana 4-5 lineas lata, scabriuscula, sed utrinque, etiam in vaginis, glabra. Spicae 6-7, sessiles, ut flores in spiculis ovales, altero latere rufo fusci. In *India orientali. Sonnerat.*

6. * E. *crus galli;* spicis alternis conjugatisque, spiculis subdivisis, glumis subaristatis et aristatis hispidis, rhachi quinquangulari. α. spiculis submuticis: PANICUM *Crus galli Linn. Fl. Suec.* 2. n. 55. *Willd. Spec.* I. p. 244. *Koel. Gram.* p. 17. *Smith Fl. brit.* I. p. 65. *Engl. bot.* t. 876. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 243. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 27. *Hall.* n. 1544. *Curtis Fl. lond.* IV. t. 8. *Host Gram. austr.* II. t. 19. PAN. *Crus Corvi Pall. taur. ind.* apud *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 50. MILIUM *Crus galli Moench meth.* p. 203. β. spiculis aristatis. *Leers Fl. herb.* n. 41. t. 2. f. 3. *Schrad.* l. c. t. 3. f. 8. PANICUM *Crus Corvi Vill. delph.* II. p. 65. *Scheuchz.* t. 2. f. 2. *Moris. Sect.* VIII. t. 4. f. 16. γ. glumis omnibus muticis submucronatis. *Moris.* l. c. f. 15. δ. spicis compressis, floribus secundis. *Thunb. Fl. jap.* p. 389. β. quod omnibus partibus major, *Cavanillesio Descr.* p. 33. varietas *Crur.* corvi videtur.

Rad. fibrosa. Culmi 1-1½ped., ramosi, glabri, inferne compressi et ad genicula infracti. Folia linearia aut lineari-lanceolata, 7-9nervia, saepe transversim undulata, utrinque glabra. Vaginae laxae, compressae, glabrae. Ligula nulla, sed macula flava. Panicula sub anthesi tantum patens. Rhachis superne 3-5angulata, angulis hispida, ramis basi setis longis, inferioribus subinde geminis. Pedicelli brevissimi. Spiculae biflorae, acutae, virides aut purpurascentes. Glumae calycinae ovatae, alterâ minimâ trinervi, alterâ multo majore quinquenervi. Hermaphroditi glumae corollinae ovatae, magnitudine glumae calycinae majoris, cartilagineae, exteriore obsolete 5nervi; neutrius gluma exterior calycinae majori similis hispida 5-6nervis; nervo in aristam plus minus longam exeunte. In δ. folia pilis raris sparsis villosa, flores sessiles, aristae scabrae, glumis triplo longiores. *Ad fossas, fimeta, in cultis Europae et Caucasi, Am. septentr.* γ *ad promont. b. spei.* ⊙.

Obs. R. Brown, qui hanc ECHINOCHLOAM inseruit PANICIS, eam unam eandemque esse plantam cum PANICO *Crure corvi Linn.* observat, monetque plantam esse polymorpham variantem spicis praecipue divisis simplicibusque et longitudine aristarum. E. *stagninam* (*Retz Obs.* V. p. 17.) vix differre nisi floseulo exteriore masculo nec neutro. —

Digitized by Google

P. *crus galli* illi est: spicis alternis secundis divisis simplicibusve, floribus imbricatis, glumis valvulâque exteriore flosculi neutrius hispidis aristatis mucronatisve, flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore mucrone hispidulo, rhachibus setigeris. *Prodr. nov. Holl.* I. p. 191. T.

7. E. *echinata;* spicis alternis secundis, glumis aristatis muricato-echinatis, rhachi trigonâ. PANICUM *echinatum Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 1032. PANICUM *muricatum Hornemann Catal. Hort. Hafn.* p. 38.

Simile P. *cruri galli*, sed minus. Non esse P. *muricatum Retzii Willdenow l. c.* affirmat. An vero PAN. *muricatum* humifusum, spicis solitarie alternis simplicibus; glumis turgide ovatis passim aristatis, muricato-hispidissimis. *Mich. Bor. Amer.* p. 47. *Pers. Syn.* I. p. 81. quod „affine *C. Galli* et flores habitu *Cenchri*", quod inter SETARIAS cum?? *Pal. de Beauv.* et de quo conferatur SETARIA *muricata*, non ait. In *Canada ad ripas lacuum Champlain et Ontario* suum habuit *Michaux. Willdenow in America meridionali.* ⊙.

8. E. *scabra;* spicis alternis crassis subcristatis scabris, glumis secundis hispidis et aristatis, rhachi tuberculatâ, foliis glaucis. PANICUM *scabrum Lam. Illustr.* n. 888. *Enc. meth.* p. 744.

Fors mera P. *Cruris galli* varietas, ait *Lamarck*; et *P. de Beauv.* cum? inter PANICA sua recepit. Praeter characteres datos culmus rectior, altior; valvulae hispidissimae, panicula pyramidalis. Culmi bipedales et ultra, articulati, fere toti foliosi; folia glabra, 2-5 lin. lata, in acumen fere setaceum attenuata; spica terminalis ad minimum longitudine reliquorum. *Ad Senegal. Roussillon.*

9. E.? *squarrosa;* spicis linearibus alternis subfasciculatis, calycibus subulatis scabris, valvulâ tertiâ obtusâ. PANICUM *squarrosum Lam. Enc. meth.* IV. p. 743?

„AGROSTIS foret nostra planta, nisi tertia valvula calycis adesset, ait *Lamarck;* nec in nostra flores hermaphroditi sessiles et masculi pedicellati, quales in ANDROPOGONE *squarroso Linn. fil.* (ANATHERO *muricato*), cujus caeterum descriptio quam optime in nostram quadrat." Attamen in ANATH. *muricato* sunt valvulae muticae, et hic in PANICO *squarroso Lam.* adest arista scaberrima. Culmus pedalis et ultra, glaber, articulatus, foliosus; folia vaginâ breviora, angusto-lanceolata, margine scabriuscula, plus minus convoluta. Spicae 10-12 lineares, graciles, laxissimae, alternae, inferiores longiores, unde panicula simplex fasciculata. Flores distantes, alterni, sessiles recti subulati; gluma angusta uniflora, scabra, valvulis calycinis duabus magnis acutis, exteriore majore aristatâ, tertiâ brevi ovali obtusâ glaberrimâ. Axis, valvulae illae duae majores et arista scaberrimae. In *India Sonnerat.*

10. E.? *dubia;* paniculâ simplici spiciformi compositâque, spicis alternis, spiculis subsecundis, glumis muticis aristatisque hispidis, rhachi sulcato-angulatâ flexuosâ.

Digitized by Google

Rad.? Culmi caespitosi pollicares et subdodrantales, omnes aut folio radicali culmo, ut in minoribus, multoties longiore, aut pluribus vaginati, ultimo paniculam longe superante, angulati, flexuosi, glabri. Folia linearia, profunde striata, glabra, basi 3-5 lineas lata, 3-5pollicaria, sensim in apicem setaceum acuminata. Vaginae glabrae, fauce nudae. Panicula subspicata, simplex in culmis radicalibus minoribus, composita, 5-6 linearum, et bipollicaris, flosculis in rhachi ramisque conglomeratis: rhachis ramique sulcato-angulati flexuosi pubescentes, ut pedunculi breves, quibus flores insident. Cal. valvula extima minima ovata obtusa, uninervis; interiores majores subaequales, altera ovata mucronata, trinervis, altera ovata lanceolata acuminata quinquenervis, nonnunquam mucronato-aristata omnes nervis hispidae, margine ciliatae. Valvulae corollae laevissimae nitidae. Affinis quodammodo PANICO *colonum*, sed satis distincta characteribus datis. In *Coromandel.* ⊙ videtur.

11. E. *setigera*; spicis remotis, flosculis secundis, rhacheos dentibus setigeris. P. *setigerum Retz Obs.* IV. p. 15. *Willd. Spec.* I. p. 338. PANICUM *prostratum* γ. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 740.

Culmi filiformes ramosi foliosi; folia bipoll., subcordata, marginibus vaginarum ciliatis; spicae inferiores remotae, superiores saepe verticillatae breves. Flores geminati. Cal. ovatus acutus, valvulâ accessoriâ brevi latâ. Setae albae tenuissimae floribus longiores ad dentes rhacheos. In *China.* Confer PANICUM *grossarium*, ad quod a clo. *Willd.*, ut et in *Syst. Veget.*, ducitur P. *repens Burm. Ind.* II. f. 1., quod *Retzius* ad *setigerum* suum citat.

An huc P. *distichum Lam.*, spicis linearibus plurimis alternis, floribus secundis, rhachi pilosâ, foliis radicalibus equitantibus. *Lamarck Enc. meth.* IV. p. 741. Culmus fere sesquiped., subcompressus, folia longiuscula acuta, 4-5lin. lata, superne pilis raris longis appressis; vagina margine ciliata; spicae 20-25, fere distichae, in paniculam approximatae subsimplicem, 4-5pollicarem. Rhachis pilis longis albis; flores subgeminati, subpedicellati, ovati, glabri, mutici. Affinis ECHINOCHLOAE *setigerae.* In *Jamaica, Cayenna. Le Blond.*

12. E.? *subcordata*; spicis alternis sessilibus subsecundis approximatis, pedicellis apice setigeris, foliis subcordato-lanceolatis mucronatis argute serrulatis, basi vaginisque ciliatis. PANICUM *subcordatum Roth nov. plant. Spec. Mss.*

Calycis gluma exterior cordato-rotundata, brevissime mucronata, membranacea, spiculam basi involvens. Convenit pluribus cum P. *setigero Retz*; at flores pedicellati, corollae obtusae, semina rugosa, folia serrata, ciliataque. In *India orientali. Heyne.*

Ad ECHINARIAS fors spectat: PANICUM *tumidum Roenig*, spiculis turgidis, culmo repente. *Roenig Naturf.* 23. p. 205., a *Gmelin Syst. Veg.* inter E. *Crus Galli* et *stagninum* positum T. I. p. 167.

Digitized by Google

271. OPLISMENUS.

1. * O. *hirtellus*; spicâ conpositâ, spiculis adpressis alternis, calycibus geminis, valvulis omnibus aristatis, extimâ longissimâ. PANICUM *hirtellum Linn. Amoen. acad.* V. p. 391. *Swartz Obs.* 35. *Willd. Spec.* I. p. 340. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 47. *Brown jam.* p. 133. ORTHOPOGON *hirtellus R. Brown Prodr.* I. p. 194.

„Culmi repentes, folia undulata, florum aristae filiformes obtusae sanguineae glutinosae demum uncinatae. Stamina pistillaque alba.“ *Linn.* — *Schrader Fl. germ.* I. p. 242. P. *hirtellum Hostii* eandem esse plantam cum hac *Linnaeana* asserit; cel. vero *Swartz* italicam differre ab occidentali affirmat, quod etiam ex descriptione plantae occidentalis patere videtur, quae sequens: „Culmus repens adscendens tripoll. et pedalis; folia minora undulata, majora stricta; spica composita; rhachis hirsuta; spiculae secundae adpressae alternae; valvulae tres calycinae aequales aristatae, quarta intima minuta membranacea mutica; aristae longae (extima 3-5ies valvulâ longior) ferrugineo-rubrae glutinosae. Valvulae corollinae muticae. Antherae albidae. Stigmata plumosa longa sanguinea“ quae descriptio jam in antheris et stigmatibus differt ab illa *Hostii*, quam confer sub *undulatifolio*. In *Indiae occidentalis*, *Jamaicae*, *umbrosis sylvestribus*.

2. O. *setarius*; spicis alternis brevissimis subtrifloris sessilibus, calycibus aristatis, extimâ longissimâ. PANICUM *setarium Lam. Illustr.* p. 170. *Poiret Enc. meth.* IV. p. 741. *Pers. Syn.* I. p. 82.

Affinis OPLISMENO *hirtello*, culmo inferius repente, demum ascendente, 5-8poll.; folia ovalia, et ovali-lanceolata, pilosiuscula; spiculis e fasciculis florum trium quatuor distantium, spiculam sistentibus interruptam, linearem, sesquipollicarem *Poiret*. In *America meridionali Richard.* Specimen nostrum *domingense* OPLISMENO *Burmanni* simillimum.

Obs. Pal. de Beauv. PANICUM *setarium Linn.* (quod apud Linnaeum non invenimus) SETARIAM *setosam* dicit, et PANICUM *setosum Swartz* iterum nomine immutato ad SETARIAM refert.

3. O. *sylvaticus*; spicis alternis erectis longis multifloris, glumis distantibus glabris aristatis. PANICUM *sylvaticum Lam. Enc. meth.* IV. p. 743. P. *hirtellum Variet. Ill.* n. 877.

Ab *hirtello* differt: floribus minoribus, spicis longioribus, gracilioribus, rectis, appressis. Culmi decumbentes, basi repentes, ascendentes, graciles, foliosi, vix pedales, nodis villosis, folia inferiora ovato-lanceolata, tres fere lineas lata, reliqua lanceolata, acuta, basi, ut vaginae margine, villosa. Spicae 4-5 graciles longiusculae, barbatae, multiflorae, pallide virides, subinde purpureae. In *sylvis insulae Franciae*. *Commerson.*

Digitized by Google

4. O. *undulatifolius;* fasciculis subdenis, rhachi pilosissimâ, valvulis calycinis aristatis glabris subciliatis, foliis ovato-acuminatis undulatis. PANICUM *undulatifolium Gaud. Agrost. helv.* I. p. 28. PANICUM *hirtellum* paniculâ erectâ rarâ secundâ, spiculis alternis unifloris, calyce trivalvi, valvulis pilosis aristatis, foliis undulatis. *Wulffen* in *Jacq. Collect.* I. p. 263. *Host Gram. austr.* III. t. 52. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 242. *Allioni Fl. pedemont.* n. 2180. *Sut. Fl. helv.* I. p. 32. *Ardoin. Spic.* II. p. 14. t. 4. *Boccone Mus.* II. t. 55. — P. *Burmanni Schleich. Pl. exs.* C. III. n. 6. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 51. n. 28.

Variat 1. rhachi, culmis, vaginisque minus villosis; 2. culmis nudiusculis; 3. spiculis confertioribus; 4. glumis villosis et 5. aristis rarius glabris, nec glutinosis. *Gaudin* quidem l. c. ait: „P. *hirtellum Host*, pace *Schraderi* differt ab *undulatifolio* nostro foliis vix acuminatis glabrioribus, vaginis hispidiusculis; rhachi villosâ quidem, sed multo minus; spiculis non in fasciculos numerosos, sed in racemos spicatos 3-6 multifloros, secundos dispositis, valvulis calycinis valde inaequalibus, pubescentibus; aristis tandem viridibus subulatis scabris;“ attamen differentiae hae magis ex icone *Hostii* quam e natura petitae videntur, nec in exemplari nostro *Wulffeniano* et altero *Gaudiniano* obviae. Descriptio cli. *Host.*, ut cum illa *hirtelli Swartz* conferri possit, sequens: Radix fibrosa, annua, multos culmos nutrieus. Culmi subteretes pilis patentibus brevissimis, geniculis pluribus, superiore parte obliqui aut ascendentes, inferiore decumbentes, ex geniculis radices et ramos in ramulos divisos agentes, sicque culmum repentem sistentes. Folia ovato-lanceolata undulata, pilis adpressis inspersa, ad oras scabriuscula, verticalia, obliqua, horizontalia. Vaginae subteretes birsutulae ciliatae. Ligula brevis truncata villosa ciliata. Panicula erecta, rhachis striata villosa, inferne hinc canaliculata, inde convexa, superne angulata. Rami distantes alterni pilosi flexuosi superiore latere planiusculi, inferiore carinati, supremi brevissimi erecti; reliqui longiores, florentes patuli, contracti ante et post florescentiam. Spiculae brevissime pedicellatae alternae ovatae uniflorae, inferiori ramorum lateri prope carinam affixae. Cal. trivalvis: valvulae ovatae pilis inspersae ciliatae carinâ aculeatae: infima minima lineis 3, aristâ longâ; exterior, minimae opposita, lineis 3, aristâ breviore; intermedia maxima, lineis 9, lineâ intermediâ in aristam brevissimam excurrente. Corollae valvula exterior ovata, dorso convexa, glabra, laevis, interior angustior. Antherae utrinque bifidae „(in icone flavae)“. Stigmata penicilliformia,“ (in icone alba) „semen ovatum. *Host.*“ In *Europa meridionali; ad Adriam, lacum Luganensem, in Cachetia; an et in India ut Lamarck?* ☉.

5. O. *Burmanni;* spicis subquaternis remotis secundis simplicibus, florum glumis binis exterioribus aristatis. PANICUM *Burmanni Willd. Spec.* I. p. 339. *Retz Obs.* III.

p. 10. P. *hirtellum Burm. Ind.* p. 24. t. 12. f. 1. ORTHOPOGON *Burmanni R. Brown Prodr.* I. p. 194.

Differt monente *Gaudin Agrost. helv.* I. p. 30 ab *undulatifolio:* foliis brevibus planis nec undulatis, vaginis tantum margine villosis; fasciculis 3-4nisve secundis; valvulis (calycinis) villosis pedicellatis. A P. *hirtello* vero monente *Schrader Fl. germ.* I. p. 245 inprimis culmis superne ramosis et spicâ densiori. In *India, Japonia.* ⊙.

6. O. *bromoides;* * spicis alternis sessilibus, calycibus aristatis, involucellis setosis: foliis brevibus. PANICUM *bromoides Lam. Illustr.* p. 82. *Enc. meth.* IV. p. 742. *Pers. Syn.* I. p. 82. HIPPOCROSTIS *amboinensis Rumph Amb.* VI. t. 5. f. 2. Genus proprium constituere cum O. *hirtello* et S. *setosa Poiret* l. c.

Culmus fere pedalis, gracilis, subramosus; folia brevia lanceolata plana, tres lineas lata, pilis longis raris; axis pilis longis albidis villosus; spiculae 3-4. In *Insula Franciae. Herb. Desfont.*

* *Obs.* In *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 106 auctores hanc speciem junxerunt cum praecedente auctoritate *herbarii Jussieui* sequente definitione: O. culmis ramosis, foliisque pubescentibus ovatis; spicis subquinis; rhachi communi partialibusque pilosis; glumis pilosis aristatis; flore neutro unipaleaceo et sequentem addunt descriptionem: „Culmus nodique pubescentes; folia acuminata basi rotundata plana striata ut vaginae inflatae, margine, ut ligula, pilosae. Spicae alternae sessiles approximatae ovatae 3-4lin. Rhachis communis pollicaris, partiales planiusculae. Spiculae unilaterales sessiles densae. Glumae lanceolatae concavae truncatae subaequales, aristis rectis, altera valvulam calycinam inferiorem aequans, altera superiore duplo longior. Flos neuter: gluma corollina unica; calycinis simillima. Hermaphroditi glumae corollinae subaequales, neutro dimidio breviores, nitidae albae glabrae. In *sylvis et pascuis Orinoci prope Carichano.* ⊙.

7. O. *loliaceus;* spicis sessilibus longis secundis alternis, floribus distichis geminis remotis, calycibus aristatis. PANICUM *loliaceum Lam. Illustr.* p. 170. *Pers. Syn.* I. p. 82. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 743. O. caule simplici lineâ longitudinali pilosâ notato; foliis oblongo-lanceolatis supra margineque scabris, subtus adpresso-pilosis; spicis subdenis alternis; rhachi communi glabrâ partialibus setoso-pilosis; glumis glabris aristatis; flore neutro unipaleaceo aristato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 106.

Distinctus ab *hirtello:* spiculis longioribus, longius aristatis, et rhachi setigerâ. Culmus pedalis et ultra; folia plana, 4 lin. lata, glabra, ore vaginae piloso. Spiculae 7-9. In *Philippinis. Commerson. In Antillis, in Cubae pascuis juxta Havanam.* ⊙.

8. * O. *elatior;* spicâ compositâ, spiculis oblongis sparsis adpressis, flosculis confertis, calycibus mucronato-arista-

Digitized by Google

tis. PANICUM *elatius Linn. Suppl.* p. 107. *Willd. Spec.* I. p. 346. DIGITARIA *elatior Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 91.

Simillimus *composito* sequenti. Culmus erectus rigens sexpedalis; folia graminea longa; spica incurva; rhachis triquetra; spiculae 12 et plures ovato-oblongae, rhachi adpressae remotae alternae, rarius oppositae, in omni latere rhacheos, nec secundae. Cal. trivalvis tumidiusculus, laevis nervosus. Valvula extima brevior ovata acuta, media cum arista, intima cum mucrone vix arista dicendo. *Linn.* In *Malabaria.* ☉.

9. O. *africanus Palis. de Beauv.*; rhachi spicatâ, simplici, locustis sessilibus, multifloris (7-9), alternis, distantibus; flosculis et pedunculis uno latere pilosis; foliis planis lanceolatis. *Palis. de Beauv. Fl. d'Oware* II. p. 14. Tab. LXVII. Fig. 1.

Affinis PANICO *hirtello* auctorum, a quo differt foliis non undulatis, et P. *loliaceo Lam.* sed diversus floribus non geminatis; ab utroque differt fasciculo pilorum floris et pedunculorum. *Hab. ad Chama, Koto, Oware et Benin Africes.*

10. * O. *compositus*; spicâ compositâ, spiculis linearibus secundis, flosculis geminis remotis, calycibus aristatis. PANICUM *compositum Linn. Fl. zeyl.* p. 42. *Houttuyn Linn. Pfl. Syst.* XII. t. 96. f. 1. *Willd. Spec.* I. p. 346. DIGITARIA *composita Willd. Enum H. Berol.* I. p. 91. ORTHOPOGON *compositus*, spiculis multifloris, floribus geminis hirsutis; glumis ambabus aristatis, exteriore parum majore; interioris aristâ abbreviatâ, flosculo neutro mucronulato, foliis lanceolatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 194.

Culmus repens foliosus assurgit filiformis tener simplex. Folia lanceolata, reliquis latiora breviora. Spiculae 4-5 rhachi adpressae, alternae, remotae, unilaterales. Cal. valvulis lanceolatis subcarinatis mucronatis, aristâ rectâ, flosculis duplo longiore, exceptâ intimâ, cui aristâ brevior. *Linn.* In *Zeylona.*

11. O.? *indicus*; PANICUM *composito-proximum Rottler* ap. *Willd. Act. am. n. cur.* IV. p. 224.

Panicula secunda, ramis simplicibus; spiculae binae approximatae, altera breviter pedunculata, altera sessilis, terminales singulae. Calycis gluma trivalvis, valvula exterior aristata *Ind. or.*

Dubii:

12. O.? *hirtus Heyne*; spicis alternis fastigiatis breviter pedunculatis secundis, spiculis subsessilibus ovatis mucronatis hirtis, basi pilorum fasciculo muticis, flosculi hermaphroditi corollis transversim rugulosis, culmo adscendente ramoso,

Digitized by Google

foliis vaginisque pilosis. PANICUM *hirtum Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Calycis gluma exterior minor subcordato-ovata, obtusissima, basi spiculam semiincludens. In *India orientali. B. Heyne.*

13. O.? *magellanicus;* spicis filiformibus fasciculatis, glumis pedicellatis oblongis acutis tenuissimis. PANICUM *magellanicum Poiret Enc. meth.* IV. p. 743.

Culmus videtur pedalis simplex et adscendens; foliis vestitur ad apicem usque, latis, ovali-oblongis, acutis, nervosis, glabris, basi villosis, pollicem latis, 3-4pollicaribus, plerumque longitudinaliter plicatis. Spicae 15-16 fere capillares, recti, bipollicares cum dimidio, floribus gracillimis glabris; valvula calycina altera brevior. Dissectio floris imperfecta, ergo dubia. *Poiret.* *Ad fretum magellanicum. Commerson.*

14. O. *holciformis;* culmis ramosis? nodisque glabris; foliis late linearibus utrinque scabris margine serrulatis; spicis suboctonis subalternis elongatis; rhachi communi scabrâ, partialibus pilosis; spiculis subgeminis; glumis calycinis hispidis valde inaequalibus, superiore aristatâ; flore neutro uniglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 107.

Culmus erectus, orgyalis et ultra; folia acuminata plana; vaginae glabrae; ligula margo ciliato-pilosus. Spicae cylindricae, densae, tripollicares, erecto-adpressae. Rhachis communis tetragona, quadripollicaris, apice subnutans, partiales triquetrae, longe pilosae, praesertim basi. Spiculae ovato-oblongae, breviter pedicellatae, densae; glumae calycinae oblongae trinerviae glabrae virentes, nervis et margine ciliato-scabrae, inferior triplo minor, distans, mutica, arista superioris gluman subaequans. Gluma corollina neutrius huic simillima, sed arista multo longior. Glumae corollinae hermaphroditi aequales, calyce paullo breviores; oblongae, acuminatae, trinerviae, submembranaceae glabrae albidae, inferior aristâ brevi, recta. stigmata alba. Semen oblongum glabrum. In *humidis montanis prope Cinapecuaro in Mexico.* 2.

15. O. *polystachyus;* culmis ramosis? nodis foliisque glabris late linearibus margine serrulato-scabris, spicis numerosis suboppositis approximatis; rhachi communi partialibusque scabris; spiculis subgeminis; glumis hispidis valde inaequalibus, superiore aristata; flore masculo biglumi, glumâ inferiore aristatâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 107. An *holciformis* varietas?

Culmus erectus, 6-8ped.; folia acuminata plana; vaginae glabrae, apicem versus ciliatae; ligulae margo pilosus. Spicae circiter 20, sessiles, erecto-adpressae, bipoll. et ultra; rhachis communis triquetra, apice tetragona, recta, 8-9poll.; partiales triquetrae, saepius flexuosae. Spicula altera sessilis, altera breviter pedicellata, omnes alternae, unilaterales, depsae. Glumae calycinae margine hispido-ciliatae; inferior ovata acu-

Digitized by Google

minata trinervis mutica, superior inferiore duplo longior, ovato-oblonga, acuminato-aristata. Masculi gluma corollina inferior superiori calycinae simillima, sed aristâ longiore, rectâ, glumâ duplo longiore, superior acuta mutica tenui-membranacea glabra, inferiore paullo minor. Hermaphroditus longitudine masculi, gluma corollina inferior ovata, valde acuminata, trinervis, glabra, nitida, albida; superior enervis. In *sylvis opacis Orinoci prope Maypure, et in radicibus montis Cumadaminari.* 2.

16. O. *Crus pavonis;* culmis simplicibus nodis foliisque glabris late linearibus margine serrulatis; spicis numerosis subpaniculatis, inferioribus ramosis; rhachi communi partialibusque hispido-scabris; spiculis fasciculatis; glumis hispido-scabris valde inaequalibus, superiore aristatâ; flore neutro bipaleaceo; paleis aristatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 108.

Proximus P. *Cruri galli;* (an ideo potius ECHINOCHLOA?) Culmus erectus tripedalis; folia plana striata ut vaginae glabrae. Ligulae margo fuscus nudus. Spicae 20-25, inferiores oppositae, superiores alternae, simplices, omnes sessiles patulae cylindricae approximatae, 1-2poll. Rhachis communis angulata apice subnutans, 7-8poll., partiales, compressae. Spiculae densissimae, brevissime pedicellatae. Glumae calycinae albidae, inferior triplo-brevior, subrotunda, acuminata, superior quinquenervis, acuminato-aristata. Neutrius gluma corollina inferior superiori calycis simillima, sed tenuior, aristâ longiore, glumam duplo excedente, superior dimidio brevior, mutica, tenuissime membranacea. Hermaphroditi glumae corollinae subcoriaceae albidae glabrae muticae subaequales, longitudine calycis. In *apricis calidissimis provinciae Cumanensis prope Bordones.* ⊙.

17. O. *zelayensis;* culmis ramosis nodis foliisque glabris linearibus margine serrulatis; spicis subdenis alternis approximatis; rhachi communi glabrâ, partialibus scabris; spiculis fasciculatis; glumis acuminato-mucronatis hispido-scabris inaequalibus; flore sterili biglumi, glumâ inferiore acuminato-mucronatâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 108.

Differt a P. *Crure pavonis* valde affini glumis calycinis et corollinis submuticis, spicis patentibus, densioribus pluribusque et rhachi communi glabrâ. Rad. fibrosa. Culmi cespitosi, erecti, 1-2ped., teretes; folia plana, ut vaginae glabrae, striata. Ligulae margo fuscus, nudus. Spicae 8-10, sessiles, adpressae, distantes, cylindricae, 1-1 1/2poll. Rhachis communis canaliculato-semiteres, quinquepoll., partiales compressae; spiculae brevissime pedicellatae, ovatae, acuminatae. Glumae calycinae ovatae albidae, inferior duplo brevior, trinervis, superior quinquenervis. Floris neutrius gluma inferior calycinae superiori simillima, superior duplo brevior. Hermaphroditi glumae corollinae longitudine neutrius albidae nitidae, inferior ovata

Digitized by Google

acuta, superior oblonga obtusa. Stigmata rubra. In *alta planitie montana regni Mexicani, prope Zelaya, Queretaro et Patzcuaro.* 4.

18. O.?? *fasciculatus Lam.;* spicis linearibus digitato-fasciculatis glumis pedicellatis margine hirsutis, interiore subaristatâ. PANICUM *fasciculatum Lam. Enc. meth.* IV. p. 741.

Inflorescentia DIGITARIAE *sanguinalis*, et valvula tertia manifesta; folia ovali-lanceolata, plana ciliata, 3-4 lin. lata; spicae 6-7, rectae, fasciculatae, 2 1/2 poll. longae. Flosculi pedicellati ovati, sat magni; valvula interior aristâ minimâ. In *Jamaica.* Cls. *Lamarck* P. *fasciculatum* suum P. *Burmanni* inter et *hirtellum* ponit; OPLISMENUS ergo videtur.

Species novae e nova Hollandia a R. Brown detectae:
ORTHOPOGONES.

19. O.? *aemulans;* spiculis 4-6floris, floribus hispidis, glumis ambabus aristatis, interioris aristâ brevissimâ, flosculo neutro mutico, foliis lanceolatis vaginisque pilosis, geniculis barbatis, villis subreflexis. ORTHOPOGON *aemulans R. Brown Prodr.* I. p. 194.

Inter Tropicum in littore orient. et septentr. nov. Holl.

20. O.? *flaccidus;* spiculis 4-6floris, floribus alternis glabris ciliatis, glumis ambabus aristatis, interioris aristâ valvulâ dimidio breviore, flosculo neutro mutico, foliis lanceolatis apice attenuatis glabris, geniculis imberbibus. ORTHOPOGON *flaccidus R. Brown Prodr.* I. p. 194.

Circa Port-Jackson.

21. O.? *imbecillis;* spiculis 3-6floris; floribus alternis glabris ciliatis, glumâ exteriore aristatâ, interiore mucronulatâ, flosculo neutro mutico, foliis lineari-lanceolatis linearibusve, vaginisque glabris, geniculo imberbi. ORTHOPOGON *imbecillis R. Brown Prodr.* I. p. 194.

Cum flaccido.

ORTHOPOGONES *Brownii* gramina vix extra tropicos provenientia, in umbrosis nascentia. Folia plana, latiuscula. Spica composita, spiculis alternis secundis quandoque paucifloris.

An huc: PANICUM *piliferum Roenig;* spiculis linearibus secundis pilosis minutim aristatis. *Roenig Naturf.* 23. p. 206.

PANICUM *anomalum Walt.* spicâ compositâ, spiculis secundis horizontalibus, culmo decumbente. *Walt. Flor. carol.* p. 72.

Cl. *Palisot de Beauvois* huc adhuc ponit: PANICUM *heluolum* (*l*) et, ut novam speciem OPLISMENUM *foliaceum* l. c. p. 64 sed praeter nomen nil aliud adfert.

Digitized by Google

272. SETARIA.

1. S. *purpurea;* spicâ tereti, involucris 1-2 setis inaequalibus, flosculo majoribus, unifloris, culmo tereti ramoso. PANICUM *purpureum Fl. peruv.* I. p. 48. *Pers. Syn.* I. p. 80.

Stigma plumosum purpureum. In *praeruptis Tarmae.*

2. S. *sericea;* spicâ tereti, involucris setaceis villosis unifloris longitudine flosculorum, foliis planis. PANICUM *sericeum Ait. H Kew.* ed. 2. I. p. 139. *Willd. Spec.* I. p. 334.

In *India occident.* ⊙.

3. * S. *verticillata;* paniculâ subspicatâ subverticillatâ, involucellis unifloris fasciculatô-pilosis denticulato-hispidis, denticulis reversis, corollis hermaphroditis laeviusculis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 1030. sub PANICO *verticillato* ut in *Spec.* I. p. 334. et *Koel. Gram.* p. 8. *Smith Fl. brit.* I. p. 64. *Engl. bot.* t. 874. *Schrad. Fl. germ.* I. p 239. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 14. *Hall. helv.* n. 1543. *Lam. Illustr.* n. 871. t. 43. f. 1. *Curt. lond.* Fasc. IV. t. 6. *Host Gram. austr.* II. t. 13. P. *alopecuroideum Walt. Fl. car.* p. 72. P. *asperum Lam.* teste *P. de Beauv.* An P. *adhaerens*, spicâ tereti, involucellis unifloris retrorsum aculeatis. *Forsk. aegypt.* p. 20. PENNISETUM *verticillatum R. Brown.* β. setis, spiculâ paulo longioribus, indeque minus adhaerens. *Gaud.* γ. tota purpurea.

Culmi cespitosi, 1-1½pedal., erectiusculi, inferne subcompressi, apicem versus scabri; folia lineari-lanceolata, acuminata, facie pilis sparsis, utrinque scabra, ad oras hispida, novemnervia. Ligulae loco series pilorum. Panicula viridis, 1-4pollic., rhachi hispidâ, angulato-triquetrâ. Rami subverticillati, subquaterni, inferne spiculis subbifloris pluribus, pedicellatis, pedicellis incrassatis in speciem cyathi, singulis bracteis seu involucellis suffultis 3, 2, 1. Glumae omnes ovatae, calycinae fere 4, tertia violacea, quarta minima, majore 5-7nervi. Floris hermaphroditi glumae corollinae longitudine glumae calycinae majoris, cartilagineae, exteriore quinquenervi, tenuissime undulatâ; neutrius flosculi corolla plerumque univalvis, glumae calycinae majori magnitudine et colore conformis. *Per omnem Europam et in Caucaso et America sept. in arvis, caltis.* ⊙.

4. * S. *viridis;* paniculâ subspicatâ cylindraceâ; involucellis bifloris fasciculato pilosis sursum hispidis, corollis hermaphroditi laeviusculis, vaginis foliorum pubescentibus. PANICUM *viride Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1030. *Spec.* I. p. 335. *Koel. Gram.* p. 10. *Smith Fl. brit.* I. p. 65. *Engl. bot.* t. 875. (et hoc teste P. *Crus galli Fl. Dan.* t. 852.) *Schrad. Fl. germ.* I. p. 240. *Gaud. Agrost.*

Digitized by Google

helv. I. p. 17. *Hall. Enum.* 233. n. 1. *Curt. Fl. lond.* Fasc. IV. t. 5. *Host Gram. austr.* II. t. 14. (*Gaudin* vero P. *germanicum Host* t. 15. huc quoque ducit). P. *cynosuroides Scop. carn.* n. 68. P. *bicolor Moench Meth.* p. 206. P. *laevigatum Lam.* teste *P. de Beauv.* PENNISETUM *viride R. Brown.* β. P. *viride majus*, paniculâ dense lobatâ, involucellis multisetis longissimis, rhachi pedunculisque villosis. *Gaud.* l. c. PANICUM *quale Linnaei Krock. Fl. Siles.* I. p. 82. n. 32.

Affine S. *verticillatae*. Rhachis angulato-sulcata, saepe hispido-villosa; verticilli confertiores; involucella basi pedicellorum affixa, inferiora 5-7seta, intermedia 3-4, terminalia 1-2seta, viridia aut purpurascentia; spiculae paullo minores. Cls. *Gaudin* distinxit: paniculâ sublobatâ subcylindricâ, paleis subquaternis, seminibus minutissime muricatis. De β. ait: Habitum P. *italici* refert, sed vix a P. *viridi* solide separari potest. Nisi plantae intermediae essent, hanc varietatem pro specie haberes. Culmi cubitales et altiores infra paniculam scabriusculi; folia longa lataque oris saepe undulata; panicula semipedalis spicaeformis, setis involucellorum copiosis, longissimis; pedunculi ramosi multiflori. „In arena s. glarea PANICUM *viride* et *glaucum*. ut et SYNTHERISMA *vulgare*, culmis sunt decumbentibus aut omnino prostratis, quod etiam in aliis alias erectis plantis in arena fieri solet." *Kit a ib.* In *Europae, Caucasi et Japoniae arvis, cultis, ad vias.* ⊙.

5. S. *purpurascens;* culmo erecto ramoso; foliis interne margineque scabris; spicâ cylindricâ; involucro multiseto spiculis solitariis paullo longiore; glumis glabris; paleâ inferiore floris hermaphroditi transversim undulatâ, flore masculo bipaleaceo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 110.

Affinis SETARIAE *viridi*. Rad. fibrosa. Culmi caespitosi 1-2pedal., compressi, striati, glabri, apice teretes, scabri. Nodi glabri. Folia linearia, acuminata plana striata, externe glabra, interne saepe basin versus pilosa. Vaginae glabrae. Ligulae margo ciliatus. Spica densa, 1-2poll. Spiculae breviter pedicellatae, involucratae. Involucri setae circiter 10, unilaterales, in duas phalanges dispositae, scabrae fuscescentes, spiculâ paullo longiores aut eandem aequantes. Rhachis triquetra, pubescens. Glumae calycinae duae subrotundae, acutae quinquenerviae, purpurascentes inaequales, flore hermaphrodito duplo-triplove breviores. Glumae corollinae in hermaphrodito ovatae, acutae glabrae, inferior purpurascens. Stigmata et antherae violaceae; in masculo membranaceae purpurascentes, longitudine hermaphroditi, inferior septemnervis, superior enervis. In *montanis regni Quitensis prope Chillo, in radicibus montis Turubamba.* Confer S. *erubescentem*.

6. S. *intermedia;* paniculâ contractâ oblongâ subspicatâ, ramis alternis, involucellis sursum hispidis; corollis flosculi

Digitized by Google

hermaphroditi transversim undulatis. PANICUM *intermedium Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Medium S. *viridem* inter et *glaucam*. A priori differt: paniculae ramis alternis, nec verticillatis, seminibus transversim rugosis; a posteriori: paniculâ nec racemo, involucellis longe paucioribus. In *India orientali. B. Heyne.*

7. S. *Weinmanni;* paniculâ subspicatâ cylindricâ, involucellis sursum hispidis, hermaphroditi corollis laeviusculis, culmo humifuso, aristis brevioribus. PANICUM *glaucum* culmo *humifuso Catal. Dorpat.* 1810. An P. *reclinatum* spicâ tereti, involucellis bifloris fasciculato-setosis, seminibus nervosis ellipticis. *Villars Fl. delph.* II p. 64.?

Caulis valde foliosus, pilis longis ad vaginarum ortum. Folia minus glauca quam in *glaucâ*. Species intermedia S. *glaucam* inter et *viridem*. P. *reclinatum Vill.* et *in Bohemia* occurrit. ⊙.

Obs. Specimen hujus graminis lectum a b. *Broussonet in Teneriffa* a nostro culto non recedit.

8. * S. *glauca*; racemo spicato cylindraceo, involucellis bifloris fasciculato-pilosis sursum hispidis, corollis hermaphroditi transversim undulatis, (calyce quadripaleaceo *Gaud.*). PANICUM *glaucum Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1030. *Spec.* I. p. 335. *Koel. Gram.* p. 13. (excl. plur. syn.). *Schrad. Flor. germ.* I. p. 241. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 15. *Schreb. Gram.* t. 25. *Host Gram. austr.* II. t. 16. *Hayne Term. bot.* t. 2. f. 10. P. *lutescens Weig. Obs.* p. 20. P. *flavescens Moench. Meth.* p. 206. P. *viride Pollich palat.* n. 58. (fide *Koch*). PAN. *laevigatum* β. *Lam. Fl. franç.* 2. p. 578. P. *cynosuroides Scop. Fl. carn.* p. 50. suadente *P. de Beauv.* et PENNISETUM *glaucum;* spicâ cylindricâ simplici, involucellis dimidiatis polysetis subunifloris, flore ovato duplo-triplove longioribus, flosculo hermaphrodito rugoso, stylis distinctis, foliis planis pilosiusculis, collo sericeo barbato, culmo ramoso. *R. Brown Prodr.* I. p. 195. *Hall. helv.* n. 1542. (excl. syn. *Scheuchz.*). β. *elongatum:* culmo longiore erecto. *Pers. Syn.* I. p. 81. In Horto monsp. (1813) pesthin. (1809) colitur varietas *asiatica*, in *Gorenk. sibirica.*

S. *viridi* affinis, sed pedicelli brevissimi, spica 1-2poll., rhachis pubescens vel scabra; pedicelli brevissimi 1-2flori, involucella sub apice pedicellorum inserta, flava aut lutescentia, rarissime purpurascentia, plerumque multisetosa, setis 9-14. Flos neuter saepe bivalvis. In β culmus erectus, fere bipedalis, et spica vix sesquipoll. In *Europae, praesertim meridionalis, cultis et in Caucaso, nova Holland., America.* β. *in America.* ⊙.

Obs. SETARIAE hujus americanae, quam *Willdenow* ab europaea credidit diversam, in qua vero discrimen nullum invenerunt auctores, se-

Digitized by Google

quena occurrit definitio apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 109.: „8. culmo erecto ramoso, foliis interne scabriusculis subglaucescentibus margine scabris, spicâ cylindricâ, involucro multiseto spiculis geminis multo longiore, glumis glabris, paleâ inferiore floris hermaphroditi transversim undulatâ, flore neutro bipaleaceo."

9. * S. *heluola;* spicâ tereti, involucellis unifloris fasciculato-setosis, seminibus nervosis. PANICUM *helvolum Linn. Suppl.* p. 107. *Willd. Spec.* I. p. 334. PENNISETUM *heluolum R. Brown Prodr.* I. p. 195. *P. de Beauvois* inter OPLISMENOS, quorsum fide exemplaris nostri *Roxburghiani* minime spectat.

Simillimum *glauco*, sed vere diversum. Culmus sexpedal., ramosus, ramis sterilibus brevioribus. Folia versus basin supra pilis albis longioribus fere pollicar., patentibus. Spica simplex; spithamaea, flosculis absque ordine. Pedunculi vix apice striati. Involucella helvola uniflora, flore longiora. Gluma striis longitudinalibus (nec transversis) viridibus. In *India orientali.* ⊙.

10. S. *gracilis;* culmo adscendente ramoso; foliis interne (basin versus) pilosis margine scabris; spicâ filiformi; involucro multiseto spiculis solitariis multo longiore; glumis calycinis glabris; paleâ inferiore floris hermaphroditi transversim undulatâ; flore neutro biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 109.

Rad. fibrosa. Culmus 7-8poll., glaber, uti nodi. Folia anguste linearia, acuminata, glabra, rigida; vaginae striatae glabrae; ligula brevissima, pilosiuscula; spica cylindrica, sesquipoll.; spiculae brevissime pedicellatae ovatae acutae, magnitudine seminis papaveris, basi setis 5-6, unilateralibus scabris albidis, spiculâ duplo triplove longioribus. Glumae calycinae ovatae acutiusculae, subaequales albidae, corollâ dimidio breviores. Hermaphroditi gluma corollina inferior oblonga acuta glabra flavescens; neutrius utraque ovato-oblonga, acuta, glabra, virescens. SETARIAE *glaucae* proxima. In *altis inter Fusagasuga et Pandi, regni Novogranatensis.* ⊙.

11. S. *erubescens;* spicâ cylindricâ oblongâ, involucellis unifloris setosis, culmo erecto ramosissimo stricto. PANICUM *erubescens Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1031.

In *Insula St. Thomae Americae.* Culmus in specimine a b. *Ventenat* nomine CENCHRI ex *ins. Thom.* dati, sesquiped., vaginis glabris tectus, sub spicâ scaber, ut folia profunde striato, acuminata; involucellum e setis 5-7, retrorsum scabris, semipollicaribus, apice rubescentibus. In *insula S. Thomae Americes.*

12. S. *geniculata;* spicâ elongatâ cylindricâ, involucellis bifloris setosis, corollis hermaphroditis laeviusculis, culmo ascendente, vaginis glabris. PANICUM *geniculatum Hornem.*

Digitized by Google

Cat. Hort. Hafn. p. 28. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1031. PENNISETUM *geniculatum Jacq. In Antillis.* 2. An idem cum P. *geniculato Poiret Enc. meth.* IV. p. 737.: spicâ elongatâ gracili indivisâ, involucellis unifloris fasciculato-setosis, brevibus, seminibus transverse rugosis „quod etiam *in Antillis.* Adeo ait *Poiret*, S. *glaucae* similis, ut facile pro varietate ejusdem haberi possit, sed spica longior, gracilior, involucella breviora, et folia glabra.

Culmi graciles, pedales et ultra, geniculati, culmis rubro-fuscis; folia longa, 3-4 lin. lata; vaginae glabrae; spica tripollicaris, e viridi-flàva; involucella laevia.

13. S. *maritima;* spicâ simplici brevi capitato-ovatâ, floribus compactis setis immixtis. PANICUM *maritimum Hort. paris.* apud *Poiret Enc. meth.* IV. p. 737.

Habitu affinis S. *germanicae*, sed distincta: spicâ simplici, culmo pedali aut sesquipedali, glabro, basi geniculato. Folia longiuscula, glabra, tres lin. lata. Spica vix pollicaris. Setae purpurascentes. Flosculi glabri ovati valvulâ tertiâ calycis manifestissimâ. In *Hort. parisino colitur. P. de Beauv.* non recepit. Videtur tantum varietas *glaucae.*

14. * S. *germanica;* spicâ compositâ coarctatâ, spiculis glomeratis, involucellis setaceis flore longioribus, rhachi hirsutâ. *Willd. Spec.* I. p. 336. *Roth Fl. germ.* II. p. 71. *Host Gram. austr.* II. t. 17. *Schult. oestr. Flor.* I. p. 212. β. involucellis flore brevioribus. *Willd.* l. c. P. *compactum Kit.* ap. *Schultes oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 212. P. *setosum Hortul.*

Schrader Fl. 9. p. 247 dicit: P. *germanicum* nimis affine *italico*, vix pro mera spontanea planta habendum est. Attamen est in utraque varietate in Pannonia, ubi quoque sub nomine *Móhar* colitur. *Koeler Deser. Gram.* p. 16 junxit cum P. *italico. Decandolle Fl. franç.* III. n. 1499. pro varietate habet P. *italici* β. ut *Lam. Enc. meth.* IV. p. 738. *Gaudin* vero *Agrost. Helv.* dicit: „PANICUM *germanicam Host* nequaquam cum *italico* conjungi potest, nec ut credimus, a *viridi* solide differt. An autem idem sit ac *germanicum Willdenowii*, nobis nondum constat." A *viridi* longe differre certissimum est; *Hostii* et *Willdenowii* vero plantas non differre eô constat, quod alter alterum citet. A sequente *italico* distinctum ait *Willd.*: „spicâ basi non interruptâ, minori, magis ovatâ; altitudine culmi minore, involucellis brevioribus, denique rhachi hirsutâ. Varietatis β semina saepe sub nomine P. *indici* et *sibirici* accepi. Accedit habitu ad P. *verticillatum* ob involucella brevissima, interdum vix sine dilaceratione spicularum conspicua, sed diversissima rhachi hirsutâ, quae glabra in P. *verticillato.*" Variare staturâ et absentiâ involucri monet *Willd. Enc. H. berol.* Varietates vero hasce culturâ perstare compertum habemus; minus vero culturâ perstant varietates involu-

Digitized by Google

cellis purpureis et viridibus, quae ultimae in hortis quoque nomine P. *parvifolii* occurrunt. In *Europa australi.* ⊙.

15. S. *italica;* spicâ compositâ basi interruptâ nutante, spiculis glomeratis, involucellis setaceis flore multo longioribus, rhachi tomentosâ. PANICUM *italicum Willd. Spec.* I. p. 336. *Hoeler Gram.* p. 16. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 20. *Host Gram. austr.* IV. t. 14. *Rumph Amb.* V. t. 75. f. 2. PANICUM *glomeratum Moench.* PENNISETUM *italicum;* spicâ cylindraceâ compositâ, involucellis dimidiatis unifloris, flore ovato duplo-triplove longioribus, foliis planis lato-linearibus marginatis scaberrimis, vaginis laevibus, collo barbato pilis strictis. *R. Brown Prodr.* I. p. 195. β. involucellis flore multo brevioribus. PANIC. *sibiricum hortul.*

Rhachis tomentosa villosa; involucra subbiseta. α variat involucellis flavicantibus (P. *aegyptiacum hortul.*) et purpurascentibus (P. *maritimum hortul.*) semine denique flavo, albo, fusco. β. variat spicâ majore et minore, et omnino ad α se habet, ut S. *germanica* β (s. PAN. *compactum Hit.*) ad S. *germanicam* α. Saepe in β folia subtus et glumae calycinae purpurascunt. In *Indiis; in Europa culta, et in australi spontanea quoque.* ⊙.

16. S. *composita;* culmo erecto rameso? scabro; nodis pubescentibus; foliis utrinque scabris, cartilagineo-serrulatis; vaginis apice pubescentibus; paniculâ ramosâ spicaeformi cylindricâ subnutante; involucro uniseto, spiculis solitariis multo longiore; glumis glabris; paleâ inferiore floris hermaphroditi transversim undulatâ, flore sterili biglumi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 111. Affinis PANICO *italico Lam.*

Culmus orgyalis, striatus; folia late linearia acuminata striata plana; vaginae scabriusculae, ore pilosae. Ligulae margo ciliato-pilosus. Panicula densa, apice subnutans, subpedalis, ramis abbreviatis, densis, patulis, triquetris, scabro-hispidis. Rhachis villosa, angulata; spiculae brevissime pedicellatae. Seta recta scabra lutea, spiculis multo longior. Glumae calycinae subrotundae obtusiusculae quinquenerviae inaequales virentes; inferior duplo brevior, superior hermaphroditum subaequans. Hermaphroditi glumae corollinae duae albidae glabrae, inferior acuta concava. Antherae flavae; neutrius glumae corollinae ovatae acutae subaequales, subquinquenerviae, virentes, glabrae. In *regione calidissima prope Cumana et Bordones in nova Andalusia; in ripa fluminis Magdalenae et Orinoci.* ⊙.

17. S. *cernua;* culmo erecto ramoso? pilosiusculo; nodis glabris?; foliis interne (sub-) pubescentibus, margine scabris; vaginis ore pilosis; paniculâ simplici spicaeformi cylindraceâ cernuâ; involucro nullo aut uniseto, spiculis solitariis

Digitized by Google

branaceâ parvâ. Folia acutissima, superiora vaginâ duplo breviora. *Ad Rio Janeiro. Herb. Jussieu.* — „In nova graminum distributione, secundo volumine agrostographiae publicanda, genus hocce pluraque alia e *Panicorum* tribu ad *Bromorum* retuli.“ *P. de Beauv. in litt.*

274. DIMERIA.

1. D. *acinaciformis;* floribus lanceolatis, barbâ baseos manifestâ, glumae valvulâ interiore apice acinaciformi, perianthii aristâ infra geniculum edentulâ. *R. Brown Prodr.* I. p. 204.

Dimeriae gramina annua tenella facie Andropogonis vel Chloridis *cruciatae;* folia brevia pilosa. Culmus supra aphyllus. Aliam speciem ex India orient. habet cls. *Brown.* Haec *intra Tropicum in novae Hollandiae littore orient. septentr.*

275. ARRHENATHERUM.

1. A. *avenaceum;* paniculâ aequali, (valvulis inaequalibus glabris), flosculo hermaphrodito superiori submutico, masculi aristâ geniculatâ, culmi geniculis glabris, radice nodosâ. Holcus *avenaceus Schrad. Fl. germ.* I. p. 247. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 136. *Scop. Fl. carn.* n. 1239. *Smith Fl. brit.* I. p. 90. *Engl. bot.* t. 813. Avena *nodosa Cullum* p. 41. Avena elatior *Linn.* et *Willd. Spec.* I. p. 446. *Koel. Gram.* p. 305. *Hall. Helv.* n. 1492. *Schreb. Gram.* I. p. 25. t. 1. *Leers Fl. Herborn.* n. 88. t. 10. f. 4. *Fl. Dan.* t. 165. *Curt. Fl. lond.* f. 3. t. 6. *Host Gram. austr.* II. p. 36. t. 49. *Svensk. bot.* t. 48. β. culmi geniculis villosis, radice bulbiferâ, s. radicis collo tuberibus superimpositis. *Gaud.* l. c. Avena *bulbosa Willd.* in *nov. act. Soc. amic. H. N. berol.* II. p. 116. ejusdem Avena *elatior* β. *Spec.* l. c. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 261. n. 1562*a*. Holcus *bulbosus Schrad. Fl. germ.* I. p. 248. *Host Gram. austr.* IV. t. 30. Avena *precatoria Thuill. Fl. paris.* ed. II. p. 58. *Hall. helv.* n. 1492. β. γ. *palustris:* aristâ corollae masculae ad basin petali exterioris insertâ. Avena *Hall. Hist.* n. 1493. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 156. *Gaud.* l. c. sibi ignotum. δ. aristis nullis.

Smith tanquam β. H. *avenacei* adducit: „G. avenaceum paniculâ acerosâ, semine papposo. *Dill.* in *Raji Synops.* p. 406.“ Variat porro: aristâ in utroque flosculo longiore; aristâ in hermaphrodito nullâ; paniculâ laxâ nutante, articulis, foliis vaginisque glabris aut asperis; colore valvularum, virescenti-albido aut purpureo: β e solo sicciori arenoso orta, et inde villosior facta varietas creditur; valvula tamen corollae ex-

Digitized by Google

terna glabra plerumque; quae in α pilosa. Cultura non immutatur. In *pratis*, *pascuis*, *pomariis*. 4.

Quid ARRH. *americanum Pal. de Beauv.?*

276. POGONATHERUM.

1. P. *polystachyum*; culmo ramoso, geniculis barbatis; foliis planis, floribus spicatis aristatis. SACCHARUM *paniceum Lam. Enc. meth.* I. p. 594. t. 40. f. 3. PEROTIS *polystachya Willd. Spec.* I. p. 324. *Pers. Syn.* I. p. 103.

Habitus SETARIAE, sed floribus maxime convenit cum SACCHARO *spicato*. Culmus gracilis, glaber foliosus ramosus 7-8poll.; folia pollicaria angusta acuta, subtus scabriuscula; spicae terminales graciles pollicares in pedunculis capillaribus; flores minimi geminati, alter sessilis, alter pedicellatus. In *India orientali. Sonnerat.* *

277. ISCHNANTHUS.

1. I. *panicoides P. de Beauvois Agrostogr.* p. 56. t. XII. f. 1.

In *America meridionali. Desfont.*

278. ANTHEPHORA.

* A. *elegans Schreb.*; t. 44. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 116. TRIPSACUM *hermaphroditum Linn. Dec.* p. 17. t. 9. *Lam. Illustr.* t. 750. f. 2. *Willd. Spec.* IV. p. 202. COLLADOA *monostachya Pers. Syn.* I. p. 107.

Culmi 2-3pedal.; glabri, ramosi, nodis atris; folia elongata acuta, tres lineas lata, aspera, tenuissime denticulata; vagina laxiuscula; spica solitaria recta cylindrica tripollicaris, spiculis remotiusculis. Nectaria nulla. Gluma exterior uniflora. In *Jamaica*, *in scopulis ignivomi Jorullo*, *Mexic.*, *et in Llanos de Barcelona*. ☉. — An melius CENCHRIS adnumerandum?

279. HILARIA.

1. H. *cenchroides Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 117. t. 37.

Rad. fibrosa. Culmi ramosi, repentes, glabri, purpurascentes, ramis erectis, 1/2-1ped. Nodi pilosi. Folia linearia acuminata

---

* *Obs.* Hujus fors esse loci ANDROPOGONEM *crinitum Thunb. jap.* p. 40. t. 7, et hoc POGONATHERUM valde affine esse IMPERATAE, sed diversum: floribus aristatis, defecta valvulae interioris floseuli hermaphroditi, et stamine unico." *R. Brown.*

Digitized by Google

plana striata rigida externe glabra, interne scabra, margine serrulata. Vaginae striatae, ore ciliatae, inferiores pilosae, superiores glabrae. Ligula brevis, fissa, glabra. Spicae obovato-oblongae aut lineari-cylindricae, 8-18 lin. longae. Rhachis flexuosa, pilosa. Spiculae sessiles, intermedia lateralibus paullo longior, margine laciniarum posteriorum involucri tecta. Involucrum urceolatum coriaceum fuscescens scabrum, laciniae erectae, uno tantum latere, margine membranaceae et inflexae, inaequales, duae anteriores minores, lanceolatae, apice bidentatae, inter dentes acutos aristatae, aristâ brevissimâ, scabrâ; duae posteriores ad rhachin spectantes, oblongae, obtusae, supra basin, latus versus, aristatae, aristis scabris lacinias aequantibus; duae laterales oblongae obtusae muticae, reliquis paullo longiores. Glumae calycinae masculi oblongae obtusae subcarinatae membranaceae muticae, feminei glabrae muticae, inferior ovata acuminata, obtusa, superior linearis. Semen ovatum, obtusum, compressum. In *planitie montana inter Zelaya et Guanaxuato in subfrigidis.* 2.

280. PENICILLARIA.

1. * P. *cylindrica;* paniculâ subspicatâ cylindraceâ, involucellis setaceis ciliatis, culmi geniculis glabris. PENICILLARIA *ciliata Willd. Enum. H. berol.* II. p. 1037. ALOPECURUS *indicus Linn. S. V.* p. 108. *Willd. Spec.* I. p. 356. PANICUM *alopecuroides Linn. Sp. Pl.* 82. *Mant.* p. 322. CENCHRUS *alopecuroides* spicâ cylindricâ, florum involucro polyphyllo villoso. *Thunb. Prodr.* p. 24. (sine dubio, fide auctoris in *Flor. cap.* p. 387). *Plukn. Alm.* 177. t. 92. f. 5.

Statura PANICI *italici* tota villosa. Folia latitudine digiti, ut vaginae, utrinque pilosa. Spica magnitudine digiti ex involucellis multiseto-fasciculatis villosis scabris bifloris. Pedicelli longitudine flosculorum. *Linn.* — „Specimen indicum quod possideo cum figura *Plukenetii* non convenit. Culmus bipedâlis. Folia glabra, margine scabra vaginis pilosis. Spica cylindrica tripollicaris folio vaginato tecta alba. Flosculi pedicellis villosis, bini involucro scabro cincti. Cal. bivalvis biflorus. Cor. univalvis.“ *Willd.* „Culmus striatus erectus superne, uti rhachis, villosus, crassitie calami, bipedalis. Folia vaginantia, ensiformia, glabra, ore vaginarum ciliata, culmo longiora. Spica cylindrica, crassitie digiti, spithamaea. Flores sessiles, solitarii vel bini, cincti fasciculo setarum polyphyllo hirto longiori.“ *Thunb. l. c.* In *India orient.*, *et promont. b. spei.* ⊙.

2. * P. *spicata;* paniculâ subspicatâ cylindraceâ ellipticâ, involucellis setaceis scabris, culmi geniculis villosis. *Willd. Enum. H. berol.* II. p. 1037. HOLCUS *spicatus Linn. Sp. Pl.* 1483. *Willd. Spec.* I. p. 928. *Ardnin Sagg. Pad.* I. p. 124. t. 2. *Swartz* in *Schrad. N. Journ.* II. B.

Digitized by Google

2. St. p. 40. * *Kniphof Cent.* XII. n. 57. *Plukn. Alm.* t. 32. f. 4. ALOPECURUS *typhoides Gmel. Syst. Veg.* I. p. 167. PENNISETUM *typhoideum Pers. Syn.* I. p. 72. PENNISETUM *spicatum Description de l'Egypte* t. 8.

Bipedalis. Culmus crassitie pennae cygneae tectus vaginis foliorum hispidis, et ipse hispidus. Folia saepius 10, latitudine digiti, hispida (glabra *Rich.* ap. *Pers.*) spica crassissima pedicellis brevissimis apice fasciculo setarum, intra quem flores duo sessiles. Cal. bivalvis membranaceus biflorus (uniflorus absque corolla *Willd. Enum. l. c.*) petalo exteriore hermaphroditi mucronato, masculi obtuso. Stylus floribus longior lanatus leviter apice bifidus. Antherae oblongae. *Linn.* — „Figura 4. *Plukenet* t. 32. differt spicâ cylindricâ; videtur species nova, sed e specimine manco ex Ind. orientali nullos certos characteres eruere valeo. Pedicelli biflori in superiore parte spicae, inferiores omnes uniflori, ob florum copiam neutri. *Willd. Enum. l. c.* In *India orientali.* ⊙.

281. GYMNOTRIX.

1. * G. *cenchroides.* — G. *Thuari P. de B. Agrost. nouv.* p 59. CENCHRUS *hordeiformis;* racemo spicato simplici, florum involucro polyphyllo scabro, culmo erecto. *Thunb. Prodr.* p. 24. *Willd. Spec.* I. p. 318. ALOPECURUS *hordeiformis* racemo simplici, flosculis aristis circumvallatis. *Linn. Spec.* p. 90. PANICUM *hordeiforme;* spicâ cylindricâ elongatâ, involucellis unifloris setosis, flosculis acutis, culmo erecto, vaginis ore barbatis. *Willd. Enum. H. berol.* II. p. 1031. *Thunb. Fl. Jap.* p. 46. *Fl. cap.* I. p. 388.

---

* A genere HOLCI maxime recedere monuit el. *Swartz* in *Schrad. N. Journ.* II. B. 1. St. p. 40., qui novum inde construere genus suasit ad quod CENCHRUS *ciliaris, setosus, geniculatus, hordeiformis* et *purpurascens* amandandus cum ALOPECURO *indico* pluribusque PANICIS involucro munitis. — „Spica ovato-oblonga obtusa, 3-4pollic., crassitiem pollicis superans. Flosculi confertissimi, pedicellati, involucrati. Rhachis teretiuscula, pedicellis 1/4-1/3 pollic., pilosis. Involucra setae subverticillatae, saepe purpurascentes, exteriores parum breviores, hispidulae, interiores medio pilosae. E medio involucri pedicellus brevissimus, superus incrassatus, solitarius aut geminatus, uterque biflorus, hermaphroditus cum masculo. Floris hermaphroditi gluma bivalvis; valvula exterior ovata, cymbiformis, acuminata, apice purpurascens, trinervis, marginibus inflexis tenerioribus diaphanis albido pilosis, interior vix brevior, sed angustior, obtusa, margine extusque pilosa. Antherae atropurpureae. Stylus bifidus. Stigmata plumosa alba. Masculus minor, bivalvis, valvula exterior dimidio brevior, ovata, concava, apice emarginata, glabra, purpurascens, margine parum pilosa; interior duplo longior oblonga bicarinata brevior obtusa, postice apice margineque albido pilosa. Anth. sanguineae. Pist. o. Calycis loco involucrum adest." *Swartz* l. c.

Digitized by Google

Palis. de Beauv. CENCHRUM *hordeiformem Thunb.* cum? PERROTIM fecit, PANICUM vero *hordeiforme Willd.* cum? sub GYMNOTRICE habet. Jam vero CENCHRUS *hordeiformis Thunb.*, fide speciminis a cel. *Thunberg* missi, adeo similis est figurae GYMNOTRICIS *Thuarii* apud *Palis. de Beauv.*, ut nullâ ratione distingui possit.

Culmus, tripedalis. Folia ensiformia, convoluta, attenuata, ore, sed vix vaginis, ciliata, striata, glabra. Racemus cylindricus, spithamaeus. Involucri setae flexuosae, scabrae, flavescentes, corollae glumis triplo vel ultra longiores. In *prom. b. spei*, *India*, *et fide Thuarii in Isle de France.*

2. G. *crinita;* foliis utrinque glabris margine serrulatis; spicâ solitariâ; involucro spiculam subaequante; glumis valde inaequalibus superiore majore, florem hermaphroditum subaequante. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 112.

Culmus erectus ramosus, 6-8ped., glaber uti nodi, alternatim latere canaliculatus. Folia linearia plana, margine serrulato-scabra. Vaginae glabrae. Ligulae margo ciliatus. Spica cylindrica, 6-8poll., densa, spiculis solitariis sessilibus lanceolatis acuminatis dense imbricatis. Setae involucri scabrae, unica reliquis duplo longior. Glumae calycinae diaphanae scabriusculae, inferior triplo brevior, ovata, superior hermaphroditum subaequans, ovato-oblonga, acuta, trinervis. Hermaphroditi valvulae corollinae ovato-oblongae, acuminatae, concavae, membranaceae, quinquenerves, subaequales, virentes, glabrae. Floris masculi gluma longitudine hermaphroditi, ovato-oblonga, apice tridentata, quinquenervis, virescens. In *Mexico*, *in littore lacus Cuiseo prope la Puerta de Andaracuas et jaxta S. Rosa inter segetes.* ☉.

3. G. *tristachya;* foliis interne margineque scabris; spicis ternis longe pedunculatis: involucro spiculâ multo longiore; glumis valde inaequalibus, superiore majore, flore hermaphrodito quadruplo breviore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 113.

Culmus erectus 6-12ped, ramosus, teres, glaber, crassitie pennae anserinae, nodis glabris, alternatim canaliculatus. Folia lanceolato linearia, acuminata, plana, externe glabra. Vaginae glabriusculae purpurascentes. Ligula brevissima pilosa. Spicae cylindraceae, 2-5poll. Pedunculi scabriusculi. Rhachis scabra. Spiculae sessiles, oblongae acutae dense imbricatae. Involucri setae scabrae purpurascentes inaequales, spiculâ duplo-rarius triplo longiores. Glumae calycinae acutae diaphanae albidae glabrae inaequales, inferior subrotunda, flore hermaphrodito quintuplo brevior, superior ovata, inferiore duplo longior. Hermaphroditi glumae corollinae subaequales ovato-oblongae acuminatae membranaceae quinquenerves glabriusculae virentes. Stigmata plumosa. Gluma corollina neutrius ovato-oblonga, acuminata, concava, membranacea, quinquenervis, scabriuscula, albida, longitudine hermaphroditi. In *valle arcta umbrosa Puembo regni Quitensis.* 4.

Digitized by Google

282. XENOCHLOA.

1. X. *arundinacea*; paniculâ fusiformi confertâ, foliis linearibus convolutis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. Capens. Mss.*

Gramen arundinaceum quinquepedale. Culmi articulati glabri leviter striati. *Hab. in terrae Coranarum fluviis periodicis.*

283. ARUNDO.

a. *Calamagrostides Pal. de Beauv.*

1. * A. *epigeios*; paniculâ strictâ patente, calycibus acuminatis, aristâ dorsali rectâ, pilis breviori, pilis calycem subaequantibus, (foliis sublanceolatis). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 211. t. 4. f. 1. *Smith Fl. brit.* I. p. 145. *Engl. bot.* t. 402? *Willd. Spec.* I. p. 456. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 48. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 94. Arundo *Hall.* n. 1519. et *fil.* in *Roem. Arch.* I. Fasc. 2. p. 10. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 122. *Prodr.* 21. t. 5. Arundo *Calamagrostis Sut. Fl. helv.* I. p. 71. *Huds. Angl.* p. 54. Ar. *Calamagrostis* β. minor *Lam. Illustr.* n. 1086. Calamagrostis *Epigeios Roth Fl. germ.* T. II. P. 1. p. 91. *Hoel. Gram.* p. 110. *Pal. de Beauvois* l. c. *Host Gram. austr.* IV. t. 42. Calamagrostis *lanceolata With. Decand. Flor. fr.* n. 1529. α. β.? β. foliis angustis fere linearibus, paniculâ minori. *Hall. Helv.* n. 1520.? Arundo *Epigejos Sut. Flor. helv.* I. p. 71. γ. vaginis hirsutis. *Engl. bot.* t. 402. adducitur quidem ab ipsiss. *Smith*; sed, fide *Hort. Kew.*, est Phalaris *arundinacea*, et huc spectat potius *Engl. bot.* t. 403. a *Smithio* ad Arundinem *Calamagrostin* ducta, quae vero in *Engl. bot.* 2159. exhibetur.

Folia glaucescentia culmoque plus minus scabra; spiculae imbricato-vel congesto-fasciculatae, valvulis elongato-lincaribus; arista fere medio dorsi glumae exterioris inserta glumas corollae subaequans, pilis brev.or. — Synonyma, quae *Linnaeus* ad suam Arundinem *epigejos* citat omnia ad Arundinem *Calamagrostin* pertinere, et vice versâ. *Gaud.* — Variare pro soli diversitate: rhachi culmis foliisque magis vel minus scabris, saepe scaberrimis; paniculâ arctiori et floribus duplo fere majoribus. In *collibus, fruticetis aridis humidisque a Lapponia ad Mediterraneum.* 4.

2. A. *intermedia Gmel.*; calycibus unifloris, paniculâ patente ovato-lanceolatâ, culmo stricto simplici. *Gmel. Flor. bad.* I. p. 266.

Differre a praecedente *epigejo*: habitu praesertim, culmo demissiore quadripedali, strictiore, nodis 4-5, infra paniculam magis aspero; foliis ex viridi-canescentibus, margine magis retrorsum asperis secantibus; paniculâ florente ovato-lanceolatâ,

viridi-canescente; pedunculis duplo brevioribus, patenti-erectiusculis; glumis calycinis canescenti-viridibus, margine et apice dilute rubellis, perfecte aequalibus, mucronatis; corollae valvulâ exteriore infra dorsi medium semper aristatâ, aristâ longiore, pappo in basi corollae copioso, calyce sublongiore. *Circa Carlsruhe.* 4.

3. A. *littorea Schrad.*; paniculâ diffusâ, calycibus acuminatis, aristâ terminali brevi (vix tertiam longitudinis valvulae suae partem superante), pilis calycem subaequantibus, (valvulis corollinis calyce duplo minoribus, majore minorem duplo excedente, pedicellis capillaribus simplicibus foliis planis). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 212. t. IV. f. 2. ARUNDO *Pseudo-Phragmites Hall. fil.* in *Roem. Arch.* I. B. 2. p. 11. (testante *Haller fil.* et *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 96. et fide speciminis.) CALAMAGROSTIS *littorea Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 255. n. 1527. b. ARUNDO *glauca:* calycibus unifloris, glumis inaequalibus subulatis, corollis lanuginosis calyce duplo brevioribus, aristâ apicis capillari. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 79? Variat culmis vaginisque totis glabris, rhachi minus scabrâ et paniculâ purpurascente.

Rad. repens. Culmi 1½-2ped., simplices, primo basin versus procumbentes, dein magis erecti, rigiduli, teretes, striati, in paniculae tantum vicinia scabriusculi. Folia linearia acuminata scabra „(plana)" vaginisque scabriusculis. Ligula exserta obtusa. Panicula erectiuscula, subinde cernua, diffusa, 4-6poll. Rhachis subflexuosa, scabra, inferiori parte semiteres, reliquâ cum ramis angulata. Rami flexuosi hispidi. Calyces apice subfalcati, virentes. Glumae calycinae fere *Epigeiae*, sed paullo minores, tenuiores, minus scabrae. Gluma corollina exterior secundum nervos hispida, minus quam in *epigeia*, nervo intermedio inter apicis lacinulas inaequales in aristam subflexuosam hispidam pilis vix breviorem producto. Gluma corollina major apice plus minus emarginata. Pili basi conjuncti, copiosi." *Schrad. l. c.* In *insulis Danubii*, *Helvetia*, *Gallia*, *Caucaso?* 4.

4. A. *laxa Host;* paniculâ diffusâ, calycibus acuminatis, aristâ terminali longitudine valvulae majoris calycem aequante, subinde et superante, pilis calycem subaequantibus, valvulis corollinis calyce duplo minoribus, majore minorem triplo excedente, pedicellis capillaribus simplicibus. — A. *laxa:* paniculâ laxâ apice nutante, spiculis aristatis, culmo basi ramoso, radice repente. *Host Gram. austr.* IV. p. 25. t. 43. *Wahlenb. carp.* n. 112. ARUNDO *effusa*, calycibus unifloris, paniculâ effusâ, laxâ, petalo exteriore apice aristato, culmo erecto simplici. *Gmel. Fl. bad.* I. p. 262. n. 179. (fide speciminis cli. auctoris, nec *littorea*, ut auctor in *Cat. Hort. Carlsruh.*).

Digitized by Google

Speciem hanc fide plurimorum speciminum vidimus cum *littorea* confusam. Descriptio optima cli. *Host* sequens: „Radix valde repens, geniculata, perennis; culmi teretes glabri laeves fistulosi erecti toti, aut inferne tantum decumbentes, ex geniculis inferioribus radices et ramos agentes. Folia in longam cuspidem attenuata, dorso laevia, facie scabra. Vaginae teretes glabrae laeves. Ligula oblonga glabra. Panicula florens laxa ampla subsecunda apice nutans. Rhachis subcompressa alternis dentibus, supremâ parte tota scabra, medio tantum ad dentes aculeata, prope basin tota laevis; rami compressi scabri in plures ramulos divisi, florentes laxi, rhachi adpressi post florescentiam. Spiculae oblongae acuminatae uniflorae. Calycis valvulae inaequales oblongae acuminatae, exterior longior, unicâ lineâ scabra, interior lineis tribus. Cor. basi pilis candidis, valvula exterior apice bifida, sub apice aristâ longâ, dorso trilineata; interior triplo brevior, apice bifida, superne ad marginem inflexa.“ — Variat ut *littorea*. Folia glaucescentia, inferiora saepe, subinde et ramea convoluta. Ligula acutiuscula. Pili rariores quam in *littorea*. Specimen rhenanum (*effusae Gmel.*) reliquis procerius, caeterum non diversum. In *insulis Danubii*, *Rheni*, *Helvetiae et in Carpathis*.

5. A. *annulata*; paniculâ diffusâ, calycibus acuminatis, aristâ terminali longitudine valvulae majoris calycem aequante ejusve valvulam minorem subinde superante, pilis calycem subaequantibus, valvulis corollinis calyce duplo minoribus, majore minorem duplo excedente, pedicellis sub calyce incrassatis, annulatis, foliis convolutis.

Specimen alterum Bernae lectum nomine *littoreae*, alterum *Epigeiae* nomine inscriptum ex *Avignon*, a D. *Requien*, alterum nomine ARUNDINIS *Calamagrostidis* ex agro vindobonensi habemus: ab utroque charactere dato satis distinctum.

Radix omnibus deest; vaginae in specimine helvetico glaberrimae, in gallico scabriusculae in utroque purpurascentes ad nodos; folia in utroque margine scabra, rigida, glaucescentia; ligula longe exserta apice fissa. Reliqua ut in *laxa*. Pedicellis eminus facile distinguitur.

6. A. *glauca*; paniculâ subpatente cernuâ, calycibus acuminatis, pilis corollam excedentibus, aristâ terminali rectâ, calycem excedente. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 74.

Folia linearia apice setacea convoluta, cum culmo glauca. *Hab. in Amer. sept.* 2. Maxime nobis praecedenti *laxae* affinis videtur.

7. A. *Pseudophragmites Schrad.*; paniculâ diffusâ, calycibus acuminatis, aristâ dorsali (infra medium affixâ) rectâ pilisque corollâ paullo longioribus. *Schrad. Fl. germ.* 1. p. 213. t. IV. f. 3. ARUNDO *Calamagrostis Hall. fil. Roem. Arch.* l. c. p. 10. ARUNDO *Halleriana Gaud. Agrost. helv.* p. 97. ARUNDO *alpestris Hall. Inedit.* ARUNDO *alpina*

Digitized by Google

Vill. Voyage. β. aristâ dorsali medio affixa vel supra medium. A. *Pseudophragmites Wahlenb. lapp.*

„Habitus AGROSTIDIS *lanceolatae*, quacum saepe occurrit et confundi videtur. Variat foliis facie pubescentibus; culmo rhachique scabriusculis; floribus minoribus. Rad. repens; culmi 2-3ped., et ultra, simplices, quandoque ramosi, erecti, teretes, striati, glabri; folia linearia acuminata, nunc facie et ad oras tantum, nunc undique scabra. Vaginae striatae glabrae. Ligula exserta obtusa, primo integra, demum in plures lacinulas divisa. Panicula erectiuscula, laxa, 3-6poll. Rhachis parum flexuosa, inferne semiteres, glabra, superne cum ramis angulata et hispidula, ramis tenuibus flexuosis. Calyces uniflori *epigeiae* majores“ (valvulis calycinis duplo latioribus) „e fuscescente purpureoque varii nitidi, glumis subaequalibus lanceolatis acuminatis carinâ hispidis, exteriori acutiori uninervi, interiore parum minore trinervi, carinâ a medio ad apicem tantum hispidâ. Corolla calyce minor, gluma exterior bifida quadrinervis, versus basin e nervo intermedio emittens aristam rectam, inferne glabram, superne hispidam, pilos aequantem, rarius paullo breviorem aut longiorem, nervis lateralibus in mucronem excurrentibus. Inter lacinulas tenerrimas apicum margo et nervi subhispidi, caeterum gluma glabra; interior duplo minor, toto glabra, apice plerumque multidentata. Pili basi conjuncti, copiosi, calyce parum breviores.“ *Schrad.* In *nemorosis uliginosis ad fluviorum ripas Germaniae, Helvetiae.* 4.

Obs. β fide exemplaris a clo. *Wahlenberg* in Lapponia Kemensi lecti omnibus partibus tertiâ parte major, caeterum vero, si insertionem aristae excipias, a nostris helveticis, licet staturâ et habitu distinctissimum, descriptione nullâ ratione distinguenda.

8. A. *stricta Timm;* paniculâ strictâ patente, calycibus acutis, aristâ rectâ dorsali corollam subaequante, pilis corollâ brevioribus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 215. t. 4. f. 5. *Timm* in *Siemssen Mecklenb. Mag.* II. p. 235. *Smith* in *Linn. Trans.* X. p. 337. *Engl. Bot.* t. 2160. *Roth Neue Beytr.* I. p. 118. ARUND. *neglecta Ehrh. Beytr.* VI. p. 137. CALAMAGROSTIS *neglecta Flor. Wetter.* I. 84. β. *angustata*, paniculâ elongatâ lineari, floribus linearibus. *Wahlenb. lapp.* p. 28. γ. *interrupta*, paniculâ cylindricâ, fasciculis inferioribus remotis conglobatis. *Wahlenb.* l. c.

Rad. repens; culmi 1½-2ped., adscendentes, rigiduli, teretes, glabri subinde ramosi. Folia linearia acuminata, margine scabra, sicca convoluta, vaginae glabrae. Ligula exserta obtusa. Panicula angusta 3-6pollic. Rhachis scabra, rami breves hispidi. Calyces nitidi, e fusco purpuràque varii, demum pallescentes, glumis subaequalibus, uninervibus, scabris, carinâ margineque hispidis. Gluma corollina exterior longitudine glumae calycinae interioris, striis purpureis, trinerviis, margine

Digitized by Google

et nervis hispida, scabra, apice bifida; interior duplo minor, glabra, apice emarginata et denticulata. Arista pone basin emergens, recta aut parum flexuosa, scabra, aetate glumam superans. Pili basi conjuncti, pauciores quam in AGROSTI *lanceolata*, et corollae glumâ exteriore breviores. In *pratis aquosis Europae borealis, ad Lapponiam usque et in Anglia.* 4. „Flores minores quam in reliquis, plerumque clausi, nec majores quam in ENODIO. *Wahlenb.*"

9. A. *strigosa Wahlenb.*; paniculâ erectâ sparsâ, calycibus sublinearibus acuminatis, aristâ tenui dorsali corollam aequante, pilis corollâ brevioribus. *Wahlenb. lapp.* p. 29. tab. II. a - d.

Fructificatione optime convenit A. *strictae*, sed habitus diversissimus fere A. *epigejae* vel A. *Calamagrostidis* contractioris. Culmus et folia fere A. *Calamagrostidis*, panicula erecta quidem et contracta, ut in A. *stricta*, attamen rariuscula. Pedunculi eximie angulati, ut in A. *stricta*, omnium hispidissimi, ut et carina calycis. Valvulae calycinae longae, fere ut in *epigejos*, sed muticae, nec acuminatae. Corolla calyce multo brevior, aristâ semper dorsali, lanâque brevi. Color paniculae caeruleo-virens. *Ad littora maris septentrionalis ad ostium fluminis Tana. Finmark. orient. et ad Lyngem Nordland. In Grönlandia. Wormskiold.* 4.

10. A. *varia Schrad.*; paniculâ patente, calycibus acutis, pilis corollam aequantibus, aristâ dorsali geniculatâ calycem vix excadente *Schrad. Fl. germ.* I. p. 216. t. 4. f. 6. *Wallroth Ann. bot.* p. 18. *Wahlenb. helv.* p. 23. n. 131. CALAMAGROSTIS *arundinacea Wib. werth.* p. 122. (excl. syn.). *Decand. Fl. fr.* n. 1527. CALAMAGROSTIS *varia Host Gram. austr.* IV. t. 47. ARUNDO *montana Gaud. Agr. helv.* I. p. 91. ARUNDO *Clarionis Lois. Deslongch. Fl. gall.* I. p. 719. (DEYEUXIA *montana Clarion.*). AGROSTIS *arundinacea Thom. Cat.* p. 13. *Hall. Hist.* n. 1522. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 507. β. paniculâ contractâ. AGROSTIS *pseudoarundinacea Schleich. Cent.* I. n. 8. CALAMAGROSTIS *montana P. de Beauv.* et *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 254. n. 1527. (excl. *sylvatica Host*). DEYEUXIA *arundinacea P. de B.* Cls. *Gaudin* adhuc cum? huc ducit: AGROSTIS *arundinaceam Vill. delph.* II. p. 79. *Sut. Helv.* I. p. 36. et *Willd. Spec.* I. p. 364. (qui potius ad sylvaticam).

Spiculae ovato-acutae, corollâ calycem fere aequante, basi aristatâ, aristâ calyce longiore paullo, pilis penicillatis. *Gaud.* Gramen polymorphum varians: culmis altioribus (1 - 2-ped.), foliis latioribus, vaginis pubescentibus vel subvillosis, floribus purpurascentibus et virescenti-albidis; culmis, foliis vaginisque plus minus scabris; aristâ calycem vix excedente et pilis paullo brevioribus. *Schrad. l. c.* β. gracilior, glaucescens.

Digitized by Google

paniculâ minori rariori, plerumque rubente. — Pilos non omnes esse fasciculatos; ARUNDINEM *acutiflorum Schleich. cat. nov.* p. 7. primo quidem intuitu differre spiculis longioribus et angustioribus, pilis magis copiosis, aristâ exsertâ, rectiusculâ, valvulis breviore, attamen eandem esse cum A. *variâ* videri; AGROSTIN *sylvaticam* ejusdem esse cum hac specie generis fors proprii ob penicillum pilosum basi glumae inferioris appressum *Gaud.* in *obs.* p. 93. 94. *l. c.* — A. *varia Schrad.* pilis gaudet patentibus, corollam superantibus calycisque cacumen attingentibus; A. *sylvatica* vero *Schrad.* pilis brevissimis, nudos oculos fere fugientibus, aristâ calycem corollamque fere duplo excedente. *Wallroth l. c.* p. 15. In *uliginosis palustribus sylvaticis montium et locorum subalpinorum Europae et Caucasi.* 4.

11. A. *lapponica Wahlenb.*; paniculâ strictâ, calycibus acutiusculis, aristâ dorsali geniculatâ pilisque corollam aequante. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 27. tab. I. a - c.

Culmus saepius tripedalis, strictus, firmus; folia stolonum fere filiformia, caulina angusta; panicula ultra palmaris, ramis breviusculis, flores majores, latiores; valvulae calycis binae uninerves; corollae valvula exterior calyce vix brevior, quadrinervis, nervis tenuissimis. Arista dorsalis vix longitudine corollae. Pili calyce vix breviores. In junioribus panicula caerulescit, dein dilute purpurascit. Magna cum ARUNDINE *varia* affinitas. In *collibus et siccioribus apricis, in subalpinis et subsylvaticis Lapponiae.* 4.

12. A. *acutiflora Schrad.*; paniculâ patente, calycibus acuminatis, pilis corollâ brevioribus, aristâ dorsali geniculatâ calycem vix excedente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 217. ARUNDO *Agrostis Scop. carn.* n. 126. (monente *Wulfen* ap. *Schrad.* l. c.). CALAMAGROSTIS *acutiflora Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 255. n. 1527a. DEYEUXIA *acutiflora Pal. de Beauv.*

Media quasi ARUNDINEM *variam* inter et A. *sylvaticam.* Ab illa, cui proxima, differt: culmis plerumque altioribus rigidioribus, foliis longioribus latioribus, paniculâ strictâ majori; floribus majoribus; pilis paucioribus corollâ paullo brevioribus. A *sylvatica* differt: pilis corollam undique cingentibus, frequentioribus, triplo longioribus; defectu penicilli (vel saltem minimi); aristis calycem vix excedentibus. Ab utraque diversa: calycibus acuminatis et corollâ calyce dimidio fere minore. Variat subinde paniculâ pauciflorâ. Superficies ex glauco viridis et fere nuda, subinde folia et vaginae basi pubescentes. In *nemorosis humidis paludosis ad rivuloram ripas Germaniae australis.* 4.

Ex hac DONACEM *acutiflorum* quoque fecit *P. de Beauv.* et AGROSTIDEM *acutifloram.* Ad illum, ut synonymon, ducit ARUNDINEM *montanam Willd.!*).

Digitized by Google

13. * A. *sylvatica*; paniculâ patente, calycibus acutis, pilis brevissimis, aristâ dorsali geniculatâ calycem excedente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 218. t. 4. f. 7. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 26. *Helv.* p. 23. Agrostis *arundinacea Linn. Spec.* ed. 2. p. 91. *Willd. Spec.* I. p. 364. (excl. syn. *Scop.* et *Scheuchz.*). *Gaud. Agrost.* I. p. 73. Calamagrostis *sylvatica P. de Beauv. Besser Fl. gal.* T. I. p. 70. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 253. n. 1526*. Calamagrostis *arundinacea Roth germ.* T. II. P. I. p. 89. (excl. syn. ut in *Kocl. Gram.* p. 118). Calamagrostis *pyramidalis Host:* paniculâ erectâ, spiculis aristatis, aristâ valvulâ suâ longiore, pilis flosculo subjectis corollâ triplo brevioribus. *Host Gram. austr.* IV. p. 28. t. 49. β. glumis acuminatissimis, paniculâ contractiore. — Agrostis *arundinacea Lejeune Fl. Spad.* I. p. 43.

Rad. repens; culmi 3-4ped., simplices, subinde paullo infracti, glabri aut superne scabriusculi. Folia lanceolato-linearia, acuminata, margine scabra, primo carinata, dein planiuscula, dorso laete viridia et nitida, facie glaucescentia pube brevi. Vaginae scabriusculae, inferiores saepe pubescentes. Ligula exserta obtusa, adulta lacinulata. Panicula 4-8pollic. et longior, rhachi scabra, ramulis hispidis. Calyces uniflori, ex albido et virescente, ex utroque et purpurâ varii, glumis subaequalibus lanceolatis acutis scabris, margine et carinâ hispidis, exteriore uni-. interiore trinervi. Gluma exterior calyce paullo minor, scabra, quinquenervis, margine et nervis hispida, apice bifida, lacinia utraque fissa, denticulata; interior parum minor, bifida. Arista paullo infra medium petali exterioris, 2-3 lin. extra calycem, geniculata, sub geniculo torta, a basi ad geniculum latere exteriori et supra tota hispida. Penicillus parvus praeter pilos paucos pilis distichis petali minoris dorso appressus. In siccis humilior, rigidior, pilosior. In *sylvaticis nemorosis*. β. *prope Verviers*. 2.

14. A. *confinis Willd.*; paniculâ patente, calycibus unifloris acuminatis, pilis corollam subaequantibus, aristâ dorsali geniculatâ calycem excedente. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 127.

Culmi bipedales glabri; folia glabra subglaucescentia, formâ et facie A. *sylvaticae*, quâcum et ligulâ convenit. Calycis valvulae membranaceae acuminatae subaequales, exterior uninervis, interior vix manifeste trinervis, apice et margine ut plurimum purpurascens. Cor. bivalvis, valvula exterior longitudine fere calycis apice tridentata, membranacea glabra, obsolete trinervis, infra medium aristâ geniculatâ, calycem parum excedente, glabra; interior apice bidentata parum brevior enervis membranacea, basi pilis numerosis. Pili copiosi, nonnulli corollâ parum longiores, reliqui eam aequantes vel parum breviores. Affinis A. *acutiflorae*, sed diversa: corollâ fere lon-

Digitized by Google

gitudine calycis, pilis ad basin valvulae corollae interioris. In *America boreali.* 2.

Obs. Licet cl. *P. de Beauv.* CALAMAGROSTIDEM dixisset, hanc tamen potius spectare, ex descriptione et affinibus patet.

15. A. *montana;* paniculâ erectâ oblongâ, spiculis aristatis, aristâ valvulâ suâ duplo longiore, pilis, valvulae interiori subjectis, longissimis. CALAMAGROSTIS *montana Host Gram. austr.* IV. t. 46.

Hanc CALAM. *montanam* ad praecedentem *arundinaceam* s. ARUND. *variam* ducit *Wahlenb. carp. n.* 113: sed primo intuitu differt C. *montana* paniculâ oblongâ, in *varia* ovatâ; flosculis duplo fere majoribus brevius pedicellatis quam in *varia;* aristâ valvulâ duplo longiore, quae in *varia* eâdem brevior. Pilos quidem longissimos in *montana* non semper vidimus, sed Antheras purpureas, quae in *varia* flavas. Rad. in *montana* minus, quam in *varia*, repens; culmi altiores, minus scabri; vaginae glabrae, laeves, in *varia* pilis deorsum versis scabrae; ligula longa, in *varia* brevis; rami magis scabri, et pilosi spiculae lanceolatae, in *varia* ovatae; valvula corollina exterior nervis 4, in *varia* 5; semen oblongum, in *varia* obovatum. Sunt qui C. *montanam Host* pro A. *sylvatica* habeant, a qua tamen pilis longissimis distincta. In *sylvis montanis.* 2.

16. A. *Hostii;* paniculâ oblongâ, fructiferâ patente, spiculis aristatis, aristâ valvulâ suâ longiore, pilis, corollae subjectis, valvulâ exteriore longioribus, radice repente. CALAMAGROSTIS *sylvatica Host Gram. austr.* IV. t. 48. ARUNDO *nemorosa Schult. oestr. Flor.* 2. I. p. 187.

Culmi erecti, glabri, scabri; folia laxa, scabriuscula, apice in cuspidem longam scaberrimam attenuata, basi ad oras dorsumque pilosa. Vaginae scabrae, ligula oblonga. Panicula erecta vel apice nutans, rhachi scabra, ramis aculeatis. Spiculae ovatae. Calycis valvulae scabrae, acuminatae, exterior uniinterior trinervis. Corollae valvula exterior oblonga, apice bifida, dorso scabra, quinquenervis, nervo intermedio supra basin in aristam parum ultra calycis apicem se exserentem desinente; interior lineari-lanceolata, longitudine exterioris. In *sylvis montanis, subalpinis.* 2.

17. A. *agrostoides;* paniculâ laxâ diffusâ, calycibus unifloris acuminatis glabris, corollis calyce brevioribus membranaceis, valvâ exteriore apice incisâ, dorso brevissime aristatâ, interiore minimâ, pilis corollam aequantibus; foliis planis scabriusculis, culmis vaginisque glabris. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 86.

In *novae Caesareae et Pensylvaniae paludibus.* 2.

18. A. *canadensis Mich.;* culmis foliisque laevibus angustis, paniculâ oblongâ; glumis puberulis lanceolatis uniflo-ris, floris alterâ valvâ dorso aristatâ. *Mich. Fl. Bor. Am.*

Digitized by Google

I. p. 73. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 274. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 86.

Habitus AGROSTIDIS *lanceolatae* s. ARUNDINIS *Calamagrostidis*, sed minor, et arista dorso valvulae corollae exterioris inserta. Culmi recti, graciles, foliis parvis glabris angustis acuminatis culmo brevioribus, ligulâ acutâ lanceolatâ, vaginis brevibus glabris laxiusculis; flores parvi in paniculâ patente ramis brevibus subverticillatis; valvulae calycinae inaequales acutae lanceolatae; pili breves, lanuginosi. In *pratis montosis a Canada ad Carolinam.* 4.

19. A. *tenella Willd.*; paniculâ erectâ, calycibus unifloris acuminato-aristatis, pilis corollae brevissimis, aristâ longissimâ, culmo ramosissimo, vaginis foliisque pubescentibus. *Sprengel Pug.* II. p. 6. *ex litt. Willdenowii.*

Rad. fibrosa, capillaris. Culmi spithamaei geniculati gracillimi superne pubescentes. Folia lineari-filiformia canaliculata striata. Paniculae copiosae ex axillis foliorum ramosae tenerrimae pedicellis subinerassatis. Calycis valvulae inaequales hyalinae acuminato-aristatae, alterâ basi latiore. Corolla calyce major, basi pilis brevissimis, valvulâ alterâ striatâ in aristam tenuissimam hispidiusculam vicies et ultra valvulâ longiorem terminata. In *nova Hispania.*

20. A. *quitensis*; culmis erectis glabriusculis; foliis vaginisque pubescenti-scabris; paniculâ ramosâ coarctatâ subverticillatâ; glumis calycinis uninerviis, dorso scabris inaequalibus; pilis corollâ multo brevioribus. CALAMAGROSTIS *quitensis Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 133. ARUNDO *quitensis Spreng. Pug.* II. p. 7.

Culmi pedales ramosi striato-angulati, angulis scabriusculis. Nodi glabri. Folia linearia plana. Vaginae internodiis breviores. Ligula elongata, multifida glabra. Panicula gracilis, 4-5poll., ramis distantibus subadpressis rhachique scabris; spiculae pedicellis hispido-scabris; glumae calycinae lanceolatae, acuminato-subulatae carinatae, dorso virides, superior longior, corollam subaequans; corollinae subaequales scabrae virentes, inferior bidentata, inter dentes subulatos aristata, superior acuminata mutica. Arista pollicaris subflexuosa. In *calidis regni Mexicani prope Mescala, Sochipala, et Valle Zopilote.* 4.

Obs. Sprengelii planta ex definitione et descriptione alia quasi videtur: A. *quitensis Humb.*; paniculâ flaccidâ, calycibus unifloris acuminatis, pilis corollae brevissimis, aristâ longissimâ, culmo simplici vaginis foliisque glabris. *Spreng. Pug.* II. p. 7. ex *Willdenowii litt.*

„Culmus cubitalis tenuis glaber. Folia linearia complicata, ligulâ multifido-pilosâ. Paniculae ramuli scabri angulati. Calyx hyalinus, valvulis uninervibus purpurascentibus, corollam aequantibus. *Ad Quito.*"

Quid: CALAMAGR. *villosa Gmel.*: paniculâ oblongâ, petalo exteriore aristato villis obsito. *Villars Fl. delph.* 2. p. 79. sub *Agrostide Gmel. Syst. Veg.* I. p. 171.

Digitized by Google

Flora gallica silet de hac specie. *Loisel Deslongch.* AGROSTIDEM *villosam Vill.* l. c. in *Flora gall.* I. p. 66. ad ARUND. *Agrostin Scop.* ducit. At, simul adducit AGROSTIN *arundinaceum Linn.*, ut nescias, utrum AGROSTIS *villosa Vill.* ad DRYEUXIAM *acutiflora*m, i. e. ARUND. *Agrostin Scop.* vel ad DRYEUXIAM *sylvatica*m, quae AGROSTIS *arundinacea Linn.*, pertineat.

21. A. *tenuifolia*; culmis erectis aut procumbentibus glabris, foliis vaginisque scabris, paniculâ ramosâ ramis alternis patulis, glumis calycinis uninervibus dorso scabris inaequalibus, pilis corollâ multo brevioribus. CALAMAGROSTIS *tenuifolia Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 134.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi pedales ramosi; nodi glabri; folia subconvoluta; vaginae sublaxae, glabrae, internodiis breviores; ligula elongata, multifida glabra; panicula gracilis; tripollicaris, ramis subdistantibus abbreviatis scabris. Rhachis glabra. Spiculae pedicellis brevibus hispido-scabris. Glumae calycinae lanceolatae acuminato-subulatae glabrae dorso virides, superior paullo major, corollam subaequans; corollinae subaequales scabrae virentes, basi pilis brevibus, inferior bidentata, inter dentes subulatos aristata, superior acuminata, mutica. Arista recta subpollicaris. Stigmata rubra. *Quitensi* valde affinis. In *cultis juxta urbem Mexico.* 4.

22. A. *humilis*; paniculâ oblongâ, spiculis aristatis, aristâ brevissimâ, foliis facie pilosis, vaginis scabris. CALAMAGROSTIS *tenella Host Gram. austr.* IV. p. 29. t. 50. Nomen mutandum erat, cum duae jam CALAMAGROSTIDES et ARUNDINES *tenellae* sint, et haec a synonymis diversa.

Rad. fibrosa; culmi tenues teretes erecti glabri laeves, sesquiped.; vaginis fere tecti; folia mollia planiuscula scabra, facie pilis raris brevibus deciduis, basi copiosioribus; vaginae valde scabrae, ligula oblonga, pubescens; panicula plerumque incurvata, ante et post florescentiam contracta; rhachis tortuosa scabra, ramis scaberrimis, inferiores saepe foliolo longo membranaceo lineari; spiculae oblongo-lanceolatae, acuminatae; calycis valvulae scabriusculae ciliatae, carinâ versus apicem aculeatâ; valvula inferior longior, uninervis, superior brevior latior trinervis; corolla pilis valvulâ exteriore longioribus; valvula exterior oblonga quinquenervis, nervis lateralibus in denticulum excurrentibus; arista in medio dorsi non usque ad valvulae suae apicem porrecta; valvula interior duplo brevior. In *subalpinis alpinis Bohemiae, Pannoniae, Tyrolis.* 4.

b. ARUNDINES *Pal. de Beauv.*

23. * A. *Phragmites*; calycibus subquinquefloris, floscu-lis calycem (vix) excedentibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 223. t. 5. f. 4. *Willd. Spec.* I. p. 454. *Koel. Gram.* p. 276. *Smith Fl. brit.* I. p. 144. *Engl. bot.* t. 401. *Gaud. Agrostogr. helv.* I. p. 90. *R. Brown Prodr.* I. p. 183. *Scheuchz. Agrost.* p. 161. T. 3. f. 14. *Leers*

Digitized by Google

Herborn. p. 44. T. 7. f. 1. *Host Gram. austr.* IV. t. 39. *Svensk. bot.* 114. *Lam. Illustr.* n. 1083. t. 46. A. *vulgaris Lam. Illustr.* n. 1189. *Hall. Hist.* n. 1515. Variat: spiculis subunifloris et bifloris.

Arundo *Phragmites β Willd.*, Arundo nempe media vulgaris, foliis et culmo apice in corpus fusiforme coalescentibus *Scheuchz. Agrostogr.* p. 162. *n.* 2. est hujus loci et tantum monstrositas. In *paludibus, fluviis et lacubus Europae a Lapponia ad Mediterraneum, in Caucaso, Japonia, America, et nov. Holland.* 4.

24. A. *bifaria Retz;* culmo erecto folioso, foliis bifariis, paniculâ coarctatâ, calycibus trifloris. *Retz Obs.* IV. p. 22. *Willd. Spec.* I. p. 455.

Culmi crassitie digiti minimi; folia approximata plana, pollicem lata, 6-7pollicaria, patentia; calycis valvulae acutae membranaceae, trinerves, valv. exterior longior, angustior; valvula corollina exterior subaristata, ventricosa. Antherae flavae, stigmata azurea. Flosculus tertius non raro abortivus. *Ad margines stagnorum et fossarum Indiae orientalis.*

25. A. *australis Cav.*; culmo erecto folioso, foliis strictis, paniculâ ovatâ, calycibus trifloris.

Cavanilles hoc nomine descripsit in *Annal. de Cienc.*, quibus caremus. Descriptionem itaque ad specimen a munificentissimo *Zea* missum hic paravimus. Culmus, in nostro abscissus, sesquiped., crassitie pennae corvi, tectus ad paniculam fere usque vaginis striatis; folia ultra medium convoluta, in acumen longissimum, setaceum attenuata, fere glabra, margine scabriuscula, medium versus 3-4 lin. lata; ligulae loco series pilorum, 2-3 lin. longorum; panicula 3-4poll., ramis inferioribus longioribus appressis, superioribus patulis; rhachis paniculae ramique laeves; basi fasciculis pilorum stipati; calycis valvulae lanceolatae, maxime inaequales, mucronatae, altera vix lineam longa; uninervis, altera duplo-triplove longior, trinervis, utraque laevis, glabra. Valvula flosculi inferioris sessilis exterior valvulâ majore calycis duplo longior, lineari-lanceolata, uninervis, interior quadruplo minor, bifida. Valvulae flosculorum duorum reliquorum exteriores lineari-setaceae, in aristam attenuatae, stipatae pilis sericeis candidissimis, flosculis hisce quartâ circiter parte brevioribus. In *Australia.* 4.

26. A. *Egmontiana;* culmo erecto folioso, foliis strictis setaceo-convolutis, paniculâ ovatâ, calycibus quinquefloris.

Specimen plantae haudum ineditae misit cls. *Zea.* Affinis praecedenti *australi*, sed minor, tenuior; culmus aeque ad paniculam usque vaginis foliorum involutus; folia quadruplo tenuiora, profunde striata, hinc inde pilo brevi reflexo appresso. Fasciculus brevis pilorum ligulae loco. Panicula 2-3poll., ramis brevibus appressis rhachique sulcata glabris, praeter pilos breves ad angulos axillares. Calycis valvulae lineari-lanceo-

Digitized by Google

latae in setam longe acuminatae margine membranaceae uninerves striatae, laeves, 4-5 lin. longae, flosculos fere aequantes. Valvula flosculorum exterior lanceolata, in aristam longitudine valvulae attenuata, basi pilis copiosis albis 2/3 longitudinis valvulae aequantibus, uninervis; valvula interior angustior, bifida, tertia minor, demtâ aristâ. In *portu Egmont.*

27. A. *pygmaea Spreng.*; calycibus bifloris, flosculis calycem aequantibus (excedentibus) triaristatis, aristâ dorsali majore (recurvâ, pilis corollae ciliatis), foliis vaginisque incano-pubescentibus. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. p. 299. *Idem Pugill.* I. p. 9.

Pollicaris. Rad. fibrosa. Culmus simplex teres strictus vaginis foliorum vestitus. Folia semipollicaria, semilineam lata, convoluta, flaccida, filiformi-linearia. Panicula subspicata, exilis ex ultima vagina subflavescens. Glumae calycinae valvulis aequalibus linearibus acutis muticis. Corollae extus pilis fasciculatis corollam aequantibus (vel brevioribus), valvula altera apice aristis duabus terminata, aristâ dorsali tertiâ parum tortâ recurvâ. In *monte Baldo. Gebhard.*

28. A. *nitida*; paniculâ ramosissimâ effusâ; glumis spiculâ subtriflorâ longioribus (?); lanâ paleam inferiorem duplo superante (?). *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 121.

Rad. fibrosa; culmi caespitosi erecti, 6-12ped.; folia linearia plana striata, externe scabra, interne basin versus pilosa, margine serrulata; vaginae sulcato-striatae, glabrae; ligulae margo ciliatus; panicula ramis verticillatis laxis scabris; rhachis glabra; flos spiculae supremus saepius sterilis. Glumae calycinae lineares acuminatae carinatae diaphanae glabrae subaequales; corollinae inaequales, inferior lineari-lanceolata, longe subulata, obscure 3-5nervia, glabra; superior dimidio brevior, linearis, bicarinata, apice bidentata, carinis scabra. Lana paleâ inferiore dimidio brevior (in definitione: „*lanâ paleam inferiorem duplo superante!*“) alba. *Puchicango* et *Certadera* incolarum. In *frigidis montanis Provinciae de los Pastos, inter Guachucal et Tuqueres, in crepidinibus montis ignivomi Chiles.* 4.

Dubiae:

29. A. *Rugi*; calycibus bifloris, foliis subulatis glabris. *Molina Fl. chil.* p. 279 cum seqq.

Ad pedes Andium 20pedum; *ad mare* 12pedalis.

30. A. *Quila*; calycibus trifloris, foliis ensiformibus serrulatis.

A. *phragmite* triplo-quadruplo crassior. Simillima NASTO *Chusquae* et ab illo vix distinguenda, et cum eadem proprii fors generis.

Digitized by Google

31. A. *Valdiviana;* calycibus trifloris; foliis subulatis pubescentibus, internodiis approximatis.

Nodi aurantiaci, subcontigui.

32. A. *farcta;* tenuis altissimeque scandens. *Plum. Ms.* 5. t. 92. *Aublet Guian.* I. p. 52. CALAMAGROSTIS *farcta Gmel. Syst. Veg.* I. p. 172. ARUNDO tenuissima, altissime scandens, foliis minimis, rigidis; acuminatis, ramulis minoribus verticillatis. *Brown Jam.* p. 139.

Incolis vulgo: *Liane coupante.* *In Gujana.*

33. A. *maxima;* foliis margine ciliatis basi albis hirsutie ciliatis striatis planis totis viridibus. *Forsk. aegypt.* p. 24. *Vitman Summ.* I. p. 228.

Foliorum marginis scabrities aetate evanescit. *In Arabia.*

284. HIEROCHLOA.

1. * H. *borealis;* paniculâ subsecundâ, pedunculis glabris, flosculo hermaphrodito mutico, masculis subaristatis, radice repente. HOLCUS *borealis Schrad. Fl. germ.* I. p. 252. HIEROCHLOA *repens P. de Beauv.* HOLCUS *odoratus* (*repens*) *Schkuhr Handb.* III. p. 522. t. 344. (excl. syn. *Roth, Jacq.* et *Host*). HOLC. *odoratus Willd. Spec.* IV. p. 935. (excl. syn. *Host* et *Haller* teste ipso *Willd.* in *Enum. H. Berol.* II. p. 1035.) *Fl. Dan.* t. 963. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 31. *Svensk bot.* t. 168. HOLCUS *repens Host Gram. austr.* III. t. 3. POA *nitens Weber Holsat. Suppl.* n. 6. AVENA *odorata Pers. Syn.* I. p. 100. HIEROCHLOE *Gmel. sib.* I. p. 100. SAVASTANA *hirta Schrank Fl. bav.?* β. floribus duplo minoribus *Wahlenb.*

Odore ANTHOXANTHI *odorati* aut ASPERULAE *odoratae.* Variat flosculis omnibus muticis, et flosculo exteriore basi aristato, aristâ incurvâ. Rad. valde repens; culmi 1-1½ pedal., erecti glabri; folia lineari-lanceolata acuta, subinde mucronata, plana, margine scabra, facie glaucescentia, dorso viridia. Vaginae glabrae, in varietate scabriusculae. Ligula brevis, acutiuscula; panicula pauciflora, sub anthesi patentissima; rhachis et rami ramulique glabri; spiculae ovatae tumidiusculae compressae nitidissimae, e fusco et viridi purpurascentes triflorae. Flosculi calyce paulo minores vel eundem aequantes. Glumae calycinae ovato-lanceolatae acutae, carinâ glabriusculae, nervo costali saepe in mucronem brevem producto, majori 5-7, minori angustiori 3-5nervi. Masculi gluma corollina exterior oblongo-ovata, quinquenervis, apice villosa, rarius aristata (in Lapponia fere perfecte mutica), interior paulo longior, apice bifida. Gluma hermaphroditi acutior, exterior semper mutica. Nectaria squamae bipartitae, laciniis linearibus, inaequalibus. *In pratis humidioribus Europae borealis et mediae.* 4.

Digitized by Google

2. H. *australis;* paniculâ subsecundâ, pedunculis ad spicularum basin pilosis, flosculo hermaphrodito mutico, masculo inferiori infra apicem brevissime aristato, masculo superiori e dorsi medio aristam geniculatam exserente, radice repente. HOLCUS *australis Schrad. Fl. germ.* I. p. 253. HIEROCHLOA *odorata P. de Beauv.* H. *odoratus Schk. Handb.* III. p. 523. (excl. syn. *Fl. Suec.*). *Gaud. Agr. helv.* I. p. 136. (qui tamen *Haller* n. 1496 cum? citat). *Host Gram. austr.* I. t. 4. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 4. AVENA *odorata Decand. Fl. fr.* n. 1565 *a.*

Schkuhr primus speciem hanc a *boreali* distinxit, quâcum vel *Linnaeus* ipse, monente clo. *Smith* ap. *Schrader* l. c., eandem confundebat. Habitus omnino idem, sed, praeter characteres datos, glumis calycinis oblongo-ovatis obtusissimis cum acumine, subaequalibus, superiore 3-5nervi, glumis corollinis exterioribus plerumque angustioribus, minus villosis, florum masculinorum glumis corollinis interioribus apice in lacinulas angustiores divisis, nectariis subrotundis, in flosculis masculis apice bifidis, flosculo masculo infimo infra fissuram brevissime aristato, masculo superiori aristam e dorso basin versus emittente, vix calycem excedente, abunde distinctum. *In Europa media et magis australi.* 2.

3. H. *fragrans;* paniculâ patulâ, glumis trifloris muticis, flosculis confertis, hermaphrodito intermedio diandro glabro, masculis triandris, valvulâ exteriore levissime ciliatâ, dorso laevibus. HOLCUS *odoratus Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 56. HOLCUS *fragrans Willd. Spec.* IV. p. 936. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 78.

Simillimus H. *boreali*, differre videtur: calyce floribus multo longiore, corollis margine non villoso-ciliatis, et flore hermaphroditi apice laevi. Glabra, paniculâ parvâ, ramulis subnutantibus, glumis turgidis. *In pratis humidis a sina Hudsonis ad Canadam.* 2.

4. H. *redolens;* glumis trifloris, flosculis lateralibus masculis aristatis margine pilosis (paniculâ coarctatâ, glumarum calycinarum carinis denticulis sparsis scabriusculis. *Brown*). HOLCUS *redolens Vahl Symb. bot.* II. p. 103. *Willd. Spec.* IV. p. 935. (uterque excl. syn. *Forsteri*). AVENA *redolens Pers. Syn.* I. p. 100.

Facie omnino similis H. *odorato:* differt vero foliis involutis subulatis, flosculis duplò majoribus. Culmus pedalis, erectus, glaber, vaginatus, longitudine foliorum. Panicula patula pedicellis filiformibus. Cal. lanceolatus flosculis longior sordide flavescens nitidus, glumâ alterâ majore longiore. Flosculi duo laterales sessiles, masculi majores, valvulis exterioribus pubescentibus, praesertim versus marginem fusco-nitidis, oblique truncatis, parum infra apicem aristatis, aristâ longitudine valvulae. Flos intermedius minor muticus lanceolatus, masculi

Digitized by Google

triandri, stamina sterilia in intermedio. *Vahl* l. c. *In nova Zeelandia. R. Brown Prodr. nov. Holl.* monuit HOLCUM *redolentem Forsteri* n. 563. differre ab affini TORRESIA *magellanica* valvulâ calycinâ interiore trinervi, pilis valvularum corollae lateralis strictis, multo longioribus; et HOLCUM *redolentem Vahl Symb* II. p. 102 ab illo *Forsteri*, ut et a TORRESIA *magellanica* differre paniculâ magis coarctatâ, floribus majoribus, valvulis calycinis carinâ asperis. H. *redolens Forsteri* ergo ab illa *Vahlii*, fide *R. Brown*, diversa est species, licet *Willdenow* et *Vahl* l. c. utramque junxissent.

5. H. *alpina*; glumis trifloris cristatis glabris, hermaphrodito diandro (triandro), paniculâ ovatâ contractâ. HOLCUS *alpinus Swartz* ap. *Schrad. N. Journ.* II. B. 2. St. p. 45. t. 3. f. A, et, hoc teste, *Schenchz. Agrost.* p. 236. I. t. 4. f. 26. (quem *Schrader* ad H. *australem*). H. paniculâ coarctatâ, calycibus oblongis trifloris, flosculis pilosis, aristâ geniculatâ dorsali longiusculâ. *Wahlenb. lapp.* p. 31. n. 52. tab. II. AIRA alpina *Liljeblad sv. flor.* ed. 2. p. 41. An TORRESIA quaerit *P. de Beauv.*?

Flosculus primus truncato-obtusus, nec acutus ut in *boreali*, hispido-pilosus. Odore gratissimo *borealem* vincit. Radix fuscâ, fibrosa *Swartz*, subrepens *Wahlenb.*; vaginae foliorum radicalium fusco-purpureae, superiores laxae; folia exteriora praecedentis anni filiformia, culmo fere semper spithamaeo longiora, vaginarum vix pollicaria; pedunculi ubique laeves; spiculae duplo longiores quam in *boreali*. Calycis valvulae flosculis fere longiores, nitidae, medio fusco-purpureae; flosculus masculus infimus, diander, linearis, valvulâ exteriore obtusâ apice laciniatâ, dorso aristâ brevi, interiore bifidâ, nervis duobus validis in lacinias pilosas excurrentibus; medius masculus diander acuminatus, valvulâ exteriore fere usque ad medium bifidâ, ad fissuram dorso aristâ geniculatâ ipsâ valvulâ fere duplo longiore (duplo longiore quam in *australi*), laciniis duabus acutis; hermaphroditus oblongus triander acutus hyalinus glaber, valvulis subaequalibus indivisis. Nectarium multoties minus quam in *boreali*. *Wahlenb.* *Juxta summas alpes Tornenses et Enontekenses in monticulis collibusque siccis arenosis. In Groenlandia Wormskiold.*

285. TORRESIA.

1. * T. *latifolia P. de Beauv.*; glumis trifloris, flosculo primo inermi, duobus margine aculeatis, foliis subovatis. HOLCUS *latifolius Linn. Sp. Pl.* p. 1486. *Willd. Spec.* IV. p. 937. *Osbeck it.* p. 247.

Laevis, vix pedalis; folia valde lata, vaginis latiusculis; paniculae rami simplices virgati. Flores alterni solitarii pedicellis capillaribus. Flores ovato-oblongi; cal. brevior, bivalvis, flosculo secundo et tertio margine spinis recurvis. *In India orientali. Osbeck.* Confer TORRESIAM *biflorum*.

Digitized by Google

2. T. *magellanica P. de Beauv.*; paniculâ effusâ subnutante; glumis uninervibus carinâ laevibus; flosculis masculis aristatis pubescentibus, dorso margineque ciliatis, villis subcurvatis; hermaphrodito mucronulato, foliis planis. HIEROCHLOA *antarctica R. Brown nov. Holl.* I. p. 209. DISARRHENUM *antarcticum Labill. nov. Holl.* II. p. 83. t. 332. (excl. monente *Brown*, AIRA *antarctica Forst.*).

P. de Beauv. huc ducit tamen AIRAM *magellanicam Lam.*, et *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 491. retinet *Gmelin sib.* I. p. 101. Tota glabra, odore et habitu ANTHOXANTHI *odorati*; culmi recti articulati teretes; folia alterna acuta; calyx triflorus, 2 masc., 1 hermaphrod. HOLCUM s. HIEROCHLOAM *redolentem Forst.* huic esse proximum, quem confer. *In nova Hollandia.* *

3. T. *redolens*; glumis trifloris, flosculis lateralibus masculis aristatis, margine pilosis (valvulâ interiore calycis basi trinervi, pilis marginalibus dorsalibusque flosculorum lateralium strictis longioribus). HOLCUS *redolens Forst. Prodr.* n. 563. *R. Brown Prodr.* I. p. 209.

Maxime affinis *magellanicae*, a beato *Forster* e schedis *Solandri* mutuata, et ex auctoritate speciminum in *Herb. Banks* characteribus supra annexis tantum distincta. Confusa cum HIEROCHLOA *redolente Vahl*, quam confer. In *terris australibus.*

286. CAMPULOA.

1. C. *monostachya*; spicâ unicâ, spiculis subsexfloris, trifloris (*Panz.*), floribus aristatis, margine barbatis, glumâ calycis exteriore scrobiculato-glandulosâ dorso patule aristatâ. *Mich.* l. c. C. *gracilis Desv. Journ. de Bot.* 1813. p. 69. CAMPULOSUS *monostachyos Pal. de Beauv.* l. c. CHLORIS *monostachya Mich. Flor. Bor. Amer.* I. p. 59. *Willd. Spec.* IV. p. 928. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 237. n. 9. (non 14). *Parsh Fl. Amer. Sept.* I. p. 87. AEGILOPS *aromaticum*: spicâ secundâ, culmis erectis, glumis

---

* Asne huc: MELICA *magellanica Desrouss.*; paniculâ densiusculâ, corollarum valvulis exterioribus aristatis, margine dorsoque ciliatis. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 72.

Habitus fere F. *arenariae Lam.* Rad. fibrosa; culmi herbacei recti foliosi, 2-2½ ped.; folia satis recta, acuta, coriacea, glaberrima, scabriuscula, conduplicata aut convoluta, disticha fere, 6-12 poll.; panicula 3-4 poll., ramis solitariis aut geminis, bifloris; calycis valvulae ovatae acutae muticae tenues pellucidae glaberrimae nitentes subaequales, corollâ parum longiores; valvulae corollae fuscae, exterior major aristâ duas lin. longâ. Rudimentum flosculi sterilis. *In freto Magellanico Commerson.*

Digitized by Google

quadrifloris. *Walt. Fl. carol.* p. 249. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 178. Ctenium *Panzer Ideen* p. 36. T. 13. f. 3. a-f.

Sapor recentis plantae piperitus. Culmi simplices teretes recti bipedales. Folia inferiora linearia equitantia, dein alterna; caulina fere filiformia, subulata, rigida, recta, glaberrima, vaginis ore subpilosis. Spica unilateralis 2-3ped. Valvula calycis exterior glandulosa ad nervum exteriorem, aristâ duplici, alterâ sub apice obliquâ laterali, alterâ terminali rectâ. *Poiret.* In *sylvis a Virginia usque ad Floridam.* ⊙.

2. * C. *hirsuta Desv.*; spicâ subsolitariâ falcatâ, calyce quadrifloro, glumis corollae margine carinâque ciliato-villosis. *Swartz* l. c. *Desvaux* l. c. Campulosus *falcatus P. de Beauv.* l. c. Chloris *falcata Swartz nov. Act. soc. Berol.* III. p. 159. t. I. f. 1. *Pers. Syn.* I. p. 87. Melica *falx Linn. Suppl.* p. 441. Cynosurus *falcatus Thunb. Prodr.* p. 23. *Flor. cap.* I. p. 408. *Willd. Spec.* I. p. 411. Dactyloctenium *falcatum Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1030.

Culmus 1 1/2-2ped., laevis, geniculis foliisque duobus; folia convoluto-filiformia glabra spiralia; spica pollicaris digitalisve secunda compressa ex foliolis lateralibus lanceolatis acuminatis trinerviis, floribus paullo longioribus, singulis pro singulo flore; flores margine albo pubescentes. Cal. bivalvis semitriflorus; flosculi duo, major, minor, et rudimentum; valvula calycina exterior major, lanceolata, integra, bracteiformis, cinerea, margine albido. Cor. majoris bivalvis, valvulâ exteriore obovatâ, albo-ciliatâ, obtusissimâ, emarginatâ; interior longa, angustior laevis lanceolata. Styli duo pubescentes. Cor. minoris similis illi majoris, sed minor, glabra absque stylis (an staminibus?) quae non reperi. *Linn.* *Ad promont. b. spei.*

287. CYNOSURUS.

1. * C. *cristatus*; racemo spicato lineari, spiculis muticis, bracteis pinnatifidis, foliis linearibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 314. *Willd. Spec.* I. p. 411. *Koel. Gram.* p. 371. *Smith Fl. brit.* I. p. 111. *Engl. bot.* t. 316. *Gaud. Agr. helv.* p. 219. *Hall. Hist.* n. 1545. *Schreb.* p. 69. t. 8. f. 1. *Mart. Fl. rust.* t. 106. *Fl. Dan.* t. 238. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 4. *Svensk bot.* 66. *Host Gram. austr.* II. t. 96. Phleum *cristatum Scop. carn.* n. 81.

Rad. fibrosa. Culmi 1-1 1/2ped., glaberrimi, superne nudi; folia angusta, linearia, acuminata, ad costam et margines scabra. Vaginae glaberrimae, ligulâ brevi, truncatâ. Racemus secundus, 1 1/2-2pollicaris; pedicelli breves pubescentes, distichi, spiculis subternis, oblongis, compressis, dein distichis, 3-4-rarius 5floris, viridibus, sub anthesi patentibus. Involucrum

Digitized by Google

distichum, extus convexum, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis, carinâ scabris. Gluma corollina exterior viridis, quinquenervis. Variat flosculis viviparis, pedunculis 2-3-4, et pedunculis capitellatis. Subinde et viviparus. In *pratis*, *pascuis*, *pomariis totius Europae*. 4.

2. C. *multibracteatus*; spicâ secundâ subincurvâ; bracteis pectinatis ad spiculas. C. *polybracteatus Poiret Voy. en Barb.* II. p. 97. *Enc. meth. Suppl.* II. p. 396.

Omnes praeter *Gmel. Syst.* I. p. 184, hanc speciem despiciebant Botanici, quam tamen in *Suppl. l. c.* iterum adducit *Poiret*. Similem esse C. *cristato*, sed differre: bracteis 2-4 elegantissime pectinatis. Culmi glabri teretes recti 2-3pedal. subfoliosi; folia longa glabra angusta basi copiosiora; spicae densae subcompressae 2-3pollicares glabrae subincurvatae nitentes; flores secundi parvi in bracteis absconditi; valvulae corollinae subaequales obtusae albidae, calycinae inaequales acutae. Semina fusca brevia. In *littoribus Barbariae circa Palle et bastion de France*.

3. C. *paniculatus Thunb.*; spicâ compositâ ovatâ, calyce multifloro, glumâ exteriore mucronatâ, corollis basi pilosis. *Thunb. Prodr.* I. p. 23. *Flor. cap.* I. p. 443. *Willd. Spec.* I. p. 412.

Culmus simplex glaber erectus pedalis; folia glabra, breviuscula; spica oblongo-ovata, spiculis lateralibus coarctatis; calyx circiter sexflorus, glumis ovatis glabris; corollae valvula exterior ovata, concava. In *promont. b. spei*.

4. * C. *Uniolae Thunb.*; spicâ solitariâ disticho-secundâ, calyce multifloro mucronato, corollis basi villosis. *Thunb. Prodr.* I. p. 23. *Flor. cap.* I. p. 442. *Linn. Suppl.* p. 110. *Willd. Spec.* I. p. 414. Tritigum *capense Spreng. Pug.* II. p. 23.

Cum? huc retulit *P. de Beauv.*, qui, anne genus novum sit, quaerit. Gramen glaberrimum, facie Uniolae, sed calyx binec multivalvis. Spica linearis, vix pollicaris, spiculis sessilibus rhachidi appressis, (ovatis, compressis) alternantibus patentibus obliquis glaberrimis multifloris (quadrifloris). Radix fibrosa, cespitosa. Culmi filiformes, spithamaei usque sesquiped.; folia filiformia, curva. Glumae ovatae, valde concavae, acuminato-subaristatae; corollae valvula exterior extus pilosa. In *graminosis promontorii bonae spei*.

5. C. *flocciſolius Forsk.*; spicis linearibus rectis, foliis conduplicatis, margine alterne barbatis. *Vahl Symb. bot.* I. p. 10. *Forsk. Descript.* p. 21. n. 73. *Willd. Spec.* I. p. 416. Chloris *flocciſolia Poiret Suppl.* II. p. 238. Multum dubitans cls. *P. de Beauvois* huc retulit nomine *flocciformis*.

Digitized by Google

Habitu proxime accedit ad CYNOSURUM *coracanum* s. ELEUSINEM *coracanam:* differt ab omnibus: foliis: in interiore latere folii versus marginem foveolâ minutâ oblongâ, et e regione foveolae externe macula, ambae flavescentes; margo folii has inter maculas duas excisus, totaque haec regio pilis albis mollibus fasciculatis stipata. Vaginas nunquam ciliatas, nec folia pilosa vidit *Vahl.* Spicae et spiculae longiores, acutiores quam in E. *coracana*, ut et valvulae. In *Arabia.*

Cum? huc adhuc posuit cl. *P. de Beauvois* CENCHRUM *rufescentem Desfont.*, quin et AIRAM s. KOELERIAM *cristatam.*

Quid: 6. C. *ternatus;* spiculis ternatis quaternisve patentissimis lanceolatis muticis quadrifloris. *Forsk. Flor. aegypt.* p. 21. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 185?

Culmi saepe simplices foliosi filiformes glabri, folia canaliculata vaginâ triplo breviora; spicae terminales horizontales pollicares pallide rubentes; glumae carinatae. In *Arabia.*

7. C. *uniflorus;* spicis digitatis quaternis patulis secundis, calycibus acutis alternis sessilibus unifloris, culmo geniculato repente laevi. *Walt. Fl. carol.* p. 82. *Gmelin Syst. Veg.* I. p. 185.

Folia alterna brevia subpilosa acuta, rami suberecti, pedunculo sublongo terminati.

8. C. *lagopoides;* spicis conicis, pedunculis solitariis villosis, culmo folioso. *Plukn. Amalth.* t. 357. f. 4. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 185.

Totus cinereus. Rad. alba. Culmus erectiusculus teres, ramis sparsis. Folia lanceolata magnitudine unguis. Pedunculus terminalis spicâ compressâ.

Quid CYNOSURUS *aristatus Brouss. Mont.* 1804.

— — *polydactylon Nocc. Cat. Pav.* 1813?

288. ELYTROPHORUS.

1. E. *articulatus. P. de Beauv.* l. c. Gramen alopecuroides maderaspatanum *Plukenet Alm.* t. 190. f. 16.

Ligula mediocris, membranacea, glabra, eroso-dentata. In *Madras.*

289. BRIZA.

1. * B. *minor;* paniculâ erectâ, spiculis triangularibus, 5-7floris, calyce flosculis majore. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 308. (excl. syn. *Hall. Helv.* n. 1449). *Willd. Spec.* I. p. 403. *Smith Fl. brit.* I. p. 108. *Engl. bot.* t. 1316. *Host Gram. austr.* II. t. 28. *Sibthorp Flor. graec.* I. p. 58. t. 74. *Decand. Fl. fr.* III. p. 1627. hanc β. *virentis* facit.

Digitized by Google

Culmus vix semipedalis; plerumque usque ad paniculae ortum vaginis inclusus. Folia lanceolata, saepe scabra. Ligula elongata acutiuscula, demum laciniata. Rhachis scabra. Rami virides. Glumae calycinae corollâ majores, 4-5nerves, virides, ut gluma corollina exterior, margine membranaceae, albidae. Gluma corollina exterior pubescens. In *arvis Europae australioris.* ⊙.

Obs. Brizam *minorem* e flora Helvetiae Germaniae et Alsatiae esse expungendam, utpote in Gallia meridionali, Hispania, Italia tantum occurrentem; differre genuinam *minorem:* culmis demissioribus magis exsuccis, basi incurvis, geniculis majoribus; foliis mollibus pubescentibus; paniculâ magis ovatâ, delicatulâ; pedunculis capillaribus tenerrimis magis divaricatis; spiculis 5-7floris, in paniculâ semper copiosioribus, 60-95, exacte triquetris obtusis duplo fere minoribus, saepissime pallide ex luteo-albidis; antheris exiguis albidis, et sic culturâ perstare *Gmelin Fl. bad.* I. p. 202.

2. * B. *virens;* spiculis ovatis, calyce flosculis (7) aequali (paniculâ basi folio superiore involutâ). *Linn. Sp. Pl.* I. p. 103. *Willd. Spec.* I. p. 404. *Decand. Syn.* et *Flor.* n. 1627. *Hayne Term. bot.* t. 25. f. 6.

Simillima *mediae*, sed folia duplo latiora, planiora, decurrentia per ligulam acutam. Panicula simillima, copiosior, viridis nec purpurascens, ramulis magis ramosis, divaricatissimis, nodis callosis eos basi deprimentibus. Flores paullo minores, dum comprimuntur facile decidui. In *Gallia merid. Hispania, Oriente, promont. b. spei.* ⊙.

3. * B. *media;* paniculâ erectâ, spiculis (ovatis) demum cordatis subseptemfloris, calyce flosculis minore. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 309. *Willd. Spec.* I. p. 404. *Smith Fl. brit.* I. p. 109. *Engl. bot.* t. 340. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 217. *Flor. Dan.* t. 258. *Mart. Flor. rust.* t. 39. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 2. *Host Gram. austr.* II. t. 29. Briza *tremula* var. *α. Lam. Koel. Gram.* p. 149. (qui hanc cum *minore* jungit ut *Suter Fl. helv.* I. p. 53.). *Hall. Hist.* 1448. 1449. *β.* spiculis viridi albidoque variis. Br. *viridis Pall. ind. taur.* ap. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 65.

Culmi 1-1½pedal., superne nudi; folia lanceolata aut linearilanceolata, glabra praeter marginem et costam. Ligula brevis, obtusa. Rhachis superne tantum scabriuscula. Rami purpurascentes. Spiculae viridi et purpurâ variae, raro totae virides. Valvulae calycinae corollâ minores, trinerves. In *pratis et pascuis totius Europae. β in Tauria copiosior.* 4.

4. B. *geniculata Thunb.;* spiculis ovatis, calyce floribus breviore, culmo geniculato. *Thunb. Prodr.* I. p. 21. *Fl. cap.* I. p. 418. *Willd. Spec.* I. p. 404.

Culmi plures glabri palmares et spithamaei; folia subulata, patentia, glabra, sesquipoll.; panicula patens multiflora; pedun-

Digitized by Google

culi et pedicelli bini alterni capillares flexuosi glabri; spiculae compressae, floribus circiter 14; calyx spiculis brevior longitudine corollae. In *interioribus promontorii b. spei.*

5. B. *elatior Sibth.;* spiculis cordatis duodecimfloris, calyce flosculis breviore, corollâ gibbosâ, stipulâ brevissimâ obtusâ. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 57. n. 197. *Sibth. Fl. gr.* I. t. 75.

BR. *mediae* proxima, at magnitudine, flosculorum numero, formaque corollae diversa. In *monte Athone. D. Hawkins.* 4.

6. * B. *maxima;* paniculâ apice nutante, spiculis oblongo-cordatis 13-17floris. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 310. *Willd. Spec.* I. p. 405. *Jacq. Obs.* III. p. 10. t. 60. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 57. *Koel. Gram.* p. 153. *Host Gram. austr.* II. t. 30. *Hayne Term. bot.* t. 45. f. 7. *Flor. graec.* I. p. 60. t. 76. β. B. *monspessulana Gouan;* spicâ nutante simplici, spiculis alternis pedunculatis subsolitariis ovatis, calycibus 15floris. *Gouan Hort. monsp.* p. 45. γ. glumis pubescentibus.

Culmi pedales, superne plerumque nudi. Folia lanceolata, mollia, laxa. Ligula elongata acutiuscula. Panicula pauciflora. Rhachis scabra. Spiculae maximae, ex pallide viridi et albicante vel ex flavo viridi et purpurascente variae. Gluma calycina minor 5-, major 8-9nervis; corollina exterior novemnervis, interior parva. In *Europa australi, promont. b. spei, India.* ⊙. β. varietas minor est.

Obs. Specimen conservamus BRIZA e *Teneriffa* insignitum a beato *Broussonet*, simillimum sane BRIZAE *maximae*, et in quod exactissime cadit definitio et descriptio maxime: spiculis tamen suberectis et calyce purpureo-fusco, tum corollae nitidissimae e stramineo pallente colore facilis distinctu. An BR. *montana Brouss. Cat. monsp.* 1804?

7. B. *spicata Sibth.;* spiculis ovatis erectis septemfloris, calyce flosculis breviore, corollâ ventricosâ, paniculâ subspicatâ erectâ. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 57. n. 199. *Sibth. Fl. graec.* I. t. 77.

Culmi spithamaei, pedalesque. Stipulae foliorum lacerae. Panicula biuncialis, coarctata, saepius ramosa. Spiculae erectae, pallide virentes albo-variatae. Glumae calycinae obtusae cum mucronulo. — cf. cum UNIOLA *spicata.* In *monte Parnasso.* ⊙.

Obs. Hanc sine dubio eandem esse cum sequente *humili Diar. gotting.* n. 172. ann. 1816. p. 1715: differt tamen definitio.

8. B. *humilis;* spiculis ovatis, calyce flosculis aequali, paniculâ oblongâ contractâ. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 66. et, hoc teste, *Scheuchz. Agr.* p. 206. n. 4. t. 4. f. 10. *Barrel. Ic.* 15. f. 2.

Digitized by Google

Gramen digitale, raro dodrantale. Folia brevia, plana, glabra. Ligula oblonga. Spiculae pleraeque ad rhachim flexuosam brevissime pedicellatae aut subsessiles, magnitudine et fere formâ Poae *alpinae*. Gluma calycina major adjacenti flosculo aequalis, altera paullo minor, utraque minus scariosa quam in reliquis. Flosculi 5-7. In *Tauriae meridionalis et Iberiae mediae collibus et campis apricis.* ⊙

9. B. *rubra Lam.*; paniculâ subsimplici, spiculis cordato-ovatis erectis novemfloris, glumis margine rubris. *Lam. Illustr.* I. p. 187. *Pers. Syn.* I. p. 93. B. *maxima* δ. *Decand. Fl. fr.* III. n. 1625.

Differt a Br. *maximâ*: paniculâ minus simplici, spiculis numerosioribus fere rectis. In *India Lam.*; *in Gallia meridionali Dec.* ⊙.

Huc retulit adhuc *P. de Beauv.* cum? Brizam *mucronatam Lam.*, quae Uniola *mucronata Linn.*

290. MELICA.

1. * M. *ciliata*; flosculi inferioris petalo exteriore ciliato, paniculâ subspicatâ aequali, spiculis erectis, demum patentibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 266. *Willd. Spec.* I. p. 381. *Koel. Gram.* p. 137. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 133. *Hall. Helv.* n. 1517. *Sibthorp Flor. graec.* I. p. 54. t. 70. *Host Gram. austr.* II. t. 12. Gramen avenaceum montanum lanuginosum. *Tournef. Inst.* p. 524. β. Paniculâ magis ramosâ, spiculis horizontalibus. Gramen sparteum alopecurum spicâ sericeâ grumosâ. *Barrel. Obs.* 1184. *Ic.* 3. n. 1. γ. vaginis pubescentibus. δ. *lanata*; paniculâ minori, glumis calycinis magis ovatis.

Rad. subrepens; culmi sesqui-biped. et ultra, rigidi, glabri. Folia linearia acuminata, facie striata pubescentia, pallide viridia, rigidula. Vaginae subteretes glabrae vel scabriusculae; ligula exserta obtusa, adultior bifida. Panicula cylindracea, bipollicaris circiter. Rhachis flexuosa, scabra, ut rami pilosi. Spiculae lanceolatae acutae teretiusculae trifloraе nitidae stramineae, aut viridi et flavescente variae, rarius purpurascentes. Valvulae calycinae quinquenerves, superiori majori acutiori. Cor. calyce paullo tenacior, valv. exterior quinquenervis. Flosculi tertii rudimentum e glumis duabus inanibus, corpusculum subclavatum sistentibus. Variat: culmo superne flexuoso, spicâ inferne interruptâ, spiculis bifloris. In *Europae* et *Caucasi collibus sterilibus saxosis.* Elegantissimam varietatem β. *in Florentiae vicino monte Fiesole* nuper invenit amiciss. *Raddi.* 2.

2. * M. *nutans*; ligulâ subnullâ; paniculâ subsimplici, spiculis nutantibus, imberbibus, glumis calycinis obtusis. *Sp. Pl.* p. 98. *Willd. Spec.* I. p. 382. *Smith Fl. brit.* I. p. 92. *Engl. bot.* t. 1059. *Schrad. Fl. germ.* I. p.

Digitized by Google

267. (excl. syn. Clusii?) *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 132, *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 36. *Carp.* n. 64. *Wallroth Annus bot.* p. 16. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 51. n. 173. *Schreb. Gram.* II. p. 62. t. 6. f. 2. *Fl. Dan.* t. 962. *Host Gram. austr.* II. p. 9. t. 10. *Martyn Fl. rust.* t. 65. MEL. *montana Huds. Fl. Angl.* p. 37. AIRA *nutans Wigg. primit.* p. 7. *Willd. Prodr.* p. 143. Gramen montanum avenaceum locustis rubris. *Tournef. Inst.* p. 524. *Gaudin* huc ducit praeter POA *Hall.* n. 1472., *Scheuchz. Agrostogr.* p. 171. t. 3. f. 16. etiam MELICAM *montanam Decand. Fl. fr.* n. 1540. ut *Schrader* l. c. *Clusium Hist.* p. 219. c. icone: *Cavanilles* utrumque citat ad *montanam.*

Culmus circiter sesquipedalis. Folia plana, deorsum scabriuscula, praecipue margine, sesquilineam lata. Ligulae loco margo membranaceus aetate fuscescens. Panicula racemiformis, tripollicaris, spiculis unilateralibus. Pedunculi apice pubescentes. Glumae calycinae concavo ellipticae, valde obtusae, dorso purpureae, margine albo-scariosae. Flosculi tres, intermedio sterili, corpus turbinatum albidum efformante. In *Europae, praecipue septentrionalis, rupibus; in sylvis umbrosis circa pagum Belgrad ad Bosphorum, et in monte Athone.* 4.

3. M. *major;* petalis imberbibus, paniculâ divaricatâ: ramis binatis, floribus cernuis, culmo simplici, foliis involuto-pungentibus. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 51. n. 174. *Gmel. Sib.* I. t. XIX. f. 1.? quoad faciem.

Ext. in *Sibthorpii* herbario Graeco, sine mentione ubinam sit lecta, et hanc forsitan intelligendam esse censet *Smith*, ubicunque *natantis* nomen in manuscriptis *Sibthorpii* occurrit. 4.

4. M. *saxatilis Smith;* petalis imberbibus, paniculâ coarctatâ secundâ, floribus cernuis, stipulâ elongatâ, culmo simplici. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 51. n. 171. *Sibth. Fl. graec.* I. t. 71. M. *nutans Bertol. gennens.* p. 11? M. *aspera*, foliis angustis convolutis asperis, paniculâ patente pyramidatâ, glumis imberbibus. *Desfont. Atl.* I. p. 71? Gramen avenaceum saxatile, paniculâ sparsâ, locustis latioribus candicantibus et nitidis. *Tourn. Inst.* 524?

A MELICA *nutante*, quacum paniculâ convenit, discrepat foliis angustioribus, stipulâ elongatâ, et flosculis longioribus. A M. *minuta* culmo simplici, paniculâ multiflorâ, glumis acutioribus. In *insularum graecarum collibus frequens. In regno Valentiae Dufour.* 4.

Obs. MELICAM *asperam Desf.* esse eandem cum *ramosa Vill.*, *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. et *Decand.*, quam confer. Nobis vero potius β videtur *saxatilis*, a qua praecipue differt habitu tenuiore et spiculis magis remotis paucioribus. M. *aspera* γ *Viviani* raceme

simplici, foliis angustissimis *Annal. Bot.* I. P. 2. p. 138, quae *circa Lagazzo* crescit, fide speciminis ab auctore communicati eadem est cum M. *aspera Desfont.*

5. M. *uniflora Retz*; petalis imberbibus, paniculâ ramosâ (patentissimâ) secundâ, spiculis ovatis erectis (longe pedunculatis) bifloris: altero imperfecto. *Retz Obs.* I. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 383. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 269. *Koel Gram.* p. 139. *Smith Fl. brit.* I. p. 91. *Gaud. Agrostogr. helv.* I. p. 130. *Wallroth Annus bot.* p. 15. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 51. n. 172. *Engl. bot.* t. 1058. *Martyn Fl. rust.* t. 64. *Curt. Fl. lond.* Fasc. V. t. 10. *Host Gram. austr.* II. t. 11. *Flor. Dan.* t. 1144. MELICA *Lobelii Vill. Delph.* II. p. 90. t. 3. f. 3. MELICA *nutans Pollich palat.* p. 79. n. 84. et *Desrousseaux*, *Huds.* et *Lamarck.* Gramen avenaceum nemorense, glumis rarioribus ex fusco xerampelinis. *Tournef. Inst.* p. 524.

Radix certissime repens. Culmus sesquipedalis; ligula saepe ovato-acuminata ex anteriore parte oris vaginae; panicula distincte ramosa, ramis racemosis; spiculae erectae, minores, bifloraе, flosculo altero hermaphrodito, altero imperfecto. Variat, ut *nutans*, foliis facie pilosis. In *nemorosis umbrosis Europae a Bothnico ad mediterraneum. In Laconiae nemoribus; etiam in monte Athone et prope Byzantium.* 2.

6. * M. *minuta*; foliis lineari-angustissimis, ligulâ sesquilineari, paniculâ subsimplici, spiculis nutantibus, imberbibus. (*Bertol.*) M. *minuta Linn. Mant. alt.* p. 32. n. 5. *All. Ped.* 2. p. 254. n. 2252. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 50. n. 170. *Houttuyn Linn. Pfl. Syst.* XII. p. 320. MELICA *nutans Cavanill. Ic. et Descr.* II. p. 58. n. 192. t. 175. f. 2. *Bertol. Pl. Gen.* p. 11. n. 22. MELICA *aspera Viv. Annal. bot.* I. 2, p. 138. n. 6. Melica ramosa *Lois. Desl. Fl. gall.* I. p. 47. n. 3. fide speciminis sui. Gramen avenaceum tenui spicatâque panic. albis utric. *Barr. Ic. tab.* 96. fig. 2., et *Gramen avenaceum angustifolium paniculâ pyramidali Barrel. Ic. tab.* 95. f. 1. ubi male panicula. *Scheuchz. Agr.* p. 173. n. 3.

Culmi filiformes, a duobus poll. ad 1½pedem longi, variant simplices, aut valde ramosi. Folia linearia, angustissima, arefactione involuta, sursum strictu scabra. Spicula elongata. Panicula spiculis unilateralibus. Pedunculi apice pubescentes. Glumae oblongae, acutiusculae, concavae, nitidae, glabrae, saepius dorso rubro-violaceae, margine albidae. Flosculi 3, intermedio sterili. *Habitat copiose Romae, Genuae, in montibus Peloponnesi, et insulâ Cypri.* 2.

Obs. J. E. Smith l. c. junxit MELICAM *pyramidalem Desfont. Atl.* I. p. 72. et MELICAM *nutantem Cavan.* (quae tamen ipso monente *Cavan. descript.* p. 44. est M. *montana*) cum *minuta* sua, quae ergo

Digitized by Google

et *Linnaei*. M. culmo ramoso, foliis setaceis, petalis imberbibus. *Mant.* p. 32. *Decandolle Fl. fr.* n. 1540. MELICAM *minutam Allion.* sine dubio duxit ad M. *ramosam Vill.* s. *pyramidalem Lam.* (quam confer). *Linnaei* vero M. *minutam* cum? ad *minutam All.* s. *ramosam* suam duxit. Jam. in *Fl. gall. Suppl.* p. 258. eandem varietatem β. *ramosae* suae esse jubet. — *Cavanilles descripc.* p. 44. hanc designavit: foliis setaceis, racemis terminalibus, petalis imberbibus, spiculis secundis nutantibus, et adjicit: *Clus. Hist.* II. p. 219. Culmi, ait, filiformes, recti, 8-10poll., vaginati; folia angusta, acuminata, 5poll.; flores violacescentes. *In montibus Murviedro.*

7. M. *Bauhini All.*; paniculae ramis erectis patentibusve, spiculis trifloris, flosculi infimi valvulâ externâ margine pilosâ. *Allion. auctuar.* p. 43. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 101. *Decand. Fl. franç.* III. p. 32. (exclus. synon. *Desfont.*). *Savi Bot. etr.* II. p. 46. n. 321. *Host Gram. austr.* IV. p. 14. t. 23. M. *setacea*; floribus racemosis, foliis setaceis subdistichis, petalis subbarbatis *Pers. Syn.* I. p. 78. (fide *Poiret Enc. meth. Suppl.* III.). M. *pyramidalis* β. *Desrouss. Enc. meth.* IV. p. 72. Gramen avenaceum lanuginosum glumis rarioribus *Bauh. theatr.* p. 157

Intermedia *ciliatam* inter et *ramosam:* hujus folia et habitus, illius flores. A *ciliata* floribus minus pilosis, paniculâ magis depauperatâ, subsecundâ, ramis infimis horizontalibus, a ramosa flosculo fertili piloso distinguitur. Folia deorsum scabriuscula, exsiccando convoluta. Glumae calycinae acuminatae. In *Europa meridionali*, *Barbaria*. 4.

8. M. *pyramidalis*; ligulâ semilineari; paniculâ ramosâ, spiculis nutantibus, imberbibus, glumis calycinis acutis. MELICA *Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 2. p. 7. — Gramen avenaceum longâ erectâque paniculâ violaceum *Barrel. Ic.* t. 96. fig. 1.

Culmus 2-3ped., basi interdum ramosus. Folia etiam sesquilineam lata, margine, et paginâ inferiore deorsum scabra, arefactione parcius quam in precedente convoluta. Panicula 1/2ped., et ultra, variat stricta, vel patens. Rami inferiores geminati. Pedunculi apice pubescentes. Glumae calycinae concavo-lanceolatae, dorso viridi-purpureae, margine albidae. Flosculi 3, intermedio sterili. *Habitat in montibus calcareis Ligariae, et Hetruriae.* 4.

Vereor ne haec cum minuta saepius fuerit confusa.

Obs. Haec amiciss. *Bertolone* in litt. Jam hujus loci nobis videtur, tam ob *Barrelieri* synonymon t. 96. f. 1., quam ob convenientem definitionem et descriptionem, MELICA *pyramidalis*, petalis imberbibus, paniculâ patente, pyramidatâ, foliis apice involutis subasperis. *Schousb. Marocc.* I. p. 25. hisce adumbrata: „Culmus aequalis, striatus, scabriusculus, crassitie pennae anatinae. Folia angusta, utrinque striata, spithamaea et ultra. Vaginae striatae glabrae. (De ligula silet). Panicula racemosa, flores unilaterales brevissime pedicellati. Gluma biflora glabra; corpore pedunculato inter flosculos. Petala omnino glabra. MELICAM *pyramidalem Desfont. Fl. atl.* I. p. 72. huc non referre

aneus sum, quia descriptio deest, et synonyma allata mihi videntur confusâ." *Schousboe* l. c., qui sequentia adducit: *Barrel. Ic.* 1230. t. 96. f. 1. et t. 95. f. 2. cum? (quae a *Bertolone* ad *minutam*). MELICAM *ramosam Vill.*; culmo ramoso, paniculâ patulâ, foliis involutis *Vill. Delph.* II. p. 91. MELICAM *pyramidalem Poiret It.* II. p. 95. (excl. synon. *Morison Hist.* III. p. 216. S. VIII. t 7. f. 51.). Jam et *Decandolle Fl. gall.* n. 1540. ad MELICAM suam *ramosam* citat M. *pyramidalem Lam. Fl. fr.* III. p. 585. *Enc. meth.* IV. p. 72.; sed simul et MELICAM *asperam Desf.* foliis angustis conniventibus, paniculâ patente pyramidatâ glumis imberbibus *Fl. atlant.* I. p. 71. cum *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. (cui tantum varietas foliis angustioribus asperis) hujus esse loci jubet, et MELICAM *minutam* quoque *Allion.* n. 1151 (quae *minuta Bertolon.* et *asperae* β apud illm. *Lapeyrouse*) simulque M. *minutam L. Mant.*, cum? tamen. — M. *pyramidalis Hornem.* paniculae ramis rectis, spiculis nutantibus, petalis imberbibus, foliis involutis *Enum. H. Reg. Havn.* I. p. 87. eadem cum *Schousboèana* planta videtur, quae *in regionis tingitanae montibus* rarior. — Confer de hac et praecedente *Bertolone rar. plant. Dec.* II. p. 5-10.

9. M. *laxiflora Cav.*; paniculae ramis divaricatis capillaribus multifloris, corollâ alterâ ciliatâ. *Cav. Icon.* V. p. 48. t. 473. f. 2. *Pers. Syn.* I. p. 78. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 651.

Culmus bipedalis teres, glaberrimus. Folia angustissima, quinque poll. longa, vix villosa, ligulâ laciniata scariosa. Florum ramuli capillares, multiflori. Calycis valvula exterior ovata, basi cucullata et striata, limbo pellucido scarioso, flosculis major; interior sublanceolata, pallide fusca, striata, cristata. Corollae valvulae cristatae, pallide fuscae; floris inferioris valvula exterior limbo ciliata, superioris nuda. *Hab. prope Talcahuano in Chile.*

10. M. *speciosa Muehlenb.*; paniculâ laxâ pauciflorâ, ramulis simplicibus, floribus obtusis imberbibus, caule erecto glabro. — M. petalis imberbibus, paniculâ simplici, ramis patentibus, spiculis secundis. *Muehlenb. Act. philadelph.* III. p. 161. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 102. *Poir. Enc. meth. Suppl.* III. p. 650. M. *altissima* β *Willd. Spec.* I. p. 385. *Morison Hist.* III. S. 8. t. 7. f. 51. M. *rariflora Schreb.* t. 54. M. *mutica Walt. Fl. carol.* p. 78. M. *glabra*; tota glabra, paniculâ erectâ laxâ; ramulis simplicibus paucifloris (patentissimis), florum glumis (exterioribus) imberbibus, foliis planis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 62.? *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 77.

Spiculae majores quam in M. *altissima*, glumae imberbes. — *Poiret* dubitat, an planta *Willdenowii*, quam non vidit, eadem sit cum *glabra Michaux*, quam aeque non vidit. *Pursh* (*Fl. Am. Sept.* I. p. 77.) qui plantam siccam vidit, *glabram Mich.* et *muticam Walt.* conjungit. Huic flores minores quam in M. *altissima*, virentes, glabri; rami brevissimi,

Digitized by Google

parum patentes, spiculis saepe duabus, valvulae calycinae tenues, obtusiusculae, laevissimae, membranaceae, corollinae longiores lanceolatae, acutiusculae, diaphanae, glaberrimae; folia plana, angusta, acuta, tactu aspera, ut vaginae striatae; ligula parva. In *Virginia et Carolina.* 2.

11. * M. *papilionacea*; calycis valvulâ inferiori maximâ coloratâ, petalo exteriore subciliato. *Linn. Mant.* 31. *Willd. Spec.* I. p. 384. M. *brasiliana Ard. Spec.* II. p. 17. t. 6. f. 1. 2. *Sloane* I. t. 64. f. 1.

Statura M. *altissimae.* Panicula virgata, pedunculis tenuibus flore longioribus inprimis inferne ramosis; calycis valvula inferior obovata obtusa, superior sexies minor, spatio remota ab inferiore, apice scarioso-colorata (ex rubro-caerulescens). Flores duo alterni praeter tertii rudimentum. Petalum singulis exterius oblongum, striatum nervis 16, mediis muricatis, lateralibus ciliatis-setis plurimis; at apex petali scariosus, membranâ tenui, laevi, obtusâ, coloratâ. Petalum interius simplex. Tertii rudimentum oblongum. *Linn.* In *Brasilia.*

Desrousseaux apud *Lam. Enc. meth.* IV. p. 70. dubitat, an *Sloane* l. c. huc pertineat, ob folia multo longiora et spiculas nimis breves.

12. M. *aurantiaca Lam.*; paniculâ subspicatâ, calycis valvulâ exteriore maximâ aurantiâ. *Cavan. Descripc.* p. 45. *Ic.* V. p. 46. t. 472. f. 1. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 70. *Pers. Syn.* I. p. 78.

Culmi recti simplices scabriusculi glabri biped., superne nudi; folia subvillosa, plana, ciliata margine, 2-3poll., 2 lin. lata, scabra. Panicula ovali-oblonga, 3-4poll., ramis superne villosis, spiculis subsecundis erectiusculis ovatis bifloris, majoribus quam in reliquis, duplo majoribus quam in *papilionacea*, licet panicula minor. In *viciniis Montevideo in Brasilia. Commerson.*

13. M. *violacea Cav.*; paniculâ subspicatâ secundâ, corollis violaceis ciliatis, calycis valvulâ exteriore argenteâ apice denticulatâ. *Cav. Icon.* V. p. 47. Tab. 472. f. 2. M. *papilionacea β:* spiculis minoribus nutantibus, glumis calycinis spadiceo-caerulescentibus. *Desrouss.* in *Lam. Enc. meth.* IV. p. 70.

Affinis *aurantiaceae*, et habitu quasi M. *montanae*; spiculae magis nutantes quam in *papilionacea* in panicula recta lineari angusta; valvulae calycinae rubro-fuscae, in coeruleum vergentes. In *rupibus et sabulosis Montevideo Commers.*, *in Chili Cavan.*

14. M. *rigida Cav.*; paniculâ subspicatâ secundâ; calycibus corollis aequalibus; harum valvulâ alterâ ciliatâ. *Cav. Icon.* V. p. 47. t. 472. f. 1. *Pers. Syn.* I. p. 78. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 650.

Digitized by Google

Culmi octopollicares, teretes, vaginis foliorum tecti. Vagina suprema spathaeformis, ligula multifida. Calyx triflorus, corollae subaequalis. Valvulae corollinae exteriores concavae, striatae, apice cristatae; inferioris flosculi limbo ciliato, superioris nudo. *Hab. in Montevideo, haud procul ab Almacen de los Negros.*

15. * M. *altissima;* petalis imberbibus, paniculâ spicaeformi ramosissimâ, spiculis subtrifloris, flosculo tertio imperfecto. *Linn. Spec.* p. 98. *Willd. Spec.* I. p. 385. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 59. *Host Gram. austr.* II. t. 9. M. *sibirica Lam. Illustr.* n. 955. *Cavan. Descripc.* p. 45. *Gmel. Sib.* I. p. 98. t. 20. *β. interrupta:* spicâ elongatâ interruptâ, flosculis oblongis linearibus coloratis imberbibus. *Pers. Syn.* I. p. 78?

Rad. repens; culmi erecti subteretes, unâ alterâve lineâ magis eminente, 2-4pedales, apice nudi scabrique; folia plana, subdisticha, laxa, semipedalia; 2-5 lin. lata, infra retrorsum scabra, vaginae sursum; ligula obtusa, demum laciniata. Panicula oblonga secunda, erecta aut apice inclinata, 2-7poll.; rhachis scabra, dentibus copiosis alternis; rami breves scabriusculi erecti. Spiculae oblongae, subteretes nutantes, muticae. Valvulae calycinae oblongae, acutae, in *β* obtusae, rubellae, demum stramineae, quinquenerves; corollae valvula exterior oblonga, nervis septem scabriusculis, apice alba, interior integra vel bifida, brevissime ciliata. Semen obovatum, nitidum. In *Sibiria*, *Caucaso*, *Galicia*, *Pannonia*. *β. in hortis.* 2.

16. * M. *coerulea;* petalis acutis imberbibus, paniculâ subcoarctatâ aequali, spiculis erectis cylindricis. *Linn. Mant.* 2. p. 325. *Willd. Spec.* I. p. 383. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 269. *Smith Fl. brit.* I. p. 93. *La-Peyr. Abr.* p. 38. *Host Gram. austr.* II. p. 7. t. 8. *Curt. Lond.* Fasc. 5. t. 11. *Engl. bot.* t. 750. Aira *coerulea Linn. Sp. Pl.* I. p. 95. *Leers Fl. Herborn.* n. 58. t. IV. f. 7. *Persoon Syn.* I. p. 77. *Loisel. Fl. gall.* I. p. 45. *Fl. Dan.* t. 239. Molinia *coerulea Schrank Fl. Bav.* n. 201. *Koel. Gram.* p. 145. Gramen pratense serotinum, paniculâ longa purpurascente. *Moris. Hist.* III. p. 201. s. 8. t. 5. f. 22. Gramen paniculatum autumnale, paniculâ angustiore e viridi nigricante. *Tournef. Inst.* p. 521. Arundo *Hall. Helv.* n. 1518. *β. major.* Aira *atrovirens Thuil. Fl. Par.* p. 37. Gram. panic. autumn. panic. ampliore ex viridi nigricante. *Scheuchz. Agrost.* p. 207. t. IV. f. 11. 12.

Culmus pedalis-sesquipedalis, rigidus, glaber, basin versus uninodis et foliosus, superne nudus. Folia rigidula, vix scabra. Ligula e pilis aliquot brevissimis. Glumae calycinae subaequales, ovatae, acutae, nervosae, carinatae, purpureae. Flosculi

Digitized by Google

quaterni, pedicello communi alternatim affixi, glumis lanceolatis, acutis, dorso striatis, basi nudis nec pilosis, inferioribus duobus tantum fertilibus. In *Europae pascuis pratisque humidis, inque nemorosis.* 2.

17. M. *decumbens Thunb.;* corollis hirsutis, floribus racemosis nutantibus, culmo decumbente. *Thunb. Prodr.* I. p. 21. *Flor. cap.* I. p. 416. *Willd. Spec.* I. p. 382.

Culmus filiformis, basi decumbens, curvato-erectus, glaber, spithamaeus; folia in medio culmi aggregata, convoluto-teretia, apice setacea, disticha, glabra, culmo breviora; racemus flexuoso-erectus, digitalis; flores 6-7 secundi, cernui; pedunculi capillares incrassati geniculati pilosi; calyx glaber; corolla tota villosa, calyce paullo longior. In *promont. b. spei.*

18. M. *racemosa Thunb.;* corollis hirtis, racemis cernuis, culmo erecto. *Thunb. Prodr.* I. p. 21. *Flor. cap.* I. p. 417. *Willd. Spec.* I. p. 382.

Culmus simplex filiformis glaber biped.; folia filiformi-setacea, glabra, brevia; racemi circiter quatuor, vix paniculati, remoti, pedicellis glabris; flores circiter septem, inferiores pedunculati, secundi, cernui; calycis valvulae glabrae inaequales oblongae acutae, corollâ hirsutâ paullo breviores. In *promont. b. spei.*

19. M. *hirsuta Koel.;* paniculâ coarctatâ, foliis linearibus hirsutis ciliatis, calycibus sessilibus subtrifloris, floribus muticis. M. *Gmelini Roth Fl. germ.* II. p. 104. AIRA *Gmel. Tubing.* p. 20.

Koeler Gram. p. 144. cum clo. *Roth* speciem hanc adducit ab omnibus reliquis proscriptam et reverâ quam maxime dubiam, additque: culmus gracillimus glaber semipedalis; folia angustissima, interdum longa, hirsutissima; vaginae hirsutae; panicula spiciformis brevis, ex flavo et argenteo viridis. *Prope Tubingam in monte anatolico.*

20. M. *diffusa Pursh;* paniculâ diffusâ ramosissimâ, floribus acutis imberbibus, caule erecto pubescente. *Pursh Fl. Amer. Sept* I. p. 76. M. *altissima Walt. Fl. carol.* p. 78.

Hab. in Virginia et Carolina. 2.

21. M. *scabra;* foliis interne pubescentibus ciliatis externe vaginisque scabris; paniculâ simplici secundâ; spiculis bi-oris flore altero imperfecto; valvulâ corollinâ inferiore scabriusculâ septemnervia. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 132.

Culmus erectus, 1½-3ped., nodique glabri; folia linearia acuminata plana, externe scabriuscula, striata, ut vaginae scabrae. Ligula ovata obtusa glabra; panicula coarctata, 5-10poll., ramis alternis adpressis sparsis, inferioribus saepius ramosis

Digitized by Google

Culmus ramosus laevis. Folia cordato-lanceolata margine scabra. Panicula patentissima, ramulis horizontalibus simplicissimis capillaribus. Spiculae alternae pedicellatae ovato-oblongae. *Cal.* trivalvis, ut in PANICO oblongus, biflorus: flosculo inferiore fertili, superiore masculo. Corollarum gluma exterior lateribus ad apicem muricata setis rigidis basi nodosis reflexis brevibus. *Linn.* In *India*.

294. POA.

1. * P. *pratensis*: paniculâ diffusâ, radice repente, foliis superioribus vaginâ (glabriusculâ) multo brevioribus, ligulâ abbreviatâ truncatâ. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 211. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 298. *Host Gram. austr.* II. t. 61. (varietatem sistit intermediam I. inter et II.).

I. P. *pratensis vulgaris*: paniculâ pyramidali, pedunculis demum divaricatis, foliis omnibus planis, radicalibus caeteris vix angustioribus. *Gaud.* l. c. p. 212. *Willd. Spec.* I. p. 388. et *Smith Fl. brit.* p. 104. (uterque, excluso synonym. *Leers*). *Engl. bot.* t. 1073. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 51. *Curt. lond.* f. II. t. 5. *Decand. Fl. fr.* n. 1609. (excl. *serotinâ Ehrhart.*) *Villars Catal. de Strasb.* p. 71. t. 2. f. 1. *Hall. Helv.* n. 1465? (saltem non ad *annuam*). β. paniculâ minus amplâ, vix pyramidali, culmo humili. P. *gregalis Sut. Helv.* I. p. 48. (excl. syn. *Halleri*). γ. paniculâ minori, pedunculis geminis. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 180. n. 5. (nec ad *trivialem*).

II. * P. *pratensis angustifolia*: paniculâ demum subdivaricatâ, foliis radicalibus angustissimis longissimis. *Gaud.* l. c. p. 214. P. *Hall. Helv.* n. 1462. P. *angustifolia Linn. Spec.* 99. *Willd. Spec.* I. p. 387. *Koel. Gram.* p. 164. *Decand. Fl. franç.* n. 1610. (qui huc, cum *Poiret*, ducit P. *grabram Ehrh.* N. 62 et 115.). *Leers Fl. Herborn.* t. 6. f. 3. *Schkuhr Handb.* t. 13. P. *pratensis* β. *Smith.* — Hujus videtur β. P. *setacea Hoffm.*: paniculâ subdiffusâ, spiculis subtrifloris, culmo erecto laevi, ligulâ truncatâ, foliis omnibus setaceis, radicalibus longissimis. *Hoffm. Germ.* 2. I. p 44.

Culmi plerumque altiores quam in I.; panicula densior; spiculae latiores, pallidiores, minus coloratae, et, monente *Linnaeo*, pubescentes, quum in I. glabrae. Hinc non bene, ut videtur, a quibusdam POA *glabra Ehrh.* huc ducitur. In β. folia omnia setacea longissima, nec culmea latiora, ut in *angustifolia*, ubi et spiculae plerumque subquinqueflorae. *Angustifolia* certo culturâ perstat. POAM *trivialem Roth* in *angustifoliam* abire *Gmelin*.

III. P. *pratensis strigosa*: paniculâ strigosâ, foliis omnibus angustis glaucescentibus demum convolutis. *Gaud.* l. c.

Digitized by Google

p. 215. β. culmo humili, foliis culmeis paulo latioribus. α et β. P. *strigosa* paniculâ coarctatâ diffusâ, spiculis ovatis subtrifloris, culmo erecto laevi, foliis angustis cespitosis *Hoffm. germ.* 2. I. p. 44. *Koel. Gram.* p. 163. P. *angustifolia Poiret Enc. meth.* V. p. 72. *Decand. Fl. fr.* n. 1610. β.

In α culmus 2-3ped., in β. humilior; folia radicalia setaceo-involuta; panicula fere spiciformis. Etiam haec cultura perstat. In β. folia glauca erecta rigida scabra, vaginis cito marcescentibus stramineis. *Decandolle l. c.* Poae *angustifoliae* γ facit: Poam *cineream Vill. dauph.* II. p. 126 et Poam *variegatam Lam. Illustr. n.* 972: paniculâ oblongâ contractâ; spiculis 3-4-floris, teretiusculis purpureo-maculosis (foliis caulinis erecto involutis, spiculis basi ciliatis acutis. Ligula obtusa. *P. cespitosa Poiret* minus bene ad *strigosam Hoffm.* ducitur, sed, quoad synonymon, Poa *Villarsii Gmel. syst.* I. p. 182 omnino hujus loci.

IV. P. *pratensis anceps:* culmo ancipiti, foliis latis, spiculis coloratis subquinquefloris. *Gaud.* l. c. P. *sudetica Schleich.* l. c. p. 20. (Corollae valde lanuginosae.)

Schrader l. c. jungit adhuc cum P. *pratensi*, a qua ne ut varietatem quidem P. *angustifoliam* distinguit, tanquam synonyma, P. *glabram Ehrh.* et *Schleich;* P. *humilem Ehrh.* et *Koel. Gram.* p. 171; P. *trivialem Roth Fl. germ.* T. II. p. 1. p. 112.— P. etiam *humilem Smith Fl. brit.* III. p. 1387 huc ducit (excl. syn. *Willd. Hall.* et *Scheuchz.* ad P. *supinam* pertinentibus) vix nisi glauco colore a P. *pratensi* distinctam; *Ehrharti* et *Smithii* tamen species venerandae. — Omnes 2; I et II *in pratis*, III *in aridis, apricis*, IV *in paludosis, Europae*, 1 et II etiam *in Caucaso.*

2. P. *hybrida Gaud.;* culmo vaginisque compressis, paniculâ elongatâ, spiculis subpubescentibus, glumis acuminatis nervosis. *Gaud. Agr.* I. p. 215. *Alpina* III. p. 46.

Media P. *pratensem* inter et *sudeticam*, huic magis affinis, ab utraque foliis acutioribus, nec cucullatis, diversa. Fasciculi foliorum culmorumque complanatorum in hac specie omnino desunt. *Gaud.* In *Jurae cacuminibus altissimis.* 2.

3. P. *humilis Ehrh.;* paniculâ diffusâ, spiculis ovatis subtrifloris, glumis acutis villo connexis, stipulâ brevissimâ obtusâ. *Smith Fl. brit.* III. p. 1387. (excl. syn. *Willd., Hall.* et *Scheuchz.* ad *supinam*, monente *Schrader*, qui cum praecedente, jungit, spectantibus). — P. paniculâ contractâ, angulis acutis, spiculis coloratis, culmo compresso, ligulâ brevi *Ehrh. Beytr.* VI. p. 84. *Calam.* n. 115. P. *subcaerulea Engl. bot.* t. 1004. (excl. syn. *Withering*). P. *pratensis* β. *alpina Huds.* 39.

Digitized by Google

Rad. repens, fibris villosis. Herba glauca purpurascens. Culmi palmares aut spithamaei adscendentes simplices foliosi superne nudi. Folia patentia brevia recta obtusiuscula margine scabra. Vaginae elongatae compressae striatae glabrae. Stipulae omnes brevissimae. Pedicelli capillares scabriusculi, spiculae erectae late ovatae. Glumae calycinae inaequales acuminatae trinerves, basi virides, marginem versus purpureae. Flosculi acuti nervosi, basi virides, medio purpurei et spadicei, margine albi et scariosi, villis longissimis connexi. In *pascuis montosis Westmoreland et Cumberland.* 2.

Intermediam esse P. *subcaeruleam Engl. bot.* Poam *alpinam* inter et *flexuosam Smith*, et, ut *alpina*, occurrere *viviparam*, *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 40. Differt ab *annua*, pro cujus varietate et a clo. *Gaudin* habebatur, et a *supina*, foliis culmoque firmioribus, ligulis brevioribus, spiculis majoribus durioribus, paucifloris.

4. * P. *trivialis;* paniculâ aequali diffusâ, spiculis oblongo-ovatis subtrifloris, flosculis basi villo connexis, quinquenervibus, culmo vaginisque scabriusculis, ligulâ oblongâ, radice fibrosâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 296. *Smith Fl. brit.* I. p. 103. *Engl. bot.* t. 1072. *Gaud. Agrost. helv.* I. p. 210. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 65. *Willd. Spec.* I. p. 387. *Curt. lond.* Fasc. II. t. 6. *Host Gram. austr.* II. t. 62. P. *dubia Leers Fl. Herborn.* t. 6. f. 5. P. *scabra Ehrh. Gram.* n. 72. *Koel. Gram.* p. 161. *Decand. Fl. fr.* n. 1607. P. *pratensis Roth Germ.* T. II. P. I. p. 113. P. *pratensis* β. *Lam. Illustr.* n. 967. β. Poa *setacea Huds.* ed. I. p. 134.

„Variat culmis laevibus, et ad hanc varietatem spectat P. *Koeleri Decand. Fl. franc. syn. n.* 1607*, et culmis vaginisque laevibus, quae varietates cum P. *palustri* vulgo confunduntur. *Scheuchz. n.* 5. p. 180 hujus loci non est.“ *Gaud. l. c.* Jam de Poa *triviali Koeleri Gram.* 157. (quae Poa *Koeleri Decand. Syn. n.* 1607*, [cujus autem in *Supplem. Fl Gall.* nullam amplius mentionem facit] et quae a TRIVIALI nostra nullo alio charactere, quam *culmo laevi* differt), *Schrader* haec habet: P. *scabra Koel.* certe eadem cum *triviali;* sed quo referenda P. *trivialis Koeleri*? In descriptione (Gram. p. 157) plurima quidem ad *pratensem*, nonnulla vero omnino ad *trivialem* spectant. Sic etiam plurima allata synonyma ad *pratensem* pertinent. Nova tamen species non est. Ejusdem P. *pratensis* (*l. c.* p. 167.) pariter quoad descriptionem et synonyma ex *triviali* et *pratensi* composita, ad posteriorem potius accedit.“ Culmi 2-3pedales, inferne radicantes, subcompressi, saepe radicantes; folia plana, laxa, carinata, margine scabra; vaginae compressiusculae; ligula elongata, acuta, saepe fissa; rhachis ramulique scabriusculi; spiculae compressae acutiusculae, valvulae compressae carinatae nervis scabrae, minor uni-major trinervis; valvula corollae exterior obtusa, quinquenervis. β. „gaudet foliis involuto-setaceis, vaginis tamen

Digitized by Google

justae latitudinis, nec ad *pratensem* referri potest ob stipulam lanceolatam acutam." *Smith.* In *Europae, Caucasi et Japoniae, arvis, fossis, pratis humidiusculis.* 4.

5. P. *Kitaibeli*; paniculâ aequali diffusâ, spiculis ovatis subtrifloris, flosculis basi nudis subquinquenervibus, culmo vaginisque sursum, foliis deorsum scabris, ligulâ oblongâ, radice fibrosâ. *Schult. oestr. Flor.* ed. 2. I. n. 498.

Affinis P. *triviali*, sed omnibus partibus minor, gracilior, rigidior; folia angusta, attenuata, apice pungentia; vaginae profunde striatae; rhachis paniculae et rami scaberrimi, spiculae obtusae, 2-3florae, viridi albo et purpurâ variae. In *Syrmia.* Prof. *Kitaibel.* 4.

6. P. *Gmelini Koel.*; paniculâ diffusâ, spiculis trifloris glabris compressis, culmo adscendente, foliis glabris angustis nervosis et mollibus. *Gmel. tub.* p. 332. *Roth Fl. germ.* II. p. 124.

Culmus inferne decumbens, dein adscendens, teres, glaber, gracilis, folia plana interdum canaliculata glabra angusta nervosa mollia. Vaginae glabrae. Panicula ex viridi, argenteo et spadiceo nitens, diffusa. Spiculae compressae glabrae, triflorae. *Haud procul Tubing.* Species dubia a nemine praeter *Roth* et *Koeler* adducta.

7. P. *rhenana Koel.*; spiculis 5-7floris ovatis, paniculâ patulâ, ligulis abortivis ore calloso subciliato, foliis laevibus complicato-canaliculatis. *Decand. Synops. Fl. gall.* n. 1609.* *Flor. fraaç.* III. p. 720. *Koel. Gram.* p. 196.

Differt a P. *triviali* (*Koeleri*) paniculâ patentiore minus densâ, semiverticillis remotioribus, foliis rigidioribus, glumis corollae angustioribus margine glabro, a MEGASTACHYDI glumis calycinis nec membranaceis, nec deciduis, corollinis minime ventricosis nec apice repando; culmo erecto. — Rad. perpendicularis, saepe tuberosa; culmus digitalis et pedalis, fere enodis; ligulae loco margo fuscus, ciliatus; panicula patens 1-2poll. rigida; spiculae ex viridi-flavescente et violaceo-variegatae, aetate spadiceae. Antherae flavae. In *sabulo circa paludem officinae laterariae Mombacensis.* 4.

8. * P. *annua*; paniculâ subsecundâ divaricatâ, spiculis oblongo-ovatis 5-7floris, flosculis liberis, culmo subcompresso, radice fibrosâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 304. *Willd. Spec.* I. p. 390. *Koel. Gram.* p. 169. *Smith Fl. brit.* I. p. 105. *Engl. bot.* t. 1141. *Desfont. atl.* p. 72. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 188. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 61. *Schultes baier. Flor.* n. 75. *Hall. Hist.* n. 1466. *Curt. lond.* Fasc. I. t. 6. *Host Gram. austr.* II. t. 64? *Svensk. bot.* 126. β. Gramen pratense minus rubrum paniculatum. *Tournef. Inst.* p. 522. *Tabern. Ic.* 207.

Digitized by Google

In alpinis vivipara. Cespitosa, pollicaris et pedalis, oblique ascendens, culmis subcompressis glaberrimis. Folia acutiuscula, transversim undulata, flaccida. Vaginae compressae, glabrae, ligulâ exsertâ. Panicula brevis, floribus ex viridi et albo, rarius viridi et purpurâ variegatis. Gluma calycina minor uni-, major trinervis; corollina exterior quinquenervis. *Ubique ad vias, in maris, pratis Europae, Africae borealis, et in Caucaso.* ⊙. Male sane a quibusdam POA *humilis Ehrh.* et *maralis Wib.* huc trahitur. — Descriptio plantae hujus tritissimae in *Wahlenberg Fl. lapp.* n. 61 ita differt, ut vix eandem crederes speciem. „Totum, ait, gramen tenue, mollissimum, interdum fere capillare, omnibus partibus laeve. Panicula paucis ramis, vix ultra 2 e singulo verticillo, paucifloris. Spiculae elongatae, longiores quam in caeteris. Flosculi sine carina notabili laeves, sursum membranacei hyalini obtusissimi. Axis ita elongatus, ut ne flosculus infimus sessilis. *P. de Beauv.* POAM *variegatam* huc ducit ut synonymon.

9. P. *cespitosa Schrad.*; paniculâ aequali subdiffusâ, spiculis ovatis quadrifloris (sub) pubescentibus, foliis convolutis linearibus culmum superantibus. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. p. 302. *Solander* ap. *Forst. Prodr.* n. 498.

Subcubitalis. Rad. repens; culmi stricti foliosi foliisque longissimis glabri; panicula foliis fere occultata. Flosculi basi liberi. In *nova Zeelandia.* 4. In *mantiss.* I. p. 33. cls. *Sprengel* vero definiebat et descripsit sequentibus: „paniculâ contractâ stricta, foliis setaceis breviore, spiculis trifloris ovatis nitidis.“— Culmi caespitosi e basi subtuberosa stricti foliosi subcubitales. Folia involuta glabra culmum duplo superantia; panicula ramis adpressis; glumarum valvulae striatae, margine carinâque scabrae acutae. In *nova Zeelandia.* Conf. *Soland.* apud *Forst. Prodr.* n. 498. Jam quis in duabus hisce ab *eodem* clarissimo Botanico datis definitionibus unam eandemque recognosceret speciem?

10. P. *gracilis Hort. paris.*; paniculâ verticillatâ subdiffusa; spiculis subquinquefloris obtusis; foliis convolutis rigidis glaucis. P. *glauca Poir. Enc. meth.* V. p. 73.

Bipedalis; culmus rigidus, simplex, glaber; folia longa angusta junciformia pungentia; panicula ampla, 6-8pollic., pedunculis scabris. Spiculae copiosae parvae glabrae. Valvulae calycinae angustae, subacutae. *Patria ignota. Fischer gorensk.* cum? POAM hanc ad *maritimam* ducit.

11. * P. *bulbosa*; paniculâ aequali diffusâ, spiculis ovatis 4-5floris, flosculis basi villo connexis, culmo fasciculisque foliorum bulbosis, radice fibrosâ. *Schrad. Fl. germ.* p. 294. *Linn. Sp. Pl.* 102. α. et γ. (β. diversam esse speciem *Smith*). *Willd. Spec.* I. p. 399. α. γ. *Koel. Gram.* p. 187. *Smith Fl. brit.* I. p. 102. *Engl. bot.* t. 1071. *Desfont. Atl.* I. p. 73. *Gaud. Agrost. helv.*

Digitized by Google

I. p. 194. *Hall. Helv.* n. 1461. *Host Gram. austr.* II. t. 65. fig. *sinistr.* Gram. vernum, radice Ascalonitidis *Vaill. paris.* 91. t. 17. f. 8. (excl. syn. *Lobel* monente *Smith*). P. *alpina Pall. ind. taur.* β. floribus viviparis. P. *crispa Thuill. Flor. Paris.* p. 45. P. *prolifera Schmidt* in *Mayer phys. Samml.* I. p. 188. P. *bulbosa* β. *Willd.* l. c. *Roth Fl. germ.* II. P. I. p. 73. A. *bulbosa Poll.* n. 95. *Hall. Helv.* 1461. β. *Host* l. c. fig. dextr. *Scheuchz. Agrost.* p. 185. t. 4. f. 13. A. B. C. *Moris.* III. p. 200. Sect. 8. t. 5. f. 14. quae clo. *Poiret Enc. meth.* V. p. 72. var. A. — *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 61. distinguit: α. *vegetam*, foliis radicalibus elongatis angustissimis; β. *macilentam*, foliis brevioribus latioribusque; γ. *macilentam*, paniculis depauperatis, spiculis paucifloris; δ. *viviparam* omnium trium varietatum. In *Hort. gorenk.* est P. *bulb. vivipara volgensis.* — ε. *glauca.*

Culmi 1/2-1ped., geniculis inferioribus procumbentibus. Folia brevia, acuta, carinata, subinde glauca. Vaginae glabrae virides aut purpurascentes, superiores foliis longiores, inferiores bulbos constituentes. Ligula brevis acutiuscula (oblonga, acuta, magna *Poiret.*) Panicula ovata subsecunda, pedunculis subgeminis, scabriusculis. Spiculae turgidiusculae, virides, aut viridi et purpurâ variae; glumae calycinae ovato-lanceolatae, major tri-, minor uninervis. Variat staturâ minori. *Per omnem Europam et in Oriente in arenosis, siccis, apricis, s. in Scania.* 4.

12. P. *laxa Haenke;* paniculâ contractâ erectâ nutante, foliis culmisque laxis, ligulâ oblongâ, radice perenni. *Haenke sudet.* p. 118. *Willd. Spec.* I. p. 386. *Gaud. Agrost.* I. p. 203. *Wahlenb. carpath.* p. 22. *Hall. Hist.* n. 1457. *Host Gram. austr.* III. t. 15. *Scheuchz. app.* t. 4. Poa *elegans Decand. Fl. fr.* n. 1615. *

---

* Magna de hac et sequente *distichophylla* confusio. *Willdenow, Host, Gaudin, Wahlenberg* citant *Haenkeum, Hallerum, Scheuchzerum* hic laudatos ad *laxam; Schrader* vero *Fl. germ.* I. p. 291 praeter *Haenkeum, Hallerum, Scheuchzerum* et *Willdenowium* citat quoque Poam *flexuosam Smith Fl. brit.* I. p. 101, (*Engl. bot.* 1123) monens, Poam hanc *flexuosam Smith* omnino eandem esse cum *laxa* sua, et iconem optimam *Hostii* plane omittit. *Gaudin* l. c. dubitat, utrum P. *laxa Schrad.* eadem sit cum P. *laxa* sua, i. e. *Haenkeana s. Hostiana*, et in *Fl. helv. Ms.* additis secundum specimina ex herbario *Schrader* a clo. *Wahlenberg* communicata P. *laxam Schrad.* differre radice repente, culmo basi subramoso, paniculâ vix racemosâ neque nutante, calyce spiculâ duplo breviore, ligulis inferioribus brevissimis; sed de specie obscurâ nil se statuere velle: attamen Poam *flexuosam Smith*, quam *Hostius* non ad Poam *laxam*, sed ad Poam suam *flexuosam* (qua

Differt a sequente *distichophylla*, quâcum toties confusa, radice gracili, fibris plurimis capillatâ, multos foliorum fasciculos et culmos protrudente, quae vero in *distichophylla* repens; culmis subcompressis, in *distichophylla* teretibus; foliis laxis, minime distichis; ligulâ acutâ, in *distichophyllâ* acuminatâ; rhachi ramisque glabris laevibus, in *distichophylla* scabris; spiculis 1-4-floris, in *distichophylla* 3-5floris. Reliqua, inprimis spicularum color viridi et purpurâ varius, conveniunt utrique. In *alpibus*. 2.

---

est P. *distichophylla Gaud.*) *Gaudin* sine dubio ad P. *laxam* ducit suam. Differentiae POAM *laxam Schraderi* inter et P. *laxam Gaudini*, praeter characteres jamjam allatos, fere sunt sequentes: *Schraderi* planta spithamaea, *Gaudini* 3-6poll.: utrique culmi compressi glaucescentes; ligulae in planta *S — i* in foliorum fasciculis paulo brevior, in *G — i* omnes exserte elongatae; glumae calycinae in planta *S — i* ovato-lanceolatae acutae inaequales compressae trinerves, in *G — i* subaequales, oblongo-acutae, saepe mucronatae, obsolete trinerves; in *illâ* flosculi invicem basi connexi, in *hac* distincti, saepius omnino liberi; in *illa* gluma corollina exterior oblongo-lanceolata, acutiuscula, in *hac* ovato-lanceolata, obtusiuscula, quinquenervis, nervo intermedio nempe vix conspicuo. Jam *Wahlenberg Fl. carpath.* p. 22, qui P. *laxam Haenke* et *Host* distinguit a P. *flexuosâ Smith*, licet prius (*Flor. lapp.*) ex herbario *Schraderi* pro eâdem habuisset, POAM *laxam* a *flexuosa* sequentibus differre ait: „paniculâ contractâ subracemosâ cernuâ, pedicellis subsolitariis laevissimis rectis, spiculis oblongis trifloris, glumis acuminatis liberis, radice repente" (quae tamen nec apud *Hostium* nec apud *Gaudinium* repens) additque: „totum gramen junceum, gracile, laxum, foliis angustis, vaginâ propriâ vix latioribus, mollibus, et vix apice quidem serrulatis, exsiccatione plerumque convolutis, nunquam glaucescentibus. POA vero *flexuosa Smith:* paniculâ flexuosâ, spiculis trifloris, glumis ovatis basi villo connexis, stipulis omnibus lanceolatis, *Flor. brit.* I. p. 101. *Engl. bot.* t. 1123. a *Wahlenberg* l. c. n. 70. definitur: „paniculâ laxiusculâ, ramis flexuosis laevibus, spiculis oblongis trifloris, glumis corollinis villo connexis, radice repente" (quae tamen, monente *Smithio*, fibrosâ!) Hinc dubium nobis maxime *Smithii* synonymon a clo. *Wahlenberg* huc adductum simul cum *Host Gram. austr.* IV. t. 26. (quae *distichophylla Gaud.*). *Schraderi* P. *laxam* cum? huc ducit, et suam P. *laxam Flor. lapp.* n. 63. (excl. syn. *Willd.*). — Descriptio POAE *flexuosae Smithii*, cum *laxa* magis sane quam cum *distichophylla* conveniens, sequens. „Radix fibrosa; culmi plures spithamaei, adscendentes, geniculati, subtrinodes, foliacei, superne subangulati, striati, glaucescentes; folia erecto-patentia, plana" (in *laxa* et *distichophylla* canaliculata) „angusta, acuta, supra scabra, vaginis omnibus elongatis laxis parum compressis striatis glabris, stipulis omnibus lanceolatis acutis foliorum caulinorum saepius laceris. Panicula ovata, abbreviata, subcondensata, ramis binatis alternatim ramosis, magis minusve basi flexuosis, superne angulatis scabris" (in *laxa* laevibus) „spiculae late ovatae compressae, glaucae, albido et purpureo variegatae, plerumque triflorae. Glumae calycinae parum inaequales, lanceolato-ovatae, acutae, vix falcatae, carinâ scabrae. Flosculi lanceolati acutiusculi margine denudati, carinâ scabri, basi villis

Digitized by Google

13. P. *distichophylla Gaud.*; radice repente, foliis culmorum sterilium distichis, paniculâ flexuosâ, spiculis subtrifloris, corollis sericeis. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 199. P. *flexuosa Host Gram. austr.* IV. t. 26. An *Hall.* n. 1458? Non P. *flexuosa Smith.*

Rad. repens; culmi steriles 2-3poll., floriferi 1½-1ped.; folia laeviuscula, glauca, lineari-lanceolata, brevia; ligulae exsertae, obtusae; (acuminatae *Host*) spiculae ex glauco, violaceo et albo pulcre variegatae, (subinde 5florae) totius fere generis maximae, in varietate minores. In *torrentium alpinorum glareis.* 4. *

14. P. *Halleridis*; radice repente, paniculâ capillari apice nutante pauciflorâ, corollis obsolete nervosis pubescentibus. P. *pallens Hall. fil.* et *Gaud. Agr. helv.* p. 201. *Alpina.* III. p. 41. *Murith bot. val.* p. 86.

Rad. repens; culmi 4poll., folia brevia, 1½ lin. lata, laeviuscula; vaginae glaucae; pedunculi capillares, geminati, 2-6flori; spiculae ovatae, latae, ex luteo pallide virentes, 3-4florae. Affinis *distichophyllae:* a P. *pratensi*, nervis obsoletis in gluma exteriori differt. In *alpibus Bernensibus. In monte Stockhorn. In Valesia.* 4.

15. P. *minor Gaud.*; paniculâ subracemosâ, contractâ, capillari, nutante, pauciflorâ; spiculis oblongis subsexfloris sericeis. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 204. Poa n. 1456 γ. *Hall.?* (excl. syn. *Scheuchz.*).

Rad. fibrosa; culmi 3-9pollicares; folia vix 1 lin. lata; ligulae inferiores, breves, obtusae; panicula saepe fere linearis; spiculae 2-3 lin. longae, flavescentes vel variegatae, 4-6florae; corollae ad basin lanugine longâ semper constrictae. P. *laxae* magis quam *alpinae* affinis. In *M. Pennino. Ad descensum M. Méry du côté des chalets d'Arran supra Salenches. Supra Bex* etc. 4.

16. P. *cenisia All.*; paniculâ diffusâ nutante, spiculis oblongis 5-7floris, flosculis basi villo connexis, ligulâ brevi, radice fibrosâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 422. *Allion.*

---

complicatis tenuissimis connexi; valvulae interiores vix ciliatae" (in *laxa* et *distichophylla* ad flexurae angulos ciliata)." *In alpibus scoticis.* 4. *Host Gram.* IV. p. 15., ut confusio denique absolvatur omni parte, ad Festucam suam *distichophyllam* citat Festucam *flexuosam Pers. Syn.* p. 89. cum *Persooni* definitione, quae autem ex ipsissimo *Smith* est petita, de quo tamen plane silet, et cui jungit Poam *distichophyllam Gaud.*, tanquam ex herbario. In *horto Hewensi*, ut plane distinctae species, colitur et *flexuosa Smith*, et *laxa Host* Ed. 2. I. p. 154.

* P. *cenisia Allion. auct.* p. 40. n. 2209. differre videtur spiculis nutantibus septemfloris.

Digitized by Google

auctar. p. 40. *Flore franç.* III. p. 720. n. 1612. * *Supplem.* p. 274. *Host Gram.* III. t. 16. Brachypodium? *cenisium Pal. de Beauv.*

Modia quasi P. *laxam* inter et *alpinam*: ab illâ, cui proxima, differt culmis duplo altioribus, superne teretibus, ligulâ brevi, paniculâ 2-3pollicari, multiflorâ, spiculis majoribus; a posteriore paniculâ nutante, flosculis liberis. In *alpibus Carinthiae* (*h. Blat-Tauern*), *Cenisio*. 2.

17. P. *gelida*; paniculâ diffusâ nutante pauciflorâ, spiculis ovatis 5-7floris, flosculis basi villo connexis, ligulâ brevissimâ, radice repente.

Rad. vaginarum reliquiis vestita, folia radicalia pauca, in specimine nostro emarcida, plana, glabra, profunde striata, margine scabra; vaginae inferiores breves, profunde striatae, vix scabriusculae. Culmus pedalis, adscendens, dein erectus, compressiusculus, profunde striatus, in nostro nodo unico, folioque unico, pollicari, profunde striato, patentiusculo, apice plicato, in mucronem pungentem attenuato. Panicula bipollicaris, ramis geminatis sesquipollicaribus, rhachique glaberrimis. Spicula plerumque solitaria in apice rami (rarius duae), 3-4 lin. longa, 2-3 lata, e viridi albo et violaceo varia, valde compressa. Cal. valvulae inaequales, ovato-lanceolatae, acuminatae, minor obsolete tri- major quinquenervis; carinâ apice scabriuscula; valvula corollina exterior ovata, 5nervis, apice margine lato membranaceo suberoso, basi lanugine longâ densâ albidâ. Semen sat magnum fuscum, nitidum. Proxima videtur habitu *Cenisiae*, a qua, praeter characteres datos, spiculis duplo majoribus vel eminus differt. In *Groenlandia*. 2.

18. P. *dissitiflora Nobis*; paniculâ strictâ erectâ, spiculis ovatis 5-7floris, flosculis dissitis, ligulâ oblongâ.

Rad.? folia radicalia? Culmus pedalis et ultra, subcompressus, profunde striatus, ut vaginae, scabriusculae; folia culmea 4-5-poll., vix lineam lata, glabra, plana, patentia, apice mucrone subpungente. Panicula tripoll., ramis geminatis, inferioribus vix pollicaribus, superioribus brevissimis, omnibus strictis, rhachique asperis, spiculis ut plurimum duabus. Spiculae tres circiter lin. longae, duas latae, viridi et purpurâ variae, flosculis adeo distantibus, ut axis pilosus spiculae vel eminus cernatur. Calycis valvulae subaequales, lanceolatae acuminatae, major obsolete trinervis, carinâ scabra; corollinae fere aequales longitudine, exterior ovato-lanceolata obtusiuscula, obsolete trinervis, apice bifida, interior lanceolata, acuminata. In *Groenlandia*. *Wormskjold.*

19. * P. *alpina*; paniculâ diffusâ, spiculis ovatis subquinquefloris, ligulâ foliorum culmeorum lanceolatâ acutâ, reliquorum obtusâ, radice perenni. *Linn. Spec.* p. 99. *Smith Fl. brit.* I. p. 100. *Engl. bot.* t. 1003. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 62. *Carp.* n. 68. *Pursh Fl. Amer.*

Digitized by Google

Sept. I. p. 79. *Host Gram. austr.* II. t. 67. P. *alpina:* paniculâ aequali diffusâ, spiculis ovatis 4-5floris, corollis mucronatis, ligulâ foliorum culmi oblongâ acutâ, reliquorum brevi obtusâ, radice fibrosâ. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 103. *Spec.* I. p. 386. P. *alpina*, panic. aequ. diffus., spicul. ovat. subsexfloris, ligulis infimis truncatis brevissimis, superioribus lanceolatis. *Gaud. Agrostogr. Helv.* I. p. 190. *Hall* n. 1456. *α.* P. *pratensis β. Huds.* p. 39.? (anne ad P. *humilem?*). *β. vivipara Scheuchz.* t. 4. f. 14. *Host* l. c. fig. dextr. *Fl. Dan.* t. 807. P. *vivipara:* panic. aequal. diffus., spiculis ovatis 2-4floris, demum viviparis, corollis acutis muticis, ligulâ foliorum culmi oblongâ acutâ, reliquorum brevi obtusâ, radice fibrosâ. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 103. (quam speciem esse declarat!). *γ.* spiculis 3-4floris, culmo magis folioso. P. *frigida, Alpina* Ill. p. 33. P. *Molinerii Seringe cat.* p. 2. *Dec.* 1.

Pedalis-sesquipedalis. Folia 2 lin. lata, 1-3poll. long., rigidula in mucronem subito acuminata; panicula ovata vel rotundata; spiculae 2-3 lin. longae, ex viridi, violaceo et luteo variegatae. Specimina P. *Molineri* pedemontana differunt a *γ*: spiculis multo minus compressis, flosculis turgidioribus, minoribus. *Schrader* non tantum *β* pro *alpinae* varietat. habet, et recte quidem, sed et P. *collinam Host* (*badensem Willd.*) cum eadem jungit, et nequidem ut varietatem distinguit *Flor. germ.* I. p. 292. 293. In *alpibus.* 2.

II. P. *alpina brevifolia Gaud.*; paniculâ angustâ patente ovatâ, spiculis subquadrifloris, foliis culmeis brevissimis. *Gaud.* l. c. I. p. 193. (deleto synonymo) *β.* multiflora, spiculis nonnunquam sexfloris: P. *alpina brevifolia badensis Gaud.* l. c. 194. (excl. syn.).

„Spiculae raro sexflorae. Differt a sequente *collina* corollis minus numerosis. Culmus inferne vaginis duabus longissimis; „folia culmea vix semipollicaria; panicula saturate purpurea; „pedunculi laeves. *β.* Differt paniculâ contractâ, pedunculis „subadpressis crassioribus scabris, spiculis distichis concinnis „imbricatis pulchellis 6-8floris, paleolâ exteriore acute carinatâ. Habitus quoad paniculam P. *concinnae* nostrae, sed corollae liberae; folia omnia brevissima, bulbilli nulli.

„P. *collina Host* a nostra habitu simillima foliis rigidis „mucronatis, culmeis adhuc brevioribus, et corollis majoribus, „in specimine culto ex seminibus Viennâ missis marginibus „late scariosis basi vero constrictis saltem differre videtur. „Specimina etiam moguntina P. *alpinae Hoel. Gram.* 176. (quae „P. *brevifolia Decand. Syn. n.* 1613*) possideo, ex omni parte „convenientia cum planta austriaca spiculis minoribus corollisque „minus scariosis. P. *badensis Willd. Spec.* I. p. 392, (quae „*alpina Panzer* in *Sturm germ. fasc.* 29.) quoad habitum „etiam bene cum nostra P. *alpina brevifolia β. multiflora* con„venit, sed foliis latis rigidioribus et praesertim corollis

„constrictis nervosisque ab ea recedit. Pulchram etiam mecum „*D. Bonjean* sub nomine P. *cenisiae All.* communicavit sub- „speciem in monte Cenisio lectam, ad P. *alpinam* referendam, „quam vix a *brevifolia β* distingueres, nisi folia latiora longio- „raque et spiculas fere duplo majores haberet. Paniculâ con- „tractâ erectâque et staturâ quadruplo minore a P. *cenisia* „*Host* et *Allionê* differre videtur.“ — *Gaud. Fl. helv. Ms.* In *alpibus et in montibus Allegany*, *frequens; in Groenlandia.* 4.

20. P. *collina Host;* paniculâ patente, spiculis ovatis compressis acutis, corollae valvulâ exteriore dorso pubescente, radice perenni. *Host Gram. austr.* II. t. 66. quo teste P. *badensis Willd. Spec.* I. p. 392, P. paniculâ aequali diffusâ, spicis ovato-oblongis 7-11florisve, corollis mucronatis, ligulâ foliorum culmi oblongâ acutâ, reliquorum brevi obtusâ, radice fibrosa *Enum. H. Berol.* I. p. 104.; P. *brizoides Wohlleben Suppl. hal.* p. 5. P. *thermalis Pers. Syn.* I. p. 90. P. *alpina β. Wahlenb. carp.* n. 68. P. *alpina brevifolia multiflora;* paniculâ ovatâ contractâ, spiculis valde compressis 5-8floris, corollis acute carinatis. *Gaud. Agrost.* I. p. 194. (fide speciminis *Gaudiniani*). P. *brevifolia Decand. Syn.* n. 1613.* *Fl. fr. Suppl.* p. 274. n. 1614ª. P. *alpina Hoel. Gram.* p. 176.

Schrader hanc cum praecedenti junxit; *Willdenow* ut speciem propriam, etiam culturâ persistentem, adduxit contra *Schraderam Enum. H. berol.* I. p. 104. in hoc fors errans, quod P. *Molineri Balb. addit. ad Fl. pedem.* 85. *Misc.* p. 12. t. 5 huc ducat, quae species distincta. Jam *Wallroth ann. bot.* p. 19. P. *collinam Host*, P. *brizoidem Wohlleben* et *alpinam Schrad.* sub *alpinâ* novâ definitione jungit: paniculâ aequali patente, spiculis ovatis 5-9floris, flosculis acutis liberis basi villo connexis, foliis culmeis subcarinatis abbreviatis, fasciculorum majoribus cartilagineo-marginatis mucronatis, et P. *badensem Willd. l. c.* alpinae suae *β* facit, ad quam P. *brizoidem* minime spectare asserit. *P. de Beauvois* P. *collinam* cum? adducit et *badensem* facit MEGASTACHYN. P. *collina Host* differt ab *alpina Host* sequentibus; in *illa* panicula erecta, in *hac* laxa, apice plerumque nutans; in *illa* valvulae calycis inaequales acuminatae, superior lineis 3, inferior unicâ aut 3 distincta; in *hac* valvulae calycis subaequales, et vel utraque lineis 3, aut superior lineis 5, inferior 3 distincta; in *illa* corollae valvula exterior ad apicem compressa, dorso convexa valde pubescens; in *hac* compressa, glabriuscula in *illa* semen obovatum, basi attenuatum, dorso convexum, in *hac* oblongum, dorso compressum; folia in illa multo breviora, culmi vix pollicaria, in hac 2-3pollicaria. Cls. *Wahlenberg*, qui P. *alpinam* definit: paniculâ divergente aequali, spiculis subrotundis quadrifloris, glumis ovatis navicularibus liberis, foliis culmo triplo latioribus, distinguit *β. collinam*: glumis longioribus, foliis rigidioribus, additque: loco crescendi quam maxime ab alpina differre videtur, sed quibus notis distingueretur.

Digitized by Google

nescio. In *apricis, collibus, rupestribus, varius in alpibus.* 2.

21. P. *concinna Gaud.;* paniculâ ovatâ, spiculis ovato-acutis disticho-compressis subdecemfloris, corollis dorso sericeis, glumis violaceis adpressis. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 196. Poa *Molinerii β. Decand. Fl. fr.* III. p. 62. *Addend.* p. 721. n. 1616. (non P. *Molineri Balbis. misc.* p. 12.).

Affinis *bulbosae*; culmus semipedalis; radicalia folia fere setacea, basi in bulbillum incrassata; spiculae ex violaceo, viridi et luteo variegatae; glumae corollinae duplo minores quam in P. *bulbosa*, basi lanugine longâ. In *arenosis Vallesiae inferioris, praecipue Seduni.* 2.

22. P. *Molineri Balb.;* paniculâ contractâ, spiculis 7-9floris cordato-lanceolatis lucidis, glumis virescentibus laxis. *Balb. add.* p. 85. *Misc.* t. 5. f. 1. *Decand. Fl. fr.* n. 1616. III. p. 721. α. A quibusdam P. *alpinae* jungitur cui habitu similis, ut inflorescentiâ *Megastachydi*, sed differt a P. *concinna* s. *Molineri Séringe*, (*Balb. Misc.* 12.) spiculis crassioribus, magis laxis.

Culmi erecti laeves 6-9poll., foliosi, foliis laevibus angustis glabris. Panicula coarctata, pallide viridis, aut viridi subviolacea; pedicelli 5-6 semiverticillati, asperi; spiculae compressae, lucidae, lanceolatae 7-9florae, glumis carinâ asperâ; glumae corollinae basi pubescentes sine nervis lateralibus. In *alpibus Pedemontanis, Vallesiacis.* 2.

23. P. *supina Schrad.;* paniculâ aequali diffusâ pauciflorâ, spiculis oblongis 4-6floris, flosculis obtusis liberis, ligulâ foliorum culmeorum acutiusculâ, reliquorum brevi obtusâ, radice repente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 289. *Host Gram. austr.* IV. t. 27. P. *alpina γ Willd. Spec.* I. p. 386. P. *variegata Hall. fil.* in *Schleich. Catal.* p. 38. Poa annua *varia Gaud. Agr. Helv.* I. p. 189. Poa *latifolia Hall. Helv.* n. 1456. γ? *Scheuchz. Prodr.* p. 20. tab. III. f. 2? *It.* f. 17.

Rad. repens; culmi plures digitales et sesquidigitales, graciles, saepius purpurascentes. Folia linearia acuta. A Poa *alpina*, pro cujus varietate minore habetur, differt: paniculae ramis solitariis, subsimplicibus, glabris, spiculis oblongis, glumis omnibus apice glabris, nec carinâ scabris; flosculis obtusis, basi minus villosis. In *summis alpibus salisburgensibus et helveticis e. gr. in M. Scheideck, Gotthard* etc. 2.

Obs. Gaudin Poam suam *variam*, paniculâ secundâ, pedunculis alternis patenti erectis, corollis subsenis, glabriusculis, carinâ subpubescentibus *annuam* dicit, et subspeciem fecit *annuae* sine dubio vero citat Poam *supinam Schrad.*, (quae fide speciminis *Gaud.* eadem omnino planta,) quae perennis. *Halleri* n. 1456. γ contendit non hujus esse loci.

Digitized by Google

24. P. *miliacea*; paniculâ patentissima, spiculis lanceolatis bi-trifloris, ligulâ brevi bifidâ, paniculae ramis capillaribus longissimis. *Kitaib.* apud *Schult. oestr. Fl.* ed. 2. I. p. 227.

Culmus tripedalis et ultra; folia lineari-setacea, convoluta, retrorsum scabra, uti rami paniculae; valvulae calycinae trinerves carinâ scaberrimae. In *sylvis comitatus Abaujvar.* Confer P. *nemoralem* 2.

25. P. *biflora Retz*; paniculâ densâ, calycibus subbifloris glabris, culmo adscendente. *Retz Obs.* V. p. 19. *Willd. Spec.* I. p. 386. Aira *Koenigii Gmel. Syst. Veg.* I. p. 174. Aira *ciliata Spreng. pug.* I. p. 7.

Culmi recti, pedales, foliis glabris linearibus acutis; panicula angusta elongata, pedunculis brevibus patentibus semiverticillatis, spiculis numerosis minimis. Calyces glabri ovati compressi, magnitudine valvularum corollae. In *India orient. Koenig.*

Sprengel, qui tamen sine dubio P. *bifloram Retz* et *Willd.* adducit, suamque plantam ex *hort. Kew.* habet, diagnosin et descriptionem haud in omnibus convenientem exhibet sequentibus: „paniculae contractae ramis subfasciculatis, glumis muticis glabriusculis, foliis ciliatis.“ — Culmus cubitalis foliosus vaginis foliorum involutus. Vaginae striatae glabrae, supra laxae. Ligula nulla. Folia subadpressa, linearia, striata, nuda, margine pilis albidis rigidiusculis; supremum paniculam involvens eandemque superans; panicula sublinearis, digiti medii longitudine, ramis semiverticillatis, rhachi villosâ. Calyces inaequales acuti biflori; glumae corollinae duae, bivalves, muticae acutae glabrae, valvulâ alterâ trinervi. *In Malabaria.*

26. * P. *spicata*; paniculâ spicatâ, floribus subulatis, flosculis remotis. *Linn. Mant.* p. 32. *Willd. Spec.* I. p. 401. An P. *festucoides Lam.*; paniculâ elongatâ angustâ interruptâ; spicis subquinquefloris, flosculis glabris distantibus. *Lam. Illustr. gen.* 973? quaerit *Poiret Enc. meth.* V. p. 75.

Culmi e basi ascendentes, palmares, undique foliorum vaginis vestiti. Folia angusta, laevia, vaginis crassioribus; racemus florum in spicam coarctatus inaequalem longitudine fere culmi. Calycis valvula exterior brevis ovata, interior duplo longior. Flosculi distantes, valvulâ exteriore oblongâ acuminatâ. Antherae flavae utrinque bifidae. Styli plumosi albi. Habitus *Festucae.* In P. *festucoide Lam.* verticilli valde interrupti, praesertim inferiores. *P. de Beauv.* P. *festucoidem* ut distinctam a *spicata* speciem adducit. In *Lusitania. Vandelli.*

27. * P. *distans*; paniculâ aequali demum divaricatâ, ramis fructiferis deflexis, spiculis linearibus subquinquefloris, flosculis obtusis liberis obsolete quinquenervibus, radice fibrosâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 282. *Willd. Spec.* I.

Digitized by Google

p. 401. *Koel. Gram.* p. 177. *Smith Fl. brit.* I. p. 96. *Engl. bot.* t. 986. *With.* p. 141. t. 25. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 176. *Host Gram. austr.* II. t. 63. P. *retroflexa Curt. Lond.* Fasc. VI. t. 1. P. *salina Pollich palat.* n. 92. * *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 119. Aira *aquatica* β. *Huds.* p. 34. *Linn. S. N.* 12. v. 2. 91. Festuca *distans* quorumdam. β. P. *arenaria Lam. Illustr.* n. 988. *Poiret Enc. meth.* V. p. 81. P. *arenaria Retz scand.* (fide *Retzii*).

Culmi 1-1 1/2pedal., oblique adscendentes, geniculis inferioribus procumbentibus plerumque radicantibus. Folia linearia acuminata erecta aut patentia, facie scabra. Ligula brevis obtusa, raro acutiuscula. Panicula erecta. Spiculae rarius septemflorae, virides, aut viridi purpuràque varii. Glumae calycinae obtusae, inferiori minori uninervi, majori trinervi. In salsis maritimis rigidior, glaucescens. *Ad vias, lacus, fluvios loca salsa per omnem Europam, et ad Caucasum.* 4.

28. * P. *nemoralis;* ligulis subnullis, foliis basi plicatis vaginâ latioribus longioribusque, paniculâ elongatâ, corollis subnervosis. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 179., qui sequentes varietates s. subspecies enumerat.

α. P. *nemoralis vulgaris;* paniculâ pauciflorâ nutante, calyce spiculas ovatas subtrifloras aequante, culmo debili, corollis liberis. P. *nemoralis Schrad. Fl. germ.* I. p. 301. *Willd. Spec.* I. p. 399. *Koel. Gram.* I. p. 191. *Smith Fl. brit.* I. p. 106. α. *Engl. bot.* t. 1265. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 67. *Hall. Hist.* n. 1469. *Flor. Dan.* t. 749. *Leers Fl. Herb.* t. 5. f. 3. P. *angustifolia* β. *Huds.* p. 41.

αβ. nodis culmeis spongioso-cirrhosis. *Hall. Helv.* n. 1469 β. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 165. *Boccone Mus.* t. 59.

αγ. vivipara.

---

* Poam *salinam* a *Schleichero* prope *Nauheim* lectam paulo differre foliis 1-2 lin. latis, mollioribus, spiculis subsexfloris duplo majoribus, glumâ exteriore evidentius quinquenervi. *Gaud.* l. c. p. 177. P. *distantem Linn.* paniculae ramis subdivisis, spiculis quinquefloris, floseulis distantibus obtusis S. V. p. 115. esse Poam *divaricatam Gouan Illustr.* 4. t. 2. f. 1. monuit *Vahl Symb.* II. p. 19. attamen haec Sclerochloa *divaricata* est. „In solo salso sterili culmos declinatos et folia convoluto-filiformia, in fertili vero culmos erectos et folia plana profert." *Hitaib.*

Sub nomine Airae *brigantiacae Villars* e Provincia gallica varietatem Poae *distantis* possidemus humilem, rigidiorem, culmis superiore parte nudis, vix spithameam et omnibus partibus multo minorem, caeterum vix diversam, floribus omnino eandem. Dedit amiciss. *Gochnat.* *Decandolle* ducitur ad *nemoralem* ♃.

Digitized by Google

β. P. *nemoralis firmula*; paniculâ pyramidali erectâ, calyce spiculis subtrifloris breviore, corollis liberis, culmo firmulo. *Gaud.* l. c. p. 181. P. *nemoralis Vill. delph.* II. p. 129. *Host Gram. austr.* II. t. 71. P. *nemoralis* β. *Smith Fl. brit.* p. 106. P. *angustifolia* α. *Huds.* P. *pratensis* var. 2. *Wither.* P. *coarctata* β. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 273. n. 1611 b. P. *firmâ Wormskiold herb. Groenl.* (P. *trivialis Leersii* huc citari solita est Poa *serotina*).

γ. P. *nemoralis montana*; paniculâ pauciflorâ nutante, spiculis grandiusculis subquinquefloris coloratis, culmo debili, corollis subconstrictis. *Gaud.* p. 182. P. *glauca* β. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 273. n. 1611 a. (qui huc ducit: P. *debilem*: majuscula glabra erecta, foliis longo-linearibus, paniculâ pyramidato-multiflorâ debili, spiculis 3-4floris parvulis, omnibus distinctis pedicellatis, albido-viridibus. *Thuill. Fl. paris.* ed. 2. p. 43. *Pers. Syn.* I. p. 89. *Poiret Enc. meth.* V. p. 72. n. 4. — P. *glaucam Bast. Ess.* p. 39.

δ. P. *nemoralis glauca*; paniculâ spiciformi strictâ, spiculis subtrifloris, glumis obtusis villosis, culmis rigidis fasciculatis. *Gaud.* l. c. p 182. Poa *Hall. Helv.* n. 1468? (excl. syn. *Scheuchz. Gram.* p. 180.). *Hall. Helv.* n. 1459. P. *glauca Smith* paniculâ attenuatâ erectâ, spiculis ovatis subtrifloris, glumis subretusis basi villosis, stipulâ brevissimâ. *Fl. brit.* p. 1388. *Engl. bot.* 1720. *Alpina* III. p. 28. *Fl. Dan.* 964. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 302. Poa *montana Allion. Fl. pedem.* n. 2199? (*Gaudin.*) Festuca *airoides Lam. Illustr.* 1037. *Enc. meth.* II. p. 464. — *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 273. n. 1611. hujus γ fecit Poam *miliaceam* suam *Fl. franç.* n. 1619. (excl. synon.) et Airam *miliaceam Lapeyr. abr.* p. 36. non *Vill.* — *Willdenowii* definitio Poae *glaucae* in *Enum. Hort. Berol.* I. p. 105.: „paniculâ subsecundâ patulâ, spiculis ovatis subtrifloris, flosculis basi villo connexis obsolete quinquenervibus, culmo foliisque glaucis, ligulâ truncatâ brevissimâ, radice fibrosâ, ad specimen cultum videtur conscripta.

Obs. P. *miliacea Decand.* est spiculis bifloris ovatis, paniculâ erectâ sublaxâ, perigonii valvulâ exteriore enervi, dorso margineque pubescente, culmo erecto. — Rad. fibrosa; culmi 3-4, fere recti, graciles, 6-9-poll., ad duas tertias foliosi, foliis 3-4 glabris, ligulâ angustâ acutâ involutâ; panicula angusta, parum densa, ochroleuca in violaceum vergens, 1-1½poll., pedicelli recti 2-3ni, spiculâ 1-3; glumae calycinae oblongae subaequales acutae; corolla altera subpedicellata, valvulâ exteriore carinatâ, pubescente, utrâque acutâ. *Decand.*

ε. P. *nemoralis caesia*; paniculâ pyramidali multiflorâ, spiculis ellipticis acutis subquinquefloris, culmo foliisque

Digitized by Google

glaucis, corollis constrictis. *Gaud.* l. c. I. p. 184. P. *caesia Smith Fl. brit.* p. 103. * P. *glauca Poiret Enc. meth.* V. p. 78. *Wahlenb. carp.* n. 76. et ejusdem P. *glauca* β. *lapp.* n. 66. Poa *glaucanthos Alpina* III. p. 36. P. *glaucescens* paniculâ rarâ erecto-patulâ, spiculis subquadrifloris ovatis, corollarum valvulâ exteriore ad marginem utrinque et supra basin dorso barbata, culmo obliquo compresso glauco retrorsum scabriusculo. *Roth Cat.* III. p. 15, qui semina accepit nomine P. *glaucae Donn.*

ζ. P. *nemoralis coarctata Hall. fil. ined.*; paniculâ multiflorâ elongatâ coarctatâ, spiculis ellipticis acutis subtrifloris, corollis constrictis, culmis cespitosis, (ligulâ subnullâ, foliis rigidis involutis strictis). *Gaud.* l. c. *Hall. Helv.* 1468. P. *coarctata Mur. bot. val.* p. 86. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 273. n. 1611 b. (et, hoc teste, P. *angustifolia Bast. Ess.* p. 39). Poa *dubia Sut. Helv.* I. p. 49. Poa *Scheuchzeri Sut. Helv.* I. p. 50. Poa *cespitosa Poiret Enc. meth.* V. p. 73. P. *gracilescens Schrad. Hort. gotting.* Fasc. I. (Variat spiculis minoribus, 2-3floris.) — Hujus γ est, apud *Decand. Fl. franç. Suppl.* n. 1611 b. Poa *montana All. pedem.* n. 3199. Aira *briganticaca Chaix* in *Vill. delph.* I. p. 378? Aira *miliacea Vill. delph.* I. n. 81. p. 303. Festuca *airoides Ramond.* Confer supra, P. nemoralem δ., Poam *Gaudini* et *miliaceam Kit.*

ζβ. *Schoenosperma:* paniculâ pauciflorâ, spiculis subtrifloris, seminibus ovatis ustilagine corruptis, stigmatibus

---

* P. *caesia*, paniculâ diffusâ, spiculis ovatis quinquefloris, glumis lanceolatis subsericeis liberis, stipulis (subinde) brevissimis obtusis *Smith Fl. brit.* I. p. 103. *Engl. bot.* t. 1719. Poa *glauca* β. *latifolia*, paniculâ magis diffusâ. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 66. P. *glauca With.* 148? forte a *nemorali* diversa species. Monuit jam *Smith* l. c.: „diversissima videtur a P. *glaucâ Vahl Flor. Dan.* t. 964, quae propior *nemorali.*" „Rad. fibrosa, subcespitosa; herba glauca; culmus pedalis, erectus, teres, striatus, laeviusculus, basin versus binodis et foliosus, superne simplex, rectus, nudus. Folia lanceolata obtusiuscula plana (in *glauca* magis convoluta), dorso basin versus laevigata, caeteroquin scabra. Vaginae longitudine foliorum, striatae, subscabrae. Stipula valde variabilis, aliquando brevissima, vaginâ inclusa, quandoque elongata, lanceolata, lacera, praecipue ad folia caulina. Panicula erecta ramosissima, parum elongata, ramis semiverticillatis, angulatis, scabris, ramulis binatis. Spiculae erectae, saepius quinquefloraе, glauco albido purpureoque variae. Glumae calycinae subaequales, acutae, carinatae, obsolete trinerves, apicem versus scabrae. Flosculi remotiusculi, lanceolati obtusi apice scariosi erosi, dorso lanati, margine scariosi sericei, valvulis interioribus margine scabris; rhachi flexuosâ villosâ. *In montibus Scotiae.*" Poam hanc *caesiam* diversam esse a *glauca*, et culturâ perstare, testatur *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 154. n. 7. et p. 167. n. 19. 4.

Digitized by Google

persistentibus. P. *juncoides Alpina* III. p. 37. P. *tenuis Villars.*

„Differt *nemoralis* a *serotina*: culmis humilioribus vaginisque glabris, nunquam scabris, foliis angustioribus, magis glabris, flosculorum numero; a P. *pratensi* culmis evidentius striatis, spiculis angustioribus, acutioribus, glumâ calycinâ utràque plerumque trinervi, corollae glumâ exteriore obsolete nervosâ; ab utraque culmis tenuioribus, paniculâ subsecunda, graciliori, pauciflorâ, flosculis liberis.“ *Schrad.* δ. differt, praeter colorem glaucum, glumis, ut plurimum, minus nervosis, margine violaceis, calycinis corollinâ multo brevioribus. ε. differt culmis firmioribus, plerumque cespitose crescentibus, paniculâ rectâ strictâ, glumis calycinis corollinis brevioribus, 5-6floris. α. *in nemoribus Europae et Caucasi locisque ambrosis*, αβ. *in alpibus.* — In β spiculae subcoloratae, gluma exterior minus acuta. In dumetis planitiei. — In γ spiculae 3 lineas long., calycem superantes. — δ. non differre a P. *glauca Smith Gaudin l. c.* edicit, licet colore glauco eminus dignoscenda, qui vero color a situ in rupibus apricis pendet. — In ε. panicula etiam in herbario patula. P. *caesia*, culturâ perstans, nobis species genuina videtur, colore suo caesio etiam in umbra persistente. In *montibus Europae australis.* In ε color quoque glaucescens, culmi levissimi, folia rigidiuscula, angusta. Ex adducto ad δ. *Haller* n. 1468 cum? videmus et *Gaudinio* Poam *montanam* paniculâ strictâ, spiculis bifloris, flosculis basi villosis, *Gmel. S. Veg.* p. 181. esse dubiam! In *aridis*, *apricis*, *ad muros.* Omnes 2.

29. P. *Gaudini*; paniculâ flexuosâ, corollis obsolete nervosis subvillosis, culmis cespitosis superne scabris. α. paniculâ coarctatâ. Poa *aspera Gaud. Agr. helv.* I. p. 198. *Alpina* III. p. 38. *Murith bot. val.* p. 86. *Schult. oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 2698. Poa *montana All. pedem.* (ad specimen b. *Allioni Gaud.*). β. paniculâ diffusâ, ramis flexuosis, patentissimis.

P. *nemorali glaucae* simillima: differt corollis connexis, minus villosis; ligulâ exsertâ, culmo vaginisque scabris. *Gaud.* In nostra pannonica minus glaucescente rigidiore panicula fere depauperata, spiculae ovato-oblongae, 2-3florae, calyx flosculis dimidio brevior, culmi pedales vaginaeque profunde striatae ut folia convoluta setacea, rhachis ramique paniculae scabra; valvula calycis major trinervis. In *alpibus ad rupes apricos in Helvetia in Tzermontanae montibus, supra vallem Bagnes. Gaud., in Matrae alpibus* Pf. *Kitaibel.* 2. Confer P. *nemoralem* ε.

30. P. *depauperata Kit.*; paniculae patentis ramis hispidiusculis paucifloris, spiculis (sub) quadrifloris, flosculis remotis basi villosis. *Kitaibel* in *litt. apud Spreng. pug.* I. p. 7. *Schult. oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 228.

Digitized by Google

Pedalis vel cubitalis erecta. Culmus teres laevis, infra vaginis retrorsum scabriusculis foliorum cinctus, ligulâ nullâ. Folia linearia laxa nuda retrorsum scabra, ligula brevissima. Rami erecti, laxi, scabri. Spiculae ovatae glabrae pallide virides. Calycis valvulae subaequales nervosae acutae dorso hispidiusculae. Corollae distantes, valvulâ alterâ majore viridi, dorso hispidiusculâ. In *Pannonia*. 4.

31. P. *pauciflora*; culmo erecto simplici; foliis convolutis(?) vaginisque glabris; paniculâ ramosâ verticillatâ patulâ ramis rhachique scabris; spiculis oblongis bifloris; valvulâ corollae inferiore quinquenervia. Poa *depauperata Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 131.

Rad. fibrosa; culmi 2-3ped., striati, glabri; folia linearia striata, rigida; vaginae sulcato-striatae, glabriusculae; ligula longissima, glabra; panicula 6-7poll., ramulis flexuosis; glumae calycinae oblongae acutae carinatae enerviae virentes, dorso purpurascentes, et scabriusculae, subaequales, longitudine spiculae; corollinae inaequales, inferior oblonga acuta carinata virescens, glabra, superior lanceolata bicarinata, acuta, inferiorem subaequans. In *apricis regni Quitensis prope Chillo et Pintac.* 4.

32. P. *sterilis*; paniculâ attenuatâ: ramis brevissimis, spiculis subtrifloris acutis glabris, foliis brevibus: culmeis distiche patentibus. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 62.

Rad. fibrosa; culmi adscendentes, pedales, graciles, tamen firmi. Folia plana, radicalia biuncialia, caulina brevia, ad angulum rectum distiche patentia, vaginis angustis elongatis, ligulâ vix ullâ. Panicula elongata, ramis vix ultra 2 ex côdem puncto, spiculis superioribus alternatim ad rhachim subsessilibus. Spiculae magnitudine P. *angustifoliae*, plerumque trifloraе, etiam ad lentem vix pubescentes; glumis acutis enerviis viridibus margine tenui albo. Similis P. *nemorali* paniculâ et foliis culmeis. In *Tauriae collibus apricis sterilibus*. 4.

33. P. *mulalensis*; culmo erecto simplici compresso; foliis externe scabris, interne vaginisque glabris; paniculâ ramosâ verticillatâ patulâ, ramis scabris; rhachi glabriusculâ; spiculis ovatis trifloris; valvulâ corollinâ inferiore quinquenerviâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 131.

Culmus 2-3ped., glaber, ut nodi, striatus, ut folia linearia plana et vaginae compressae. Panicula 6-7poll., ramulis flexuosis. Rhachis striata, scabriuscula. Glumae calycinae lanceolatae acutae carinatae trinerviae glabrae inaequales, inferior major, spiculâ duplo brevior; corollinae inaequales, pilosiusculae praecipue basin versus; inferior ovata, acuta carinata virescens, apice purpurascens, superior lanceolata, bicarinata, inferiore (superiore?) paullo brevior. In *scopulosis montanis Andium Quitensium prope Mulalo, et juxta nivem perpetuam ignivomi Cotopaxi inter Pumaurcu et Suniguaicu*. 4.

Digitized by Google

34. P. *tristriata Stev.;* paniculâ contractâ, calycibus bifloris acutis, corollis obtusis, glumâ exteriore trinervi, ligulâ exsertâ brevi. *Steven stirp. rar. itin. Caucas.* in *Act. Mosquens.*

Circa Kubam, rarior. 2.

35. P. *sulcata;* paniculâ diffusâ capillari, spiculis glabris subquinquefloris, corollis exquisite striatis. Poa *striata Lam. Illustr. gen.* I. p. 183. *Poiret Enc. meth.* V. p. 78. *Pers. Syn.* I. p. 89.*

Bipedalis et altior; folia longissima, firma, glabra, latiuscula, acuta, vaginis scabris, ligulâ brevi, lacerâ; paniculae rami asperrimi; spiculae subcompressae, obtusae; flosculi virentes profunde striati. In *Virginia.* 2. Non confundendam esse cum P. *striata Thunb.* monet *Poiret.* An satis a P. *arvata* distincta?

36. P. *nervata Willd.;* paniculâ aequali diffusâ, spiculis ovatis quinquefloris, flosculis liberis septemnerviis obtusis, culmo sulcato subangulato, radice subrepente. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 105. *Ejusd. Spec.* I. p. 389. P. *striata*, glaberrima erecta, paniculâ ramis prolixis debilibus pendulis; spiculis subquadrifloris, floribus ovatis, basi nudis conspicue striatis. *Mich. Fl. Amer.* I. p. 69. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 79. P. *lineata Pers. Syn.* I. p. 89.

Diagnosin et descriptionem in *Spec.* p. 389 ad specimen minus evolutum esse factam *Willd.* in *Enum. l. c.* Glaberrima erecta, pallide laete virens. Panicula tenuis, ramis scabris. Spiculae atrovirentes apicibus violaceis, nervis elevatis scabriusculis. In *Pensylvania*, *Virginia.* 2.

37. P. *imbecilla Spreng.;* paniculâ laxâ diffusissimâ, spiculis quinquefloris linearibus, flosculis remotiusculis, foliis linearibus longissimis. *Spreng. Mant.* I. p. 33.

Rad. geniculata repens; culmus adscendens flaccidus, teres, glaber, foliosus, cubitalis; folia glabra flaccida; paniculae rami capillares subsecundi; spiculae glabrae apice truncatae; valvulae lineares. In *nova Zeelandia.* Confer P. *asthenem.*

38. P. *anceps Forst.;* paniculâ diffusâ, spiculis quinquefloris acutis basi pubescentibus, culmo ancipiti. *Forst.*

---

* *Pursh* in *Fl. Amer. Sept.* I. p. 80 ad hanc *striatam* cum dubio citat suam P. *parviflora*m, paniculâ diffusâ capillari semiverticillatâ ramosissimâ, spiculis parvis subquadrifloris, floribus oblongis subacutis exquisite striatis, foliis distichis culmum superantibus glabris, ligulis lanceolatis acuminatis, culmo exerte vaginato.

Pedalis, valde gracilis. *In umbrosis Noveboraci, ad Virginiam usque.* 2.

Digitized by Google

Prodr. n. 43. *Willd. Spec.* I. p. 390. An Arundo *poaeformis Labillard.?* t. 35.

In *nova Zeelandia.*

39. * P. *flava;* paniculâ diffusâ, spiculis ovato-oblongis nitidis. *Linn. Sp. Pl.* p. 100. *Gron. virg.* 13. *Willd. Spec.* I. p. 390. An P. *laxa Lam. Illustr.* p. 183. n. 985: paniculâ laxâ basi verticillatâ; spiculis raris subquinquefloris; corollis laevibus? — Haec *laxa* certo P. *subverticillata Pers. Syn.* I. p. 93.

Descriptio plantae *Lamarckianae* sequens in *Enc. meth.* V. p. 78.: Culmi graciles, recti, glabri, foliis vestiti mollibus longis acutis; ligula nulla, hujus loco macula rufescens. Panicula pendula, rami longissimi scabri, apice spiculis sat magnis haud copiosis compressis; glumis calycinis mucronatis. In *Pensylvania et Virginia.* Affinem videri Tritico *maritimo Pers.*

40. P. *virgata Poir.;* paniculâ strictâ longissimâ; ramulis appressis; spiculis secundis brevibus, subtrifloris. *Poir. Enc. meth.* V. p. 78. *Sloan. jam. Hist.* t. 72. f. 1.

Facies Agrostidis *tenacissimae Jacq.* Culmi glabri recti elongati, foliis vestiti longis angustis laevibus junciformibus; panicula attenuata, pedalis, ramis simplicibus pollicaribus appressis, spiculis sessilibus appressis subdistichis compressis glaberrimis ovatis obtusis. P. *flavam* inter et *abyssinicam* posuit *Boiret.* In *S. Domingo.*

41. * P. *abyssinica Jacq.;* paniculâ aequali capillari laxâ erectâ patulâ, spiculis 4-5floris laevibus lineari-lanceolatis, foliis glabris apice subconvolutis, culmo geniculato inferne ramoso procumbente. *Ait. Hew.* I. p. 100. ed. 2. I. *Willd. Spec.* I. p. 394. *Rheede malab.* XII. t. 41. *Jacq. Misc.* II. p. 364. *Ic. rar.* t. 17. *Bruce It. ed. germ.* V. p. 84. t. 24.

1-sped.; culmus subangulatus glaberrimus, foliis longissimis angustissimis acutis laevibus fortiter carinatis. Vagina laevis. Ligula brevis obtusa rufescens. Panicula post florescentiam nutans, ramis longis subverticillatis flexuosis capillaribus asperis, flosculis viridi-purpureis liberis. Spiculae compressae ovatae, valvulis laevibus. *Colitur in Abyssinia.* ⊙. Huc omnino spectare Poam *bohemicam*, panicula inflexâ, spiculis alternis quadrifloris, glumarum lineâ dorsali scabrâ, culmo tereti glabro subprostrato, in *Meyer physik. Abh.* d. *eintr. Freunde* zu *Wien* I. p. 22. t. I., *Bohl Flor. boëm.* I. p. 99.

42. P. *mexicana Lag.;* paniculâ patentissimâ strictâ, spiculis ovatis suboctofloris, oblongisque subquindecimfloris, flosculis trinerviis, foliis subtus laevibus, ligulis abbreviatis, eroso ciliatis, culmo tereti ramoso. *Lagasca gen.* et *spec. nov. diagn.* p. 3. n. 40. P. paniculâ patentissmâ, spiculis

Digitized by Google

ovato-lanceolatis 4-5floris, flosculis liberis, ligulâ brevissimâ pilosâ, culmo suberecto flexuoso ramoso. *Hornem. Hort. Reg. Hafn.* II. p. 953.

Antherae violaceae. Semina subelliptica, utrinque obtusissima, atropurpurea. Valvulae calycinae interiores persistentes. *Hab. in imperio Mexicano, et tanquam spontanea crescit in Hort. R. Matr.* ⊙.

43. P. *hirsuta Mich.*; culmo erecto crasso simplici, vaginis hirsutissimis, foliis longissimis glabris, paniculâ ramosissimâ capillari amplissimâ, spiculis subquinquefloris, omnibus longe pedicellatis. *Mich. Flor. Bor. Amer.* p. 68. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 80. *Pers. Syn.*, I. p. 91. *Poiret Enc. meth. Suppl.* p. 329.

Habitus Panici *capillaris*; affinis quoque Poae *capillari* et quodammodo *laxae*. Culmi recti duri crassi simplicissimi; folia glabra, margine subinvoluta, acutissima; vagina laxiuscula, pilis fuscescentibus ad faucem; rami paniculae asperi; flosculi rari; valvulae calycinae aequales lanceolatae acutiusculae, corollinae pallide fuscescentes. In *Herb. Bosc.* In *campis arenosis a nova Caesarea ad Carolinam inferiorem.*

44. * P. *capillaris*; paniculâ laxâ patentissimâ capillari, foliis pilosis, culmo ramosissimo. *Linn. Sp. Pl.* p. 100. *Swartz Obs.* p. 39. *Willd. Spec.* I. p. 394. *Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 67. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 79. *Moris. Hist.* III. S. VIII. t. 6. f. 33.

Culmus 1-2ped., filiformis, foliis rectis longis acutis, basi pilis longis raris. Panicula strictissima ramosissima. Spiculae 4-6-florae minimae. Antherae et stigmata purpurea. Semina rotunda lucida. — „Interdum in eâdem paniculâ spiculae nonnullae monstrosae oblongae multiflorae steriles.“ *Mich. l. c.* Specimen possidemus *ex Hispania* nomine *cynosuroidis* missum, et additum illi: rarissima! Copiose in *Virginia*, *Canada*, *Jamaica*, *et S. Domingo.* ⊙.

45. P. *indica*; paniculâ contractâ capillari, spiculis quadrifloris linearibus, vaginis barbatis, culmo basi ramoso. *Willd. Act. am. n. c. Berol.* IV. p. 194.

Panicula laxa, ramis verticillatis capillaribus, spiculis glaucis. *Koenig. Rottler.* Ind. or.

46. P. *plumosa Retz*; paniculâ diffusâ, calycibus sexfloris, valvulis corollarum interioribus linearibus recurvis, dorso ciliatis. *Retz Obs.* IV. p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 403. *Poiret Enc. meth.* V. p. 84. hanc fors varietatem esse credit P. *tenellae.*

Culmi conferti, pedales, filiformes, foliosi; folia 1-2poll., linearia, laevia, vaginis oris longe pilosis; panicula pedunculis ramosis flexuosis. Differt a P. *ciliari* formâ paniculae, floribus ciliisque minoribus. In *Tranquebaria.*

Digitized by Google

47. P. *Poiretii;* paniculâ spicatâ brevi; spiculis subtrifloris; foliis angustis pilosis. P. *pilosa Poiret Enc. meth.* V. p. 79. *Poiret* citat ad hanc cum? Poam *pilosam Linn.* quam sibi ignotam esse ingenue fatetur. P. *pilosam Poir.* diversam esse ab illa *Linnaei* sequente descriptione patebit.

„Radix fibrosa capillaris; culmi graciles filiformes compressi, 4-5 pollices alti, foliis vestiti tenerrimis filiformibus, mollibus, longitudine culmi, pilis copiosis ad vaginam in rosulas digestis; panicula vix pollicaris, angusta, ramis nullis nisi pedunculis simplicibus tenuissimis glabris; spiculis itidem glabris obtusis. Glumae calycinae lanceolatae acutae longitudine fere corollae, cujus glumae obtusae apice membranaceae.“ Pilos ad ramos abesse monet. *Colitur in horto parisino.*

48. P. *squarrosa;* paniculâ contractâ, ramis adscendentibus incurvis, spiculis sexfloris, glumis acutis trinerviis, foliis culmeis linearibus convolutis, radicalibus setaceis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens. Mss.*

Hab. in terra Beetjanarum prope Rissipien lacum promont. b. spei.

49. P. *glomerata Thunb.;* paniculâ spicatâ glomeratâ, spiculis quadrifloris, corollis ciliatis. *Thunb. Prodr.* p. 22. *Flor. cap.* I. p. 423. *Willd. Spec.* I. p. 402. Fors Koeleriae species.

Culmus filiformis, geniculatus, erectus, glaber, pedalis; folia radicalia filiformia, glabra, palmaria; panicula cylindrica composita, e glomerulis plurimis subinterruptis pollicaris; spiculae ovatae; calyx glaber, valvulae corollae basi dorsi ciliatae. In *promont. b. spei.*

50. * P. *serotina Ehrh.;* paniculâ aequali diffusâ angustatâ subsecundâ, fructiferâ patente; spiculis ovato-lanceolatis sub 3-5floris, flosculis basi villo connexis obsolete quinquenervibus, culmo vaginisque scabriusculis, ligulâ brevi, radice subrepente (nodosâ). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 299. P. *serotina Ehrh.* et *Koel. Gram.* p. 173. P. *polymorpha Wib. Werthem.* I. p. 113. P. *riparia Wolff.* apud *Hoffm. Fl. germ.* edit. 2. I. p. 42. P. *elegans Hall. fil.* (excl. syn. *Hall.* ad P. *laxam* spectante). P. *palustris Koel. Gram.* p. 155. *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 117, et omnium fere auctorum Florae Germaniae. *Decand. Fl. fr.* n. 1608. *Suppl.* p. 272. P. *pratensis Leers Herborn.* t. 6. f. 4. P. *serotina Gaud. Agr. helv.* I. p. 208. P. *palustris Pers. Syn.* I. p. 89. (excl. syn. *Leers*). P. *trivialis Leersii* t. 6. f. 2. *Hall. Hist.* n. 1467.

β. * P. *palustris Vill.;* culmo praealto, basi subrepente, foliis planis, membranulâ lineari; paniculâ verticillis 5-7, inclinatâ longissimâ; spiculis trifloris flavicantibus, vix basi

Digitized by Google

pilosis, calyce subhispido. *Villars Catal. du jard. de Strasb.* p. 71. t. 2. f. 2., a quo cum? adducitur: P. *hydrophila Thuill.*; paniculâ subattenuatâ, spiculis parvis subtrifloris apice lutescentibus, ligulâ elongatâ. *Pers. Syn.* I. p. 89., qui huc POAM *crocatam Mich.* refert, et P. *palustrem* quorumdam. Huc certe POA *fertilis Host* III. t. 14., quae a *Schradero* ad *a* ducitur. In herbariis occurrit quoque nomine *capillaris.*

P *serotinam* variare pro naturâ soli-colore totius plantae caesio exceptis glumarum apicibus semper flavis; culmis altioribus crassioribus spiculisque 7-9floris; culmorum atque vaginarum superficie plus minus scabrâ; ligulâ exsertâ, *Schrader l. c.* P. *palustrem Linn. Sp. Pl.* 98. (ad quam *Murray* in *Syst. Veg.* duxit *Flor. Dan.* t. 750.) esse LEERSIAM *oryzoidem Smith* apud *Schrader l. c.*, „quoad notam e *Seguieri* Flora receptam, et synonyma citata," asseruit. Haec tamen synonyma, *Hall.* n. 1467. et *Scheuchz. Gram.* 184. *b. Villars l. c.* ducit ad *palustrem* suam, quam specie distinctam esse a *serotina*, ideoque excluso *Seguierio*, *Linnaei* esse plantam asserit. POAM *serotinam* a P. *triviali* differre radice subrepente et ligulâ plerumque brevissimâ, a *pratensi* culmis vaginisque plus minus scabris, nunquam glaberrimis; ab utrâque paniculâ saepe majori, ramosissimâ, spiculis ovato-lanceolatis, glumâ calycinâ utrâque plerumque trinervi, flosculis apice luteis, glumâ corollinâ exteriori sub 5nervi. *Schrad.* P. *palustris Vill.* culmo est recto 2-3pedali, nodis 3-4, foliis acutis, ligulâ ultra lineam longâ, albâ, firmâ, semi-ovali, apice lacinulatâ; paniculâ 6-8-pollicari, verticillis 6-7, spiculis minimis numerosissimis oblongis; calycis glumis trinervibus, corollae trinervibus, interioribus binervibus, apice rubellis. Gluma exterior basi vix pilosa. In *pratis*, *vineis*, *muris*, *β. in paludosis*, *ad fossas Europae et Americae.* * 4. Cls. *Poiret* POAM *serotinam Ehrh.*, *trivialem Leyss.*, *ripariam Wolf* synonyma fecit *pratensis!*

51. P. *effusa Kit.*; paniculâ diffusâ patentissimâ apice cernuâ, spiculis ovato-lanceolatis subquadrifloris, flosculis basi subvillosis; ligulâ exsertâ ovatâ; culmo tereti; vaginis glabris. *Schult. oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 227.

Priori affinis, sed characteribus datis satis distincta. In *Pannonia* Prof. *Kitaibel.* 4.

---

* POA *crocata* erecta, glabra, collo vaginarum nudo, paniculâ laxâ patulâ, spiculis omnibus distincte pedicellatis, ovoideis, 4-5floris, floribus oblongis viridibus apice insigniter croceis, inferne minutâ pube marginatis, *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 68, quae a cl. *Persoon* ad β ducitur, et qui *ad lacus Mistassinos et amnes ad sinum Hudsonis defluentes* sponte crescit, nobis distincta videtur species. *Pursh* POAM *crocatam Mich.* unquam vidit.

Digitized by Google

52. P. *sudetica Haenke;* paniculâ aequali diffusâ, spiculis ovato-lanceolatis subtrifloris, flosculis liberis (glumâ exteriori quinquenervi) vaginis laxis ancipitibus, ligulâ brevi, (foliorum fasciculis complanatis) radice repente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 295. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 164. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 272. n. 1605. *a. rubens:* spiculis subquinquefloris, glumâ exteriori ovato-lanceolatâ, striato-nervosâ. P. *rubens Moench meth.* p. 187. *Koel. Gram.* p. 160. *Willd. Spec.* I. p. 389. *Decand. Fl. fr.* n. 1605. P. *sylvatica Vill. delph.* II. p. 128. t. 3. (excl. syn. ipso auctore teste). *Poiret Enc. meth.* (excl. syn. praeter *Chaix* et *Vill.*). *Sut. Helv.* p. 84. P. *quadripedalis Ehrh.* Poa *Willemetiana! Willem. Fl. de la Lorraine.* I. p. 86. P. *sudetica β atrata Pers. Syn.* I. p. 90. *β. viridis*, spiculis subtrifloris, glumâ exteriori lanceolatâ, obsolete nervosâ. P. *sudetica Willd.* l. c. *Poir. Enc. meth.* V. p. 75. *Haenke sudet.* t. 13. *Wahlenb. Fl. carp.* n. 78. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. p. 302. t. 8. *Host Gram. austr.* III. t. 13. Poa *trinervata Decand. Fl. fr.* n. 1605. Poa *viridis Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 79. Poa *latifolia Herb. Marsch. a Bieberst.*

Habitus Festucae *sylvaticae*, flores Poae *trivialis*. Radix longe lateque repens; culmi 2-4pedales, compressi; folia fere lanceolata, apice conniventi-cuspidata, scindentia fere; ligula brevissima flava. In *paludosis, sylvaticis, humidis a Suecia et Sudetis ad alpes et Lotharingiam usque et Alsatiam.* 4.

53. P. *communtata;* paniculâ patulâ, spiculis suboctofloris, calycis valvulâ exteriore quinquenervi, culmo vaginisque ancipitibus. Poa *sulcata Lagasca gen. et spec. nov. diagn.* p. 3. n. 43.

Gramen glaberrimum 3-4pedale, Poae *sudeticae Pers.* proximum. In *sylvis tractus Valgrande dicti, non procul a Pajares oppido.* 4.

54. P. *contracta Retz;* paniculâ contractâ, flosculis lanceolatis trifloris nudis sessilibus, foliis filiformibus. *Retz Obs.* III. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 399.

Glaberrima; culmus sat crassus, bipedalis; folia fere cylindrica; panicula in vagina suprema fere involuta; pedunculi simplices rigidi longi; spiculae lanceolatae alternae; valvulae calycinae glabrae acutae corollâ breviores. In *India. Koenig.*

55. P. *filiformis Thunb.;* paniculâ patente, spiculis acutis 3-4floris, foliis filiformibus. *Thunb. Prodr.* p. 21. *Flor. cap.* p. 420. *Willd. Spec.* I. p. 399.

Culmus filiformis erectus glaber pedalis et ultra; folia radicalia plurima, convoluto-filiformia, apice setacea, curvata, culmo

Digitized by Google

breviora; panicula sub anthesi patens, trichotoma, palmaris; pedunculi et pedicelli capillares, flexuosi, inaequales, glabri, ut spiculae. *Ad promont. b. spei.*

56. * P. *amboinensis*; paniculâ coarctatâ secundâ, culmo tereti. *Linn. Mant.* p. 557. *Retz Obs. bot.* IV. p. 20. *Rumph Amb.* 6. p. 19. t. 7. f. 3.??

Simillima P. *compressae* praeter culmum. Flores paniculati, verticillati, 5flori. Antherae rubrae. Pistilla alba. *Retzius* affirmat culmos esse compressos, nec teretes; folia vix pollicaria; paniculam brevem, subunilateralem, ramis verticillatis; valvulam corollae interiorem linearem, ciliatam ut in P. *ciliari*, sed ciliis minoribus. In *India.*

57. P. *ciliarensis Allion.*; paniculâ elongatâ ramosâ flexuosâ, spiculis 3-5floris glabris. *Willd. Spec.* I. p. 388. *Allione Fl. pedemont.* n. 2207. t. 91. f. 2. *Barrel. Obs.* III. n. 1216. t. 743.

Culmi sulcati glabri pedales et ultra, nodis fuscis, foliis vestiti glabris, ad vaginam ciliatis, ultimo paniculam excedente. Panicula pyramidalis obtusa, ramis solitariis aut 3-4ve in verticillo, flexuosis ramulosis, spiculis ovali-oblongis; valvulae calycinae acutae dorso nervo viridi prominente, ut in corollinis obtusis. Non „in India", sed in regione pedemontana circa *Ciliane.* ⊙.

58. P. *caroliniana Spreng.*; paniculâ patentissimâ, ramis subverticillatis, spiculis lanceolatis acutis quinquefloris glabriusculis, foliis glabris. *Spreng. Mant.* I. p. 33.

Rad. horizontalis; culmi adscendentes caespitosi teretes glabri foliosi; folia lanceolata dodrantalia; vagina glabra, ligulâ abbreviatâ obtusâ; panicula ramosissima; valvulae nitidae acutae margine carinâque scabriusculae. Similis habitu P. *ciliarensi Allion.* In *Carolina boreali.* ⊙.

59. P. *latifolia Forst.*; paniculae ramis simplicibus, glumis bifloris, flosculo altero pedicellato ciliato, foliis latolanceolatis. *Vahl Symb.* II. p. 18. *Forst. Prodr.* p. 8. n. 44. P. *malabarica Burm. Ind.* p. 27. t. 11. f. 2. *Vahl* specimina a *Burmanno* et *Forstero* habuit, hinc de P. *malabarica Burm.* certi sumus: attamen ipse dubitat an diversa sit a P. *malabarica L.* (paniculae ramis simplicissimis, floribus sessilibus, seminibus distantibus, culmo repente. *Spec.* 100.), a qua teste *Swartz* apud *Schrad. Neues Journ.* II. B. 2. St. p. 43. (qui tamen Torresiam *latifoliam* ut synonymon huc ducit) omnino differt.

Culmi erecti vaginati glabri. Folia 3-4poll. longa, 1 lin. lata, glabra, subtus nervis 12. Panicula diffusa (nutans *Forst.*) 1/2ped., ramis scabris ad lentem villosis, pedicellis alternis unifloris capillaribus. Calycis glumae lanceolatae glabrae, carinâ scabrae, acutae, alterâ minore. Valvula floris pedicel-

Digitized by Google

lati exterior superne tuberculis utrinque quinque ad marginem, apice setis 1-2. In *Java*, *ad fret. magellan.*, *in Australia*. *Roth nov. pl. spec. Ms.* sic definit plantam: „paniculae virgatae ramis subfasciculatis simplicibus, spiculis breviter pedicellatis sub 5floris calyce longioribus, flosculo infimo tantum sessili, foliis lato-lanceolatis, vaginis margine et ad oras pilosis"; additque: „Veram hanc esse P. *malabaricam* testatur *Benj. Heyne*. Ob diagnosin *Linnaei* naturae minus respondentem dubium hucusque hoc gramen fuit. P. *latifolia Vahl* et *Forster* ejusdem synonyma: an quoque *Burmanni*?

60. * P. *chinensis*; paniculae ramis simplicissimis, floribus sessilibus, seminibus imbricatis, culmo erecto. *Linn. Sp. Pl.* p. 100. *Willd. Spec.* I. p. 395. (excl. syn. Poa *chinensi Retz Obs.* V. p. 19.)? P. *paniced Retz.* paniculae ramis subbinatis remotis filiformibus; calycibus bifloris, vaginis punctato-pilosis. *Retz Obs.* III. p. 11. *Poiret Enc. meth.* V. p. 80. n. 33. et *Persoon Syn.* I. p. 91. recte monent, P. *chinensem Linn.* minime cum Poa, quam *Burm. Ind.* t. 11. f. 3. depinxit (quae P. *sessilis Lam.* seu Cynodon *virgatus P. de Beauv.*) convenire.

Culmus sat altus, gracilis, foliis laevibus glabris orificio vaginarum punctis callosis, unde fasciculi pilorum; panicula gracilis rara. fere pedalis, spicis alternis, patentibus, 3-4poll.; spiculae fere unilaterales alternae, pedunculatae; valvulae calycinae subulatae longitudine corollae. Magnitudine et numero florum variat. In India. — *Roth nov. plant. spec.* Poam *chinensem Linn. Spec. Willd* I. p. 395. sic definit: „paniculae virgatae ramis fasciculatis simplicissimis, spiculis sub-6-floris breviter pedicellatis subadpressis calyce dimidio longioribus floscu.is omnibus pedicellatis, foliorum vaginis glabris," et jubet synonymon *Retzii* excludere, hujusque loco addere P. *malabaricam Retz obs.* V. p. 19. Referre primo intuitu Eleusinen *domingensem*. At in P. *chinensi Linn.* flores sessiles, et hic pedicellati! Anne *Rothii* planta *Burmanni* potius, i. e. Cynodon *virgatus*? Confer Leptochloam *filiformem*.

P. *chinensem Linn.* s. *paniceam Retz* possidemus in Mexico lectam, et ab amicissimo *Bróussonnet*, cui mortuo bene!, Aira *capillacea Cavanill.* inscriptam. Spiculae nempe in spicis superiores tantum biflorae, in inferioribus vero 3-4florae (ut *Linnaeus*) fefellere *Cavánillesium*, ut Airam inde crearet, quem ad modum *Retz* P. *paniceam* suam (omnino enim Cynodontem eminus *virgatum* refert) calycibus bifloris describit.

61. * P. *hirta Thunb.*; paniculâ patulâ virgatâ, calycibus subtrifloris angulatis, vaginis punctato-ciliatis. *Willd. Spec.* I. p. 387. *Thunb. Fl. jap.* 49.

Rad. fibrosa; culmus tripedalis, rectus, simplex, glaber, cylindricus, foliis vestitus ensiformibus, striatis, vaginâ praelongâ punctato-pilosâ; panicula attenuata pedalis, pedunculis scabris ciliatis angulatis, pedicellis brevissimis, vix patentibus. Glumae

Digitized by Google

calycinae angulatae, valvulâ exteriore carinâ prominente subdenticulatâ. In *Japonia*.

62. * P. *compressa*; paniculâ subsecundâ diffusâ, spiculis oblongo-ovatis 5-7floris, flosculis basi villo connexis, culmo obliquo compresso, radice repente. *Schrad. Fl. germ.* p. 303. *Willd. Spec.* I. p. 397. *Koel. Gram.* p. 185. *Smith Fl. brit.* I. p. 99. *Engl. bot.* t. 365. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 206. *Hall. Hist.* n. 1455. *Fl. Dan.* t. 742. *Host Gram. austr.* II. t. 70. *Vaill. paris.* t. 18. f. 5. Poa *muralis Wib. Werth.* p. 114. β. flosculis liberis, nec villis complicatis basi connexis. P. *compressa Wibel.* γ. humilior, rigida.

Rad. repens; culmi 1-1½ped., basi procumbentes et saepe radicantes. Folia brevia, linearia, acuta, glaucescentia; vaginae glabrae; ligula brevis obtusa; panicula brevis; rami sub anthesi horizontales, scabri; spiculae virides et viridi et purpurascente variae; glumae calycinae inaequales trinerves, carinâ scabrae; corollinae obsolete quinquenerves: villi in α albi, quibus basi cohaerent flosculi. Variat culmis erectis, et panicula majori ramosissimâ. In umbrosis etiam subinde corollis distantibus variare, et paniculâ spiculisque paucifloris *Gaud.* γ., *circa Matritum*, lecta, semipedalis, stricta, rigidiuscula. In *ruderatis*, *muris*, *ad vias lapidosas totius Europae*, *Americae bor. et Caucasi.* 4.

Anne huc omissa ab omnibus Poa *planiculmis Web.*; paniculâ coarctatâ, calycibus subquadrifloris, glumis floralibus dorso pubescentibus, culmo compresso. *Weber Suppl. Fl. hols.* p. 3.?

63. P. *domingensis Pers.*; alta; paniculâ ramosissimâ subcontractâ, spiculis parvulis 4floris, foliis lanceolatis longissimis. *Pers. Syn.* I. p. 88. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 327.

Culmi recti glabri duri 3-4ped.; folia 3-5 lin. lata, laevia, extus glabra, intus et margine scabra glaucescentia; vaginae pallidiores, fauce pilosae; rami paniculae scabri subverticillati, pedicellis rectis, spiculis glaberrimis; valvulae calycinae subaequales acutae, corollae lanceolatae. In *arenosis maritimis S. Domingo. Poiteau. Herb. Desfont.* Habitu accedere videtur P. *aquaticam* et *maritimam*, nam has inter posuit *Persoon. P. de Beauv.* non recepit.

64. P. *Zeae*; paniculâ ramosissimâ subcontractâ, spiculis copiosissimis septemfloris, in ramis rigidis sessilibus, appressis; foliis longissimis, culmo compresso.

Specimen nostrum Poae praecedenti *domingensi*, quoad definitionem et locum in systemate (inter *aquaticam* nempe et *maritimam*) simile, et fors quadriped., deest nempe maxima pars culmi, et internodium supremum, quod superest cum panicula semipedali, pedale. Culmus striatus, vaginâ ad pollicis infra paniculam distinctiam tectus, ibique scaber ad angulos. Vagi-

Digitized by Google

nae appressae striatae ancipites fere et ad angulos scabrae, extus ad folii ortum fuscescentes. Ligula sat magna, exserta, lacera. Folium penultimum fere pedale, supremum fere pedis dimidii, basi lineam cum dimidia latum, longe acuminatum, planum, supra laeviusculum, subtus ad nervos et margine scabrum. Rhachis ramique (3o et ultra) angulato-sulcati, scabri. Spiculae in ramis sesqui- et bipollicaribus nunc unilaterales omnes, et imbricatae, nunc distichae, omnes tres fere lineas longae. Glumae calycinae inaequales parvae; major vix lineam dimidiam excedens, ovato-oblonga, margine membranacea, obtusa, enervis, carinâ scabrâ in mucronem brevissimum productâ; minor lanceolata, subacuta, carinâ magis scabra; corollinae subaequales longitudine, lineam parum superantes; exterior latior coriacea, margine involuta, enervis, carinâ ad apicem scabra; interior margine ciliata, utraque obtusa et quasi erosula apice. Semen non vidimus. Tulimus a clo. *Zea* nomine Poa *indeterminata e Sta. Fe de Bogota.* 4.

65. * P. *aquatica*; paniculâ aequali erectâ diffusâ ramosissimâ, spiculis linearibus 5-9floris, flosculis obtusis liberis septemnervibus, radice repente, foliis lineari-lanceolatis, basi maculatis. *Willd. Spec.* I. p. 385. *Koel. Gram.* p. 173. *Smith Fl. brit.* I. p. 95. *Engl. bot.* t. 1315. *Curt. lond.* f. 5. t. 12. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 278. P. paniculâ erecta semiverticillata: ramulis flexuosis, spiculis ovatis quinquefloris crassis, floribus obtusis glabris septemnervibus, culmo erecto glabro tereti. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 80? (Habitu et nonnullis characteribus diversa videtur). *Gaud. Agr. Helv.* p. 174. *Hall. Hist.* n. 1454. *Flor. Dan.* t. 920. *Host Gram. austr.* II. t. 60. *Svensk bot.* 30. Poa *altissima Moench meth.* p. 185. Melica *aquatica Web.* (fide *de Beauv.*). β. foliis et paniculâ multo minoribus. *Poiret Enc. meth.* V. p. 81.

Radix, ut in F. *fluitante*, repens. Culmi 4-6pedales, et ultra; folia rigida, recta. Ligula brevis obtusa. Panicula ramosissima, spiculis virescentibus, aut fusco et purpurascente variis. Variat floribus viviparis. *Ad ripas, fossas, in paludibus pratisque humidis totius Europae et Sibiriae.*

Cls. *M. a Bieberstein*, quo facilius destinguatur a sequente *arundinacea*, hisce distinxit: „paniculâ diffusâ: rhachi scabrâ, spiculis 6floris linearibus, calycinis valvulis corollinis subaequalibus. 4.

66. P. *arundinacea*; paniculâ diffusâ, ramis longissimis, rhachi laevi, spiculis linearibus subquinquefloris, calycinis valvulis corollinis minoribus. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 60.

Nimis praecedenti *aquaticae* affinis: an varietas? Dignoscitur paniculâ laxiore, spiculis minoribus et tenuioribus, totis membranaceis. *Ad fluvium Malk, ubi e montibus caucasiis egreditur.* 4.

Digitized by Google

67. P. *maritima Huds.*; paniculâ ramosâ subcoarctatâ, spiculis (sub-) quinquefloris, flosculis obtusiusculis teretiusculis obsolete quinquenervibus, radice repente. *Smith Fl. brit.* I. p. 97. *Fl. Dan.* t. 251. *Engl. bot.* t. 1140. P. paniculâ aequali patente, ramis fructiferis contractis, spiculis linearibus subquinquefloris, flosculis acutiusculis liberis obsolete quinquenervibus, glumâ calycinâ utrâque trinervi, rad. repente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 281. *Willd. Spec.* I. p. 396. (excl. syn. P. *arenariae Retz scand.* n. 120., quae, monente *Askelof diss. Suppl.* I. *prodr. Fl. scand. praes. Retzio* p. 4. eadem cum P. *distante*). P. *cristata Gunn. norveg.* p. 780. (exclus. synon.). P. *arundinacea Moench meth.* p. 186. Poa *maritima* γ *Decand. Fl. fr.* III. p. 57. n. 1661. β. culmo erecto. P. *maritima* β *Decand.* l. c. γ. P. *maritima* foliis planis *a Decand.* l. c. (excl. synonymis praeter fors P. *arenariam Lam. Illustr.* n. 988). *Wahlenb. lapp.* p. 39. *J. E. Smith* l. c. ut β adducit P. *caninum maritimum paniculatum Rai Syn.* 410. *Huds.* 42. sibi non visum; hinc quorsum pertineat nescimus.

„Culmi basi decumbentes, pedales, striati, glaberrimi, teretes, foliosi; folia longius involuta, glauca, acuta; stipula obtusa subinde acutiuscula. Panicula erecta stricta ramis plerumque angulatis scabris parum flexuosis, racemosis, sub florescentiâ patentibus, dein erectis, aliquando divaricatis. Spiculae lineares glabrae, purpurascentes. Glumae calycinae inaequales ovatae acutiusculae carinatae, exterior trinervis. Flosculi remotiusculi oblongi subcylindrici obtusiusculi, nec retusi, vix manifeste quinquenerves, apice minus scariosi; glumae interiores margine scabrae, apice emarginatae. *Distanti* valde affinis, distincta radice repente, flosculis longioribus, acutioribus, minime retusis.“ *Smith l. c.* — A *distante*, quacum a quibusdam jungitur, differt monente *Schrader* praeter characteres datos, culmis firmioribus, crassioribus, foliis adultis plus minus involutis rigidulis aut rigidis; paniculâ floriferâ patente, rarissime divaricatâ, fructiferâ contractâ, nec deflexâ; spiculis majoribus, glumâ calycinâ utrâque trinervi, nec minore 1-nervi; flosculis longioribus, acutioribus, minime retusis, supra plerumque caerulescentibus. Plus minus glaucescit. Culta 1½-ped., et minus rigida, spiculis 5-12floris. Fere contrarium de sua (γ nostro) *Wahlenberg lapp.* p. 39 laudatâ caeterum adductâ hic synonymiâ, dicens: „Culmus adscendens, subflaccidus; folia plana et vix convoluta tenuia mollia; panicula rarior subelongata, rami paucissimi vix ultra 2 in singulo verticillo, subasperi, erectiusculi vel patentes; spiculae elongatae compositae flosculis angustis distantibus. In Poa *distante* folia angusta convoluta rigidula, culmus strictus, panicula densior brevior ramis circiter 5 e singulo verticillo asperioribus; spiculae breviores flosculis magis imbricatis brevibus latioribus vel ovalibus obtusissimis fere truncatis.“ Nos vero adductas omnes hasce varietates possidemus. In *maritimis arenosis*

Digitized by Google

Europae borealis et occidentalis. 4. Huc *F. Fischer* cum? ducit P. *gracilem.*

68. P. *festucaeformis Host*; paniculâ aequali patulâ, spiculis lanceolatis novemfloris, flosculis basi villo connexis obtusis quinquenerviis, foliis scabris, ligulâ oblongâ, radice repente. *Willd. Enum. Hort. Berol.* I. p 106 *Host Gram. austr.* III. p. 12. t. 17. Huc quoque, teste *Schrad.*, Festuca *palustris*, paniculâ erectâ, spiculis 5-6floris nudis distichis muticis, foliis planis, culmo vaginato, v. *Seenus Reise Istr. Dalmat.* p. 72.

Culmi glabri, laeves, e geniculis inferioribus radicantes; 1½-ped. et ultrà; folia crassa, firma, facie canaliculata scabra, ad oras et carinam aculeata. Vaginae glabrae. Ligula pubescens. Panicula erecta aut incurvata, rhachi scaberrimâ, ramis scabris, superne 2-3nis, medio pluribus. Spiculae subteretes, ex viridi et flavescente variae; calycis glumae inaequales acutiusculae laeves, majore trinervi. In *Dalmatiae insula Ugliano prope Zaram.* 4.

69. P. *convoluta Hornem.*; paniculâ subcontractâ, spiculis linearibus 6-8floris: flosculis basi liberis obtusis, foliis glaberrimis involuto-setaceis rigidis glaucis, radice fibrosâ. *Hornemann Hort. Hafn.* II. p. 953.

In Hort. Hafniensem introducta sub nomine Poae *festucaeformis Host*, cum qua, quoad inflorescentiam, exacte convenit, sed differt foliis. *Hab.* — — 4.

70. P. *atrovirens Desfont.*; tota glabra, culmo erecto, paniculâ patente, spiculis planis linearibus 8-10floris, foliis subrigidis. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 73. t. 17. *Poiret Enc. meth.* V. p. 84.

Affinis P. *verticillatae Cavan.* sed differt: spiculis duplo latioribus; culmis erectis, 2ped. et ultra, foliis rigidis acutis brevibus, vaginis ligulâ destitutis, radice perenni. In *arvis incultis prope la Calle.* An Eragrostis?

71. * P. *spinosa Thunb.*; paniculae ramis alternis compressis spinescentibus, spiculis alternis pedunculatis decemfloris, culmo ramoso. *Willd. Spec.* I. p. 397. *Thunb. Prodr.* 22. *Flor. cap.* I. p. 425. Festuca *spinosa Linn. Suppl.* p. 111.

Culmi perennes crassitie pennae columbinae, solidi, proliferi, (fere frutescentes, pedales, glabri) ramis confertis erectis simplicibus (aut ramulosis); vaginis dilatatis in folium subulatum brevissimum glabrum pungens exeuntibus. Rami teretes aphylli, ramulis alternis horizontalibus simplicissimis pollicaribus mucronato-spinosis, supra planis, subtus teretiusculis, margine utrinque spinoso pungentibus, spinulis 4-6 ex pedunculis factis. Flores distichi. Spiculae oblongiusculae (lanceolatae, acutae, serratae, compressae, glabrae, unguiculares

Digitized by Google

7-rollorae, flosculis minus dense approximatis, vix acutis. Pedunculus spicae adhaerens, ramulis post casum in spinulam abeuntibus. *Linn.* *Ad promont. b. spei.* 2.

72. P. *sarmentosa Thunb.*; paniculâ coarctatâ, spiculis lanceolatis decemfloris, culmo sarmentoso. *Thunb. Prodr.* I. p. 21. *Willd. Spec.* I. p. 398.

Culmus basi decumbens, articulatus, geniculatus, erectiusculus, glaber, palmaris et pedalis; folia in articulis sessilia, dein geniculatâ, patentia, lineari-subulata, glabra; vaginae ore ciliatae; panicula digitalis, spicis inferioribus remotis, superioribus densioribus; spiculae compressae acutae serratae glabrae unguiculares. In *collibus promont. b spei.*

73. P. *striata Thunb.*; paniculâ patente, spiculis ovatis subdecemfloris culmo repente. *Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Flor. cap.* I. p. 421. *Willd. Spec.* I. p. 398.

Radicis fibrae spithamaeae: culmus omnino decumbens, squamis imbricatus, radicans, ramis frequentissimis, curvatis semipollicaribus foliis tectis; folia imbricata, oblonga obtusa, subtus convexa, utrinque striata, glabra, recurva, semiunguicularia. e quorum medio culmus geniculato infractus, palmaris. Pedunculi et pedicelli brevissimi, glabri, ut spiculae compressae. *Ad margines Goudsrivier et in Cannaland in promont. b. spei.*

74. P. *racemosa Thunb.*; paniculâ coarctatâ, spiculis ovatis 8 9floris, flosculis basi liberis, pedunculis brevissimis flexuosis. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. p. 301. *Thunb. Prodr. Fl. cap.* I. p. 21. *Flor. cap.* I. p. 423. *Willd. Spec.* I. p. 393.

Digitalis; radix fibrosa, culmus simplex, glaber, basi geniculato-inflexus, adscendens, subflexuosus, spithamaeus, filiformis. Folia pollicaria, lineam lata, viridia, glabra, linearia, acuta, plana flaccida in culmo subulata, brevissima; panicula nuda contracta, griseo-viridis, ramis capillaribus. Spiculae ovatae obtusae subinflatae, fere ut in Briza, lineam longae, glabrae. In *promont. b. spei.*

75. P. *pectinacea Mich.*; paniculâ patulâ laxâ pyramidatâ erectâ, spiculis linearibus subdecemfloris, rhachi defloratâ valvulis interioribus persistentibus pectinatâ, vaginarum collo axillisque paniculae ramosis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 69 *Pers. Syn.* I. p. 91. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 81.

Culmus foliaque erecta glabra. Spiculae 7-13florae. Cal. brevissimus minutus; flosculorum valvula exterior sola decidua, trinervis. In *arvis illinoënsibus; in Noveboraco ad Carolinam usque.* ⊙.

76. P. *pallida Lag.*; paniculâ rectangulê patente pyramidatâ, spiculis linearibus subdecemfloris adpressis, rhachi

Digitized by Google

demum valvulis interioribus persistentibus pectinatâ. *Lagasca gen. et spec. nov. diagn.* p. 3. n. 41. An Poa *pectinacea Pers. Syn.* I. p. 91?

Patria ignota. ⊙. Anne *aegyptiaca?*

77. P. *scariosa Lag.;* paniculâ elongatâ, contractâ subsecundâ, glumae valvulis scariosis cuspidatis, spiculis subseptemfloris. *Lagasca gen. et spec. nov. diagn.* p. 3. n. 42.

Hab. circa Gades. 4. *Cabrera.*

78. P. *Vahlii;* spiculis lineari-lanceolatis compressis, racemis compositis, pedunculis basi barbatis, foliis involutis subpilosis. P. *racemosa Vahl Eclog.* I. p. 7.

Affinis nobis videtur haec ab antecessoribus nostris neglecta species P. *pectinaceae*, „quod, maturo semine, decidant sensim valvulae corollae exteriores, interiores vero persistant a basi ad medium erectae, rhachi adpressae, a medio ad apicem autem patenti recurvatae, unde rhachis tota post casum florum alternatim dentato-pinnata. Culmi 1½ped., erecti, filiformes, glabri. Folia subulata, 3-4poll., subtus saepe glabra. Vaginae glabrae fauce barbatae. Pedunculi retrorsum scabri 5-6, uti pedicelli brevissimi 3-7 in singulo pedunculo, barbati. Spiculae cyperinae, circiter 13florae. Valvulae calycinae lanceolatae, angustiores corollinis, quae ovatae, carinatae, acutae, apice patulae purpureaeque, obscure trinerviae, oblongo-lineares, obtusae. Semen croceum, subpellucidum In *America meridionali. Von Rohr.*

79. P. *subsecunda Lam.;* paniculâ oblongâ laxâ, spiculis linearibus acutis multifloris lateralibus extrorsum versis. *Lam. Illustr.* p. 184. *Poiret Enc. meth.* V. p. 85. *Pers. Syn.* I. p. 91. β. spiculis minoribus. *Plukn.* t. 190. f. 3.

Culmi graciles glabri semicylindrici, foliis angustis acutissimis laevibus firmis, margine subinvolutis asperis, vaginarum orâ intus subpilosâ; paniculae rami filiformes asperi subflexuosi, pedunculi breves, spiculae praelongae angustae glabrae, 15-30florae, ut plurimum extrorsum versae, purpurascentes. In *China. Sonnerat.*

80. P. *bifaria Vahl;* spiculis sessilibus distichis, inferioribus remotis erectis, superioribus approximatis recurvatis. *Vahl Symb.* II. p. 19. *Willd. Spec.* I. p. 401.

Tota glabra, culmo filiformi; spiculae lanceolatae compressae, inferiores 11-florae, infimae interdum 3 superiores 19florae. Rhachis altero latere plana, altero convexa. Corollae valvula exterior ovata carinata obtusiuscula, utrinque 1-nervis. Spica simplex dodrantalis! Facile distinguitur spicâ simplici dodrantali, spiculis superioribus recurvis. *Vahl.* In *India orientali.*

Digitized by Google

81. P. *coromandeliana Roth;* spicae laxae secundae spiculis alternis distichis sessilibus in rhachis foveis, lanceolatis nitidis compresso-planis, multifloris, inferioribus remotioribus, superioribus approximatis et non raro secundis, foliis setaceis. *Roth nov. plant. Spec. Ms. Pluknet Mant.* p. 95. t. 417. f. 1.

„Nisi b. *Vahl* de Poa *bifaria* diceret: „rhachis altero latere plana", certe pro eadem cum nostra haberem, in qua alterum latus fovea oblonga pro exceptione spiculae sessilis. Directio spicularum valde inconstans, ut minus apta pro diagnosi. Spiculae 16-32florae. In *Coromandelia. Heyne.*

82. P. *bromoides Vahl;* paniculâ subspicatâ, spiculis lanceolatis 25floris, inferioribus breve pedicellatis, superioribus sessilibus, foliis bifariis involutis. *Vahl Symb.* III. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 401.

Culmi infracti glabri, vaginis foliorum tecti; folia alterna bipollicaria, glauco-viridia; vaginae ore barbatae foliis breviores; spica 1½poll., disticha, subsimplex; spiculae glabrae, inferiores pedicellis bifloris, superiores sessiles. Corollae valvulae margine vix ciliatae. In *Lima?* Ex horto parisino habuit *Vahl.*

83. P. *viscosa Retz;* paniculâ oblongâ patente, spiculis inferioribus trifloris, superioribus 12floris, culmis rigidis demum viscosis. *Retz Obs.* IV. p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 399. P. paniculae oblongae aequalis patulae ramis ad basin nudis, spiculis lineari-lanceolatis subduodecimfloris, flosculis obtusis apice liberis, valvulâ interiore dorso ad marginem inflexum, valde pilosâ, culmo ramoso rigido anguloso, demum viscoso. *Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Radix stolonifera articulata, culmis numerosis subflexuosis, 7-8-poll., foliis brevibus rigidis angustissimis glabris divaricatis, pilis raris ad vaginae oram; rami paniculae breves, fasciculati, spiculis lineari-lanceolatis viridi-albis, quibusdam rubentibus, compressis, obtusis; gluma corollina exterior obtusa nervosa dorso subciliata. Tota viscosa. Odorem exhalat terebinthinaceum, ingratum. In *India orientali, Malabaria.*

Obs. Cls. *Roth* habitu Eragrostidis et E. *mucronatae* gaudere hanc speciem, culmoque obsolete trigono, praesertim inter supremum folium et paniculam.

84. P. *peruviana Jacq.;* paniculâ spicatâ; spiculis subquinquefloris, ovatis; flosculis liberis acutis, valvulis corollae interioribus dorso subciliatis; culmis (rectis et) procumbentibus foliisque hirsutis, radice fibrosa. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 109. *Spec.* I. p. 402. *Jacq. Collect.* I. p. 107. *Ic. rar.* I. t. 18.

Digitized by Google

4-5poll.; folia brevia angusta striata acuta orificio vaginae piloso; paniculae rami brevissimi laterales, pedunculis scabris; flosculi pallide virides scariosi; valvula corollae exterior acuminata ciliata dorso apice purpurea. In *Peru.* ⊙.

85. P. *carinata Poiret*; paniculâ brevi subdiffusâ; valvulis compressis, dorso carinatis; foliis distichis brevibus acutis; culmo repente. *Poiret Enc. meth.* V. p. 86.

Parum accedere ad DACTYLIN *littoralem* culmo repente, foliis brevibus acutis; culmi debiles graciles filiformes, subcompressi glabri stoloniferi, ramis brevibus foliosis, 3-4pollic., foliis mollibus, planis, approximatis horizontaliter patentibus, orâ vaginae margineque pilosis; panicula brevis, ramis brevibus capillaribus, spiculis angustis lanceolatis valde compressis, albo-viridibus, 8-12floris; valvulae acutae glabrae compressae. In *Porto-Ricco. Le Dru.*

86. P. *stricta Roth*; paniculae contractae oblongae racemosae ramis fasciculatis ramosissimis densis erectis, spiculis compressis subduodecimfloris, flosculis oblongis obtusis demum liberis, omnibus sessilibus. *Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Panicula fere pedalis, densa; ramorum fasciculi alterni; spiculae in inferioribus ramorum fasciculis 5-6florae, in superioribus 10-12florae. In *India orientali. Benj. Heyne.*

87. P. *interrupta Lam.*; paniculâ longâ angustâ interruptâ; spiculis glabris subsexfloris; glumis minutissimis. *Lam. Illustr.* n. 999. *Poiret Enc. meth.* V. p. 87.

Culmi laeves, glauco-virides; panicula 8-10poll. in spicam angustam obtusam apice latiorem coarctata; rami recti, breves, numerosi; spiculae 4-8florae obtusae. In *India, vel promont. b. spei? Sonnerat.* Ab hac non videtur differre: P. *interrupta*, paniculae elongatae attenuatae interruptae ramis verticillatis numerosis ramosissimis patulis, spiculis sub-4-floris minutis, flosculis obtusis liberis, omnibus brevissime pedicellatis, apud *Roth nov. plant. spec.* Ms., cui addit: panicula saepe pedalis, et ultra, erecta, verticillis densissimis, distinctis. Differre a P. *interrupta Brown*, ramis alternis simplicibus. In *Ind. orient.* Anne ERAGROSTIS?

88. P. *elegans Poiret*; paniculâ elongatâ angustissimâ interruptâ, spiculis subdecemfloris, corollae valvis intus ciliatis. *Poiret Enc. meth.* V. p. 87. n. 52. *Pers. Syn.* I. p. 91.

Culmi cespitosi graciles filiformes subcompressi subflexuosi 7-8poll., foliis tenuissimis planiusculis rigidiusculis acutis, vaginae orâ et margine ciliatis; panicula 2poll., ramis brevibus capillaribus, spiculis compressis, dilatatis, obtusis, calycibus minimis glabris. In *Porto-Ricco. Le Dru.*

Obs. Kunth hanc cum MEGASTACHYA *ciliari* jungit, sed descriptione nimis differre videtur.

Digitized by Google

89. P. *aegyptiaca Willd.*; paniculâ aequali diffusâ, spiculis linearibus 9-15floris, flosculis liberis, ligulâ truncatâ ciliatâ, culmo ramosissimo adscendente. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 107. *Descript. de l'Egypt.* t. 10. Poa *pallida Hornem.* fide *Fisch. Cat. Gorenk.* β. major, rigidior. P. antennata *Delisle* inedit. icon. fide *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 330. In hortis venire nomine Poae *amabilis* ex Aegypto, a qua toto coelo diversa, habitu potius ad *abyssinicam* accedens. ♂.

Culmi valde ramosi basi procumbentes apice adscendentes, vaginae orificium barbatum. Rami paniculae inferiores confertissimi. Flosculi diaphani trinervii. β, quod e *Coromandel* habemus, nonnisi staturâ majore, culmoque rigidiore, spiculis magis torosis differt. In *Aegypto.* ⊙.

Obs. Nobis potius Eragrostis videtur.

90. P. *tenuiflora*; paniculâ verticillatâ ramosâ confertâ, spiculis lincaribus 14floris, flosculis distantibus. *Lichtenstein Spic. Fl. cap. Mss.*

Culmus bipedalis articulis paucis remotis. Folia caulina nervosa, linea dorsali elevatâ, culmea vaginantiâ linearia convoluta apice incurva. *Hab. in terra Coranarum prope Leeuwenkail Prom. b. spei.*

91. P. *squamata Lam.*; paniculis plurimis remotis; spiculis lineari-lanceolatis subquindecimfloris, corollarum valvulis interioribus persistentibus. *Lam. Illustr. gen.* n. 1002. *Poiret Enc. meth.* V. p. 88. P. *squamosa P. de Beauv.* An P. *prolifera*, paniculis patentibus strictis, spiculis multifloris; culmo ramosissimo nodoso ad nodos prolifero, *Swartz Fl. Ind. occid.* T. I. p. 216. *Prodr.* p. 27?

Culmi recti rigidi glaberrimi, semicylindrici supra subangulosi, 2-3ped., foliis angustis, glabris rigidissimis, margine convolutis junciformibus acutis pungentibus orâ vaginae nudis. Paniculae amplae ramis laevissimis, spiculis numerosis lineari-lanceolatis acutiusculis; valvulae corollinae exteriores acutae caducae, interiores obtusae persistentes, unde pedunculi paniculae squamosi. In *Brasilia. Commerson.* Anne potius Megastachys?

92. P. *virginica*; paniculâ patente, spiculis vigintifloris appressis, foliis subtus glaberrimis, culmi nodis inferioribus latere gibbosis. *Zucc. Cent.* n. 25. *Roemer Collect.* I. p. 124.

Affinis P. *proliferae Swartz*, sed diversa culmo simplici nec ad nodos prolifero. Culmi plures erecti triped., et ultra, glaberrimi, nodis inferioribus uno latere gibbosis; folia acutissima, 7nervia, superne retrorsum hispida, vaginâ longiora; fasciculi pilorum ligulae loco; rami elongati; spiculae subulatae, calycis et corollae valvulis inferioribus deciduis; calycis

Digitized by Google

valvulae membranaceae inaequales; corollae valvula exterior concava carinata, nervis tribus viridibus, interior plana operculiformis. Antherae fuscae, semina oblonga, diaphana, basi puncto opaco lutescente. In *America*. ⊙.

93. * P. *aspera Jacq.*; paniculâ ramosissimâ patentissimâ; pedunculis asperis; spiculis decemfloris, vaginis foliorum antice hirsutis. *Linn. Syst. Veg. Murr. Pers.* p. 114. *Lam. Illustr.* n. 1203. *Poiret Enc. meth.* V. p. 88. *Pers. Syn.* I. p. 91. *Jacq. H. vind.* III. t. 56. β. minor, foliis angustissimis, vaginis subnudis. *Poiret.*

Culmi praealti, ramosi, glabri cylindrici duri laevissimi, foliis latis arundinaceis, glabris, utrinque asperis, margine denticulatis; ora vaginae pilosa, saepe purpurea; pedunculi filiformes asperrimi, spiculis raris parvis ovalibus compressis obtusis, floribus 6-10 purpureis glabris, glumis calycinis angustis acutis, corollinis obtusis. — β vix pedalis, culmis simplicibus tenuibus, foliis angustis, margine convolutis, panicula laxa. In *Ind. orient.*? β. *in Porto-Ricco. Le Dru.*

94. P. *madagascariensis Lam.*; paniculâ ramosâ laxâ patentissimâ, spiculis subdecemfloris, vaginis nudis, culmo simplici. *Lam. Illustr.* I. p. 185. *Poiret Enc. meth.* V. p. 88. *Pers. Syn.* I. p. 185.

Affinis habitu P. *asperae*, sed panicula major, magis patens, et pedunculi laeves; ligula nulla; spiculae virentes subcompressae oblongae valvulis obtusis. In *Madagascar. Jos. Martin.*

95. P. *tremula Lam.*; paniculâ ramosissimâ capillari patente, spiculis linearibus glabris subtrigintafloris. *Lam. Illustr.* p. 185. n. 1005. *Poiret Enc. meth.* V. p. 89. *Pers. Syn.* I. p. 91.

Culmi recti laevissimi tenues; pedunculi longi tenuissimi, fasciculo pilorum ad nodum singulum; spiculae fere pollicares, obtusae, compressae, pallide flavae purpurâ variegatae lucidae, valvulis concavis obtusis. In *Senegal. Roussillon.*

96. P. *unioloides Retz*; paniculâ erectiusculâ, spiculis subdecemfloris ovatis, calycibus inferioribus multi (4) valvibus. *Retz Obs.* V. p. 19. n. 41. *Willd. Spec.* I. p. 393. *P. de Beauv.* jungit quidem hanc Poam cum Festuca *unioloidi Willd.* s. Ceratochloa; sed certe distincta species.

Media quasi Poas inter et Brizas Uniolasque; spiculae breves, valvulae acutae carinatae. Flosculi inferiores plerumque 4 in calyce quadrivalvi, superiores 8-12 in calyce bivalvi. In *India.*

97. P. *glutinosa Swartz*; paniculâ patente strictâ, spiculis subnovemfloris hirsutiusculis glutinosis, culmo (sub) simplici, foliis subpilosis. *Swartz Prodr.* p. 26. *Fl. Ind.*

Digitized by Google

occid. p. 214. *Sloane jam.* t. 71. f. 2? *Willd. Spec.* I. p. 391.

Culmi 1-sped., debiles, glabri, filiformes, inferne geniculati, foliis brevibus linearibus acutis, patentibus, vaginis viscosis; panicula bipollicari, recta, subvillosa; spiculae rarae purpureae, 3 6 in singulo pedunculo; valvulae calycinae minimae acutae carinatae 7-9florae, corollinae calyce majores ovatae acutae sub lente oris et carinâ ciliatae. Antherae purpureae, stigmata alba. Figuram *Sloanei* ob culmos minime filiformes, paniculam patentem 6-8poll., spiculas copiosissimas, folia longissima vaginasque glabras dubiam esse observavit *Poiret Enc. meth.* V. p. 90. In *Jamaica.* ⊙.

98. * P. *punctata;* paniculâ diffusâ, spiculis duodecimfloris, floribus diaphanis laevibus, puncto intus fusco. *Linn. Suppl.* p. 109. *Willd. Spec.* I. p. 395.

Culmi 1½sped. adscendentes laeves crassitie pennae columbinae, geniculis tumidioribus saepe tribus. Folia graminea scabriuscula subtus laevia, articulis longiora, margine scabro, basin versus pilis raris erectis. Vaginae laeves. Ligula nulla. Panicula expansa Milii *effusi* Pedunculi deflorati, in racemum coarctati. Spiculae 12-14florae. Flosculi diaphani cum puncto ex anthera intus fusco et striâ viridi utrinque. Glumae corollinae ovatae acutiusculae laeves, simillimae calycinis. In *Malabaria.*

99. * P. *barbata Thunb.;* paniculâ patulâ capillari, spiculis sexfloris oblongis, glumis glabris carinatis. *Thunb. Fl. Jap.* p. 50. t. 10. *Willd. Spec.* I. p. 391.

Radix filiformis; culmus simplex, rectus, glaber, 8-10poll., nodis barbatis, foliis angustis linearibus, acuminatis, in setam attenuatis, margine involutis, glabris, culmo longioribus; panicula oblonga, pedunculis simplicibus bifidis aut parum ramosis, alternis, glabris; spiculae glabrae oblongae saepe ferrugineae; valvulae corollinae divaricatae, unde spiculae fere dentatae. In *Japonia.* ⊙.

100. P. *nutans Koenig;* paniculae aequalis contractae apice nutantis ramis brevibus subverticillatis, spiculis oblongis subdecemfloris, flosculis liberis, corollae valvulâ interiore margine reversâ, glabra. *Roth nov. plant. Ms.*

Benj. Heyne in schedula adposita affirmat hanc veram esse *Koenigii* plantam. Corollae valvula exterior ovata, concava, margine apiceque recta est, nec apice deflexa et margine reversa ut contendit *Retz Obs.* IV. p. 19. *Roth. Retz* nempe de Poa *nutante* sua *Willd. Spec.* I. p. 395: „paniculâ contractâ apice nutante, spiculis 10floris, valvulis reversis" *l. c.* haec habet: Culmi simplices recti, bi-tripedales, foliis brevibus angustis; panicula angusta ramis verticillatis; spiculae rufescentes aut pallide virentes; valvulae corollae exterior ex-

Digitized by Google

trorsum reflexa, margine et apice. In *India ad margines viarum et in oryzetis. Roenig.*

101. P. *cernua;* paniculâ contractâ, spiculis duodecimfloris linearibus, vaginis fauce pilosis. *Willd. act. am. Berol.* IV. p. 182.

Culmus geniculato-ascendens, bipedalis; folia canaliculata; panicula quandoque erecta, 4-6poll.; valvulae corollae exteriores ovatae, obtusae, trinerves, apice violaceae. *Rottler.* In *Ind. or.*

102. P. *pallens Poiret;* paniculâ elongatâ; spiculis circiter 12floris; foliis longissimis, caule (triangulari-) compresso. *Poiret Enc. meth.* V. p. 91.

Culmus sped., glaber, laevis; folia laevia, angusta, acuta, orâ vaginae nudâ; panicula 6-8poll., ramis verticillatis, numerosis, asperrimis, pedicellis filiformibus, spiculis valde compressis, glabris, pallide flavis, lucidis, valvulis acutis, transparentibus, margine membranaceis. Affinis Poae *pratensi.* In *Buenos-Ayres Commerson.*

103. P. *lanuginosa Poiret;* paniculâ subspicatâ coarctatâ; spiculis latissimis subdecemfloris; glumis corollae extus valde lanuginosis mucronatis. *Poiret Enc. meth.* V. p. 91.

Culmus glaber altus, foliis laevibus duris striatis acutis, ligulâ longâ; panicula obtusa; pedunculi breves, scabri; spiculae flavae albo-variegatae, valde compressae ovatae obtusae. In *Montevideo. Commerson.*

104. P. *sicula Jacq.;* spicâ distichâ compressâ, spiculis lanceolato-oblongis sessilibus. *Jacq. Ic. rar.* II. t. 303. *Pers. Syn.* I. p. 92. Cynosurus *siculus Jacq. Obs.* II. p. 22. t. 43. Briza *cynosuroides Scop. deliciae* II. p. 21. t. 11. Triticum *unioloides Ait. Kew.* I. p. 122. *Vahl Symb.* II. p. 26. *Willd. Spec.* I. p. 488. Triticum *brizoides Lam. Enc. meth.* II. p. 561. n. 10.

Spontanea saepe digitalis, plerumque dodrantalis, basi subramosa. Spiculae 9-15, sursum versus majores, 15florae, nitidae. Rhachis dentata, hinc melius Triticis jungitur, praesertim cum sat affinis Tritico *maritimo. Vahl*, qui strias albas in culmo, ut *Scopoli* habet, nunquam vidit. In *Siciliae, Barbariae arenosis maritimis.* ⊙.

105. P. *paradoxa;* spiculis alternis tribus ad quatuor, foliis distichis. Uniola *distichophylla Labillia d. Spec. nov. Holl.* I. p. 21. t. 24. Poa *distichophylla* spicâ racemosâ aequali pauciflorâ, spiculis subdecemfloris, foliis bifariis involutis, vaginis imbricatis, culmo ramoso. *R. Brown Prodr.* I. p. 182.

Culmi debiles graciles, partim prostrati, subteretes; vaginae breves, alternae; folia alterna rigida subulata involuta glabra

Digitized by Google

spiculae oblongae, aliae sessiles, aliae longe pedunculatae; cal. bi-, raro trivalvis, floribus 5-6 distiche imbricatis, valvulis oblongis, acutis, dorso carinatis; valvulae corollinae inaequales, exteriores similes calycinis, interiores margine involutae, longiores; valvula corollina exterior multinervis squamae duae bifidae ovatae ad germen. In *Cap. van Diemen.*

106. P. *rariflora P. de Beauv.*; paniculâ ramosissimâ patente, pedicellis praelongis capillaceis, glumis acutis inaequivalvibus, foliis subpetiolatis. Panicum *rariflorum Lam. Enc. meth.* IV. p. 746. Orthoclada *rariflora Pal. de Beauv.* *

Culmus pedalis et ultra, nodis paucis, foliosus, superne nudus; folia breviuscula ovato-lanceolata, plana, 6 lin. lata, pilosiuscula; panicula ampla glabra rariflora; glumae ovato-acutae glabrae; valvula corollina calyce parum longior. In *Gujana Leblond, Rio Janeiro Commers.*

107. P. *subumbellata*; foliis lanceolatis: paniculâ subumbellatâ laxissimâ capillari rariflorâ. Aira *laxa Richard Act. Soc. h. nat. paris.* p. 106. Orthoclada *laxa P. de Beauv.*

108. P. *remota*; culmo erecto simplici; foliis utrinque scabris; vaginis glabris; paniculâ simplici, coarctatâ, ramis alternis rhachique scabris; spiculis oblongis octofloris; floribus distantibus; valvulâ corollinâ inferiore quinquenerviâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 132.

Culmus 2-3ped., glaber uti nodi, striatus ut vaginae et folia linearia, plana; ligula abbreviata, glabra; panicula 5poll., ramis erectis adpressis; flores in spiculis distantes. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae glabrae inaequales, inferior major, spiculâ quintuplo brevior; corollinae subaequales; inferior ovata acuta virescens, scabriuscula, superior bicarinata. Semen lineare glabrum. In *alta planitie Quitensi juxta montem Javirac et Llactacunga.* ♃.

109. P. *dactyloides*; culmo erecto simplici; foliis convoluto-setaceis vaginisque scabris; paniculâ ramosâ coarctatâ strictâ ramis alternis rhachique scabris; spiculis oblongis trifloris; glumis calycinis corollinisque subulatis, inferiore trinerviâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 132.

---

* *P. de Beauvois* in *Agrost.* p. 69. t. 14. f. 9. characterem Orthocladae (quae Aira *Richard*) sequentibus posuit: *Cal.* 3-4florus, floseulis brevior. *Nectaria* apice obtusa, rotundata. *Germen* gibbum, rostro brevi cylindrico. *Stigmata* longissima plumosa. *Panicula* composita ramis plurimis semiverticillatis longissimis rectis rigidis, apice tantum floriferis. — Nunc vero in litteris monuit Orthocladas esse Pois adnumerandas.

Digitized by Google

An hujus generis vel FESTUCAE? Culmus 2ped., scaber, striatus, ut vaginae et folia rigida pungentia; ligula abbreviata, glabra; panicula 3-4poll., ramis adpressis; glumae calycinae ovato-lanceolatae, acuminatae carinatae trinerviae scabriusculae subaequales, spiculâ duplo breviores, virentes; corollinae inaequales, inferior lanceolata, acuminato-subulata, concava, virescens, apice purpurascens, glabra, quinquenervia, superior brevior, diaphana, bicarinata. In *declivibus Antisanae, inter Hacienda de D. Juan Sanchez et rupem Chussulongo.* 2.

110. P. *parvula;* paniculâ divaricatâ erectâ, ramis capillaceis subverticillatis; spiculis acutis subtrifloris, altero pedicellato, caule foliisque brevibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 327. sub Poa *minuta.*

Habitus AIRAE *caryophyllaeae*, et affinis SCLEROCHLOAE *divaricatae*, sed spiculae non adeo parvae. Culmi plures simplices brevissimi cespitosi, folio, demtis radicalibus, unico plano lineari, ad faucem vaginae membranaceo. Paniculae rami spiculis raris parvis ovatis, valvulis calycinis maxime inaequalibus acutis, minor duplo brevior. In *Oriente Labillard. Herb. Desfont.*

111. P. *borbonica Poir.;* paniculâ laxâ, pedicellis setaceis divaricatis unifloris, spiculis ovatis subbifloris; flosculis vix calyce longioribus; culmo ramoso (basi) geniculato. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 331.

An AIRA? Glabra; culmi teretes subfiliformes; folia plana margine subinvoluta, demum ad faucem vaginae nuda; rami oppositi et verticillati laeves patentissimi; valvulae calycinae aequales obtusae fuscae; corollinae acutiusculae. In *insula Bourbon Bory de St. Vincent.*

Species minus cognitae e nova Hollandia.

Confer *R. Brown Prodr. nov. Holland.* I. p. 179-182.

I. *Perianthia quinquenervia:*

112. P. *australis;* paniculâ effusâ vel subcoarctatâ, spiculis 5-6floris lanceolatis, glumis scabris, perianthii valvulâ exteriore basi lanatâ, foliis setaceo-involutis scabris, ligulâ brevissimâ, culmis cespitosis. *R. Brown* l. c. p. 179. ARUNDO *poaeformis* spiculis quinquefloris compressiusculis, paniculâ subcoarctatâ vix altiore foliis involuto-subulatis incurvis. *Labillard. nov. Holland.* I. p. 27. t. 35. An Poa *anceps Forst.* n. 43? ARUNDO *poaeformis*, spiculis 5floris compressiusculis; paniculâ subcoarctatâ vix altiore foliis involuto-subulatis incurvis. *Labill. nov. Holl.* I. p. 27. t. 35. *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 703. Poa *anceps* paniculâ diffusâ, spiculis 5floris acutis basi pubescentibus, culmo anceps. *Forst. Prodr.* n. 43.

Digitized by Google

Culmus palmaris et ultra, compressus. Folia involuto-filiformia, intus basi tomentosa, vaginis undique glaberrimis, ore tomento subciliatis. Pedicelli flosculo breviores. Spiculae 3-5-florae, ovatae, valvulis ovatis, acutis, carinatis, dorso supra serrulatis. Squamae ad basin germinis binae, lanceolatae. — (Culmi compressi 6-8poll., substriati; internodia basi attenuata; folia filiformia incurva glaberrima intus ad basin tomentosa et margine subtomentosa; vaginae glabrae; spiculae subsessiles aut breviter pedicellatae; valvulae calycinae ovatae acutae carinâ denticulatae; valvula corollina exterior basi lanuginosa, interior minor obtusiuscula margine replicata; squamae ad basin germinis lanceolatae; semina oblonga utrinque attenuata. *Labill.*) *Hab. in cap. van Diemen.*

113. P. *laevis;* paniculâ subcoarctatâ, spiculis 4-5floris glumis scabris, perianthii valvulâ exteriore basi parce lanatâ apice scariosâ, foliis setaceo-involutis vaginisque laevibus, ligulâ brevissimâ culmis cespitosis. *R. Brown* l. c. ARUNDO *laevis Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 707.

In *insula van Diemen.* Hanc et *plebejam* cum? huc attulit *R. Brown.*

114. P. *plebeja;* paniculâ effusâ, spiculis 5-6floris lanceolatis, glumis scabris, perianthii valvulâ exteriore carinâ marginibusque basi lanatis, foliis planiusculis supra scabris, subtus vaginisque laevibus, ligulâ brevissimâ. *R. Brown* l. c. ARUNDO *plebeja Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 707.

Circa portum Jackson.

115. P. *affinis;* paniculâ subeffusâ, spiculis 4-5floris lanceolatis, glumis scabriusculis, perianthii valvulâ exteriore basi lanatâ, foliis planis paginis laevibus, ligulâ brevissimâ. *R. Brown* l. c.

Haec cum duabus praecedentibus (*plebeja laevique*) POAE *australi* nimis affines, et forsan merae varietates. *R. Brown. Circa portum Jackson.*

116. P. *saxicola;* paniculâ coarctatâ simplici, spiculis 3-4floris lanceolatis, glumis laeviusculis margine pubescentibus, perianthii valvulâ exteriore basi nudâ, marginibus pubescentibus, foliis planis, ligulâ mediocri imberbi. *Rob. Brown* l. c. p. 180.

Circa portum Jackson.

II. *Perianthia trinervia:*

117. P. *diandra;* paniculâ coarctatâ, ramis alternis indivisis approximatis infimis distantibus, spiculis oblongo-lanceolatis subdecemfloris, perianthiis diandris, valvulâ exteriore glabrâ, interiore ciliatâ, foliis subinvolutis vaginisque laevibus collo tenuissime pubescente. *R. Brown* l. c.

Digitized by Google

Hic speciem hancce reliquimus, praeeunte *P. de Beauvois*, qui fors vidit, licet cls. *Brown* eandem post suam P. *interruptam*, cui quoad definitionem satis affinis, et quae ERAGROSTIS, posuisset. *Circa portum Jackson.*

118. P. *venusta;* paniculâ coarctatâ simplicissimâ, ramis alternis paucifloris, spiculis breviter pedicellatis lanceolato-oblongis, 16-20floris, perianthii valvulâ exteriore glabrâ, interiore sursum ciliatâ apice rotundatâ, collo vaginae barbato. Poa *concinna Brown* l. c.

Nomen mutandum erat ob *concinnam Gaudini* europaeam magis familiarem. *Circa portum Jackson.*

119. P. *leptostachya;* paniculâ effusâ, ramis alternis patentibus basi divisis, spiculis lanceolato-linearibus, 8-12-floris, perianthiis triandris, valvulâ exteriore glabrâ, interiore glabrâ, foliis planis vaginisque glabris, collo brevissime ciliato. *R. Brown* l. c.

Circa portum Jackson.

120. P. *parviflora;* paniculâ effusâ, capillari nutante, ramis divisis, spiculis racemosis distantibus linearibus 8-12-floris, perianthiis glabris, valvulâ interiore eroso-truncatâ, foliis planis vaginisque glabris. *R. Brown* l. c.

Circa portum Jackson.

121. P. *stenostachya;* glabra, paniculâ simplici strictâ, ramis alternis subindivisis spiculisque divaricatis subulatis teretiusculis 7-10floris, foliis subinvolutis vaginisque laevibus, geniculis imberbibus. *R. Brown* l. c. p. 181.

Inter tropicum in littore orientali et septentrionali nov. Holl.

122. P. *pellucida R. Brown;* paniculâ effusâ, patente, ramis divisis, spiculis linearibus subsedecimfloris, floribus pellucidis; perianthii valvulâ exteriore glabrâ, nervis lateralibus obsoletis, interiore obsolete ciliatâ, seminibus exsulcis reticulatis, foliis planis vaginisque laevibus, collo brevissime ciliato. *R. Brown* l. c.

Cum stenostachya.

123 P. *speciosa;* paniculâ effusâ, ramis alternis divisis, spiculis linearibus planis 16-22floris, perianthii valvulâ exteriore glabrâ, interiore nanâ nudâ truncatâ, foliis semiinvolutis vaginisque glabris, collo barbato. Poa *elegans Rob. Brown* l c.

Cum stenostachya.

124. P. *pubescens;* paniculâ effusâ, ramis alternis patentibus simplicibus, rhachi pubescente, spiculis sessilibus linearibus subvigintifloris, perianthii valvulâ exteriore glabrâ, in-

Digitized by Google

teriore ciliatâ, floribus triandris, culmis foliisque villosis. *R. Brown* l. c.

Cum stenostachya.

125. P. *decipiens;* paniculâ nutante, ramis alternis simplicibus flexuosis spicatis, spiculis 2-3floris, perianthii valvulâ exteriore dorso glabro marginibus sericeis apice obtuso, interiore ciliatâ; foliis involutis vaginisque scabris, ligulâ incisâ. *R. Brown* l. c.

Cum stenostachya.

126. P. *asthenes;* paniculâ subnutante, ramis alternis simplicibus spicatis, spiculis distinctis 3-5floris, perianthii valvulae exterioris obtusae dorso glabro, marginibus interiorisque nervis ciliatis, foliis involutis vaginisque glabris, ligulâ erosâ, culmo capillari. P. *imbecillis R. Brown* l. c.

Brownii plantam cum? huc retulit *P. de Beauv.*, et ipse *R. Brown* nimis affinem *decipienti* dicit, quâcum occurrit.

127. P. *abortiva;* paniculâ coarctatâ capituliformi, spiculis congestis planis lanceolatis multifloris, perianthiis 1-2, infimis fertilibus, valvulâ exteriore glabrâ dorso alato, interiore replicatâ ciliatâ, reliquis univalvibus neutris. *Rob. Brown* l. c.

Occurrit cum stenostachya.

III. *Spicae unilaterales:*

128. P. *digitata;* spicis digitatis numerosis, spiculis imbricatis subseptemfloris, perianthii valvulâ exteriore obtusâ trinervi basi subsericeâ. *R. Brown* l. c. p. 182.

Cum stenostachya et ad P. Jackson.

129. Quid: P. *simplex Walt.;* paniculâ diffusâ, spiculis remotis trifloris, calycibus inferioribus unifloris, culmo erecto angulato, foliis collo tomentosis. *Walt. Fl. carol.* p. 79? *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 179.

Huc adhuc retulit *P. de Beauv.*

Airam *arundinaceam? minutam? obtusatam* (duae ultimae Airopsides)
Brizam *canadensem;*
Festucam *arenariam. obtusatam, paludosam.*
Megastachyam *boryanam.*
Schenodorum *spadiceum, auratum.*

295. ERAGROSTIS.

1. * E. *poaeoides P. de Beauv.;* paniculâ aequali patente, ramis inferioribus ad basin et ramificationes pilosis, spiculis lineari-lanceolatis 9-15floris, flosculis obtusis liberis, radice fibrosâ. Poa *Eragrostis Schrad. Fl. germ.* I. p. 287. *Willd. Spec.* I. p. 392. (excl. syn. *Moris.* quod ad

BRIZAM *minorem*). *Koel. Gram.* I. p. 179. *Desfont. Fl. atlant.* I. p. 74. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 172. *La-Peyr. Abr.* p. 40. *Wallroth ann. bot.* p. 18. *Hall. Hist.* 1450. *a.* major. *Schreb. Gram.* II. p. 81. t. 38. *Cavan. Ic.* t. 92. *Sibthorp Flor. graec.* I. p. 57. t. 73. *Host Gram. austr.* II. t. 69. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 192. t. IV. f. 2. BRIZA *Eragrostis Villars delph.* II. p. 50. *Suter Helv.* I. p. 53. *Pall. Ind. taur.* *β.* Gram. paniculis elegantissimis majus, locustis purpurascentibus minoribus. *Scheuchz.* l. c. p. 193. t. 4. f. 3.

Differt a *pilosa:* vaginis superiori parte inprimis pilosis, spiculis aeneis aut spadiceis, antheris rubris. Flosculi inferiores demum caduci. In *arenosis cultis Europae mediae et australis, Caucasi, borealisque Africae.* ⊙.

Obs. MEGASTACHYAM *Eragrostidem* s. BRIZAM *Eragrostidem* L. ab hac specie non differre et hujus tantum varietatem esse multiflоram *Smith* apud *Sibthorp* l. c. MEGASTACHYA *Eragrostis* vero certo species distincta, culturâ perstans.

2. E. *polymorpha;* paniculâ divaricatâ, spiculis 12floris, corollis distantibus trinerviis ovatis, vaginis barbatis. POA *polymorpha Willd. act. am. n. c. berol.* IV. p. 194.

Similis E. *poaeoidi;* panicula oblonga, pedunculis patentissimis, sulcatis, flexuosis; spiculis compressis, variantibus; calycibus caducis; valvulae corollae interiores bicarinatae, apice ciliatae. In *India orient. Koenig. Rottler.* Confer MEGASTACHYAM *polymorpham.*

3 * E. *pilosa P. de Beauv.;* paniculâ aequali, floriferâ contractâ, fructiferâ diffusâ, ramis inferioribus ad basin et ramifi ationes pilosis, spiculis linearibus 7-9floris, flosculis acutiusculis liberis, radice fibrosâ. POA *pilosa Schrad. Fl. germ.* I. p. 286. (excl. syn. *Cavanill.*). *Willd. Spec.* I. p. 391. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 169. *Decand. Synops.* n. 1599. *Fl. fr. Supplem.* p. 272. n. 1599a. *Wallroth ann. bot.* p. 17. *Hall. Hist.* n. 1450. *β.* minima. P. *Eragrostis Pall. ined. taur. Suter* l. p. 50. *Vill. Flor. delph.* II. p. 135. *Host Gram. austr.* II. t. 68.

Culmi caespitosi, 1-1½pedales, ex procumbente erecti, glabri; folia linearia, plana, acuminata, utrinque ad vaginae exortum pilorum fasciculo. Vaginae glabrae. Ligulae loco series pilorum. Spiculae rubrae, antheris violaceis. Varietatem multo minorem, vix 8poll., spiculis purpurascentibus in Podolia et Ucrania invenit cls. *Besser. Suppl.* IV. *Cat. Krzemieniec.* — *Inter segetes Europae meridionalis, Tauriae et Halae!* ⊙.

4. E. *verticillata;* paniculâ patente capillari flexuosâ, spiculis 11-floris lineari-subulatis. POA *verticillata Cav. Ic.* I. p. 63. t. 93. *Willd. Spec.* I. p. 393. (*Schrader* fide ill. Com. de *Hoffmannsegge* junxit cum E. *pilosa;* di-

Digitized by Google

stinctissimam vero esse speciem a *pilosa* recte monet cel. *Willdenow Enum. H. Berol.* I. p. 106 ob defectum pilorum in basi ramificationum.

Spiculae 11-15florae lineares, flosculi ex toto scabriusculi, trinervii, et barba ad orificium vaginae copiosior. *Hab. in arenosis humidis ad fluminis Manzanares ripas.* ⊙. Cum? huc retulit *P. de Beauv.*, sed est omnino, ut fide speciminis ab amicissimo *Zea* missi patet, species distincta ERAGROSTIDIS.

5. * E. *tenella P. de Beauv.*; paniculâ oblongâ capillari subverticillatâ, floribus sexfloris, minutissimis, nutantibus. POA *tenella Sp. Pl.* p. 101. *Willd. Spec.* I. p. 395. *Retz Obs.* V p. 19. *Plukn. alm.* t. 300. f. 2. *Burm. zeyl.* 110. t. 47. f. 3. *Rumph Amb.* VI. t 4. f. 3. *Rheede mal.* XII. t. 41. β. P. *japonica Thunb.*; paniculâ patulâ capillari, spiculis septemfloris foliisque glabris, culmo ramoso. *Thunb. jap.* 31. *Willd. Spec.* I. p. 394. — β. vix distinctam esse a P. *tenella Swartz* ap. *Schrad. Pal. de Beauv.* sub POA *tenella* lectorem mittit ad *Eragrostidem*, ubi vero de *tenella* minime agitur. β. *japonicam* sub POIS adducit cum?

Culmi laeves, prostrati inferne ramosi; folia laevia, margine scabra, fauce pilosa. Panicula patentissima, ad pedunculorum basin fasciculo e pilis longis 3-16 candidissimis. Flores oblongi obtusi purpurascentes, lineâ utrinque viridi, margine oculo armato ciliati. * POA *japonica Thunb.* differt ab affini *capillari* foliis glabris ad vaginae oram non pilosis, spiculis glabris, et culmo altiore magis recto. In *India.* ⊙. Hujus fors POAM *plumosam Retz* varietatem esse *Poiret Enc. meth.* V. p. 85.

6. * E. *ferruginea P. de Beauv.*; ** paniculâ patulâ capillari, spiculis quinquefloris oblongis, glumis glabris. POA *ferruginea Thunb. jap.* p. 50. *Willd. Spec.* I. p. 388. An diversa ab E. *pilosa*?

Spiculae breviores, floribus paucioribus. Culmus erectus, pedalis simplex; folia vaginis fauce barbatis, erecta, convoluta,

---

* P. *tenella*, paniculâ subverticillata capillari, pedunculis flexuosis, spiculis linearibus subsexfloris pedicellatis, floribus oblongis acutis minutis glabris, foliis brevibus planis apice subulatis glabris, vaginis collo barbatis, culmo decumbente *Pursh Fl. Amer Sept.* I. p. 80, quae in Herbario Lambertiano sub P. *pilosae* nomine extat, et quae *in nova Caesarea ad Carolinam usque* reperitur, ⊙., vix eadem species esse videtur. De sua vero POA *tenella*: paniculâ oblongâ, ramis verticillatis modice patentibus divisis, spiculis 5-6floris semipellucidis glabris, culmo ramoso foliis planis cls. *R. Brown Prodr.* I. p. 131 ait, quod vix diversa a POA *tenella Linn.*: in utraque enim spiculae erectae.

** Sequentes cum? huc detulit *P. de Beauvois.*

Digitized by Google

striata, glabra; panicula spithamaea virgata; pedunculi et pedicelli capillares flexuosi. In *Japonia.*

7. * E. *cynosuroides P. de Beauv.*; paniculâ strictâ pyramidali, pedunculis patentissimis, spiculis dependentibus distichis. POA *cynosuroides Retz Obs.* IV. p. 20. *Vahl Symb.* III. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 393. *Pers. Syn.* I. p. 90. *Descript. de l'Egypte* t. 10. BRIZA *bipinnata S. N.* X. p. 875. *Amoen. acad.* IV. p. 450. UNIOLA *bipinnata Sp. Pl.* p. 104.

An MEGASTACHYA? Gramen omnium speciosissimum. Culmi magnitudine Tritici, simplices. Racemus simplex pedalis, e pedunculis simplicissimis alternis aequalibus, utrinque longitudinaliter a basi ad apicem pinnatis. Floribus sessilibus approximatis compressis aequalibus complanatis more Cyperi. Glumae compressae carinatae acutiusculae ovatae. In *Aegypti et Indiae aridis.*

8. E. *cyperoides P. de Beauv.*; paniculis spicato-glomeratis, spiculis 11-floris, culmo ramoso, foliis subulatis. POA *cyperoides Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Flor. cap.* I. p. 424. *Willd. Spec.* I. p. 393.

Culmus inferne ramosus decumbens, dein erectus teres laevis glaber, pedalis; folia convoluto-subulata, rigidiuscula, uti culmus, erecto-patula glabra pollicaria et paullo ultra; vaginae inflatae ore villosae; paniculae alternae 3-4, subcapitatae, glabrae, pedicellis brevissimis; spiculae oblongae acutae serratae unguiculares. In *collibus arenosis promont. b. spei.*

9. E. *mucronata*; paniculae aequalis patulae ramis basi nudis; spiculis lanceolatis 10-13floris, calycibus abbreviatis, flosculis apice liberis, corollae valvulâ exteriore obtusâ, sub apice brevissime mucronatâ, valvulâ interiore dorso nudâ, vaginis margine et ad oras barbatis. POA *mucronata Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Primo intuitu P. *Eragrostidem* refert. Mucro brevis obtusus in valvula. In *India orientali. B. Heyne.*

10. E. *interrupta P. de Beauv.*; paniculâ coarctatâ elongatâ, ramis alternis simplicibus, inferioribus remotis, spiculis sessilibus imbricatis linearibus 16-24floris, perianthiis triandris. valvulâ exteriore glabrâ, interiore ciliatâ, foliis planis laevibus, collo vaginâ brevissime pubescente. POA *interrupta R. Brown Prodr.* I. p. 180.

Inter tropicum in novae Hollandiae littore orientali et septentrionali.
Confer POAM *diandram.*

Huc et POAM *riparian* cum? detulit P. de B.

Digitized by Google

296. AIROPSIS.

1. A. *involucrata;* paniculâ patente, basi setis involucratâ: flosculis muticis. AIRA *involucrata Cavan. Ic.* p. 33. t. 44. f. 1. *Descripc.* p. 43.

Culmi pedales, graciles, recti, nodis 4-5 purpureis. Folia radicalia bipollicaria, involuta, acuta, ultimum quidquam latius in culmo. Panicula ramulis ternis rubellis ternatis alternis, basi 2, rarius 3 involucellis distantibus setis 20 et ultra rubellis, pollicaribus. In *Hispania in Chamartin et Mentrida, et circa Matritum.*

2. A. *globosa Desv.;* culmo erecto, filiformi, foliis involutis subulatis, paniculâ strictâ, glumis calycinis glabris hemisphaericis, corollinis margine ciliatis. *Desv. Journ. Bot.* I. p. 200. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 262. n. 1570. AIRA *globosa Thore Journ. Bot.* I. p. 197. tab. VII. f. 3. 4. II. p. 208. MILIUM *tenellum Cav. Icon.* III. n. 299. tab. 274. f. 1.

Radix fibrosa. Folia tenuissima, vaginis purpurascentibus, supremis subinflatis ligula truncato-laciniata. Panicula erecta, oblonga, pollicaris. Glumae calycinae bivalves, albido-nitentes, persistentes, concavae. In *maritimis sterilibus siccis prope Dax; Landes de Monçut, du Brois, de la Torle. Thore.*

3. A. *obtusata Desv.;* paniculâ oblongâ racemosâ, foliis angustis, calycis valvulâ alterâ lineari acutâ, alterâ obovatâ, rotundato-obtusissima, floribus muticis apice compressis. AIRA *obtusata Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 62. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 76. *Pers. Syn.* I. p. 77. POA? *obtusata Pal. de Beauv.*

Culmi recti graciles; folia angusta. In *Carolinae aridis ad Floridam usque.*

4. A. *brevifolia;* paniculâ semiverticillatâ patente: ramis simpliciusculis alternifloris, floribus muticis calycem aequantibus, glumis omnibus lanceolatis acutis, foliis planis, culmo stricto glabro nudiusculo. AIRA *brevifolia Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 76.

In *planitiebus ad fl. Missouri perfrequens.* 4.

5. * A. *minuta Desv.;* paniculâ laxâ subfastigiatâ ramosissimâ, flosculis muticis. AIRA *minuta Loeffling. It.* 117. *Schreb. Gram.* t. 21. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 376. *Buxbaum Cent.* V. p. 35. t. 67. (mala!) AIRA *pumila Agardh.*

Vix pollicem alta. Buxbaumianâ longe minor; folia acuta plana; vagina sursum latior, parum ventricosa; ibique angulata; panicula patentissima. In *Hispania.* ☺.

Digitized by Google

6. A. *agrostidea;* spiculis bifloris subtruncatis, paniculâ laxâ, valvulis corollae tenuibus membranaceis glabris calyce minoribus, culmo basi geniculato aut radicante. *Decand. Fl. fr. Supplem.* p. 262. n. 1570b. AIROPSIS *Candollii Desv. Journ. bot.* I. p. 200. POA *agrostidea Decand. Syn.* p. 132. *Icon. rar.* Fasc. I. t. 1. AIRA *agrostidea Lois. Deslongch. Notic.* p. 16. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 75. AIRA *minuta Lois. Deslongch. Fl. gall.* I. p. 45. (excl. synon.). A. *capillaris* β. *Lagasc.* β. A. *capillaris Lagasc.;* paniculâ capillari laxâ trichotomo-ramosâ subfastigiatâ, corollis muticis calyce carinato brevioribus. *Lagasc. Varied. de Cienc. Liter. an.* II. n. 19. p. 29. *Nov. Gen. et Spec. diagn.* p. 3. n. 36.

Culmi ramosi, ramis adscendentibus, nodis quinque; folia glabra laevia plana; ligula lanceolata acuta; pedunculi graciles gemini apice fere dichotomi; spiculae parvae solitariae; valvulae calycis aequales acutiusculae dorso purpurascentes; flos alter sessilis, alter pedicellatus. *Circa Nantes, à Juigné et Chalonnes, Rennes, Sologne.* β. *in aliginosis Galleciae.* 2. Anne eadem cum AIRA *pulchella*?

297. LEPTOCHLOA.

1. L. *cynosuroides;* spicâ solitariâ distichâ, calycibus subulatis trifloris, flosculo sterili mutico CYNOSURUS *filiformis Vahl Symb.* II. p 20. *Willd. Spec.* I. p. 415. LEPTOCHLOA *filiformis P. de Beauvois.* CHLORIS *filiformis Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 238. n. 1?. qui tamen et aliam CHL. *filiformem ibid.* n. 8. habet. *P. de Beauvois* huc ducit quoque ELEUSINEM *filiformem Pers. Syn.* I. p. 87, quae diversa species, et FESTUCAM *filiformem Lam.* *

Culmi repentes ramosi filiformes, inferne compressi, internodiis pollicaribus; scapi spithamaei ex apice floriferi, simplicissimi, geniculati, folio unico subulato versus medium; folia ad nodos utrinque plura, 1½pollicaria, setacea, vaginis compressis equitantibus, longitudine fere foliorum, bisque latiores. Spica linearis pollicaris, floribus parvis alternis compressis glabris. Calycis valvulae patentes subaequales. Flosculus hermaphr. sessilis, masc. pedicellatus, tertius sterilis: in hermaphr. et

---

* FESTUCA *filiformis Lam.;* spicis sparsis plurimis filiformibus; spiculis sessilibus minimis muticis subbifloris *Lam. Illustr.* I. p. 191. n. 1044. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 639 diversa tamen, quoad descriptionem, videtur planta: „pedalis; culmi recti, graciles, basi parum geniculati; folia plana, satis lata, culmis breviora, glabra, aspera margine, subinde vaginâ pilosa; panicula terminalis recta, 6-8poll., spicis filiformibus, gracilibus, inferioribus subverticillatis, spiculis minimis viridi-albis; rhachi asperâ, calycinis valvulis glaberrimis, corollinis obtusioribus, calyce parum longioribus. *In S. Domingo.*" *Poiret.*

Digitized by Google

masc. valvula exterior sub apice aristata: arista calyce parum longior. *Vahl.* In *India.*

2. L. *filiformis;* paniculâ ramosissimâ coarctatâ: ramis simplicibus filiformibus, spiculis alternis (purpurascentibus) 2 4floris muticis, vaginis subpilosis. ELEUSINE *filiformis Pers. Syn.* I. p. 87. *Jacq. Eclog. Gram.* Fasc. t. 4. POA *virgata;* paniculae virgatae ramis fasciculatis simplicissimis, strictis, spiculis subtrifloris, brevissime pedicellatis, calyce vix longioribus, flosculis omnibus pedicellatis, foliis subtus cum vaginis pilosis. *Roth nov. pl. spec. Ms.*

Cl. *Roth*, qui specimen ab ipso *Persoon* possidet, monet hanc speciem proxime accedere ad suam P. *chinensem Hoenigii*, sed recedere spiculis tri- saepius bifloris vix calycem superantibus, et paniculâ tenuiore, et cum? adducit P. *chinensem Retzii Obs.* V. p. 19. Clo. *Poiret* est dubia species. *Panzer* (*Ideen* p. 55.) eandem quoque e genere ELEUSINES exciudit, et fors cum ELEUSINE *mucronata Mich.* saltem cum *altera specie Antillana* unam eandemque sistere plantam, cujus, ut novi generis, characterem essentialem posuit sequentibus: *Peristachyum* diphyllum persistens, duos flosculos, alterum pedicellatum, includens. *Cal.* monophyllus, apice conniventi bifidus, muticus. *Cor.* monopetala, apice bifida. *Semen* nudum, corollâ denudatum. In *America meridionali.*

3. * L. *virgata P. de B.;* paniculâ ramis simplicibus, floribus sessilibus subsexfloris, ultimo sterili, infimis subaristatis. CYNOSURUS *virgatus Linn. Amoen. acad.* V. p. 393. *Willd. Spec.* I. p. 417. *Lam. Enc. meth.* II. p. 189. *Sloane jam.* I. t. 70. f. 2. FESTUCA *virgata Lam. Illustr.* p. 189. ELEUSINE *virgata Pers. Syn.* I. p. 87. E. spicis numerosis approximatis patulis, spiculis distichis confertis, flosculis superioribus subaristatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 113. CHLORIS *poaeformis*, foliis utrinque glabris margine scabris; ligulâ ciliatâ; spicis numerosissimis alternis oppositis atque verticillatis; spiculis subsexfloris; glumis corollinis ciliatis, inferiore bidentatâ, superiore acuminatâ, aristâ brevissimâ. *Hamb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 136.

Rad. fibrosa. Culmi erecti simplices bipedales et altiores teretes nodique glabri; folia linearia acuminata, striata plana (2-4 lin. lata, pilis sparsis *Lam.*); vaginae striatae, glabrae; ligula brevissima, fimbriato-ciliata; spicae 30-40, sessiles, erectae, 3-4poll., subfastigiatae, inferiores distantes; rhachis universalis 3-4poll., triquetra, glabra, partiales scabriusculae. Spiculae oblongo-ovatae compressae sessiles unilaterales alternae approximatae, flore terminali sterili. Glumae calycinae lanceolatae, acuminato-subulatae, carinatae, glabrae, dorso hispido-scabrae, superior inferiore duplo longior, spiculâ duplo bre-

Digitized by Google

vior. (Arista 1-2 lin. *Lam.*) In *Jamaica; in calidissimis humidis fluv. Magdalenae et prope Guayaquil.* ⊙.

Obs. Hanc quoque a genere ELEUSINES removit, et cum RHABDOCHLOA *domingensi* junxit in genus proprium, cujus character essentialis: *Peristachyum* diphyllum persistens; calyx monophyllus, apice bifidus, aristatus. *Cor.* monopetala apice bifida. *Semen* nudum, corollâ denudatum. *Panzer Ideen* l. c.

4. L. *tenerrima;* spicis alternis gracillimis, spiculis distichis muticis, foliis basi subpilosis, vaginis compressis glabris. ELEUSINE *tenerrima Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 79. CYNOSURUS *tenerrimus En. h. h.* CYNOS. *capillaris Hortulan.* Anne hic CYNOSURUS *capillaceus* a *Pal. de Beauv.* dictus *Linnaei*, s. LEPTOCHLOA *capillacea P. de Beauv.*

Gramen tenellum elegantissimum; culmi pedales et ultra; folia linearia, carinata, scabriuscula, vaginis pilosis, ligulâ oblongâ ciliatâ; calycis gluma exterior uninervis, corollina exterior paullo longior apice purpurascens. In *China.* ⊙.

5. L.? *monostachya P. de Beauv.;* spicâ terminali, calycibus subulatis muticis subtrifloris, flosculis aristatis unilateralibus. CYNOSURUS *monostachyus Vahl Symb.* II. p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 415. CHLORIS *monostachya Poiret Suppl.* II. p. 238. no. 14. (non no. 9.).

Culmus erectus, 1½pedalis, glaber; folia subulata angusta; spica spithamaea, rhachis extrorsum convexo-carinata, flores alterni imbricati, a latere interiori glabri. Calycis valvula exterior major longitudine flosculorum. Flosculi basi barbati compressi, hermaphroditus sessilis, masculus minor, tertius sterilis; valvula exterior omnium carinata, sub apice aristâ, rectâ calyce duplo longiore. *Vahl.* In *Ind. orient. Koenig.*

298. ELEUSINE.

1. * E. *coracana Pers.;* spicis digitatis demum incurvatis subseptenis, rhachi spicae membranaceâ, culmo compresso erecto, foliis suboppositis approximatis, vaginis ore pilosis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 112. *Pers. Syn.* I. p. 87. *Lam. Illustr.* I. p. 203. t. 48. f. 1. *Panzer Ideen* p. 50. t. VIII. f. 1. a-f. CYNOSURUS *coracanus Linn. S. V.* p. 100. *Schreb. Gram.* II. p. 71. t. 35. *Willd. Spec.* I. p. 415. (excl. syn. *Bauh.*). *Rumph Amb.* V. t. 76. f. 2. *Rheed. Mal.* XII. t. 78. L. *Arduino* Mem. sul CYNOS. *coracanus L.* in *Ré Annal. d'Agricoll.* 1809. II. p. 1.

Culmi 4ped., intus farcti, foliorum petiolis obtecti. Folia longiora, bifaria, margine et facie, inprimis versus fauces, pilis raris longis villosis, vaginis oppositis compressis amplexicaulibus. Spicae 4-6 terminales, raro unica inferiore, striatae, erectiusculae, longitudine digiti; maturescentes spicae latiores

Digitized by Google

evadunt et saepe incurvantur. Spicularum rhaches depressae, latere interiore floribus alternis extrorsum sessilibus. Flores ovato-oblongi compressi mutici rhachi adpressi. Calyces 4flori, valvulâ inferiore interiore minore, utraque, uti corolla, compresso-carinata. Semina subglobosa magna, serie 4plici, tumentia, nuda. *Linn.* In *India*, *Japonia* ⊙. *

2. * E. *indica Lam.*; spicis digitatis erectis 5-9-ve, rhachique linearibus, culmo compresso declinato basi ramoso, foliis alterni, vaginis margine pilosis. *Willd. Enum H. Berol.* I. p. 113. E. culmo compresso, basi ramoso, declinato, foliis glabris, ligulâ pilosâ, spicis digitatis, strictis; spiculis subsexfloris. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 135. (cui α — spicis digitatis; — β. culmo tri- aut quinquepollicari, spicis solitariis aut geminis). *Lam. Illustr.* t. 48. f. 3. CYNOSURUS *indicus Linn. Sp. Pl.* I. p. 106. *Willd. Spec.* I. p. 477. PANICUM *compressum Forsk. descript.* p. 18. teste *Vahl Symb.* II. p. 21. *Burmann zeyl.* t. 47. f. 1. PASPALUM *dissectum Kniphof Cent.* XI. n. 74. *Rheede Mal.* XII. p. 131. t. 69. (fide *hort. Hew.*).

A casu seminum remanent spicae pectinatae glumis calycinis, quarum laterales patent carinâ scabrâ. Calyces subquadriflori. *Linn.* In *Indiis*, *Aegypto*, *insula Mauritii*, *Japonia*, *et in America bor. Mich.*, *in humidis Cumanae a Humb.* et *Bonpl.*, *β prope St. Bartolomeo in ripa Magdalenae.* In hortis saepe occurrit nomine CYNOSURI *pectinati.* ⊙ **

3. E. *mucronata Mich.*; vaginis pilosis; spicis numerosis filiformibus in longam paniculam digestis; spiculis minutissimis; calyce mucronato quadrifloro, flores aequante aut superante, flosculis mutis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 65. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 545 (cui cum auctore et

---

* Huic affinis sed neglecta nunc species: CYNOSURUS *tristachyus Lam.*: spicis ternatis crassiusculis obtusis erectis, spiculis secundis sessilibus appressis subquadrifloris. *Lam. Enc.* II. p. 188. Culmi tripollicares subcompressi; folia disticha 1½ lin. lata, culmo longiora, pilis laxis. Spicae sessiles 6-7 lin. longae, 4-5 lat., quidquam incurvatae, spiculae ut in *coracano*. *In Montevideo Commerson.*

** CYNOSURUS *pectinatus Lam.*, spicis linearibus compressis pectinatis alternis, spiculis distichis, calyce mucronato brevioribus *Lam. Enc. meth.* II. p. 188, cujus in *Suppl.* nulla amplius mentio fit, diversus tamen videtur, nec fors hujus generis, sed ob descriptionem imperfectam non facile dictu cujus: „Spicae similes LOLIO; folia glabra, 3 lin. lata; panicula 5-6poll., recta, spicis 40-60 linearibus sessilibus, geminis solitariisque; inferiores 12-16 lin. longae; spiculae 2-3florae glabrae; calycis valvulae apice setosae, flosculi mutici. Colitur in horto ticinensi?

Panzero dubia). *Pers. Syn.* I. p. 87. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 87. qui vivam vidit.

In *cultis Virginiae, Carolinae, illinoënsibus* etc.

4. E *racemosa Heyne;* paniculae patulae racemis densis secundis, spiculis 12 floris, corollae valvulis ovato-mucronatis, interiore persistente, ad marginem replicatum villosâ, culmo compresso. *Roth nov. pl. spec. Mss.*

Elegantissimum gramen. Valvulâ corollae interiore maturo semine persistente, margine replicato villosa, exteriore caducâ facile dignoscitur a congeneribus. Semen nigrum, liberum. *H. in India orientali.*

ELEUSINEN? *stoloniferam* ex revisione *R. Brown* ut novam speciem adducit cls. *Salt* in *itinere nova abyssinica edit. germ. Rüpp.* p. 475.

299. DACTYLOCTENIUM.

1. * D. *aegyptiacum P. de B.* et *Willd.;* spicis digitatis quaternis quinisve, obtusis patentissimis mucronatis, (rhachi glabrâ) calycibus mucronatis, culmo adscendente, foliis oppositis, basi ciliatis. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1029. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 137. CYNOSURUS *aegyptius Linn. Sp. Pl.* p. 106. *Willd. Spec.* I. p. 416. (excl. syn. *Plukenet*). ELEUSINE *aegyptiaca Pers. Syn.* I. p. 87. (excl. E. *cruciata Lam. Illustr.* t. 48. f. 2.). Confer RABDOCHLOAM *mucronatam.* Rectius fors inter ELEUSINES militaret ob flores polygamos, characteribus reliquis habituque convenientibus non divellendum. *Moris. Hist.* III. p. 184. S. 8. t. 3. f. 7. hinc et *Rumph Amb.* VI. t. 4. f 2. *Rheede Mal.* XII. t. 69.

Culmus laevis geniculatus in genua procumbens; spiculae 4-5 horizontales rhachi mucronatâ ultra flores protensâ; flores alterni distichi. Calyces mutici. *Linn.* Variat magnitudine foliisque plus minus ciliatis. In *Africa, Asia, Americae, in umbrosis calidis Camanae et nov. Hisp.* ☉.

2. D. *radulans P. de B.;* spicis quaternis patulis; glumis bifloris, valvulâ interiore aristatâ; perianthii valvulâ exteriore acuminatâ; foliis planis pilosis. ELEUSINE * *radulans R. Brown Prodr.* I. p. 186.

Cum? huc tulit *P. de Beauv.* Etiam Clo. *Poiret* minus cognita.

Cls. vero *Brown* hic alium generis ELEUSINES characterem dedit: illi: gluma bi-multiflora bivalvis. *Perianthium* bivalve *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Stigmata* plumosa. *Semen* membranâ separabili inclusum. *Spicae* unilaterales.

Digitized by Google

300. SCHISMUS.

1. * S. *marginatus P. de Beauv.*; paniculâ coarctatâ, spiculis linearibus, calyce flosculis longiore, foliis basi barbatis. Festuca *barbata Linn. Amoen. acad.* III. p. 400. Festuca *calycina Willd. Spec.* I. p. 427. *Pers. Syn.* I. p. 95. *Lam. Enc. meth.* 2. p. 463. *Illustr.* t. 46. f. 5. *Cavan. Ic.* I. p. 33. t. 44. f. 2. Koeleria *calycina Decand. Suppl. Fl. franç.* p. 271. n. 1597. b.

Esse quorumdam Festucam *pilosam* monuit *Persoon.* „Folia radicalia in cespitem congesta; culmi filiformes angusti, digitales. Panicula attenuata contracta (vix pollicaris). Calyx spiculae longitudine.“ *Linn.* Glumae calycinae glabrae, margine albidae, carinatae, acutae, integrae, longiores corollinis, exteriore corollinâ bifidâ, extus villosâ. In *Hispania*, *Gallia meridionali.* ⊙.

2. S. *minutus*; paniculâ coarctatâ, spiculis linearibus muticis, calyce glabro acutissimo flosculis hirsutis longiore, foliis setaceis basi barbatis. Festuca *minuta Stev. Dec. pl. iber. M. a Bieberst. Fl. taur cauc.* I. p. 70. *Hoffm. Comment. mosq.* V. I. P. I. p. 43.

Habitus et affinitas summa F. *calycinae:* differt potissimum flosculorum pilis crebris sericeis. Caules 3-4, 2-3poll.; folia nervosâ, ligulâ nullâ; spicula floribus 5 pedunculatis, valvulâ corollae exteriore villosâ. In *collibus sabulosis circa Gantham*, (*Elisabethopolin*). ⊙.

Sch. *fasciculatus P. de Beauv.* est Digitaria *horizontalis* ßde *Balbis Cat. taur.*

301. MEGASTACHYA.

1. * M. *Eragrostis P. de B.*; paniculâ aequali patente, ramis inferioribus ad basin et ramificationes pilosis, spiculis lanceolatis (majoribus) 15-25floris, flosculis obtusis, radice fibrosâ. Poa *megastachya Schrad. Fl. germ.* I. p. 288. *Koel. Gram.* p. 181. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 171. P. culmis adscendentibus subramosis, foliis vaginisque glabris; paniculâ simplici patulâ, ramis alternis rhachique glabriusculis; spiculis lanceolatis multifloris; glumis dorso scabriusculis, corollinis glabris inferiore duplo longiore trinervia, superiore persistente. *Humb.* et *Bonpl. nov. gener.* et *spec.* I. p. 128. Poa *multiflora Forskål* teste *Vahl Symb.* II. p. 20. Poa *Eragrostis Cavan. Ic.* I. p. 63. t. 92. *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 57. t. 73. (qui eandem esse cum Eragrostide *poaeoide*). Briza *oblonga Moench meth.* p. 185. Briza *Eragrostis Linn. Sp. Pl.* p. 103. *Willd. Spec.* I. p. 405. *Roth germ.* T. II. P. I. p. 110. *Schreb. Gram.* II. p. 83. t. 39. Eragrostis *major Host Gram.*

Digitized by Google

austr. IV. t. 24. BRIZA *megastachya Hortul.* β. *minor*, spiculis ovatis paucifloris.

Differt ab affini ERAGROSTIDE *pilosa* staturâ majore, ramis brevioribus, spiculis majoribus griseo - aut glauco - virentibus, antheris pallide lutescentibus. β. staturâ triplo minore, praeter characteres datos differt. In *sterilibus arenosis Europae mediae et praecipue australis*, β *in Apuliae siccis; in caltis Carolinae et Virginiae; et in scopulosis aridis regni Mexicani ad radices montis Buffae.* ⊙.

Obs. In *Humb.* et *Bonpl. Gen.* et *Spec.* nec genus ERAGROSTIDIS, nec MEGASTACHYDIS admittitur; attamen POAE valvulâ corollae superiore persistente. ERAGROSTIDES dicuntur, ut haecce species et sequentes omnes ad *maypurensem* usque, *repens, prostrata, thalassica* et *ciliaris*. Cum vero ERAGROSTIS non distinguatur a MEGASTACHYDE, nescimus anne ERAGROSTIDES ab hac ad *maypurensem* usque intercurrant.

2. M.? *papposa;* paniculâ patente, pedicellis flexuosis, spiculis subsexfloris, foliorum vaginis apice papposo-pilosis. POA *papposa Dufour in litt.*

Differt a M. *Eragrostide* spiculis tenuioribus, sexfloris, a P. *verticillata Cav.* pedicellis haud verticillatis, a P. *atrovirente* vaginis papposis. Culmi sesquipedales basi procumbentes; folia striata, vaginae internodiis breviores apice fasciculo pilorum albidorum; valvulae calycinae inaequales basi violaceae apice albidae. In *monte Saguntino regni Valentiae.* Confer *Scheuchz. Gram.* p. 191. *Dufour.*

3. M. *infirma;* culmis ramosis erectis; foliis obtusis vaginisque glabris; paniculâ subsimplici patulâ ramis alternis rhachique glabris; spiculis oblongis 3-4floris; floribus distantibus; glumis calycinis glabris, corollinis pilosiusculis, inferiore majore, quinquenerviâ, superiore persistente. POA *infirma Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 128.

Rad. fibrosa; culmi 10 fere poll.; nodi glabri; folia linearia; striata, tenuissima; vaginae striatae; ligula elongata, glabra, panicula subramosa, ramis distantibus. Spiculae subsessiles, floribus distantibus. Glumae calycinae oblongae virentes, inferior minor acuta, superior obtusa, spiculâ duplo brevior; corollinae virentes; inferior ovata obtusa emarginata carinata viridis, superior minor lanceolata obtusa bicarinata. Semen oblongum, acutum, fuscum, glabrum. In *frigidis regni Novogranatensis, inter Fontibon, Suba et Santa Fé de Bogota.* ⊙.

4. M. *patula;* culmis simplicibus erectis, foliis vaginisque glabris; paniculâ ramosâ patentissimâ ramis alternis rhachique scabris; spiculis oblongis quinquefloris; glumâ calycinâ inferiore paullo majore trinerviâ, superiore persistente. POA *patula Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 128.

Digitized by Google

Rad. fibrosa; culmi pedales nodique glabri; folia linearia acuminata plana, ut vaginae, striata, rarius basin versus pilis sparsis; ligula brevissima, pilosa; panicula 4-5poll., ramis subflexuosis, elongatis; glumae calycinae ovatae acutae carinato-concavae glabrae, dorso scabriusculae subaequales, spiculâ triplo breviores; corollinae inaequales, inferior subrotundato-ovata acuta carinato-concava glabra virescens; superior lanceolata, bicarinata, acuminata, persistens, carinis ciliata. In *apricis temperatis regni Quitensis juxta pagum Conocoto.* 4.

5. M. *nigricans;* culmis erectis aut procumbentibus ramosis; foliis scabris; vaginis glabris; paniculâ ramosâ subverticillatâ patulâ ramis scabris; rhachi glabrâ; spiculis oblongis subquadrifloris; glumâ corollinâ inferiore duplo longiore trinerviâ, superiore persistente. Poa *nigricans Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 128.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi, 2-3ped., striati, nodique glabri; folia linearia-plana striata, ut vaginae ore pilosiusculae; ligula brevissima ciliata; panicula 4-9poll., ramis alternis aut verticillatis, approximatis; glumae calycinae ovatae acuminatae virentes glabrae dorso scabrae, superior paullo longior et spiculâ dimidio brevior; corollinae inaequales, inferior ovata acuta carinata trinervia virescens glabra; superior lanceolata, bicarinata, carinis ciliato-scabris. *Cum patula.* 4.

6. M. *Montufri;* culmo erecto ramoso; foliis vaginisque glabris; ligulâ ciliatâ; paniculâ ramosâ subverticillatâ coarctatâ, ramis scabris; rhachi glabrâ; spiculis lineari-lanceolatis subseptemfloris; glumâ corollinâ inferiore majore trinervâ, superiore persistente. Poa *Montufri Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 129.

Rad. fibrosa; culmi caespitosi sesquipedales striati nodique glabri; folia linearia acuminata plana striata, ut vaginae glabrae, margine pilis sparsis obsitae, ore pilosae. Ligula brevissima. Panicula 5poll., ramis alternis, superioribus saepe oppositis aut verticillatis, erecto-patulis abbreviatis approximatis. Glumae calycinae oblongae acutae cariuatae glabrae, dorso scabrae, purpurascenti-virentes, inaequales, spiculâ quintuplo breviores; corollinae inaequales, inferior ovata acuta carinata glabra dorso scabra purpurascens, superior brevior lanceolata bicarinata, carinis ciliatis. In *alta planitie Chillensi, prope la Hacienda de D Carlos Montufar: juxta Puembo in Quito.* 4.

7. M. *Olmedi;* culmis erectis simplicibus; foliis convolutis? scabris; vaginis inferioribus pilosis; paniculâ ramosâ patulâ ramis alternis flexuosis scabris; rhachi glabrâ; spiculis oblongo-linearibus subsexfloris; glumâ corollinâ inferiore majore, uninerviâ, superiore persistente. Poa *Olmedi Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 129.

M. *Onufri* valde affinis. Rad. fibrosa; culmi cespitosi, 1½ped., stricti, striati nodique glabri; folia linearia acuminata scabra;

Digitized by Google

vaginae striatae, superiores glabrae ore pilosae, ut ligula brevissima. Panicula 8-9poll., ramis inferioribus elongatis patulis, superioribus abbreviatis adpressis. Glumae calycinae ovato-oblongae acuminatae carinatae fuscescentes glabrae dorso scabrae inaequales, spiculâ sextuplo breviores; corollinae inaequales, inferior ovata carinata acuta glabra nigro-virescens, superior bicarinata persistens, carinis ciliato-scabris. *Ad vias in montibus Peruanis et Loxae; juxta domum botanici hispani D. Vicente Olmedi.* 2.

8. M. *pastoënsis;* culmis erectis simplicibus compressis; foliis scabriusculis; vaginis pubescentibus; paniculâ ramosâ subverticillatâ coarctatâ strictâ, ramis abbreviatis rhachique glabris; spiculis oblongis subquinquefloris; glumâ corollinâ inferiore trinerviâ, superiore breviore persistente. POA *pastoensis Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 129.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi, 2-3ped., nodique glabri; folia linearia acuminata plana rigida, striata ut vaginae compressae; ligula brevissima, pilosiuscula; panicula 4-5poll., ramis approximatis adpressis, axillis pilosis; glumae calycinae ovatae acutae carinatae glabrae, dorso scabrae, inaequales, spiculâ triplo breviores; corollinae inaequales, inferior ovata acuta carinata viridis glabra, dorso scabra; superior lanceolata bicarinata scabriuscula. In *regni Novogranatensis apricis, temperatis, prope urbem Pasto.* 2.

9. M. *tenax;* culmis erectis simplicibus; foliis convolutis? scabris; vaginis glabris; paniculâ ramosâ coarctatâ verticillatâ ramis rhachique scabris; spiculis oblongis subseptemfloris; glumis calycinis dorso scabris, corollinis inferiore trinerviâ, superiore breviore persistente. POA *tenax Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 130.

Rad. fibrosa; culmi tenacissimi cespitosi, 3-4ped., nodique glabri; folia linearia striata ut vaginae glabrae; ligula brevissima subciliata; panicula spicaeformis pedalis ramis densis approximatis adpressis flexuosis, axillis pilosis; spiculae subcylindraceae; glumae calycinae ovato-oblongae acutae carinatae glabrae diaphanae, dorso scabrae, superior inferiore duplo longior, spiculâ triplo brevior; glumae corollinae inaequales, inferior ovato-subrotunda, acuta, carinata, viridis, glabra, superior paullo brevior, lanceolata bicarinata persistens, carinis ciliato scabris. In *apricis regni Quitensis, prope Chillo et Rio Guangopolo.* 2.

10. M. *aturensis;* culmis erectis ramosis; foliis interne scabris, externe vaginisque glabris; ligulâ glabrâ; paniculâ ramosâ verticillatâ coarctata spicaeformi, ramis abbreviatis scabris; rhachi glabrâ; spiculis oblongis, 9-11floris; glumâ corollinâ inferiore trinerviâ, superiore duplo minore persistente. POA *aturensis Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 130.

Digitized by Google

Rad. fibrosa; culmus tripedalis teres striatus nodique glabri; folia linearia plana striata rigida; ligula brevissima glabra; panicula stricta pedalis, ramis verticillatis appressis approximatis; glumae calycinae oblongae acutae carinatae diaphanae dorso scabrae, spiculâ sextuplo breviores; corollinae inaequales, inferior ovata, acuta, carinata, diaphana, dorso scabriuscula, superior bicarinata, carinis scabriusculae. In *calidis sylvarum Orinocensium prope Catarractas Aturensium.* ♃.

11. M. *acutiflora*; culmis erectis ramosis; foliis interne scabriusculis, externe vaginisque glabris; paniculâ ramosâ patulâ strictâ, ramis abbreviatis scabris; rhachi glabrâ; spiculis oblongis septemfloris; glumâ corollinâ inferiore acuminatâ trinerviâ, superiore breviore persistente. POA *acutiflora Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 130.

Radix fibrosa; culmi 1-2ped., nodique glabri; folia linearia, acuminata, plana, externe glabra striataque ut vaginae; ligulâ brevissima pilosiuscula. Panicula elongata 7-8poll., ramis alternis patulis axillis pilosis; glumae calycinae ovatae acuminatae carinatae glabrae, dorso scabrae, superior paullo longior, spiculâ quadruplo brevior; corollinae inaequales, inferior ovata carinata glabra dorso scabra flavescens, superiore longior, superior lanceolata acuminata bicarinata ciliata. In *humidis inundatis fluminis Magdalenae juxta Mompex et Isla de las Bruxas Nov. granat.* ♃.

12. M. *mayparensis*; culmis erectis simplicibus; foliis vaginisque glabris, junioribus pilosis; paniculâ simplici patente, ramis alternis abbreviatis rhachique glabris; spiculis ovatis, 13floris; glumâ corollinâ inferiore acuminato-subulatâ, trinerviâ, superiore duplo-breviore, persistente. POA *mayparensis Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 130.

Rad. fibrosa; culmi caespitosi, 3-6poll. et pedales, nodique glabri; folia linearia plana striata ut vaginae; ligula brevissima pilosa; panicula 1-2-3poll, ramis patentibus axillis pilosis. Glumae calycinae lanceolatae acuminato-subulatae carinatae glabrae dorso scabrae, aequales, spiculâ triplo breviores; corollinae inaequales, inferior ovata, carinata, glabra, superior duplo brevior, linearis, bicarinata, ciliata. In *opacis sylvarum Orinocensium inter Catarractam S. Josephi Mayparensium et confluentem Sipapum.* ☉.

13. * M. *amabilis P. de Beauv.*; paniculâ patente, spiculis 18floris linearibus. POA *amabilis Fl. zeyl.* p. 46. *Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XII. t. 91. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 392. P. paniculâ patente, spiculis ovatis 12-30floris, flosculis inferioribus deciduis, foliis lineari-lanceolatis, culmo ramoso. *Vahl Ms.* apud *Hornem. Hort. Havn.* I. p. 89. P. rubens *Lam. Illustr.* t. 45. f. 2.

Digitized by Google

Maxime affinis P. *Eragrostidi* s. ERAGROSTIDI *poaeoidi;* sed floribus purpureis, glumis trinerviis, quarum inferiores sensim cadunt, satis distincta. In *Zeylona.*

Obs. *Poiret* dubitans P. *rubentem Lam.*, paniculâ parvâ, patente, spiculis 12-18floris obtusis, glumis laevibus confertissimis, *Lam. ill.* n. 992. t. 45. f. 2. *Enc. meth.* V. p. 84 huc retulit, sed ex descriptione videtur eadem planta; culmi enim graciles, parum alti, glabri fere filiformes, foliis glabris brevibus acutis, vaginis ore fasciculo pilorum acutorum; panicula pedunculis brevibus capillaribus ramosis, spiculis ovatis obtusis, albido-flavis aut saturate purpureis, valvulis glabris, ovatis. Affinis quodammodo P. *atrovirenti*, sed panicula multo minor. *Ex India* attulit *Sonnerat.*

14. M. *spectabilis;* paniculâ divaricatâ, ramosissimâ, spiculis pendulis linearibus decemfloris, floribus ovatis acutis margine dorsoque scabris, vaginarum collo axillisque paniculae pilosis, foliis culmoque erecto brevi glabris. Poa *spectabilis Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 81. Poa *amabilis Walt. Fl. carol.* p. 80.

Gramen pulcherrimum, paniculâ purpureâ viridi striatâ. In *Campis arenosis sterilibus Noveboraci et Carolinae.* ⊙.

15. M. *hypnoides P. de B.;* dioica: spiculis linearibus subsessilibus confertis longissimis subquindecimfloris, culmo brevissimo ramoso. Poa *hypnoides Lam. Illustr.* I. p. 185. *Poiret Enc. meth.* V. p. 78. *Pers. Syn.* I. p. 91. Poa *dioica Mich. Ms.* et *Ventenat.*

Adeo HYPNO similis, ut *Richard*, quum eandem vidisset primâ vice, pro HYPNO haberet illam terram obtegente surculis repentibus; paniculae enim numerosae, folia quasi brevia imbricata sistentes, et folia et culmos repentes graciles stoloniferos parum ascendentes tegunt E nodo singulo fasciculus foliorum mollium, brevium glabrorum acutorum, e quorum centro culmus itendidem plerumque nudus, filiformis, vix semipollicaris, spiculis numerosis, longis compressis angustis alternis in flabelli speciem congestis, apice plerumque curvatis 50-60floris, flosculis compressissimis mollibus, valvulis tenuibus diaphanis acutis glaberrimis, viridi-albis, distiche imbricatis. In masculo vero culmus magis elevatus, panicula magis elongata, ramosa, vix fasciculata; spiculae rariores, angustae oblongae acutae, 12-15florae, valvulis oblongis acutis. In *Cayenna feminam Richard, marem ad ripas Haskaskiae sub Missouri.*

Obs. Auctoritate cli. *de Jussieu* apud *Humb.* et *Bonpl.* haec eadem cum sequente *reptante.*

16. M. *reptans P. de B.;* culmo ramoso reptante; paniculis parvulis subcapitatim fasciculatis, spiculis 6-10floris sublinearibus, foliis distichis subconvolutis, floribus dioïcis subaristato-acuminatis. Poa *reptans Mich. Fl. Bor. Amer* I. p 69. t. 11. P. culmis ramosis repentibus; foliis vaginisque glabris; paniculâ simplici ovatâ patulâ; spiculis linea-

Digitized by Google

ribus compressis multifloris; floribus dioïcis; glumis calycinis glabris, inferiore trinerviâ, superiore persistente. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I p 127. (qui P. *hypnoiden Lam.* auct. herb. *Jussieui*, et *dioïcam Vent.* huc ducit). *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 81. (qui pariter P. *hypnoiden* huc ducit).

Tota minutissime pubescens! Spiculae femineae majores. *Ad ripas in regione illinoensi Mich.; in humidis provinciae Varinensis prope S. Fernando de Apure; in regno Novogranatensi prope Buga, in ripa flum. St. Petri. Humb.* ⊙.

17. M. *prostrata*; culmis ramosis prostratis repentibus; foliis distichis externe vaginisque pilosis; spiculis subsenis alternis oblongo-linearibus, multifloris; floribus dioïcis; glumis calycis et corollae glabriusculis, inferiore novemnervia, superiore longiore adscendente, persistente. POA *prostrata Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 127.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi, squamis ovatis acutis glabris albis imbricatis densissime tecti, ramis adscendentibus, 3-4poll., foliosis, glabris. Folia linearia, plana, rigida striata glabra approximata disticha patula; vaginae abbreviatae, striatae; ligula margo ciliatus; spiculae 4-7, pedicellatae, approximatae, racemum oblongum pollicarem formantes, compressae, subsemipollicares, 12-14florae. Glumae calycinae lanceolatae acutae carinatae, dorso scabriusculae, superior inferiore paullo longior, spiculâ quintuplo brevior; corollinae glabrae, flavescentes inaequales, inferiore subrotundo-ovatâ acutâ carinatâ novemnerviâ; superiore breviore; superiore oblongâ obtusâ bicarinatâ. Feminam non viderant. In *valle temperatâ Caripensi nov. Andalus.* 4.

18. M. *thalassica*; culmis ramosis, prostratis repentibus; foliis planis margine scabris distichis; spicâ (sub) fasciculatâ oblongâ; spiculis linearibus multifloris; floribus dioïcis; glumis calycis et corollae glabriusculis, inferiore novemnerviâ, superiore breviore persistente. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen* et *spec.* I p. 127.

Culmus squamis oblongis acuminatis glaberrimis flavidis imbricatis, ramis adscendentibus foliosis quadri- aut sexpollicaribus, glaberrimis. Folia linearia acuminata striata rigida glabra, valde approximata, pectinato-disticha, patentia; vaginae striatae glabrae; ligula margo pilosiusculus; spica terminalis, densissima, 1½poll.; spiculae breviter pedicellatae, compressae, subpollicares, circiter 24florae. Glumae calycinae oblongae acutae carinatae, flavescentes, dorso scabriusculae, superior inferiore paullo longior, spiculâ decies brevior; corollinae flavescentes glabrae, inferior ovata, acuta, carinata, coriacea, superior bicarinata acuta, carinis hispido-scabris. In *littore Oceani pacifici prope el Callao de Lima Guamang et Santa Peravianorum.* 4.

Digitized by Google

19. * M. *rigida P. de B.*; paniculâ distiecho-secundâ coarctatâ rigidâ (glabrâ), spiculis linearibus acutis 5-11floris, flosculis liberis obsolete 5nervibus, radice fibrosa. Poa *rigida Schrad. Fl. germ.* I. p. 283. *Willd. Spec.* I. p. 396. *Koel. Gram.* I. p. 183. *Smith Fl. brit.* I. p. 99. *Engl. bot.* t. 1371. *Desfont. Fl. atl.* p. 74. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 166. *Curt. lond.* Fasc. 2. t. 4. *Host Gram. austr.* II. t. 74. *Vaill.* t. 18. f. 4. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 271. t. 6. f. 2 et 3. Triticum *maritimum Wulf.* in *Jacq. Collect.* III. p. 34. β. — Poa *rigida* β. *maritima Savi bot. etrusc.*

Culmi 3-6poll., rigidi, subcompressi, glaberrimi, quandoque purpurascentes, ascendentes. Folia linearia, saepe involuto-setacea, supra et margine scabra, vaginis glabris. Ligula oblonga, demum lacera. Panicula rhachi scaberrimâ, ramis supremis spiculâ solitariâ. Glumae calycinae lanceolatae acutae, carinâ scabrae, minore uni-majore 3-3nervi; corollina exterior obsolete quinquenervis. β. Speciem intermediam quasi Poam s. M. *rigidam* inter et Brachypodium s. Triticum *loliaceum* sistere videtur; omnia minora, crassiora, rigidiora; color magis glaucus et purpurascens. In *Europa australi, transalpina et Africa boreali.* β in maritimis Italiae, in littore inprimis Lunensi. ⊙.

20. M. *pulchella*; paniculâ coarctatâ racemosâ secundâ, spiculis linearibus teretibus suboctofloris, glumis obtusiusculis enerviis. Poa *pulchella Steven* apud *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 417. n. 1016.

Digito minor, glauco-viridis, glabra. Rad. exilis fibrosa. Culmi simplices. Folia 1-1½poll., angusta, planiuscula, acuta, vaginis arctis, ligulâ brevi; panicula angusta, saepe culmo paullo brevior, basi ramis nonnullis brevibus alternis, apice spiculis alternis racemosis distiche erectis, breviter pedicellatis, pallidis, longitudine P. *Eragrostidis*, sed angustioribus, flosculis subpubescentibus obtusiusculis, apiculo albicante. Differt a nimis affini M. *rigida*: colore glauco, paniculâ minus compositâ angustiore, spiculis minoribus, flosculis vulgo paucioribus et glumis obtusis. In *saxosis Tauriae montosae meridionalis, in sabulosis Euxini.* ⊙.

21. M. *elongata P. de B.*; paniculâ elongatâ, ramis patentibus distantibus abbreviatis, spiculis linearibus 7-11floris adpressis, flosculis liberis acutis trinerviis, ligulis abbreviatis ciliatis, foliis glaucescentibus. Poa *elongata Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 108. Poa *dependens*, paniculâ elongatâ nutante, spiculis ovato-oblongis 8-11floris, flosculis liberis coloratis trinerviis, ligulis ciliatis, foliis glaucescentibus. *Hornem. Suppl.* 2. *En. Pl. H. hafn.* . . *Hort. reg. Hafn.* I. p. 92. (NB. *ex Europ. austral.*). Eragrostis *elongata Jacq. Ecl. Gram.* Fasc. t. 3.

Digitized by Google

Culmus sped. et altior simplex gracilis, glaber. Folia glaucescentia plura margine scabra. Panicula spithamaea vel dodrantalis nutans, ramis inferioribus fere pollicaribus, valde distantibus patentibus, superioribus approximatis, summis 4 linearum. Spiculae obtusae glaucae vel parum purpurascentes subconglomeratae. Calycis glumae diaphanae inaequales, nervo unico viridi, corollae nervis 3. In *India orientali.* 4.

22. M. *ciliaris P. de B.;* paniculâ glomerato-subspicatâ, spiculis ovato-oblongis 6-10floris, flosculis liberis acutis, valvulâ corollae interiore margine ciliatâ, culmis subramosis erectis, vaginis ore pilosis, radice fibrosâ. POA *ciliaris Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 109. *Spec.* I. p. 402. *Swartz Obs.* p. 39. P. culmo ramoso repente; ramis adscendentibus, vaginis foliisque glabris margine scabris; paniculâ simplici glomerato-coarctatâ cylindraceâ, ramis valde abbreviatis rhachique glabris; spiculis ovatis suboctofloris; glumâ corollinâ inferiore mucronatâ trinerviâ, superiore paullo breviore, longe ciliatâ, persistente *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 131. (qui huc ducunt POAM *elegantem Poiret*, et quibus: α, culmo pedali, spicâ elongatâ cylindraceâ; β. culmo bipollicari, spicâ elliptică). *Jacq. Collect.* II. p. 338. *Ic. rar.* t. 304. *Plukn.* t. 190. f. 5. *Sloane Hist.* I. p. 114. t. 73. f. 1. Quibusdam et *ciliata* scribitur. *Poiret Enc. meth.* V. p. 86. habet varietatem majorem, foliis latissimis, ensiformibus, asperis ex insula Franciae.

Culmi graciles teretes glabri basi geniculati, (in culta saepe omnino erecti) 2ped.; folia facie aspera, 1½ped., 3-4 lin. lata, ad faucem vaginae barbata; panicula flaccidula, hinc angustissima, semipedalis, cinerea, mollis. Spiculae saepe 6florae. Antherae violaceae. In *Jamaica et Guinea.* ☉.

23. M. *rupestris;* paniculae subcylindricae obtusae basi subinterruptae ramis densissime compactis, brevissimis, basi barbatis, spiculis subdecemfloris, flosculis sessilibus mucronatis laxis, corollae valvulâ interiore lanceolatâ dorso pilosâ, vaginis foliorum margine et ad oras barbatis. POA *rupestris Roth nov. plant. spec. Ms.*

Similis valdopere P. *ciliatae*, at omnibus partibus major, robustior, et corollae valvula exterior mucronata. Caulis 1½ped. In *India orientali. Benj. Heyne.*

24. M. *Boryana;* paniculâ glomerato-subspicatâ, spiculis oblongis 12floris, flosculis oblique truncatis liberis, valvulâ corollae interiore margine ciliatâ, culmis simplicibus erectis, vaginis ore subpilosis, radice fibrosâ. POA *boryana Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 109.

Valde affinis M. *ciliari;* hinc hujus loci, licet ad POAS retulisset cls. *P. de Beauvois.* In *Insula Borboniae et Mauritii.*

Digitized by Google

25. M. *riparia;* paniculâ coarctatâ strictâ, spiculis oblongis sexfloris, flosculis obtusis liberis, corollis ciliatis, foliis convolutis, culmo subramoso erecto, radice fibrosâ. *Willd. Act. am. n. c. Berol.* T. IV. p. 185. *Enum. H. Berol.* I. p. 109. P. paniculae coarctatae oblongae subinterruptae ramis suboppositis fasciculatis brevibus densissimis, spiculis compressis subdecemfloris, flosculis ovatis obtusis demum liberis, omnibus sessilibus, corollae valvulâ interiore recurvatâ ciliatâ. *Roth nov. pl. spec. Ms.*

„Culmi cespitosi digitales et 1½pedales; folia rectangule patentia; vaginae internodiis triplo breviores; spiculae oblongo-lineares; valvulae corollae exteriores ciliatae." *Rottler* apud *Willd. l. c.* — „Panicula plerumque digitalis, stricta; rami semiunciales et breviores, a basi fere repetito-ramosi, ovati, densissimi; spiculae oblongae, dense imbricatae. In *India orientali.*

26. * M. *brizoïdes;* paniculâ contractâ aequali, spiculis (compressis) ovatis suboctofloris glabris, flosculis basi liberis, culmo compresso, foliis vaginarumque ore pilosis. POA *brizoides Linn. Suppl.* 110. *Willd. Spec.* I. p. 404. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* II. 1810. p. 303. t. 8. BRIZA *capensis Thunb. Prodr.* 21. *Flor. cap.* I. p. 219.

Pedalis culmi erecti, glabri; folia (ensiformi-) linearia digitalia, lata lineam, flaccida. Panicula terminalis nuda, ramis subsimplicibus erectis paucifloris. Spiculae (8-11, magnitudine BRIZAE *mediae*) nitidae lutescentes *Spreng.* (glumae luteae, apicibus caerulescentibus. Variat spiculis duplo-majoribus et 7-15floris. *Thunb.*) *Ad promont b. spei.*

27. M. *mucronata P. de B.;* paniculâ diffusâ, spiculis lanceolatis, 12-18floris; foliis latissimis, longe mucronatis. POA *mucronata Poiret Enc. meth.* V. p. 91. P. paniculâ spicatâ laxâ, floribus numerosis 11-18; valvis glumae et calycis acuminatis; foliis latis lanceolatis. *P. de Beauv. Flor. d'Ow.* I. t. 4.

Culmi 2-4ped., laevissimi, recti, foliis undique tecti glabris, pollicem fere latis, subovato-lanceolatis, apice longum in acumen productis, vaginâ ore nudâ; rami paniculae longi filiformes, laeves; spiculae ERAGROSTIDIS compressae oblongo-lanceolatae laevissimae obtusae, virentes; valvulae obtusae. In *Africa circa Agathon in Benin.*

28. M. *canadensis Mich.;* erecta, longifolia, paniculâ laxâ, spiculis erectis 4-10floris, calyce parvulo, corollae valvulâ exteriore ovali acutâ. BRIZA *canadensis Mich. Flor. Bor. Amer.* I. p. 71. *Pers. Syn.* I. p. 92.

POIS inseruit *P. de Beauv.* Spiculae virescunt. In *Canada. Purshio* non visa.

Digitized by Google

29. M. *polymorpha P. de B.*; paniculâ patente, ramis alternis strictis subsimplicibus, spiculis lanceolatis 10-18floris, perianthii valvulâ exteriore glabrâ, interiore ciliatâ, floribus triandris, foliis subinvolutis vaginisque glabris, collo barbato. POA *polymorpha R. Brown Prodr.* I. p. 180, qui sequentes varietates habet:

α. spiculae suboctodecimflorae purpurascentes vel pallidae; paniculae rami patentes, parum divisi. BRIZA *Eragrostis Linn.?* (s. MEGASTACHYA *Eragrostis?*)

β. spiculae subdecemflorae nigricantes, nigro-cinereae; paniculae rami patentes, simplices.

γ. spiculae subduodecimflorae lineares nigro-cinereae; panicula coarctata elongata, ramis erectis paucifloris.

δ. spiculae 12 20florae, lineares, pallidae; panicula coarctata ramis subpatentibus, brevibus.

Circa Port-Jackson et inter tropicum. Confer ERAGROSTIDEM *polymorpham.*

Huc denique iterum *P. de Beauv.* retulit: POAM *alpinam* β. seu *badensem*, et ERAGROSTIDEM *cynosuroidem* s. BRIZAM *bipinnatam.*

302. UNIOLA.

1. * U. *paniculata*; paniculâ longâ, spiculis subsessilibus, calyce multivalvi, floribus triandris carinâ glabris, foliis convolutis, culmo altissimo. *Linn. Sp. Pl.* p. 103. *Willd. Spec.* I. p. 406. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 82. *Hayne term. bot.* t. 47. f. 6. UN. *maritima Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 71. *Pers. Syn.* I. p. 92. BRIZA *caroliniana Lam. Enc. meth.* I. p. 465. *Illustr. gen.* I. p. 187. t. 45. f. 3. (ex *Poiretio*). Gramen myloicophorum oxyphyllon carolinianum. *Plukn. Almag.* p. 173. t. 32. f. 6. *Catesb. Carol.* I. p. 32. t. 32.

U. *latifoliâ* altior; folia angustiora; valvulae calycinae carinâ glabrae In *sabulosis maritimis Carolinae, Virginiae ad Floridam usque.* 2.

2. U *latifolia Mich.*; paniculâ laxâ, spiculis ovatis longe pedicellatis, calycibus trivalvibus, flosculis monandris sursum falcato-angustatis, carinâ pubescentibus, foliis latis planis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 110. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p 71. *Pers. Syn.* I. p. 92. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 82. U. *paniculata Roth N. Beytr.* I. p 98.? Colitur in hortis nomine UNIOLAE *paniculatae.*

Folia lata fere ensiformia, subglaucescentia; paniculae spiculae longe pedicellatae, flores sursum subfalcato-angustati, demum flavescentes. In *Pensylvania, et in Alleganý montium sylvaticis umbrosis rupestribus.* 2.

Digitized by Google

3. * U. *mucronata*; spicâ distichâ, spiculis ovatis, calycibus subaristatis. *Willd. Spec.* I. p. 406.

P. de Beauv. omisit, nisi fors BRIZA illi sit *mucronata*, ut clo. *Lamarck* in *Enc. meth.* Culmus pedalis, laevis; folia angusta, glabra; spica spiculis 11-12, distichis, glabris, 7floris. In *India orientali. Uniola*, *mucronatae* affinis, *Poiretio* communicata fuit a clo. *Bosc*, cui culmi longi, tenuissimi, filiformes, laeves; panicula laxissima, ramis alternis simplicibus divergentibus elongatis remotissimis, spiculis raris alternis subsessilibus compressis mediae magnitudinis, valvulis mucronatis. In *Carolina*. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 185.

4. * U. *spicata*; subspicata, foliis involutis rigidis. *Willd. Spec.* I. p. 406. BRIZA *spicata Lam. Enc. meth.* I. p. 465.

Spithamaea; panicula minima, coarctata, secunda, glumae carinatae, flosculis 4. In *America bor.*, *in Sibiria Laxmann*, *in Hispania Loeffling ad littora.*

Speciem hanc cum? citat cls. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 185. ad sequentem ab omnibus neglectam U. *gracilem Mich.* Aliis videtur synonyma cum *paniculata*. Anne distincta planta europaea et asiatica ab americana? — cf. BRIZAM *spicatam Fl. Graec.* et UNIOLAM *distichophyllam.*

5. U. *gracilis Mich.*; vaginis culmoque compressis; foliis planiusculis; paniculâ longissime graciliterque subspicatâ; ramis brevibus adpressis, spiculis parvis subsessilibus; glumâ trivalvi, floribus monandris. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 71. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 82. U. *virgata Bartram* in *Herbar. Banks.* HOLCUS *laxus Willd. Spec.* IV. p. 934.

Folia demum convoluta. In *umbrosis magnarum sylvarum Carolinae ad novam usque Georgiam.* 4. *

6. U. *sessiliflora Poiret*; spicis simplicissimis; spiculis sessilibus minimis distantibus pauciforis; glumis uncinato-subacutis. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 185.

Affinis U. *spicatae*, sed differt, praeter characteres datos, valvulis parum dilatatis, minus compressis quam in speciebus reliquis, mucrone apice incurvato in rostrum. Culmi longi filiformes glaberrimi teretes. In *Carolina*. *Bosc.*

---

* *Obs.* HOLCUM *laxum Linn.*, glumis biflоris glabris muticis acuminatis, paniculâ filiformi debili *Sp. Pl.* 1486. *Willd. Spec.* IV p. 934 (quem cum? *P. de Beauv.* ad HOLCOS detulit) sequentibus descripsit *Linnaeus*: Habitus AIRAE *caeruleae*. Cal. quasi subuniflorus, cum rudimento flosculi masculi manifesto ovato-crasso. Culmi 2 ped. angusti subnutantes. Folia pluria laevia, margine scabra, ore piloso. Panicula filiformis, parum admodum ramosa subnutans; pedunculi saepius biflori. *Linn.* *In Virginia. Canada.*

Digitized by Google

7 U. *distichophylla;* racemo spicato subramoso stricto; spiculis 5-9floris muticis laevibus; foliis involuto-subulatis. FESTUCA *triticoides Lam. Illustr.* n. 1043. FESTUCA *distichophylla Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 67. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 84. qui, et non sine jure, UNIOLAM *spicatam Willd.* huc trahit. FEST. *triticoidem P. de Beauv.* inter FESTUCAS reliquit.

Culmi graciles glabri erecti filiformes 8-10pollicares, foliosi, foliis brevibus rigidis glabris distantibus erecto-patentiusculis distichis; racemi breves spicati vix ramosi recti rigidi; spiculae appressae approximatae, laevissimae, majusculae; valvulae calycinae ovatae obtusae subaequales, corollinae pallide viridis, obtusae, nervosae, sat magnae. In *Carolinae maritimis.*

Obs. AGROSTIDEM *pungentem* (saltem quoad synonymon PHALARIDIS *distichae Forsk.*) UNIOLAM *pungentem* dixit *P. de Beauv.*, et jungit eandem cum U. *distichophylla* cum?

Quid UNIOLA *ciliata Pal. de Beauvois* et ab hoc allata *intermedia Bosc. Ms.?*

303. CERATOCHLOA.

1. C *unioloides Pal. de Beauv.;* paniculâ nutante patulâ, spiculis oblongo-lanceolatis compressis, 6-8floris muticis, foliorum vaginis apice barbatis, radice fibrosâ. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 115. *Hort. Berol.* I. p. 3. t. 3. (sub FESTUCA *unioloide*). *Decand. cat. h. monsp.* 1813. p. 92. *P. de Beauvois* POAM *unioloidem Retz* et FESTUCAM *unioloidem Willd.* conjungit minus fauste, nomine CERATOCHLOAE *festucoidis.* FESTUCAM *unioloidem Poiret* * hujus quoque vix esse loci credimus.

Culmus 1½-2ped., erectiusculus, teres; folia angusta glabriuscula, margine convoluta et scabriuscula; vaginae margine et ore pilosae; ligula longa truncata. Valvulae acuminatae. Nomine UNIOLAE *novae e Carolina* semina tulit *Willd.* ⊙ et ♂.

---

* An FESTUCA *unioloides Poir.;* spiculis subquinquefloris subcompressis ovatis glabris; paniculâ laxâ, pedunculis subgeminis, vaginis foliorum apice margineque pilosis, *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 636., eadem sit species cum illâ *Willdenowii*, ipse *Poiret* dubitat. „Forma spicularum, ut in FEST. *Alopecuro*, sed glabrae et minus compressae; culmi graciles, elongati, glaberrimi, foliis planis, latiusculis, glabris, longis, acutis; vaginae praesertim apice ciliatae; panicula gracilis, flexilis; pedunculi filiformes, asperi, elongati, gemini aut bifidi; spicula terminalis pedicellata; valvulae e viridi-glaucescentes, coriaceae, striatae, calycinae inaequales acuminatissimae, corollina exterior aristâ rectâ, subulatâ, vix longitudine valvulae. *In Carolina.* Colitur in orto parisino." *Poiret.*

Digitized by Google

2. C. *boryana*; glaberrima, paniculâ erectâ strictâ; spiculis lanceolatis compressis trifloris aristatis; foliis filiformibus. FESTUCA *stricta Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 636.

„Analoga FEST. *unioloidi*, sed multo gracilior et perfecte glabra; culmi fere filiformes, teretes, maximi pedales; vix binodes; folia rigida subulata, culmis multo breviora; panicula angusta, rara; rami fere simplices, elongati, rhachi appressi, et, ut haec, asperi; spiculae aliae sessiles, aliae pedicellatae; valvulae calycinae elongatae, subinaequales, acutissimae, corollinae pallide virides, albae, margine membranaceae, glaberrimae; valvula exterior concava, elongata, aristâ rectâ longitudine valvulae.“ *Poiret.* In *insula Bourbon. Bory de St. Vincent.*

304. GRAPHEPHORUM.

1. G. *melicoides P. de B.* AIRA *melicoides Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 62. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 76. *Pers. Syn.* I. p. 77. *Desvaux Journ. de Bot.* 1813. p. 71.

Panicula parva subracematim coarctata, floribus majusculis lineari-lanceolatis muticis basi villosis, foliis planis glabris, culmo erecto. In *Canada.*

305. TRIODIA. *

1. * T. *decumbens P. de B.*; paniculâ subsimplici contractâ pauciflorâ, spiculis oblongo-ovatis 3-4floris, calyce flosculos subaequante, vaginis foliisque pilosis, radice subrepente. POA *decumbens Schrad. Fl. germ.* p. 305. *Smith Fl. brit.* I. p. 107. *Engl. bot.* t. 792. *Host Gram. austr.* II. t. 72. FESTUCA *decumbens Linn. Sp. Pl.* p. 110. *Willd. Spec.* I. p. 424. *Pers. Syn.* I. p. 94. *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 131. *Hall. Helv.* n. 1435. *Fl. Dan.* t. 162. BROMUS *decumbens Koel. Gram.* p. 242. MELICA *decumbens Web. spicil.* p. 3. MELICA *rigida Wibel Werthem.* p. 117. SIEGLINGIA *decumbens Bernh. Erfurd.* p. 44. DANTHONIA *decumbens Decand. Fl. franç.* n. 1543. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 154.

Culmi cespitosi, 1-1½ped., subcompressi, rigidi, supra medium fere foliati. Folia linearia, acuminata, rigidula, carinata, ad vaginae exortum praecipue pilosa; ligulae loco series pilorum. Rami pauci, spiculas 2, raro 3 ferentes. Glumae calycinae ovato-lanceolatae, acuminatae, margine albidae aut albido et purpurascente variae, 5nerves. Gluma corollina exterior ovato-lanceolata, basi utrinque fasciculo pilorum, apice bifida, rarius 5fida. Veram esse POAE speciem, licet habitus alienus. *Schrad. l. c.* In *pratis montanis, pascuis, per omnem Europam.* 2.

---

* Gramina perennia rigidula habitu POAE vel FESTUCAE.

2. T. *pungens P. de B.*; spicâ glomeratâ ovatâ, spiculis sexfloris teretibus lanuginosis, foliis involutis rigidis. FESTUCA *pungens Vahl Symb.* I. p. 10. t. 2. *Willd. Spec.* I. p. 427. FESTUCA *mucronata Forsk. descr.* 22. n. 74. Eandem iterum ad FESTUCAS cum? retulit *P. de Beauv.*

Culmus repens, ramis superne plerumque in ramos 4 divaricatis, spithamaeos, internodiis pollicaribus. Folia bifaria, patentissima, pollicaria, pungentia, glaberrima. Vaginae articulis duplo longiores, culmum tegentes, ciliatae, fauce utrinque barbatae; ligula nulla. Spica 1½poll. Spiculae 12, alternae, glomeratae, teretes. Cal. 6-8florus, valvulis oblongis glabris. Cor. valvula exterior ovata concava mucronata hyalina lineis tribus viridibus, apice subserrulata, externe basin versus pilosa. In *Arabia*. 4.

3. T. *pulchella*; culmo repente; foliis planis subulatis scabris, ligulâ pilosâ; paniculâ valde depauperatâ; spiculis tribus subseptemfloris; glumis glabris; corollis inaequalibus basi piloso-lanatis, superiore truncato-dentatâ, inferiore trifidâ, laciniâ intermediâ aristaeformi, laterales obtusas superante. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 126. t. 47.

Rad. fibrosa; culmi subproliferi ramis fasciculatis erectis pollicaribus, internodiis nudis filiformibus angulato-sulcatis scabriusculis subbipollicaribus; folia striata, rigida; vaginae valde approximatae, striatae, ciliatae uti ligula; spiculae alternae pedicellatae; glumae calycinae lanceolatae acuminatae carinatae albidae glabrae, superior paullo major, longitudine spiculae; corollinae inaequales, inferior oblonga, trinervis concava albida, a basi ad medium pilosa, pilis lanatis albis, apice bifida, inter lacinias obtusas aristâ rectâ scabrâ basi membranaceâ lacinias superante; superior paullo brevior, oblonga, bicarinata, apice truncata, denticulata, albida, dorso ciliata, basi pilosa. Germen oblongum, glabrum; semen hyalinum oblongum obtusum, basi oblique truncatum. In *subfrigidis siccis apricis regni Mexicani inter Guanaxuato, Mina de Belgrado, et Cubilete*. 4.

4. T. *avenacea*; culmo repente, foliis planis externe pilosis margine scabriusculis; ligulâ ciliatâ; paniculâ simplici coarctatâ; spiculis subsexfloris; glumis dorso scabris; corollinis inaequalibus basi lanato-pilosis, superiore acutâ, inferiore trifidâ, laciniâ intermedia aristaeformi, laterales acutas superante. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 126. t. 48.

Rad. fibrosa; culmi ramis erectis 4-5poll., teretibus, striatis, glabris, internodiis sulcato-angulatis, 1½-2poll., nodisque glabris; folia linearia, rigida, striata ut vaginae glabrae; ligula abbreviata, ciliata; panicula oblonga pollicaris, ramis alternis rhachique pilosis; spiculae oblongae; glumae calycinae lanceolatae acuminatae carinatae purpurascentes glabrae, dorso sca-

Digitized by Google

brae, superior inferiore longior, spiculâ paullo brevior; corollina inferior duplo longior, trinervis, purpurascens, concava, oblonga bifida, aristâ inter laciniam rectâ, basi membranaceâ, lacinias superante; superior oblonga acuta margine reflexa enervis. In *convalle Mexicana montem Chapoltepec inter et Pennol de los Bannos.* 2.

5. T. *viscida;* paniculâ subcoarctatâ erectâ, ramis alternis subsimplicibus, spiculis lanceolatis subsexfloris, perianthii valvulâ exteriore infra medium carinâ marginibusque lanatis, foliis involutis patentibus, pungentibus, vaginis inferioribus viscidis. Tr. *pungens R. Brown Prodr.* I. p. 182.

Inter tropicum in novae Hollandiae littore orientali et septentrionali.

6. T. *procera;* paniculâ effusâ, ramis indivisis spicatis, spiculis breviter pedicellatis 3-4floris, glumis scabriusculis, perianthii valvulâ exteriore carinâ glaberrimâ, marginibus glabriusculis, foliis involutis laeviusculis, collo sericeo barbato. *R. Brown* l. c.

Cum viscida.

7. T. *parviflora;* paniculâ effusâ elongatâ, ramis indivisis spicatis, spiculis linearibus subsexfloris, perianthii valvulâ exteriore carinâ nudâ, marginibus pubescentibus, foliis involutis laxiusculis, ligulâ lacerâ. *R. Brown* l. c.

Cum viscida.

8. T. *microstachya;* paniculâ elongatâ subcoarctatâ, ramis indivisis spicatis, spiculis subtrifloris, glumis scabris, perianthii valvulâ exteriore obtusâ brevissime tridentatâ carinâ marginibusque glabris, foliis involutis, collo vaginae barbato. *R. Brown* l. c.

Cum viscida.

9. T. *irritans;* paniculâ coarctatâ, spiculis imbricatis lanceolatis, perianthii valvulâ exteriore basi villosâ, foliis involutis patulis rigidis pungentibus. *R. Brown* l. c.

In *littore meridionali.*

10. T. *ambigua;* paniculâ effusâ, ramis semiverticillatis indivisis spicatis, spiculis subsessilibus linearibus 8-10floris, perianthii valvulâ exteriore margine sericeâ, interiore ciliatâ, foliis involutis, ligulâ lacerâ. *R. Brown* l. c. p. 183.

Facies omnino Poae et vix genuina hujus generis species. *Ad littus meridionale.*

306. TRIDENS.

1. T. *quinquefida;* paniculâ erectâ; ramis inferioribus inferne nudis, spiculis oblongis alternis subsessilibus (sub)

Digitized by Google

sexfloris, flosculorum valvulâ exteriore dorso inferne marginibusque villosa apice quinquefida, vaginarum collo axillisque paniculae pilosis, foliis culmoque erecto glabris. POA *quinquefida Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 81. POA *festerioides Mich. Fl. Amer.* I. p. 68. TRIODIA *caprea*, paniculâ effusâ, secundâ, ramis subdivisis, spicatis, spiculis lanceolato-oblongis, sex- vel septemfloris; corollae glumâ exteriore ad nervos ciliatâ. *Jacq. Eclog. Gram.* Fasc. II. p. 21. tab. 16.

Gramen pro pabulo praestantissimum; incolis *Red-top*. Culmus firmus; panicula majuscula; spiculae subadpressae. In *pratis montosis novae Angliae ad Carolinam usque*. 4.

Obs. Pal. de Beauvois sub sua TRICUSPIDE (quae nostra TRIDENS) habet POAM *caerulescentem Mich.*, quam non invenimus, et TRICUSP. *Noveboracensem* suam, monetque, se illam a clo. *Bosc* habere, alteram a Do. *Delille* tulisse; alteram esse *e Carolina*, alteram *e Statu Noveboracensi*. — Quae vero ex illis hujus loci sit, dici nequit, cum characteres non addidisset. In tabula POAM *festerioidem* ad genus TRICUSPIS amandat, sed an species diversa vel unius alteriusve e suis synonymon sit, non addit.

307. TRIPOGÓN.

1. T. *bromoides*. TRIATHERA *bromoides Roth nov. pl. spec. Ms.* FESTUCA *mysorensis Heyne*.

Primo intuitu similis FESTUCAE *myuro* L. A BROMO recedit aristâ in medio utrinque ad marginem valvulae exterioris corollae reflexâ, dorsali paullo breviore. Calycis gluma interior rhachidis foveae immersa ut in ROTTBOELLIA. *H. in Mysore*.

308. DONAX.

1. * D. *arundinaceus P. de B.*; calycibus sub 3-5floris, flosculis calycem aequantibus (culmo basi lignoso). ARUNDO *Donax. Schrad. Fl. germ.* I. p. 225. *Willd. Spec.* I. p. 454. *Koel. Gram.* p. 275. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 89. *Host Gram. austr.* IV. t. 38. ARUND. *sativa Lam.* et *Lestib.* 227. *Hall. Helv.* n. 1516. *Moris.* III. S. 8. t. 8. f. 5. β. *versicolor*. ARUNDO *versicolor Mill. dict.* n. 3. *Moris.* l. c. f. 9.

Culmi basi lignosi 8-12ped.; folia lata, rigida; glumae calycinae subaequales, purpurascentes, flosculi 2-3 (plerumque 5 *Turra*) vix calycem excedentes. Panicula luteo-purpurascens. Cor. albida. In *Europa australiore et Sibiria, Caucaso*. 4, b.

2. D. *benghalensis P. de B.*; calycibus bifloris, paniculae erectae pedicellis trifloris. ARUNDO *benghalensis Retz Obs.* V. p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 455. AIRA *benghalensis Gmel. Syst. Veg.* I. p. 174.

Digitized by Google

Culmi alti inanes crassi foliosi. Folia glabra 2ped. et ultra, basi 2 poll. lata. Panicula 2ped., ramosissima, erecta. Pedunculi semiverticillati inaequales ramosi; flores in inferiori paniculae parte ternati, unicâ sessili, duobus pedicellatis, dein binati altero sessili, supremi solitarii. Cal. subulatus nudus biflorus, valvulâ alterâ parum longiore. Corollae duae lanâ longitudine calycis cinctae, alterâ pedicellatâ, calyce parum longiore, petalis angustis linearibus 3nerviis hyalinis. *Retz. l. c.* In *Bengala.*

3. D. *viridi-flavescens;* calycibus subbifloris, paniculâ longâ coarctatâ, spiculis acutis. Arundo *viridi-flavescens Poiret Enc. meth.* VI. p. 271.

Culmi circiter pedales, basi quidquam geniculati, glabri, recti, firmi, graciles, teretes, vestiti foliis planis angustis culmo brevioribus subasperis glabris, vaginis striatis, ligulâ brevi obtusâ. Panicula 6-8poll., viridi-flava, subspicata, pedunculis subverticillatis, spiculis numerosis angustissimis; calycis valvulae inaequales, acutae, 1-2florae, pilis longiores. In *Montevideo. Commerson.*

Poiret hanc, a *P. de Beauv.* omissam, speciem A. *bengalensem* inter et *micrantham* posuit.

4. D. *mauritanicus P. de B.;* culmo fruticoso, floribus paniculatis, calycibus 1-3floris, glumâ exteriore subaristatâ. Arundo *mauritanica Desfont. atl.* I. p. 106. Arundo *micrantha Lam. Illustr.* n. 1087. Arundo *Plinii Vitman Summ.* I. p. 128. Calamagrostis *Plinii Gmel. Syst. Veg.* I. p. 172. *Zannon. Hist.* p. 29. t. 19. f. 2. *Monti Prodr.* t. d. f.

Affinis A. *Donaci*, sed differt: culmo graciliori; foliis duplo triplove angustioribus; floribus minoribus, glumâ exteriore calycum interiorum breviter aristatâ. In *Algeria.* 2.

Minime Arundo *mauritanica Poiret* teste ipso *Poiret Enc. meth.* VI. p. 271. n. 8.

5. D. *tenax P. de B.;* foliis asperis striatis, floribus paniculatis, spiculis compressis subquadrifloris, glumis mucronatis. Arundo *festucoides Desfont. Fl. atlant.* I. p. 108. t. 34. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 270. Arundo *mauritanica* calycibus trifloris, paniculâ elongatâ; foliis angustis, involuto-junceis. *Poiret Voy.* II. p. 105. Arundo *tenax*, calycibus bifloris, paniculâ laxa, foliis involutis, subulatis. *Vahl Symb.* II. p. 25. *Willd. Spec.* I. p. 455. Arundo *biflora;* calycibus bifloris, flosculis brevioribus, paniculâ elongatâ, foliis asperis. *Lam. Illustr.* n. 1085. Arundo *ampelodesmos Cyrill. rar. Neap.* Fasc. II. t. 12. *Bertol. Plant. Genuens.* p. 23. Haec *Poiret* l. c. synonyma; *Persoon* vero cum? A. *tenacem Vahl* huc ducit, et

Digitized by Google

Willd. l. c. sine dubio A. *tenacem Vahl* cum *mauritanica* jungit.

Culmi duri, laeves, recti, 3-4ped., fere toti foliis tecti; folia inferiora cespitosa longitudine culmi, firma, 1/2poll. lata, glabra, margine denticulata, superiora paniculâ longiora; ligula magna. Panicula fere pedalis, subsecunda, ramis subverticillatis numerosis asperis, ut rhachis angulata. Calycis valvulae inaequales, longior acuminata; corollina exterior fasciculo pilorum duplo longiore. Semina fere cylindrica. *Poiret.* In *collibus sabulosis Africae borealis.* 4.

6. D. *bicolor P. de B.;* paniculâ coarctatâ elongatâ erectâ, calyce bifloro: flosculo altero sterili, glumis subaristatis, foliis glabris convolutis. ARUNDO *bicolor Desfont. Fl. Atl.* p. 107. t. 33. *Poiret Voy.* II. p. 104. *Enc. meth.* VI. p. 273. *Pers. Syn.* I. p. 102. CALAMAGROSTIS *bicolor Gmel. Syst. Veg.* I. p. 172.

Eminus paniculâ viridi et albo-subinde et purpureo-variâ distinctus. Radices durae, crassae, sublignosae; culmi recti, firmi, fistulosi, 2-3ped., vestiti foliis glaucis, rigidis, margine scindentibus, 2-3 lin. latis, ligulâ integrâ aut laciniatâ. Panicula pedalis, ramis angulatis asperis, semi-verticillatis; spiculae oblongae, cylindricae, acutae, valvulis calycinis glabris, subaequalibus, acuminatis, margine albis, longitudine corollae. Pili breves. In *sabulosis prope la Calle.*

7. D. *festucaceus P. de B.;* calycibus quadrifloris, flosculis calycem excedentibus, lanâ brevissimâ, culmo ramoso. ARUNDO *festucacea Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 126.

Culmus erectus 4ped. et ultra; folia 1 ped., 4 lin. lata, retrorsum scabra; ligula oblonga lacera; panicula diffusa; calycis valvula exterior duplo major, trinervis, interior cuspidata, uninervis; corollae valvula exterior quinquenervis, nervis tribus in mucronem brevem excurrentibus, interior angustior plana ciliata, binervis, nervis apice in mucrones elongatis. Habitus FESTUCAE *elatioris.* In *fossis profundis circa Berolinam.* 4.

Quid D. *Thouari P. de Beauv.*?

Huc quoque DEYEUXIAM *acutiflora* (ARUNDINEM *acutiflora Schrad.*) duxit *P. de Beauv.* et ARUNDINEM *montanam Willd.*, quae non occurrit, sed DEYEUXIA *arundinacea* videtur.

309. SESLERIA.

1. S. *elongata Host;* racemo spicato elongato subcylindrico bracteato, spiculis subtrifloris, glumâ corollinâ exteriori 3-5 aristatâ, radice stoloniferâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 271. *Gaud. Agrost. Helv.* II. p. 319. *Host Gram. austr.* II. p. 69. t. 97. *Decand. Fl. fr. Supplem.* p. 280. n. 1647c.

Digitized by Google

Rad. stolonifera; culmi pedales erecti, ad genicula pubescentes. Folia longitudine culmi vel paullo longiora, erecta, acuta, subcarinata, margine scaberrima. Vaginae compressae, glabrae, ligulâ brevissimâ truncatâ glabrâ. Racemus 2-3pollicaris Spiculae virides, 2-3florae, bracteis ad inferiores laciniatis. In *Istria*, *Helvetia*. 4.

2. S. *cylindrica Decand.*; spicâ densâ cylindricâ elongatâ, foliis acutissimis. *Decand. Syn. Fl. gall.* 1646. *Fl. fr. Supplem.* p. 279. n. 1647a. Sesleria *caerulea* β. *Fl. franç.* n. 1647. *Bertoloni plant. rar. ital. Dec.* III. p. 11. Sesl. *argentea Savi bot. etrusc.* I. p. 68. An? Phleum *autumnale Scop. carn.* n. 80? Koeleria *coerulea Tenore Prodr. Fl. neap.* Cynosurus *cylindricus Balb. addit. Fl. pedem.* 86. *obs.* 12.

S. *elongatae* simillima; differt: pedunculis brevissimis, paniculâ crassiore densius spicatâ duplo triplove breviore; spiculis ovatis obtusis; calyce corollis vix longiore saepeque breviore; setis calycinis brevioribus, culmo infra nodos glaberrimo. In *Gallo-provinciae alpibus*, *in locis calidissimis*, *Gaud. Fl. helv. Ms. Bertolone* junxit cum *elongata*. 4.

3. S. *tenuifolia Schrad.*; racemo spicato lineari nudo, (pedicellis inferioribus bracteatis) spiculis subtrifloris, glumâ corollinâ exteriori triaristatâ, foliis setaceis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 272. t. 6. f. 4. Sesl. *juncifolia Suffren. Host Gram. austr.* IV. t. 22. *P. de Beauv.* omisit.

Rad. fibrosa; culmi 1-1½ped., erectiusculi, graciles, rigiduli, subcompressi; folia triquetra mucronata rigidula, ad oras scabra; culmea pauca vix poll. longa, inferiora et fasciculorum multo longiora, culmo vero duplo breviora. Vaginae subcompressae glabrae, ligula truncata ciliata. Racemus pauciflorus, poll. vel paullo longior, rhachi glabrâ. Spiculae ebracteatae oblongo-ovatae, nitidae, caerulescentes, vel e viridi et caerulescente alboque variae, inferiores 2-3nae. *Duini et Monfalconii in Istria in rupibus mari imminentibus.* 4.

4. * S. *caerulea Ard.*; racemo spicato subovato-oblongo bracteato, bracteis (alternis) integris, spiculis 2-3floris, glumâ corollinâ exteriori 3 rarius 5 (dentato) aristatâ, aristis glumâ brevioribus, foliis planis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 273. *Ardoin. Spec.* II. p. 18. t. 6. f. 3-5. *Scop. carn.* n. 90. *Smith Fl. brit.* I. p. 94. *Engl. bot.* 1613. *Prodr. Fl. graec.* I. p. 52. *Gaud. Agr. helv.* I. p. 158. *Hall. Hist.* n. 1446. *Host Gram. austr.* II. t. 98. *Sturm Deutschl. Fl.* Fasc. 6. *Svensk bot.* 210. S. *caerulea* (*calcarea*) *Pers. Syn.* I. p. 72. Cynosurus *caeruleus Linn. Hort. cliff.* p. 495. *Willd. Spec.* I. p. 414. *Koel. Gram.* I. p. 374. *Roth Fl. germ.* T. II. P. 2. p. 156. *Wulfen* in *Jacq. Misc.* II. p. 66. *Jacq. Ic. pl. rar.* t. 21.

Digitized by Google

Martyn Flor. rust. t. 20. Aira *varia Jacq. vind.* 15. Cynos. *caerulescens quorumdam.* Quibusdam et Alopecurus *varius.*

Rad. obliqua; culmi ½-1ped., glabri. Folia obtusiuscula, rigidula, saepius recurva, carinata, facie glaucescentia et subinde pilosa, dorso glabra. Vaginae compressae, glabrae. Ligula brevis truncata ciliata. Racemus ½-poll., subinde brevior, compactus. Spiculae subbinatae, nitidae, caerulescentes, vel e caeruleo albido et viridi variae. Bractea ciliata. — Variat culmo humiliori, foliis brevioribus, racemo spicato minori subovato. In *collibus, apricis et rupestribus et in aliginosis per omnem Europam.* 4.

5. S. *albicans Kitaib.;* racemo spicato oblongo-ovato ebracteato; valvulis calycinis ovato-lanceolatis aristâ brevissimâ. *Schult. oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 216.

Culmi 1-1½ped.; folia vix tripoll.; valvulae ochroleucae, nec caerulescentes. In *rapibus Carpathorum* Prof. *Kitaib.* 4.

6. S. *phleoides MB.;* spicâ ovatâ, foliis planis, spiculis subbifloris, corollae glumâ exteriore subbicuspidata, interiore bicuspidatâ. *Marsch. a Bieberst. in litt. Steven.*

Affinis Sesl. *coeruleae*, nequaquam coerulescens. Spica unguicularis, pallida, vix bracteata. Calyx flosculis paullo brevior, aristâ glumis breviore. *Caucasi orientalis alpes.* MB.

7. S. *nitida Tenore;* spicâ ovatâ, (ovato-cylindricâ) spiculis quadrifloris nitidis mucronatis, corollis caeruleis; foliis vaginantibus obtusis glabris, caulinis brevioribus. *Fl. Neap. Prodr.* pag. 10.

Spica, dum floret, ovata cylindrica. Glumae corollinae dente intermedio in aristam lineam fere longam abeunte. In *pascuis siccis Montis Cerealti, in Principatu Ulteriori.* 4.

8. S. *tenella Host;* racemo spicato ovato subnudo, spiculis bifloris, bracteis subdentatis, glumâ corollinâ exteriori 5aristatâ, aristis glumâ longioribus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 275. *Host Gram. austr.* II. t. 100. S. *microcephala Pers.* (excl. syn. *Wulf.*) *Syn.* I. p. 72. *Decand. Fl. fr.* n. 1648. (excl. *Wulf. Hoppe* et *Arduin.*) Cynosurus *microcephalus Hoffm.* II. p. 49. (excl. syn. *Wulf.*). *Hoel. Gram.* p. 375. (excl. *Wulf.*). Cynosurus *capitatus Wulf.* in *litt.* Cynosurus *ovatus Hoppe* in *Sturm germ.* Fasc. VI.

A *caeruleâ*, cui proxima, differt, praeter characteres datos, habitu omnium partium teneriore, quâ tenuitate cum *sphaerocephalo* convenit, sed distinguitur: glumis calycinis ovato-lanceolatis; flosculis, inprimis superne, magis pubescentibus;

Digitized by Google

glumâ corollinâ exteriori oblongo-ovatâ, interiore semper bifidâ. Color spicularum violaceus. In *summis alpibus noricis*. 4.

9. * S. *sphaerocephala Ardnin.*; racemo spicato subrotundo bracteato, bracteis ovatis subdentatis, spiculis subtrifloris acuminatis, glumâ corollinâ exteriore uniaristatâ, foliis angustis carinatis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 275. α. *caerulescens.* S. *sphaerocephala Arduin. Spec.* II. p. 2. t. 2. *Host Gram. austr.* II. t. 99. CYNOSURUS *sphaerocephalus Wulf.* in *Jacq. Misc.* II. p. 71. *Jacq. Ic. pl. rar.* t. 20. *Willd. Spec.* I. p. 414. *Sturm Fl. germ.* Fasc. VI. β. *albida* S. *leucocephala Decand. Fl. fr.* II. n. 1649. CYNOSURUS *sphaerocephalus Koel. Gram.* p. 376. *Hoffm. Fl. germ.* ed. II. p. 49. *Pers. Syn.* I. p. 72.

Culmi digitales et ultra ped., erecti vel apice incurvati, tenues, glabri. Folia facie glaucescentia et quandoque pilosiuscula, culmea pauca brevissima, inferiora culmo duplo breviora. Vaginae subteretes, glabrae, ligulâ brevi tenuissime ciliatâ. Bracteae 2-3, lato-ovatae, inaequaliter 3-5dentatae, nitidae, glabrae, spiculis concolores. Spiculae in α aetate tandem albidae, in β ex albido dilute virescentes, aetate flavescentes, 3-4florae, majores, glumis submuticis, interdum interruptae. In *rupestribus alpium noricarum*. 4.

10. S. *alba*; spicâ ovato-oblongâ imbricatâ, bracteis alternis, petalis exterioribus lanceolatis acutis indivisis. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 52. *Sibth. Fl. gr.* t. 72. CAREX *dubia Sibth. Mss.*

Habitus fere SESL. *coeruleae*; differt spicae colore, et praecipue petalo exteriore indiviso. In *sylvis prope pagum Belgrad.* 4.

11. * S. *disticha Pers.*; racemo spicato ovato disticho. *Pers Syn.* p. 72. POA *disticha Wulf.* in *Jacq. Misc.* II. p. 74. *Jacq. Ic. rar.* t. 19. *Willd. Spec.* I. p. 400. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 307. *Gaud. Agrost.* I. p. 168. *Wahlenb. carp.* n. 80. *Hall. Helv.* n. 1447. *Sturm Fl. germ.* Fasc. VI. *Host Gram. austr.* II. t. 76. POA *seslerioides All'ion. pedemont.* n. 2208. t. 91. f. 1. *Poiret Enc. meth.* V. p. 87. CYNOSURUS *distichus Hoffm. germ.* II. p. 49. Habitus SESLERIAE. flos POAE.

Rad. fibrosa. Culmi 3-6poll., rigiduli, graciles, superne saepe scabri, basin versus geniculis 2 circiter. Folia plerumque erecta, culmea planiuscula, brevissima, inferiora complicato-setacea, vaginis plus minus pubescentibus, (in speciminibus carpathicis glaberrimis) ligulâ oblongâ acutiusculâ. Rhachis et pedicelli pilis brevibus. Spiculae breviter pedicellatae, ovatae, compressae, nitidae, 4-5florae, e caerulescente, viridi, fusco et albido variae. Glumae calycinae subaequales, ovato-lanceolatae, in plerisque trinerves. Gluma corollina exterior

Digitized by Google

obsolete 5nervis, nervo intermedio in mucronem brevem desinente. Specimen in herbario *Lamarckii* a *Poiret* (*Enc. meth.* V. p. 87) observatum differre ab iconibus *Jacquini* et *Allionii* foliis brevioribus, pedunculis longioribus. In *rupibus cacuminum alpium noricarum, rhaeticarum.* 4.

P. de Beauvois huc adhuc KOELERIAM *hispidam*, FESTUCAM *valesiacam* et SCLEROCHLOAM *duram* retulit, quoad synonymon FESTUCAE *durae*.

310. CHLORIS.

a. *Spiculis biforis:*

1. C. *panicea Willd.*; spicis subquaternis cruciatis, calycinis valvulis aristatis, oris vaginarum ciliatis. *Willd. Spec.* IV. p. 923.

Culmi 3ped. ascendentes basi radicantes subramosi. Folia plana 1½ped. retrorsum scabra. Vaginae striatae subpilosae. Ligulae brevissimae ciliatae. Spicae 4-5, 4poll., filiformes. Calycis valvulae duae lanceolatae inaequales. Arista corollae recta, flore brevior. Facies PANICI *filiformis*. In *India orientali*. 4. *Klein*.

2. C. *foliosa Cav.*; spicis subquaternis erectis, calycinis valvulis subaequalibus corollis multo longioribus, culmo ramoso stricto folioso. *Willd. Spec.* IV. p. 924. C. culmo rigidulo vaginis foliorum numerosis vestito, spicis digitatis subquinis longe aristatis. *Lagasca gen. et spec. nov. diagn.* p. 5. n. 64. ARISTIDA *pungens Hispanorum* (et Herb. *Cabrerae* cls. *Agardh*).

Folia in culmo centrali circiter 20-21, in ramis majoribus 16-18, majora pollicaria, minora semipollicaria, convoluta, subpungentia, internodiis longiora, stricta. Vaginae glabrae levissime striatae, margine et in orificio ciliatae. Ligulae brevissimae ciliatae. Spicae 3-4, pollicares et ultra. Cal. bivalvis uniflorus, valvulis lanceolatis diaphanis acutis. Cor. bivalvis, valvulis lanceolatis, exteriore apice longissime aristatâ. Pedicellus apice aristis 2 longissimis in eodem calyce loco masc. In *ins. St. Thomae Americae. Ventenat; in Portoricco Herb. Cav.* 4.

3. C. *ciliata Swartz*; spicis digitatis subquinis erectiusculis, glumis corollinis margine ciliatis. *Swartz Prodr.* p. 25. *Flor. Ind. occid.* I. p. 197. *Willd. Spec.* IV. p. 925. ANDROPOGON *pubescens Ait. Hew.* III. p. 424.

Valde affinis *barbatae* et *polydactylae*; spicae plurimae fasciculatae glabrae, valvulis acutis laevibus, petaloideis exterioribus aristatis. In *aridis Antillarum et Jamaicae.* ⊙

4. * C. *radiata*; spicis plurimis fasciculatis erectiusculis, flosculis subulatis glabris. *Swartz Prodr.* p. 26. *Fl. Ind. occid.* I. p. 201. *Willd. Spec.* IV. p. 925. C. fo-

Digitized by Goog

liis interne margineque scabriusculis, basi vaginis ligulâque ciliatis; spicis numerosis umbellato-fasciculatis; spiculis bifloris; glumis calycinis acuminato-subulatis, corollinis bifido-dentatis, aristâ valvulâ corollae inferiore ciliatâ duplo longiore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 134. *Hayne term. bot.* t. 40. f. 2. *Panzer Ideen* p. 34. T. X. f. 3. a-e. C. *virgata Durande diss.* p. 10. CYNOSURUS *scoparius Lam. Enc. meth.* II. p. 188. CHLORIS *scoparia Desfont. tabl. de l'éc. bot.* p. 14. AGROSTIS *radiata Linn. Spec.* p. 94. et *Lam. Enc. meth.* I. n. 18. ANDROPOGON *fasciculatus Linn. Spec.* p. 1483. *Moris. Hist.* III. S. 8. t. 3. f. 15. *Sloane Hist.* I. t. 68. f. 3. (pessima. *Lamarck* citat potius *Sloane* t. 65. f. 2., qui vulgo ad C. *polydactylam* ducitur).

Culmus erectus, aut procumbens, ramosus, compressus, 1-1½ ped., glaber (articulis 2 proliferis *Lamarck*); folia linearia plana striata, externe glabra, basi ciliata, (2 lin. circiter lata); vaginae striatae scabriusculae (a culmo superne distantes); ligula brevissima fimbriato-ciliata. Spicae 10-12 (15-30 *Lam.*) lineares, bipollicares, sessiles (gracillimae, fere filiformes, apice subrecurvae *Lam.*). Rhachis complanata subflexuosa scabra. Glumae calycinae lineari-subulatae carinatae dorso scabrae, superior inferiore triplo longior, spiculam subaequans. Hermaphroditi sessilis valvula inferior lanceolata carinata glabra, infra apicem bidentatum aristata, dorso scabra, apicem versus ciliata, superiore longior; superior linearis, bicarinata, bidentata, dentibus subulatis, scabriuscula, mutica. Flos sterilis aristatus; pedicellus scabriusculus, aristâ rectâ scabrâ. *Ad littora Oceani pacifici inter Guamang et Truxillo Peruvianorum, et in caltis Americae.* ⊙.

5. C. *incompleta Roth;* spicis subquinis erectis, calycis glumâ interiore, corollaeque hermaphroditae, basi pilosae, valvulâ exteriore rudimentoque masculi floris aristatis, vaginarum oris pilosis. *Roth nov. plant. Spec. Ms.* C. *radiata Heyne.*

Rudimentum pedicellatum perexiguum masculi floris ad basin interiorem hermaphroditi, longe aristatum, univalve. An ergo CHLORIS? In *India orientali.*

6. C. *pallida Willd.;* spicis plurimis fasciculatis erectiusculis, valvulis interioribus corollae hermaphroditae ciliatis. *Willd. Spec.* IV. p. 926 *Enum. H. Berol.* II. p. 1029. ANDROPOGON *provincialis Retz Obs.* III. p. 43.

Medium tenere C. *radiatam* inter et *barbatam*, et ANDROPOGONEM *provincialem Lamarck* (et *Decand.*) *Fl. gall.* 3. p. 96 nullo modo similem esse plantam, *Willdenow l. c.* Attamen *Decandolle* A. *provincialem Retzii provincialis Lamarckii* β. fecit. *Retzius l. c.* haec: Rad. fibrosa; culmi pedales basi ramosi; folia hinc inde ciliata oris nudis; spicae terminales

Digitized by Google

15-16 minime umbellatae, patulae; calycis valvulae subulatae inaequales, flosculis breviores muticae; hermaphroditi valvula exterior longior, amplectens, aristata, interior brevior ciliata. Flos neuter parvus pedicellatus aristâ brevi. Facies ANDROPOG. *barbati.* In *Gallia meridionali.* ⊙.

7. * C. *barbata Swartz;* spicis plurimis fasciculatis erecto-laxiusculis, glumis corollinis ciliato-barbatis, valvulis masculinis ventricosis aristatis. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. p 200. *Willd. Spec.* IV. p. 926. *Jacq. Eclog. Gram.* Fasc. I. p. 10. t. 8. *Panzer Ideen* p. 34. t. X. f. 2. a-f. ANDROPOGON *barbatus Linn. Mant.* p. 302. 588.

Culmus articulatus pedalis. Spicae saepius 10. — Differt a *polydactylâ:* spicis erectioribus, flosculis confertioribus magisque ciliatis, aristis longissimis, valvulis masculis utrisque aristatis. *Swartz.* A *radiatâ*, glumis corollinis latioribus apice fasciculo pilorum barbatis. In *India orientali.* ⊙.

8. * C. *polydactyla Swartz;* spicis plurimis fasciculatis laxis, glumis corollinis margine ciliato villosis. *Swartz Prodr.* p. 26. *Fl. Ind. occid.* I. p. 199. *Willd. Spec.* IV. p. 927. C. foliis scabris; ligulâ ciliato-barbatâ; spicis numerosis umbellato-fasciculatis; spiculis bifloris; glumis calycinis acuminato-subulatis, superiore flore hermaphrodito longiore, corollinis integris, inferiore longissime ciliatâ, aristâ valvulâ triplo longiore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 135. *Jacq. Eclog. Gram.* Fasc. I. p. 12. t. 9. ANDROPOGON *polydactylon Linn. Spec.* p. 1483. ANDROPOGON *barbatum Linn. Amoen. acad.* V. p. 412. *Sloane Hist.* I. p. 111. t. 65. f. 2.

„Spicae secundae sessiles longitudine digiti. Flores sessiles alterni. Cal. glaber. *Flosc. sessilis* valvulâ (corollinâ) exteriore ciliatâ lanâ albâ longitudine flosculi, apice aristâ rectâ, longitudine flosculi; *flosc. pedicellati* valvula exterior imberbis aristata.“ *Linn. amoen. l. c.* — Culmus erectus simplex, 4ped., teres, nodique glabri. Folia plana striata rigidiuscula; vaginae striatae glabrae. Ligula brevissima ciliato-fimbriata. Spicae 18-20, sessiles, fastigiatae patulae subquadripollicares. Rhachis universalis ½spoll., glabra, partiales subflexuosae, scabrae. Spiculae unilaterales sessiles. Glumae calycinae lanceolatae, carinatae, dorso hispido-scabrae, inferior brevior, florem hermaphroditum subaequans. Flos hermaphroditus sessilis. Gluma corollina inferior subrotunda, carinato-compressa obtusa, infra apicem aristata, dorso margineque longe ciliata; superior brevior, oblonga bicarinata acuta mutica carinis ciliatis. Arista recta scabra. Flos sterilis pedicellatus, valvulis oblongis obtusis truncatis glabris, inferiore infra apicem aristâ rectâ scabrâ duplo breviore quam in hermaphrodito. In *Jamaicae et Cumanae collibus, in sylvaticis opacatis Novae Andalusiae prope Quetepe.* ⊙.

Digitized by Google

Obs. Varietates duas enumerat *Vitmann Summ.* plant. VI. p. 15. *α.* culmo orgyali frutescente simplici tereti glabro, foliis lineari-ensiformibus serratis glabris, paniculâ patulâ parum ramosâ, racemis usque spithamaeis capillaribus flexuosis glabris, pedicellis alternis geminis recurvis. — *β.* culmo tripedali, frutescente; paniculâ simplici patente, racemis spithamaeis fasciculatis virgatis vel subfastigiatis; pedicellis lineam longis altero breviore.

9. C. *elegans*; foliis interne margineque scabris; ligulâ ciliatâ; spicis numerosis umbellato-fasciculatis; spiculis bifloris; glumis calycinis acuminato-subulatis, superiore florem hermaphroditum subaequante; corollinis integris, inferiore apice longe barbatâ; aristâ valvulâ (duplo et) triplo longiore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 134. t. 49.

Affinis *polydactylae.* Rad. fibrosa; culmi cespitosi, erecti aut procumbentes, ramosi, bipedales, compresso-trigoni nodique glabri; folia linearia plana striata, externe glabra; vaginae striatae glabrae; ligula brevissima, fimbriato-ciliata. Spicae 9-10 sessiles, fastigiatae, erectae, 2poll. Rhachis compressa, flexuosa, hispido-scabra; spiculae unilaterales sessiles. Glumae calycinae lanceolatae carinatae acuminato-subulatae dorso scabrae, superior inferiore fere duplo longior, hermaphroditum subaequans. Hermaphroditus sessilis, basi pilis brevibus. Valvulae corollinae inaequales, inferior subrotunda, carinato-compressa, flavescens, glabra, infra apicem aristata, margine praecipue apicem versus pilis longis albis barbata, aristâ rectâ scabrâ; superior paullo brevior, oblonga bicarinata mutica carinis scabris. Flos sterilis pedicellatus hermaphrodito brevior; valvula inferior oblonga truncata aristata glabra, superior capillaris, apice capitato-incrassata, glabra, mutica. Arista recta, scabra, brevior quam in hermaphrodito. *Inter Mexico et Quercetaro.* ☉.

10. C. *compressa*; spicis erectis plurimis umbellatis, perigonii hermaphroditi valvulâ exteriore dorso gibbâ et glabrâ, apice ciliatâ longeque aristatâ, flosculis sterilibus binis, altero aristato, altero mutico, vaginis compressis fauce pilosis. *Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 94. Ch. *polydactyla Durand. diss. excl. omn. synonym.*

Differt a Ch. *polydactyla Swartz.* culmis ramosis nec simplicibus, vaginis culmisque inferne compressis nec teretibus, spicis paucioribus, 5-6, nec 8 10 erectis, nec laxis; *Decand.* Affinis Ch. *virgatae.* In *Gallia meridionali.* ☉.

11. C. *pubescens Lagasc.*; spicis fasciculatis plurimis: flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore dorso marginibusque ciliatâ apiceque barbatâ: foliis pubescentibus. *Lagasca Varied. de Cienc. Liter. y Art. an.* 2. num. 21. p. 143. *Diagnos. gen. et spec. nov.* p. 5. Chl. spicis erectis plurimis umbellatis, perigonii hermaphroditi valvulâ exteriore oblongâ dorso subpilosâ, apice ciliatâ et longe aristatâ; flosculo mas-

Digitized by Google

culo aristato, vaginis glabris, foliis tenuiter pubescentibus. *Decand. Cat. Hort. monsp.* 1813. p. 95.

Peru. ☉. Affinis Ch. *compressae.*

12. C. *ventricosa;* spicis 3-4 digitatis divaricatis; glumis bifloris coloratis, valvulis acutis, interiore lanceolatâ; perianthiis truncato-rotundatis ventricosis scabris nudis; aristâ valvulâ parum longiore. *Brown Prodr.* I. p. 186.

Circa P. Jackson.

13. C. *truncata;* spicis 6-8 digitatis divaricatis; glumis bifloris subulatis; perianthiis truncatis compressis glabris; aristâ valvulam bis superante. *Brown* l. c.

Circa P. Jackson.

14. C. *divaricata Brown;* spicis 6-9 digitatis divaricatis; glumis bifloris subulatis; perianthiis subulato-lanceolatis scabriusculis nudis triaristatis; aristis lateralibus brevissimis intermediâ elongatâ. *R. Brown* l. c.

Inter tropicum in littore orientali septentrionalique Nov. Holl.

15. C. *pumilio Brown;* spicis 2-4 erectiusculis; glumis bifloris; valvulis acuminato-aristatis; perianthiis ciliatis lanceolatis triaristatis; aristis lateralibus valvulâ brevioribus, intermediâ elongatâ. *R. Brown* l. c.

Cum divaricata.

b. *Spicnlis multifloris:*

16. C. *penicillata Swartz;* spicis digitatis, calycibus quadrifloris dorso aristatis, petalis exterioribus hermaphroditi aristatis, penicillis barbatis. Cynosurus *penicillatus Vahl Symb.* II. p. 21. *Willd. Spec.* I. p. 416. (Chloridem potius esse *Swartz* et *Pers. Syn.* I. p. 87.)

Culmus teres erectus, superne pubescens. Spicae terminales ternae, interdum solitariae, brevissime pedicellatae, basi barbatae, 4-5poll., erectae, rarius apice parum recurvae. Rhachis extrorsum convexiuscula, intus canaliculata. Flores e latere tantum interiori sessiles alterni confertissimi subulati subcompressi patentes. Calycis valvula inferior interior ovata acuminata subdiaphana: exterior superior lanceolata attenuata interiori triplo longior, compressa carinata dorso sulco exarata, lineâ utrinque ad sulcum elevatâ ciliatâ; arista in medio valvulae erecta, flore insequente incumbento, longitudine ipsius valvulae. Flosculi basi barbati, 2 hermaphroditi, superne penicillis duobus barbati, pilisque albis longis mollissimis ciliati aristâ e medio unguiculari rectâ. Flosculi 2 minores, alter muticus. An masculi? *Vahl l. c.* In *India orientali.*

17. C. *prostrata Poir.;* spicis digitatis geminatis, rhachi spicae glabrâ muticâ; foliis a medio ad basin ciliatis,

Digitized by Google

culmo repente. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1029 sub Dactyloctenio *prostrato*, cum *Plukn. Alm.* 175. t. 300. f. 8. quem potius ad Rhabdochloam *mucronatam* spectare *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 239. An Chl. *polystachya* spicis pluribus patentibus: calycibus flosculisque glabris, muticis; culmo compresso (e nova Hispania. *Sessé*) *Lagasca nov. gen. et spec.* p. 4.?

Calyces mutici, 5flori. In *maritimis arenosis Malabariae.*

Obs. Nomine Chloridis *polystachyae* specimina culta e horto monspessulano possidemus in quibus vero culmus erectus. Reliqua omnino exactissime conveniunt.

18. C. *Tetrapogon P. de B.*; monostachya, culmo compresso, floribus dense spicatis, glumis corollae villosis, floribus omnibus aristatis. Tetrapogon * *villosus Desfont. atl.* II. p. 389. t. 255. Chloris? *villosa Pers. Syn.* I. p. 87.

Culmi recti, pedales, graciles, nodosi, compressi glabri, foliis angustis glabris laevibus elongatis acutis, lineam latis; vaginae carinatae, ligulâ brevi. Flores parvi numerosi, in spica terminali densâ 2-3poll., sessiles, quadriseriales in rhachi filiformi flexuosa, quae folio viridi-flavescente spathiformi involvitur. Cal. valvulae membranaceae laxae subaequales oblongae angustae muticae argenteae glabrae; corolla hermaphroditi valvulâ exteriore villosâ, carinatâ, truncatâ, aristâ rectâ setaceâ flavidâ, 6-7 lin., parum sub apice insertâ; interior mutica; in sterili utraque valvula villosa et aristata. In *arenosis prope Cassam.*

19. C. *elongata Poir.*; spicis 6-8nis, gracilibus elongatis; flosculis binis, uno sterili pedunculato; corollae valvulis aristatis, calycibus muticis, valvulis inaequalibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 236.

Culmi geniculati basi ramosi, 2-3ped.; folia glabra plana acuminata, supra scabra; vaginae orificio pilosae; spicae 5poll., rectae, glabrae. Flosculus sessilis hermaphr. Calycis valvula exterior elongata acuminata, altera minor obtusa. Arista recta. In *Timor. Herb. Desfont.*

20. C. *filiformis H. paris.*; spicâ solitariâ, spiculis bifloris, calycis valvulis acuminatis, corollâ basi pilosâ, valvulâ exteriore aristatâ, culmo foliisque filiformibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 237. n. 8. Nonnisi cultam plantam vivam se vidisse, quae fors eadem cum Rhabdochloa *monostachya*, sed multoties omnibus partibus minor.

---

* Character generis: *Cal.* bivalvis, triflorus, flosculis lateralibus hermaphroditis, intermedio sterili pedicellato; valvula exterior corollae aristata, in sterili utraque.

Digitized by Google

Culmi glabri tenuissimi 8-10poll., foliis longis filiformibus margine parum revolutis glabris laevissimis laete viridibus. Spica gracilis, fere recta, 11/2poll.; spiculae sessiles compressae unilaterales, sublanceolatae; flos subpedicellatus sterilis, valvulis 3 subulatis, corpusculo in centro; sessilis 2valvis basi pilosus, valvulâ exteriore aristâ rectâ; valvulae calycinae valde inaequales, laeves, apice mucronatae, exterior multo major et longior. *Poiret l. c.* *Habitat?* ☉.

21. C. *distichophylla Lag.*; spicis fasciculatis plurimis, flosculis muticis, foliis inferioribus distiche imbricatis subensiformibus. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 60.

Glumae valvula exterior sub apice aristata; spicae 24 et ultra subspithamaeae. Valvula exterior flosculi hermaphroditi ciliato-barbata. In *planitie bonariensi et in Chili.* 4. *

22. C. *retusa Lag.*; spicis digitatis subsenis, glumae valvulâ exteriore retusâ mucronatâ, flosculo hermaphrodito ciliato-barbato mutico. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 5. n. 61.

In regno bonariensi cum *distichophylla Née.*

23. C. *dolichostachya Lag.*; spicis fasciculatis plurimis laxis longissimis, glumae valvulâ exteriore aristatâ, flosculis longe aristatis, scabris. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 5. n. 62.

In *insulis philippinis D. Née.*

24. C. *crinita Lag.*; spicis fasciculatis plurimis, corollarum valvulâ exteriore apice indiviso triaristato. *Lagasca Varied. de Cienc.* An. II. n. 21. p. 143. *Gen. et spec. nov. diagn.* p. 5. n. 63.

In *insulis philippinis? D. Née.* ☉.

25. C. *rufescens Lag.*; spicis digitatis senis, glumis muticis, calycibus imberbibus, culmo compresso. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 5. n. 65.

In *insulis philippinis.*

26. C. *gracilis*; foliis interne pilosis; ligulâ ciliatâ; spicis numerosis alternis oppositisque; spiculis quadri- aut sexfloris; valvulis corollinis ciliatis inferiore bidentatâ, superiore acuminatâ; aristâ valvulam inferiorem subaequante. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 136. Hanc et sequentem *digitariam* generis fors esse proprii *Kunth.*

Rad. fibrosa; culmus erectus ramosus 11/2ped., nodique glabri; folia linearia plana striata externe glabra, glaucescentia; vagi-

* Utrum haec et proxime sequentes species quatuor hujus omnino sint generis, vel affinium, decidere non audemus ob diagnosium brevitatem.

Digitized by Google

nae striatae pilosiusculae; ligula brevissima, ciliato-fimbriata; spicae circiter 16, alternae aut oppositae, erectae, sessiles, inferiores distantes, 1-1½poll.; rhachis universalis 3poll., glabra; partiales subflexuosae scabrae; spiculae ovatae sessiles unilaterales alternae compressae, 4-6florae, flore terminali sterili; glumae calycinae lanceolatae obtusiusculae carinatae glabrae dorso scabrae flavescentes, superior longior, inferior spiculâ duplo brevior; corollinae flavescentes, glabrae, inferior duplo longior, ovato-oblonga, carinatâ, infra apicem bidentatum aristata, margine ciliata, superior oblongo-lanceolata, acuta, bicarinata, mutica, carinis ciliatis. In *calidis provinciae Jaen de Bracamoros prope Tomependa.* 4.

27. C. *digitaria;* foliis margine scabris, inferioribus interne pilosis; ligulâ ciliatâ; spicis numerosis, subverticillatis, filiformibus; spiculis quadri- aut septemfloris; valvulis corollinis ciliatis, inferiore bidentatâ, superiore acuminatâ; aristâ valvulâ inferiore triplo breviore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 136.

Differt a maxime affini *gracili:* spicis numerosioribus, filiformibus, duplo longioribus subverticillatis; spiculis multo minoribus; aristâ breviore. Culmi cespitosi subramosi bipedales; folia glaucescentia superiora utrinque glabra; vaginae inferiores pilosae. Spicae 25-30, 2-3poll. In *temperatis inter pagos Chontali et Colazey.* ☉.

28. C. *dubia;* foliis scabris, ligulâ ciliatâ, spicis numerosis alternis atque oppositis patulis; spiculis suboctofloris; floribus distantibus; valvulis corollinis subciliatis inferiore emarginato-bifidâ, trinerviâ, superiore obtusiusculâ; aristâ mucroniformi brevissimâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 137. An hujus generis vel POAE?

Rad. fibrosa, culmus erectus simplex 2-3ped. striatus nodique glabri, internodiis alternatim unico latere canaliculatis; folia linearia acuminata plana striata ut vaginae scabriusculae. Ligula brevissima ciliato-fimbriata. Spicae 12-16, distantes, 2-3poll., subfastigiatae. Rhachis universalis 3-4poll., teres, glabra, partiales scabriusculae. Spiculae breviter pedicellatae ovatae compressae, floribus distantibus, terminali neutro. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae virides glabrae, dorso scabriusculae, superior inferiore paullo longior, spiculâ duplo brevior; corollinae virides, inferior ovata carinata truncata, superior ovata bicarinata, dorso ciliata, inferiore paullo brevior. Arista saepius nulla. In *apricis subhumidis prope rupem porphyream El Pennon in convalle Mexicana.* 4.

311. EUSTACHYS.

1. E. *petraea* *Desvaux* l. c. CHLORIS *petraea* *Thunb. Prodr.* p. 20. *Fl. capens.* I. p. 409. *Swartz Fl. Ind. occid.* I. p. 194. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 58.

Digitized by Google

Willd. Spec. IV. p. 924. et *P. de Beauv. Parsh Fl. Amer. Sept.* I. p. 87. *Durande Chlor.* p. 8. 21. *Jacq. Eclog. Gram.* Fasc. I. p. 14. t. 11. CYNOSURUS *paspaloides Vahl Symb.* II. p. 21. t. 27. *Willd. Spec.* I. p. 416. AGROSTIS *complanata Ait. Kew.* I. p. 96. ANDROPOGON *capensis Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XII. t. 93. f. 3. SCHULTESIA *petraea Spreng. pug.* II. p. 17.

Culmus simplicissimus, glaber, pedalis, inferne subcompressus, erectus aphyllus; folia radicalia digitalia, vaginantia, linearilanceolata, acutiuscula, vaginis compressis equitantibus duplo angustiora. Spicae terminales (rarius 5-7) sessiles, 1-1½poll. et ultra, basi lanatae, lineares, angustae, ferrugineae, nitentes. Flores unilaterales, magnitudine seminis Milii, alterni, conferti, obtusissimi. Calycis valvula exterior major corollâ brevior aristâ longitudine floris; corollae valvulae carinatae, carinâ margineque albido ciliatae. *Ad promont. b. spei, in Jamaica, Georgia, Carolina, Florida, in rupibus calcareis.* ♃.

2. E. *submutica;* foliis scabris, ligulâ ciliatâ; spicis numerosis umbellato-fasciculatis; spiculis bifloris; glumis acuminatis; corollinis integris inferiore truncata mucronatâ subciliatâ. CHLORIS *submutica Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 135. t. 50, hujus videtur generis, cum eandem proximam dicat EUSTACHYDI *petraeae Kunth* l. c.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi, erecti, ramosi, pedales et ultra, striati, nodique glabri; folia linearia plana striata ut vaginae glabrae; ligula brevissima fimbriato-ciliata. Spicae 9-10, sessiles, fastigiatae, 1-1½poll.; rhachis universalis 4-5 lin. longa, partiales planae, subflexuosae, glabrae, axillis piloso-barbatis; spiculae unilaterales biseriales densae sessiles; glumae calycinae lanceolatae carinatae glabrae dorso scabrae, superior duplo longior, florem hermaphroditum sessilem aequans, cujus valvula corollina inferior obovata, subemarginata?, carinato-compressa, glabra, flavescens, trinervia, tenuissime ciliata, infra? apicem mucronata; superior inferiorem subaequans, oblonga, bicarinata, obtusiuscula glabra, dorso tenuissime ciliata. Flos sterilis pedicellatus, longitudine hermaphroditi, subuniglumis, glumâ obovatâ truncatâ compresso-carinatâ muticâ glabrâ. Stigmata penicilliformia. In *temperatis convallis Mexicanae ad littora lacus Tezcucensis* ☉.

313. STREPTOGYNA.

1. S. *crinita P. de Beauv. Agrostogr.* p. 80.

P. de Beauvois legit in Carolina. Specimina lecta in Gujana a clo. *Richard* (St. *guianensis*) nullâ prorsus ratione, nisi stylo trifido, differunt a caroliniana planta, teste *P. de Beauvois.*

314. DIPLACHNE.

1. D *fascicularis P. de B.;* paniculâ erectâ coarctatâ oblongâ, ramis s. pedicellis plerisque simplicibus numerosis,

Digitized by Google

recte setaceis, spiculis appressis oblongis tenuibus unilateralibus 8-10floris, foliis longissimis glabris. FESTUCA *polystachya Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 66. *Pers. Syn.* I. p. 94. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 117. et, teste *P. de Beauv.*, FESTUCA *aquatica Bosc Ms.* FESTUCA *fascicularis Lam.* (quam *Persoon* cum? ad F. *fuscam* duxit).

Tota glabra, sped., culmus rectus, satis fortis, ramosus, subcompressus; folia longissima, aspera, linearia acuta; panicula elongata ramis simplicibus numerosis fasciculatis; spiculae saturate-virides, valvulis parvis angustis acutis; arista valvulae exterioris brevis rigida. In *America septentrionali, in regione illinoënsi.* ⊙.

2. * D. *fusca P. de Beauv.;* paniculâ erectâ ramosâ, spiculis sessilibus carinatis muticis. FESTUCA *fusca L. Sp. Pl.* I. p. 109. *Willd. Spec.* I. p. 424. *Descript. de l'Egypte* t. 11.

Culmus altus ramosus; folia e vaginis latiusculis angusta, longitudinaliter involuta, subulata, longa. Panicula subdivisa. Spiculae erectae, pollicares, carinatae, obscurae, 16-24florae. In *Palaestina.*

314. TRIPLASIS.

1. T. *americana P. de Beauv. Agrostogr.* p. 81.

In *America boreali. Delille.*

315. ENNEAPOGON.

1. E. *gracilis Desvaux Journ. de Bot.* 1813. p. 70. ENNEAPOGON *Desvauxii Pal. de Beauv.* l. c.? * PAPPOPHORUM *gracile;* aristis novem plumosis, spicâ infra divisâ, apice simplici, glumis pubescentibus, foliis indivisis culmisque glabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 185.

Inter tropicum in littore orientali et septentrionali Nov. Holland.

2. E. *purpurascens Desv.* et *P. de Beauv.* l. c. PAPPOPHORUM *purpurascens;* aristis novem plumosis coloratis, spicâ lobatâ lanceolatâ, ramis alternis racemosis, glumis foliisque pubescentibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 185.

Cum gracili.

3. E. *pallidus Desv.* et *P. de Beauv.* l. c. PAPPOPHORUM *pallidum;* aristis novem plumosis, spicâ compositâ

Cls. *P. de Beauv.* hanc speciem et omnes sequentes *Brownii* cum? huc attulit, E. *Devauxii* vero sine dubio. An ergo E. *Devauxii* distincta fors species, et quidem illa, de qua *Desvaux* l. c.: „examen plantae „indeterminatae e Manilla me certiorem reddidit de genere hocce novo „et satis distincto, licet maxime affini PAPPOPHORO."

Digitized by Google

subcylindraceâ, lobis imbricatis, glumis foliisque villosis. *R. Brown* l. c.

Circa Port-Jackson aeque ac in Novae Hollandiae ora meridionali.

4. E. *nigricans Desv.* et *P. de Beauv.* l. c. PAPPOPHORUM *nigricans*; aristis novem plumosis; spicâ compositâ subcylindraceâ, lobis imbricatis; glumis tenuissime pubescentibus, foliis vaginisque glabris scabriusculis. *R. Brown Prodr.* I. p. 185.

Cum pallido.

5. E. *phleoides*; aristis novem nervisque totidem nigris, spicâ ovato-cylindricâ, ramulosâ, foliis pilosis retrorsum scabris, glumis pilosis.

PAPPOPHORUM *phleoides H. R. matrit.* (fide *Herb. Zeae*) in specimine nostro radix fibrosa videtur. Culmus pedalis, ramosus, compressiusculus, fere laevis, apicem versus, inprimis in ramis, subpubescens, vaginis striatis, tactu laevibus, pilosis, ad nodos pubescentibus, brevibus. Ligula brevis ciliata. Folia stricta, rigidiuscula, lineari-subulata, in nostro sicco convoluta, et nonnisi in ramis, tum spicam includunt, compresso-plana. Spica in nostro fere pollicaris, ramulis brevissimis, ad basin interdum uno alterove remotiusculo, spiculis sessilibus in medio spicae intermistis. Calycis biflori glumae subaequales lanceolatae obtusiusculae membranaceae obsolete trinerves glabrae laeves, margine scabriusculae, duas circiter lin. longae. Flosculus alter major, minor plerumque subpedicellatus. Gluma corollina exterior major in utraque pilosa, aristis, glumâ duplo fere longioribus, calycem vix superantibus: raro in flosculo majore aristae plures, in minore pauciores. Gluma cor. interior ovata, margine ciliata, magnitudine exterioris demptis aristis. Semina non vidimus. Flosculus minor saepe sterilis videtur. Habitat? *in Amer. meridion.?*

316. PAPPOPHORUM.

1. P. *alopecuroideum.* (Paniculâ angustatâ subspicatâ, glumis superne multifido-ciliatis, quasi pappiferis. *Lam.*) *Vahl Symb.* III. t. 51. *Willd. Spec.* I. p. 458. SACCHARUM *pappiferum Lam. Illustr.* n. 773, teste *Palis. de Beauv. Agrost.*

Culmus ramosus 3-4ped.; folia convoluto-subulata, striata, culmo breviora; panicula erecta subspicata, 1½ped., facie AGROSTIDIS *paniceae. America, ad fodinas Spanish-Town.* 4.

2. P. *cenchroides*; culmo ramoso foliisque pubescentibus, paniculâ spicatâ. *Lichtenstein Spicileg. Fl. capens. Mss.*

Habit. in terra Coranarum inter Il Haigarieb et Leeuwenkail.

Digitized by Google

PAPPOPHORUM *squarrosum* calycibus multifloris *Russel Beschr. v. Aleppo*, II. p. 224. genus proprium efformat, monente *R. Brown Prodr. nov. Holl.* I. p. 185, sed plura non addidit de planta hacce nobis caeterum ignotâ.

317. ECHINARIA.

1. * E. *capitata Desfont. Fl. atl.* II. p. 385. *Pers. Syn.* I. p. 71. *Decand. Fl. franç.* n. 1644. SESLERIA *echinata Host Gram. austr.* III. p. 6. t. 8. S. racemo spicato globoso subnudo, spiculis subbifloris, glumâ corollinâ exteriori 4-5aristatâ, aristis subulatis rigidis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 277. CENCHRUS *capitatus Linn. S. V.* p. 947. *Willd. Spec.* I. p. 317. *Vahl Enum.* II. p. 304. *Koel. Gram.* p. 378. *Flor. graec.* I. p. 81. t. 100. PANICASTRELLA *capitata Moench meth.* p. 206.

Rad. fibrosa. Culmi 1-6pollicares, erecti, rigiduli, glabri, subinde pilis brevibus. Folia linearia acuta planiuscula, apicem versus carinata et reflexa, rigidula, una cum vaginis compressis pubescentia, culmea sensim longiora. Ligula brevis acutiuscula, lacinulata. Bracteae, si adsunt, parvae, formâ variae. Spiculae breviter pedicellatae, obovatae, subcompressae, scabrae, virescentes, floseulo altero minore masculo aut foeminino. Aristae rigidae: media glumâ duplo longior. In *herbidis Europae australis et Africae borealis, et in Bithynia.* ☉.

318. TRIRAPHIS. *

1. T. *pungens;* paniculâ effusâ, perianthii valvulâ exteriore coriaceâ tenuissime pubescente, aristis aequalibus, intermediâ simplici, foliis involutis strictis patulis. *R. Brown Prodr,* I. p. 185.

Inter tropicam in littore orientali et septentrionali nov. Holland.

2. T. *mollis Brown;* paniculâ coarctatâ, perianthii valvulâ exteriore villis patulis barbatâ, aristâ intermediâ utrinque lacinulâ setaceâ auctâ. *R. Brown* l. c.

Cum pungente.

319. RHABDOCHLOA.

1. * R. *cruciata P. de Beauv.;* spicis subquaternis cruciatis, calycinis valvulis acuminatis, oris vaginarum glabris. CHLORIS *cruciata Willd. Spec.* IV. p. 923. *Swartz Prodr.* p. 25. *Fl. Ind. occid.* I. p. 192. *Pers. Syn.* I. p. 87. AGROSTIS *cruciata Linn. Sp. Pl.* 94. *Sloane Hist.* I. p. 112. t. 69. f. 1.

---

* Gramina tropica, hinc TRIODIAE et PAPPOPHORO, inde ECTROSIAE et CHLORIDI affinia. *Br.*

Digitized by Google

Culmi ascendentes basi ramosi; folia angusta glabra; vaginae breves striatae. Spicae filiformes poll. Calycis valvulae inaequales lanceolatae biflorae. Corollae longe aristatae. In *campis aridis Jamaicae.* ⊙. Eandem et VILFIS inseruit *P. de Beauv.* cum?

Obs. Cum ab omnibus in diagnosi petantur: *ora vaginarum glabra*, nescimus an, laudatâ omni licet supra adductâ synonymiâ, hujus loci sit CHLORIS *cruciata* foliis vaginisque glabris *ore barbatis;* spicis subquaternis cruciatis; spiculis bifloris, glumis calycinis acuminatis, corollinis bifido-dentatis, aristâ valvulâ corollae inferiore subciliatâ longiore, *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 133. Descriptio hujus sequens: Rad. fibrosa; culmi suberecti ramosi 3-6poll., teretes, filiformes, glabri uti nodi. Folia linearia angustissima plana, utrinque margineque glabra; vaginae glabrae striatae, ore pilis sparsis barbatae; ligula brevis; spicae patulae semipollicares sessiles; rhachis flexuosa scabriuscula; spiculae sparsae breviter pedicellatae unilaterales lineares, flore hermaphrodito sessili, glumae calycinae carinatae hyalinae glabrae, superior inferiore triplo brevior, hermaphrodito brevior. Valvula inferior corollae hermaphroditi lanceolata, carinata, infra apicem bidentatum aristâ, glabra, dorso scabra, margine apicem versus ciliata, superiore longior; superior linearis, bicarinata, apice bidentata, scabriuscula, mutica; arista scabra recta. Flos sterilis aristatus pedicello scabriusculo. *In montosis insulae Cubae inter Regla. Guanavacoa, et Havana.* ⊙.

2. R. *mucronata P. de B.;* culmo repente, spicis plerumque quatuor, rhachi triangulari mucronatâ, spiculis subquadrifloris, glumâ exteriore mucronatâ. CHLORIS *mucronata Mich. Flor. Bor. Amer.* I. p. 59. *Pers. Syn.* I. p. 87. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 238. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 88. ELEUSINE *cruciata Lam. Illustr.* t. 48 f. 2. *Plukn. Almag.* 175. t. 300. f. 8. β. CYNOSURUS *aegyptius Linn.* fide *Poiret* l. c. * AEGILOPS *saccharinum* spicâ secundâ, culmis decumbentibus, glumis trifloris. *Walt. Fl. carol.* p. 249. *Gmel. S. V.* p. 178.

P. de Beauv. sine dubio huc, cum? ad DACTYLOCTENIA. *Willdenowio*, qui CHL. *mucronatam Mich.* (excl. tamen synonymis) huc ducit, DACTYLOCTENIUM est *mucronatum*, spicis digitatis quaternis, rhachi spicae glabrâ mucronatâ, calycis valvulâ exteriore aristatâ, foliis e medio ad basin ciliatis, culmo repente *Enum. Hort. Berol.* II. p. 1029. Quibusdam CENCHRUS *mucronatus.* *A Virginia ad Georgiam, in cultis, inque Antillis.* ⊙.

3. R. *virgata P. de Beauv.;* spicis plurimis fasciculatis erectis, valvulâ calycinâ exteriore aristatâ, corollina exteriore gibbosâ, dorso apiceque ciliatâ, aristis longioribus.

---

* „Quamvis recentiorum auctores quidam pro specie distincta habuissent CYNOSURUM *aegyptiacum Linn.*, fatemur tamen, examinatis exemplaribus indicis et americanis, nos nunquam ullam differentiam specificam invenisse." *Poiret* l. c.

Digitized by Google

CHLORIS *virgata Swartz Fl. Ind. occ.* I. p. 203. *Willd. Spec.* IV. p. 927. CHL. foliis scabris, ligulâ ciliatâ, spicis numerosis fasciculato-umbellatis; spiculis bifloris; glumis calycinis aristatis, corollinis bifido dentatis, aristâ valvulâ corollae inferiore ciliatâ triplo longiore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 134.

Differt a CHL. *radiata:* valvulis corollae hermaphroditis oblongis, calycibus distichis aristatis. *Swartz l. c.* Culmus erectus ramosus tripedalis striatus nodique glabri; folia plana linearia striata utrinque margineque scabra; vaginae glabrae striatae ore pilosae; ligula brevis fimbriato-ciliata; spicae 8, sessiles, umbellatae, patulae, 3poll.; rhachis compressa scabra; spiculae sessiles densae oblongae bifloraе; glumae calycinae lanceolatae carinatae, dorso scabrae, superior major, hermaphroditum superans; aristae breves rectae scabrae. Hermaphroditus sessilis: valvula corollae inferior ovata, carinato-compressa, infra apicem bidentatum aristata, aristâ, rectâ, scabrâ, glabriuscula, margine barbato ciliata, superior paullo brevior, bicarinata, bidentata, mutica, carinis ciliato-scabris. Flos neuter pedicellatus: valvulae corollinae glabrae, inferior carinata, truncata, aristâ rectâ scabrâ duplo breviore quam in hermaphrodito. In *Antigua Swartz; in planitie montana regni novae Hispaniae, Tulam inter et urbem Mexico Humb.* et *Bonpl.* ☉.

4. * R. *domingensis;* paniculâ ramoso-digitatâ, ramis simplicibus, spiculis subquinquefloris, subsessilibus, flosculis omnibus aristatis. CYNOSURUS *domingensis Jacq. Misc.* II. p. 363. *Ic. rar.* t. 22. CYNOSURUS *virgatus* β. *Willd. Spec.* I. p. 417. FESTUCA *domingensis Lam. Illustr.* n. 1032. *Poiret Suppl.* II. p. 635. BROMUS *capillaris Moench meth.* p. 194. ELEUSINE *domingensis Pers. Syn.* I. p. 87. ELEUSINE spicis alternis remotis patentibus, spiculis alternis distantibus, flosculis omnibus aristatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 113. *Panz. Ideen* p. 52. t. X. f. 1. a-f.

Culmi 2-3ped., teretes, glabri, basi saepe ramosi; folia ensiformi-linearia, acuta, plana, margine retrorsum aculeato-scabra, vaginâ hirsutâ. Panicula terminalis erecta filiformis; spicae alternae et oppositae, basi fasciculo pilorum; arista purpurea aspera, recta; semen minutum. In *S. Domingo, Jamaica, Hispaniola.* 4. Confer LEPTOCHLOAM *virgatam.*

320. KOELERIA. *

a. *Genuinae: flosculorum valvulis exterioribus nitidis margine subscariosis acuminatis fere semper exaristatis.*

1. * K. *cristata Pers.;* paniculâ spiciformi basi interruptâ glabriusculâ, spiculis 3-4floris subaristatis (muticisve)

* Sequimur in dispositione generis hujus *Decandollium* in *Cat. hort. Monsp.* (1813) p. 116. Quasdam generis hujus species *Hoppe* nunc DUVALIAS dixit.

Digitized by Google

acutissimis, foliis planis, inferioribus ciliato-pubescentibus, culmo (sub paniculâ) glabro. *Decand.* l. c. *Fl. fr. Suppl.* p. 268. n. 1597ª. *Pers. Syn.* I. p. 97. *Gaud. Agr.* I. p. 48. AIRA *cristata Linn. Spec.* p. 94. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 255. POA *cristata Willd. Spec.* I. p. 402. P. *cristata Lam.*; paniculâ spicatâ, calycibus subpilosis, subquadrifloris, pedunculo longioribus, petalis aristatis. *Lam. Illustr.* n. 975. *Poiret Enc. meth.* V. p. 76. *Decand. Flor. franç.* (excl. β. et γ. et FEST. *splendens Pourret*). *Host Gram. austr.* II. t. 75. FESTUCA *cristata Vill. dauph.* II. p. 93. DACTYLIS *cristata Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 67. DACTYLIS *caudata Brotero Fl. lusit.* COLLINARIA *Ehrh. phyt.* n. 31. FESTUCA *Hall. Helv.* n. 1444.

β. *glabra, mutica*; AIRA *cristata Smith Fl. brit.* p. 83. *Engl. bot.* t. 648.

γ. *pyramidalis*; POA *pyramidalis Lam.*; paniculâ pyramidali, glumis laevibus nitidis muticis trifloris, vaginis villoso-pubescentibus. *Lam. Illustr.* n. 978. *Poiret Enc. meth.* V. p. 76.

δ. *gracilis Pers. Syn.* I. p. 97. POA *nitida*; paniculâ spicatâ basi interruptâ subramosâ, spiculis bifloris nitidis muticis *Lam. Illustr.* n. 977. *Poiret Enc. meth.* V. p. 76. (et hoc teste *Leers Fl. Herborn.* t. V. f. 6.).

ε. *grandiflora*, spiculis magnis dilatatis *Richard.* P. *cristata* α. *Pers. Syn.* I. p. 97.

ζ. *violacea*: foliis angustissimis, culmis spicisque violaceis. AIRA *cristata* β. *LaPeyr.*

β. foliis glabris, quam *Wahlenberg* et *in Carpathis*-invenit (*Fl. Carp.* n. 79.) culturâ perstare scimus aeque ac δ. *gracilem*. Cl. *Kitaibel* varietatis mentionem fecit in litteris, cui folia radicalia glabra, culmea pubescentia, non ciliata. In γ., *gracili* affini colore inprimis spicularum argenteo, panicula patens laxa ramis inferioribus elongatis divaricatis, culmi 2ped. glabri glaucescentes, folia plana brevia fere obtusa utrinque tomentoso pubescentia; vagina ultima praelonga totum fere culmum involvens; flores parvi. In δ. folia breviora quam in α ut et culmus, valvulae glabriusculae argenteae. Tota tenuior et gracilior. ζ. In *Prats de Molle*. In *collibus, pascuis, muris, per omnem Europam et ad Caucasum*. 4.

2. K. *lobata*; spicâ lobatâ ovatâ, spiculis trifloris, glumis (brevissime) aristatis, foliis glabris. DACTYLIS *lobata Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 67. n. 170. [Synonyma videntur: AIRA *cristata Smith Brit.* AIRA *glauca Schrad. Fl. germ.* In *Fl.* t. c. descripsi plantam valde macilentam, quam postea magis vegetam, habitu POAE

Digitized by Google

cristatae L. per Tauriam et alibi per Rossiam meridionalem legi. *Marsch. a Bieberst. in litt.*]

K. *cristatae* proxima, sed minor et glabra; folia radicalia breviora latioraque, vaginâ summâ tumidiusculâ. Spica brevis glabra, nec rhachi ped cellisque pubescentibus, ut in praecedente. Affinis SESLERIIS et POAE *distichae*. In *Tauriae pascuis apricis siccis*. 4.

3. K. *glauca*; paniculâ spiciformi basi interruptâ glabrâ, spiculis 2-3floris obtusiusculis, foliis planis glabris glaucis, culmo longe exserto glabriusculo. *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 116. *Aira glauca Schrad. Fl. germ.* 1. p. 256. POA *glauca Schkuhr c. Hort. Wittenberg.* 1799. p. 49. β. foliis filiformibus rigidis glaucis. *Afzel.*

Affinis duabus prioribus, a quibus, praeter notas indicatas, differt: ligulâ paullo longiori, glumis obtusiusculis, valvulâ superiori binervi, nervo laterali vix medium attingente, flosculis minoribus. *Schrad.* In *arenosis prope Wittenberg, et in Scania*, β. *in Oelandia*. 4.

Obs. In exemplari nostro Sprengeliano ut et in reliquis culmus sub spica velutinus.

4. K. *pensylvanica Dec.*; mutica; paniculâ lanceolatâ laxâ erectâ, flosculo altero sessili, altero pedicellato, foliis pubescentibus. *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 117. AIRA *pensylvanica Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* II. 1810. p. 299. t. 7. et *cat. H. halens.*

Pedalis cespitosa tenera. Rad. repens; folia pollicaria, lineam lata, flaccida, linearia, ciliato-pubescentia; vaginae glabriusculae. Panicula nuda, gracilis, flosculis flavidis nitentibus. Glumae calycinae biflorae subaequales, carinâ ciliatae, corollinae levissimae muticae. Semen globulosum. *Decand.*, qui l. c. hanc speciem definit: „paniculâ sublatâ vix spiciformi glabrâ, spiculis bifloris obtusiusculis, foliis planis culmoque glabris" differre illam ab omnibus ait: „1° paniculae ramis erectis equidem, sed longiusculis, magis distantibus, ideoque paniculam vix spiciformem constituentibus; 2° spiculis dimidio fere minoribus;" flosculos glumas carinâ scabriusculas superare. AIRA est aliis Botanicis. An eadem cum AIROPSI *obtusata?* In *Pensylvaniae pratis*. 4.

5. K. *albescens*; paniculâ spiciformi hinc-inde subinterruptâ, basi folio superiore subvaginatâ, glabriusculâ; spiculis 2-3floris acuminatis muticis, foliis inferioribus pubescentibus angustissimis siccitate convoluto-setaceis. β. *glabra. Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 117. *Fl. fr. Supplem.* p. 269. n. 1597b.

α palmaris, glauco-albida, omnia pube molli brevi velutinâ, pilis longioribus ad ligulam brevissimam, paniculâ parum constrictâ. β. minus albescens, magis rigida, folio supremo

paniculam non attingente, paniculâ multo magis constrictâ, nec interruptâ. α. *in Gallia prope Tolosam ad pagum Gimont in sterilibus et in maritimis arenosis*; β. *in arenosis maritimis agr Pictavini. Dec.*

6. K. *valesiaca*; paniculâ dense spicatâ glabriusculâ, spiculis 2-3floris acuminatis (sub) muticis, foliis inferioribus convoluto-setaceis glaberrimis, culmo longe exserto glabro. *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 117. *Gaudin Agr.* I. p. 149. K. *pyramidata P. de Beauv.?* AIRA *valesiaca All. auct.* p. 40. *Sut. Fl. Helv.* I. p. 40. POA *cristata* γ. *Fl. franç.* Ed. III. n. 1621. FESTUCA *Hall. Helv.* n. 1445.

β. procerior, foliis radicalibus latioribus. Ab AIRA *glauca*, characteribus datis satis distincta. *Ad margines agrorum in collibus apricis Valesiae inferioris.* 4.

7. K. *setacea*; paniculâ dense spicatâ, spiculis 2-3floris acuminatis muticis, glumis dorso ciliatis, foliis inferioribus convoluto-setaceis glaberrimis, culmo longe exserto apice velutino. *Decand. Cat. Hort. monsp.* (1813.) p. 118. *Fl. fr. Suppl.* p. 269. n. 1597. c. *Koeleria tuberosa* et β. *setacea Pers. Syn.* I. p. 97. (fide *Decand.* exclus. tamen in *Pers. Syn. Allion.* et *Smith*). *Festuca splendens Ponret act. tolos.* 3. POA *pectinata Lam. Illustr.* I. p. 183. paniculâ spicatâ nitidâ, glumis patulis pectinatis subquinquefloris, culmo superne villoso. *Illustr.* n. 974. t. 45. f. 4. *Enc. meth.* V. p. 75. β. culmo apice glabriusculo.

Similis praecedenti *valesiacae*, a qua differt: glumis carinâ ciliatis nec vix scabriusculis. Culmi fere pedales; folia inferiora fere capillaria, subrecurva, culmea brevia lata acuta plana; panicula brevis ovata, obtusa, ramis patentibus fere pectinata. Spiculae ut plurimum quinquefloraе. β. inter utramque media. In utraque culmi basi agglomerati et subincrassati. In *montosis apricis Galloprovinciae superioris, Hispaniae.* 4.

Obs. P. de Beauv. K. *pectinatam* cum *Pers. Syn.* p. 97. varietatem facit *cristatae*, *setaceam* pro varietate habet *tuberosae*, et *tuberosam* cum? adducit. Et ill. *La Peyrouse* nos quoque monuit, esse radice tuberosâ, foliis brevibus setaceis duris, spicâ cylindricâ, calyce 2-3floro subovali obtusiusculo inermi glabro, corollâ subaristatâ.

b. *Koeleriae festucaeformes. Flosculorum valvulae exteriores hirsutae in aristam terminalem productae.*

8. K. *hirsuta*; paniculâ spiciformi subovatâ basi vix interruptâ, spiculis bifloris hirsutis, valvulis exterioribus apice aristatis, foliis angustissimis subconvolutis glabris, culmo exserto apice tomentoso. *Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 118. *Gaud. Agrost.* I. p. 150. AIRA *hirsuta Hall. fil.* FESTUCA *hirsuta Decand. Fl. fr.* n. 1592.

Digitized by Google

Habitus Airae aut Phlei. Culmi recti pedales, nodis 2-3 purpureis; folia rigidiuscula, supremum longe vaginatum; panicula e viridi-violacea, bipollicaris, pilis albis; rudimentum flosculi tertii; arista recta, firma, fusca, scabriuscula. In *Vallesiae pascais alpium editiorum, ad Rhodani fontes.* 2.

c. Koeleriae *spuriae: flosculorum valvulae exteriores sub apice aristatae et supra aristam saepius emarginatae.*

9. K. *villosa;* paniculâ spiciformi ovali cylindraceâ, spiculis (sub) bifloris dorso villosis acuminatis, valvulâ calycinâ exteriore sub apice aristulatâ, foliis planis (vaginisque) molliter villosis. *Decand. H. monsp. Cat.* (1813.) p. 118. Koeleria *pubescens P. de Beauv.* Phalaris *pubescens Lam. Enc. meth.* I. p. 92. *Decand. Fl. franç.* n. 1487. *Desfont. Fl. atl.* II. p. 446. Phalaris *Barrelieri Tenore:* paniculâ cylindricâ spiciformi, glumis calycinis divaricatis planis ovatis ciliatis argenteis, corollarum valvis interioribus bidentatis, foliis pilosis. *Fl. Neap. Prodr.* p. 8. (fide specimin is). *Gerard prov.* n. 4. t. 1. Aira *pubescens Vahl Symb.* III. p. 9. *Willd. Spec.* I. p. 377. *Cavan. descripc.* p. 44. *Hornem. Hort. Hafn.* I. p. 86. Alopecurus *littoreus Allion. pedem.* n. 2151. β. Holcus *arenarius Allion. auct.* p. 46. *Bellard. auct. Mem. de Turin.* V. p. 252. γ. *capillaris*, culmo graciliore glabro, foliis minus pubescentibus. Aira *ciliaris Suecorum. P. de Beauv.* huc *pubescentem* et *villosam* cum? posuit. Phalaridem *pubescentem Poiret*, et Airam *pubescentem Vahl, Poiret Enc.* V. p. 93. minus fauste ad Koeleriam *cristatam* duxit.

Culmi basi saepe ramosi, pedales, inferne infracti, 2-4nodes, internodiis 3-4pollic., vaginati. Folia attenuata, 2-3pollicaria, utrinque pilis molliter villosa ut vaginae. Ligula series pilorum. Panicula villosa, demum elongata, bipollicaris, crassitie digiti intermedii. Pedicelli brevissimi; calycis valvulae lanceolatae, flosculis longiores, saepe villosae. Corollae geminae, altera pedicellata, altera sessilis, valvulis hyalinis, exterior longior carinâ viridi. Arista infra apicem brevissima. — „Spiculae 1-2-3florae, superiores saepe masculae. Culmus in α longe exsertus nudus, in β vaginâ subinflatâ folii supremi omnino tectus." *Decand.* In *maritimis arenosis humidis maris mediterranei.* γ *in Suecia.* ⊙.

10. * K. *phleoides Pers.;* paniculâ spiciformi cylindraceâ, spiculis 2-5-8floris, flosculorum valvulâ exteriore extus piloso-exasperatâ sub apice aristatâ, aristâ molli flosculo longiore, foliis planis pilosis, culmo glabro. *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 119. *Pers. Syn.* I. p. 97. Festuca *cristata Linn. Spec.* p. 111. *Willd. Spec.* I. p. 426. *Enum. H. Berol.* I. p. 117. Festuca *phleoides All. auct.*

Digitized by Google

Fl. pedem. n. 2249. p. 2. *Vill. delph.* II. t. 2. f. 7. *Desfont. Fl. atl.* I. t. 23. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 419. *Bertolon. rar. Ligur. Dec.* I. n. 5. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 340. *Decand. Fl. fr.* n. 1593. *Host Gram. austr.* III. t. 21. POA *phleoides Lam. Illustr.* n. 976. BROMUS *trivialis Savi Fl. pis.* I. p. 124. BROMUS *alopecuroides Lagasca* gramen Alopecurum, viridi et molli spicâ. *Barrelier Ic.* t. 123. f. 1. *Scheuchzer Agr.* p. 246. t. 5. f. 5. Hanc fuisse originariam AIRAM *cristatam Linn.* ex specimine *Loefflingiano* in collectione cli. *Montin Swartz* et *Agardh* testantur *in litt.* De *Allionio* certus est *Bertolone*, licet *Decand.* huc ducat ALOP. *ciliatum Allion.* n. 2150. cum? fors quia habitus ALOPECURI: de icone vero cli. *Desfontaines* monet, male in icone optima repraesentari petalum interius integrum. Hinc fors AVENAM *pumilam Desfont.* alii huc perperam ducunt.

Culmi adscendentes, geniculati, 1/2-1ped.; folia angusta, pubescentia vel glabra, vaginis interdum margine ciliatis; stipula albo-scariosa, truncata; paniculâ 1-2poll.; pedunculi brevissimi pubescentes; spiculae compressae duarum circiter lin.; glumae calycinae muticae inaequales, pubescentes, alterâ flosculis simili, alterâ breviore angustioreque; corollina exterior dorso viridis, pubescens vel glabra, aristâ lineam longâ tenuissimâ, interior mutica bifida. Variat spiculis hispidis aut tuberculato-scabris. In *regionibus Europae australis, circa Mediterraneum, et in Tauriae campis.* ⊙.

Obs. 1. POA *phleoides Lam.* et FESTUCA *phleoides Desfont.* a *Poiret Enc. meth.* V. p. 76. saltem ut varietates distinctae ad POAM *cristatam* s. KOELERIAM *cristatam* ducuntur; P. nempe *phleoides Lam.* spicâ tereti indivisâ, glumis subsessilibus, 2-3floris, villosis subaristatis *Illustr.* n. 976 est illi POA *cristata* A; et F. *phleoides Desfont.* paniculâ spicatâ, glumis ciliatis, spiculis 5-8floris, aristâ intra apicem brevissimâ *Flor. atl.* I. p. 90 illi est P. *cristata* B. Huc potius spectare has plantas quam ad K. *cristatam*, certissimum, sed varietates sistere satis insignes, aeque certum. Quid a plerisque hic adductus ALOPECURUS *ciliatus Allion.* n. 2150., culmo spicato erecto, glumis ciliatis.? *Ger. Gallo-provinc.* p. 74.

Obs. 2. Specimina à DD. *Savi* et *Bertolone* nobis missa, *circa Sarsanam et Pisas* lecta, bipedalia culmis inferioribus vix spithamaeis quam exactissime referunt *Hostii* plantam, culmo vero intermedio bipedali spica est quinquepollicaris, *lobata*, seu, si mavis, ramosa, ut jurares, si videres solitariam, diversissimae esse speciei plantam, quae nequidem varietas.

11. K. *hispida*; paniculâ spiciformi ovato-cylindraceâ, spiculis 3-4floris, flosculorum valvulâ exteriore sub apice aristatâ extus pilosâ, aristâ rigidâ flosculi longitudine, foliis planis pilosis, culmo glabro. *Decand. Cat. Hort. monsp.*

Digitized by Google

(1813.) p. 119. FESTUCA *hispida Savi Fl. pis.* p. 117. t. 1. f. 5. CYNOSURUS *phleoides Desfont. Fl. atl.* I. p. 18. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 396.

„Genus dubium, fors DACTYLI jungendum. Arista sub apice." *Decand. l. c.* Spicâ similis PHLEO. Culmi simplices recti glabri 8-10pollicares, superne nudi. Folia latiuscula. Bracteae parvae membranaceae. Valvulae calycinae inaequales parvae acutae concavae, calycina exterior ciliata, aristâ brevi. In *arenosis maritimis Mediterranei.* ⊙.

12. K. *brachystachya;* paniculâ spiciformi ovatâ, spiculis 5-7floris, perigonii valvulâ exteriore glabratâ sub apice aristatâ, foliis planis pubescentibus, culmo glabro. *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 120. KOELERIA *avenacea P. de Beauv. Hortulanorum:* FESTUCA *phleoides*, BROMUS *phleoides*, FESTUCA *cristata*, PANICUM *astracanicum*, (hoc nomine ex *H. havn.* tulimus). AVENA *panicea* etc.

A K. *festucoide* diversa habitu minore, culmo basi multiplici vix digitali.? ⊙.

13. K. *macilenta Decand.;* paniculâ gracili, laxiusculâ; spiculis 3-4floris glabris lucidis subaristatis; radice annuâ. *Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 270. n. 1597. f.

Rad. gracilis fibrosa; culmi solitarii, aut 2-4, recti, simplices, graciles, filiformes, 5-7poll., tecti, ut folia, pube rarâ, subgriseâ, molli, pilis sub lente deflexis; ligula brevissima aut nulla; folia angusta, acuta, sicca margine suboonvoluta, supremum longe a panicula recta distans; rhachis pedicellique ramosi congesti subpubescentes; gluma calycina exterior magna, compressa, acuta, carinata, margine laevis, dorso subaspera; exterior minima, angustissima, acuta; valvula corollina exterior sat magna, carinata, in aristam brevissimam attenuata, interna minima. Stamen in sicco unicum. *Decand.* An KOELERIA? An VULPIA *pilosa Gmelin Fl. bad.*? In *sabalosis siccis maritimis circa Palestras prope Monspelium.* ⊙.

321. DACTYLIS.

1. * D. *glomerata;* paniculâ secundâ glomeratâ, foliis carinatis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 311. *Willd. Spec.* I. p. 408. *Smith Fl. brit.* I. p. 111. *Engl. bot.* t. 335. *Schult. baier. Flor.* n. 35. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 152. *Flor. Dan.* n. 743. *Schreb. Gram.* I. p. 78. t. 8. f. 2. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 6. *Svensk bot.* n. 32. *Mart. Fl. rust.* t. 14. *Host Gram. austr.* II. t. 94. BROMUS *glomeratus Scop. carn.* n. 111. *Koel. Gram.* p. 244. *Hall. Helv.* n. 1512. FESTUCA *glomerata Vill.* II. p. 96. *Savi Fl. Pis.* I. p. 111. *Spreng. pug.* II. p. 22. *Panzer Ideen* p. 22. t. VIII. f. 2. a. d. e. Gramen paniculâ torosâ, pratense asperum. *Morison Hist.*

Digitized by Google

III. Sect. 8. Tab. VI. f. 38. β. *laevigata* foliis planis laevibus. *Fries novit. suec.* p. 5.

Rad. crassa; culmi 1½-3ped., erecti, basi saepe infracti, glabri. Folia glabra, acuminata, scabra, ut vaginae, ligulâ elongatâ, obtusâ vel acutiusculâ. Panicula ante et post anthesin coarctata. Rhachis et rami scaberrimi, angulis ciliatis. Spiculae scabrae, 3-4florae, virides aut viridi et purpurâ variae. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae; major 4-5nervis; minor angustissima, nervo unico. Gluma corollina exterior lanceolata quinquenervis. β. differt: colore glauco, culmis laevibus strictissimis altioribus, foliis planis vaginisque laevibus, ligulâ multifidâ, paniculâ majori albidâ, rhachi glabrâ, spiculis multifloris, glumis calycinis acutioribus, carinâ ciliatâ, ciliis longioribus. β. *in littore baltico ad Warberg.* α. *per omnem Europam et in Sibiriae pratis, ad vias.* β. *et in Italia in Genuae viciniis.* 4.

2. D. *glaucescens Willd.*; paniculâ secundâ glomeratâ, spiculis 6-8floris, foliis carinatis glaucescentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 111.

Spontanea pedalis, culta altitudine *glomeratae*, quacum, praeter characteres datos, convenit. *Ad mare adriaticum. Venetiis. Willdenow.* Speciem propriam non constituere *Sprengel pug.* II. p. 22. — Attamen culturâ perstat.

Obs. Huc videtur spectare *Gaudini* varietas tertia maritima ex Galloprovincia „quae varietas est italica de qua *Schreber* sub D. *glomeratâ*. Huic culmi humiles, folia valde cespitosa, etiam conduplicata, panicula omnino spicata lobata, spiculis late ovatis, paleis petioliisque marginibus membranaceis, carinâ longe ciliatis, brevissime mucronatis. Huic habitus singularis, quem monente *Schrebero* culturâ non mutat." *Gaud. Fl. Helv. Ms.*

3. D. *hispanica Roth*; paniculâ secundâ glomeratâ spicatâ, spiculis subtrifloris, foliis carinatis glaucescentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 111. *Roth Catal. bot.* I. p. 8 *Balb. Misc. alt.* p. 7. *Loisel. not.* 18. *Decand. Fl. franç.* n. 1642a. DACTYLIS *villosa Tenore Fl. neap.* non *Thunb.* DACTYLIS *cylindrica Brotero.* FESTUCA *phalaroides Lam. Illustr.* n. 1036 fide *Decand.* l. c. qui: α) caule elongato, foliis latiusculis; β) caule elongato, foliis angustissimis; γ) caule elongato, foliis angustis, carinâ subglabrâ; δ) caule nano, foliis angustis.

Maxime similis varietati D. *glomeratae angustifoliae*, et cum hac facile confundenda, sed differt: foliis margine laevibus, nec asperis, valvulis calycis et corollae carinâ serie pilorum longorum alborum, patentium. Tota planta, inprimis panicula, gracilior, rigidior, magis glauca. In α culmus pedalis, erectus, folia 2 lin. lata, molliuscula; in β culmus pedalis et semipedalis, folia rigida vix lineam lata. γ. simillima β, sed desunt pili ad valvulae carinam; in δ. culmus foliis brevior, folia

Digitized by Google

rigidiuscula, lineam lata: herba cespitosa. *α. circa Neapolin et Genuam; β. circa Nicaeam, Massilias et Monspelii (dans les Garrigues); γ. Monspelii; δ. prope Nanetum. Decand.*

Obs. Cum? huc retulit *P. de Beauv.*; nec speciem sistere *Loiseel.* et *Spreng. pug.* II. p. 22., sed eandem esse cum *glomerata*, adsentiente *Gaudin*, qui valesiaca exemplaria nonnisi foliis conduplicatis, paniculâ plerumque totâ glomeratâ, pedunculis omnibus undique floriferis et spiculis minus elongatis magisque imbricatis differre ait. 2.

4. D. *glauca Roth*; paniculâ aequali, ante et post florescentiam coarctatâ spicatâ, spiculis subquadrifloris muticis, glumis carinâ serrato-scabris. *Roth Catal.* III. p. 16. AIRA *glauca Spreng. Erst. Nachtr. zur Beschr. d. bot. Gart. in Halle* p. 10. n. 2.

Rad. cespitosa; folia planâ, glauco-viridia, retrorsum aspera, supra tenuissime striato-sulcata, mucrone flavescente rigidiusculo, siccitate convoluta, radicalia cespitosa, digitalia et ultra, lineam circiter lata; vaginae inferiores laxae, flavicantes, dorso extus pubescentes; culmea 2-3, plerumque remota, semidigitalia, superiores arctae glabrae; ligula ovata, obtusa, brevissima, integerrima, glabra. Culmi 1½-2ped., erecti, laeves, superne villo tenuissimo; nodis tumidis fuscescentibus. Panicula 3-4poll., oblongo-ovata, lobata, densa, pedunculis semiverticillatis, longitudine inaequalibus, pubescentibus; spiculae obovatae, compressae, versicolores, dense imbricatae, flosculis duobus inferioribus plerumque tantum fertilibus. Calycis glumae fere aequales, oblongae, dorso virides, infra medium utrinque costâ viridi pellucidâ. Corollae valvula exterior major et viridi purpureo et albo varia, dorso scabriuscula, longitudine calycis, interior nivea. Antherae fuscescentes. Semina flavescentia, vix ultra lineam longa. *Habitat*? 4.

5. D. *maritima Schrad.*; spicâ interruptâ, foliis rigidis involutis, stolonibus diffusis repentibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 313. t. VI. f. 1. D. *littoralis Host Gram. austr.* IV. t. 28. (excl. syn. *Gouan*). DACTYLIS *distichophylla Brignoli Fasc. Forojul.* p. 16. POA *pungens Marsch. a Bieberst. Beschr. d. Länder am casp. Meer* p. 130. app. n. 5. *Flor. taur. cauc.* I. p. 65. (fide speciminis a clo. viro ad D. *Host* missi). AGROSTIS *pungens Pall. Ind. taur.* et gramen AGR. *pungenti simile Pall. nov. it. ed. germ.* I. p. 224. *Sprengel pug.* II. p. 18. hanc cum sequente sub POA *littorali* (DACTYLEM enim non esse asserit) conjungit, attamen videtur differre collatis descriptionibus.

Radix stolones undequaque repentes emittit; *Host.* Culmi alii erectiusculi, alii ascendentes, et e geniculis terrae vicinis saepe radices atque ramos agentes; *Schrad.* — Culmi breves, rigidi, ad spicae exortum scabri. *Schr.* et *H.* Folia brevia, patentia, linearia, inferius plana, superne convoluta, ad oras scabra *Host*, basin versus plerumque externe pilis brevibus

Digitized by Google

Schrad. Vaginae superiores foliis paullo longiores, inferiores breviores, nudae aut superne ad fissuram ciliatae. *Schrad.* Ligulae loco series pilorum *Schr.* et *H.*; spica semipollicaris et ultra, spiculis alternis sessilibus compressis glabris 7-11-floris *Schr.*; ovatis acutis 3-4floris *Host*; calycis valvulae ciliatae carinâ aculeatae *Host*, minor 1-major trinervis *H.* et *Schr.* Cor. valvula exterior corollae 7-9nervis, breviter mucronata *Schrad.* Styli 2 plumosi purpurei. In *Istria circa Cadorle et ad Caucasum.* 2.

Obs. Specimina gallica non differre *Host.* Descriptio vero *Vahlii* et *Decandollii* differt in sequente *littorali*.

6. D. *littoralis*; paniculâ spicatâ secundâ, foliis convolutis rigidis, caule humifuso. *Willd. Spec.* I. p. 408. POA *littoralis Gouan Fl. monsp.* p. 470. *Vahl Symb.* II. p. 19. *Lam. Illustr.* n. 998. t. 45. f. 5. *Decand. Fl. franç.* n. 1618. FESTUCA *littoralis* paniculâ secundâ glomeratâ ovatâ, foliis involutis acutis distichis, stipulis pilosis, culmis prostratis. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 61. n. 213. *Sibth. Fl. graec.* t. 80. (qui DACTYLEM *repentem Desf.* huc ducit).

Culmi procumbentes, sed non radicantes, 6-9pollic.; *Decand.*; culmi filiformes, glaberrimi, articulis bipollicaribus, *Vahl*; folia unguicularia, subulata, minime pungentia glabra, *Vahl*; glabra etiam basi *Decand.* Vaginae glabrae *Decand.* folio parum breviores *Vahl*; spiculae sessiles alternae confertae in spicam oblongam, pollicarem vel ultra, 11florae, ovatae, villosae *Vahl*; spiculae fere cylindricae 8-10florae *Decand.*; glumae calycinae concavae, non carinatae *Decandolle*, qui *l. c.* adhuc monet: *Willdenowium* D. *littoralem* suam confundisse cum D. *repente Desfont.* — *Sprengel l. c.* monet: plantas monspeliacas rigidiores esse et glabriores, folia vaginasque magis striatas; exemplaria austriaca flavidiora et magis glaucescentia; caucasica pilosiora, ut fere ad D. *repentem Desfont.* accedant. Attamen *Brignoli* contendit *fasc. forojul.* p. 16. D. *littoralem Willd.* et *maritimam Schrad.* cum omnibus synonymis sistere unam eamdemque speciem, omnesque icones esse malas; hinc nomen in illud *distichophyllae* mutavit, quae nobis tamen ad *maritimam* tantum *Schraderi* spectare videtur. In *maritimis Galliae australis et Hispaniae.* 2.

7. D. *repens Desfont.*; culmo repente, ramis fasciculatis, foliis villosis subulatis rigidis, floribus spicato-capitatis secundis. *Desfont. Fl. atlant.* I. p. 79. t. 15. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 442. *Pers. Syn.* I. p. 88. POA *tunetana Spreng. pug.* I. p. 20. POA *repens*, tota villosa, paniculâ spicaeformi ovatâ secundâ, spiculis ovatis subquinquefloris, culmo repente. *Marsch. a Bieberst. in litt.* (ergo non POA *pungens MB.* ut in *Diario gotting.* n. 172. ann. 1816).

Digitized by Google

Schradero videtur nonnisi varietas D. *littoralis*, foliis pilosis. Attamen, praeter villositatem omnium partium, differt: radice repente, inflorescentiâ subcapitata, calycibus spiculas aequantibus, in *littorali* brevioribus. In *littore tunetano*, *et*, *teste Steven*, *in sabulosis ad Cyrum inferiorem.* 2.

8. * D. *laevis Thunb.*; paniculâ coarctatâ, glumis laevibus. *Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Fl. cap.* I. p. 426. D. *capitata Linn. Suppl.* 110.

Folia graminea laevia, plana, in culmo 3. Culmi crassitie pennae gallinaceae, laeves, 1½-2pedales. Panicula spicaeformis, quasi conglomerata, superne angustior, palmaris, paleacei coloris. Flores ubique gemini depressi. Cal. bivalvis, sub quinqueflorus longitudine fere floris, valvulâ exteriore multum attenuatâ, vix manifeste villosâ; Cor. oblonga mutica. In *Swartland ad promont. b. spei.*

9. * D. *ciliaris Thunb*; paniculâ spicatâ involucratâ ovatâ, glumis ciliatis. *Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Flor. cap.* I. p. 429. *Linn. Mant.* p. 185. *Willd. Spec.* I. p. 409.

Caules filiformes articulati repentes, radiculis longis albis. Culmi pollicares et palmares ascendentes simplicissimi laeves, pubescentes, articulo unico. Folia radicalia involuta, filiformia, laevia, longitudine culmi, villosa; caulinum unicum, laeve, longitudine capituli: vagina subventricosa. Capitulum terminale secundum, unguiculare, floribus pluribus sessilibus. Calyx bivalvis 3-4florus, valvulae albae, margine purpureae, mucronatae, longitudine corollae, dorso ciliis albis sub apice pilis sparsis, albis. Corollae gluma exterior ovata, lutea, margine purpureo, acuta, striata, inferne barbata pilis albis. *Ad promont. b. spei.*

10. D. *villosa Thunb.*; paniculâ spicatâ, glumis villosis. *Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Flor. capens.* I. p. 427. *Willd. Spec.* I. p. 409.

Culmus erectus, glaber, pedalis et ultra; folia lineari-filiformia, glabra; panicula coarctata digitalis; pedunculi villosi; spiculae 4-5florae, ovatae, calyx et corollae tenuissimae pubescentes, nec ciliatae. *Cum sequente serrata.*

11. D. *serrata Thunb.*; paniculâ coarctatâ, glumis carinâ serrulatis. *Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Flor. cap.* I. p. 428. *Willd. Spec.* I. p. 409.

Culmus erectus glaber, biped.; folia longe vaginantia striata, attenuata, breviora; panicula palmaris; spiculae ovatae compressae, laeves; Cal. quinqueflorus, valvulis glabris vix manifeste serrulatis, ut corollae valvula exterior. In *promont. b. spei.*

12. D. *hispida Thunb.*; paniculâ spicatâ ovatâ nudâ, calyce hispido, geniculis barbatis. *Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Flor. cap.* I. p. 430. *Willd. Spec.* I. p. 409.

Digitized by Google

Culmi filiformes geniculato-inflexi, erecti, purpurascentes, glabri, subpedales; folia radicalia filiformia glabra, digitalia patentia, vaginarum ore pilis albis, culmea pollicaria; panicula ovato-subrotunda, glomerata, semipollicaris; pedunculi et pedicelli glabri brevissimi; glumae calycinae extus purpurascentes, undique hispidae, altera longior carinata acuminata. Cor. glabra. In *Swartland promont. b. spei.*

13. D. *memphitica Spreng.*; paniculâ laxâ, pedunculis dichotomis planis hispidiusculis ad angulum rectum divaricatis, calycibus subtrifloris inaequalibus, valvulâ alterâ majore carinatâ, flosculis calyce majoribus subaristatis, foliis setaceis, culmo ramoso. *Spreng. Erst. Nachtr. zur Beschreib. d. bot. Gart. in Halle* p. 20. n. 25. *Roth Catal.* III. p. 18.

Culmi plures filiformes, palmares; folia plana, siccitate saepius convoluta; panicula ramosissima; pedunculi geniculo insidentes, fructu maturo caduci. Spiculae oblongae, semiunciales. Valvulae corollinae similes calycinis, at longius mucronatae. In *Aegypto.* ⊙.

14. * D. *lagopodoides*; spicâ subrotundâ, (spiculis subquadrifloris, calycibus subaristatis) corollis basi margineque villosis, pedunculo glabro, foliis (glabris) margine hispidis, (vaginis pilosiusculis) culmo basi ramoso. *Willd. act. nov. am. nat. cur. berol.* II. B 1799. p. 114. *Linn. Mant.* p. 557. *Burm. Ind.* 28. t. 12. f. 2. SESLERIA *lagopodioides Spreng. pug.* II. p. 22. KOELERIA *lagopodoides Panzer* l. c.

Culmus adscendens, ramis simplicibus, digitalibus; folia linearilanceolata uncialia plana striata subglabra, margine denticulis; vaginae aequales, margine ciliatae; pedunculus sulcatus; spica terminalis solitaria; cal. quinqueflorus, glumis membranaceis glabris ovatis carinatis, apice mucronatis; cor. gluma exterior ovata mucronata carinata nervosa apice colorata, basi et in nervo medio ad dimidium usque villosa, gluma interior convoluta membranacea ovata acuta margine basin versus villosa. *Willd. act. berol.* l. c. In *Malabaria.*

15. D. *brevifolia Koenig*; spicâ globosâ secundâ, (spiculis subquinquefloris), corollis pilosiusculis, pedunculo pubescente, foliis convolutis rigidis (vaginisque striatis) culmo decumbente ramoso. *Willd. act. nov.* l. c. p. 115. *Spec.* I. p. 410. (excl. syn. ad *lagopodoidem* spectantibus). D. *lagopoides Linn. Mant.* p. 33. *Burm. Ind.* t. 10. f. 1. KOELERIA *brevifolia Spreng. pug.* II. p. 21.

Cls. *Roth nov. pl. spec. Ms.* sequentem plantae hujus, a Linnaeo cum praecedente *lagopodoide* confusae, definitionem dedit: „spicae subglobosae subsecundae spiculis sessilibus, foliis lanceolatis, junioribus convolutis, superiorum vaginis margine et ad oras pilosis, culmo ramoso; additque: spicas pilosas esse,

Digitized by Google

nec solum pubescentes, ut in D. *lagopodioide*. *Willdenowii* descriptio sequens: Culmus 1-2ped, ramis brevibus, sterilibus 1-2poll., valde foliosis, fructificantibus 1/2poll.; folia trilinearia lanceolata sulcata subpubescentia disticha; vaginae ventricosae apice brevissime ciliatae; pedunculus teres; cal. sub 4florus, glumis oblongis nervoso-striatis, subpubescentibus mucronatis. Corollae gluma exterior oblonga acuta convoluta nervoso-sulcata, pilis obsita, interior obtusa membranacea. In *littore Malabarico*.

Sprengel monet *Plukn. phyt.* 177. t. 189. f. 3, ad hanc speciem citari solitum, ad CENCHRUM *frutescentem!* spectare, et D. *ciliarem Thunb.* esse proximam *brevifoliae*.

16. D. *pungens Schreb.*; capitulo globoso, spiculis 6-10floris, flosculis aristatis. *Spreng. Schreb. Gram.* II. t. 27. f. 1. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 80. t. 16. *Willd. Spec.* I. p. 410. *Pers. Syn.* I. p. 88. SESLERIA *echinata Lam. Illustr.* n. 1097. t. 47. f. 2. KOELERIA *pungens Spreng. pug.* II. p. 21. Corolla nullo modo dentata, hinc SESLERIA esse nequit. *Spreng.* l. c.

Culmi filiformes, 6-10pollic. glabri, substriati, cespitosi; folia mollia glabra acuta margine aspera. Involucrum e squamis pluribus ovatis. Spiculae ovatae oblongae compressae, flosculis distichis. Valvulae ovatae muticae, exterioribus aristâ brevi. In *Barbariae sabulosis circa Mascar*. ⊙. Confer BROMUM *dactyloidem*.

Obs. De FESTUCA *dactyloide* cls. *Smith*, qui *Desfont.* l. c. cum? adducit, haec habet: paniculâ ovatâ, coarctatâ, foliis planis patentibus, culmis erectis, glumis omnibus carinatis scabris. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 61. n. 214. *Sibthorp Fl. gr.* t. 81. DACTYLIS *pungens Desfont. Atlant.* I. p. 80. t. 16?

Culmi pedales, folia plana. Spica ovata coarctata spiculis secundis pubescentibus 9-10floris. Quoad flosculorum formam ambigit inter DACTYLIDEM et FESTUCAM. In Archipelagi insulis rarius. Junio lecta in *Meli* vineis. ⊙?

17. D. *spicata Willd.*; paniculâ spicatâ cylindraceâ basi interruptâ, corollis apice aristatis. *Willd. nov. act. am. n. cur. berol.* III. p. 415. et hoc. teste: Gramen alopecuroides maderaspatanum etc. *Plukn. phyt.* t. 190. f. 6. SESLERIA *spicata Spreng. pug.* II. p. 21.

Culmus teres 6-8poll., geniculatus glaber foliosus. Folia striata glabra, culmea spicâ longiora. Vaginae laxae ligulâ subnullâ. Paniculae axillares et terminales, digitales aut spithamaeae. Spiculae glomeratae, 3-4 lin., 5florae glabrae. Cal. aristatus. Cor. valvulâ interior truncata, dentata. In *agris oryzae prope Tangoram in Malabar*.

18. D. *cynosuroides Roth*; racemis brevibus, densis, secundis, corymboso-capitatis, spiculis quadrifloris subaristatis, corollae valvulâ exteriore dorso barbatâ, foliis lanceo-

Digitized by Google

latis, brevibus, margine argute serratis, culmo repente ramosissimo. *Roth nov. plant. spec. Mss.*

Culmi unciales ad sesquidigitales, repentes, ad omnes nodos, usque ad supremos, radicantes, ramosissimi, tecti vaginis foliorum. Nodi et vaginae glabrae. *H. in India orientali. Heyne. Hoenig.*

DACTYLIS *cynosuroides Linn.* non hujus, sed SPARTINAE generis est, cf. *Roth Catalect.* III. p. 10. Hinc Hoenigii planta, sub eodem nomine communicata, hic omnino locum habet. *Roth.*

19. D. *patens;* spicis sparsis secundis paucis, floribus arcte imbricatis, foliis patentissimis, culmo decumbente. *Ait. Kew.* ed. 2. I. p. 160. *Gmel. S. V.* I. p. 185. TRACHYNOTIA *patens Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 443.

In *America boreali.* 2.

322. CALOTHECA.

1. C. *brizoïdea P. de Beauv.;* paniculâ nutante, spiculis coloratis. *Desvaux J. d. Bot.* III. p. 71. BRIZA *mucronata Lam. Enc.*

In *America australi.*

An huc BROMUS *brizoides Lam.?* Susdente *de Beauvois* p. 155.? BROMUS *brizoides Lam. Illustr.* I. n. 1060 est: paniculâ erectâ, spiculis ovatis glabris aristatis; corollis superne dilatato-auriculatis, membranaceis. *Poiret* jam in *Enc. meth. Suppl.* I. p. 705 monuit, typum prae se ferre generis novi, cum neque habitum neque characteres BROMI exhibeat.

Culmi recti, gracilescentes, teretes; folia glabra setacea; panicula patula; spiculae pedunculatae similes illis BRIZAE, pedunculis capillaribus; valvulae calycis compressae carinatae lanceolatae aequales acutissimae margine scariosae, flosculis 6-8 arctissime imbricatis; valvula corollae exterior crassiuscula striata sublanceolata acuta, margine membranâ diaphanâ apice in lobos 2 dilatatâ; aristâ terminalis. *Poiret. In Montevideo. Commerson.*

2. C. *rotundata;* culmo foliisque scabris (siccis) convolutis; paniculâ simplici verticillatâ; spiculis subrotundis sexfloris; glumis calycinis scabris, corollinis glabris, inferiore duplo majore; aristâ brevissimâ. BROMUS *rotundatus Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 124.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti simplices, 2-3ped., striati, scabri. Folia linearia striata. Vaginae striatae glabriusculae. Ligula brevissima, glabra. Panicula ramis distantibus, erecto-adpressis, rhachique scabris. Spiculae sessiles, compressae, magnitudine lentis. Glumae calycinae ovatae obtusae carinatae striatae glabrae, dorso scabrae virides, spiculâ duplo breviores, inferior paullo brevior; corollinae duae inaequales, inferior subrotunda, carinata, acutiuscula, emarginata, infra apicem brevissime aristata, trinervia, virescens, medio cartila-

Digitized by Google

ginea, margine membranacea, superior oblonga bicarinata obtusa membranacea diaphana. BROMO *brizoidi Lam.* seu CALOTHECAE *brizoideae* proxima. In *alta planitie regni Mexicani inter Zelaya et Quertaro.* 4.

323. CHASCOLYTRUM.

1. C. *erectum Desv.;* paniculâ subspicatâ, spiculis ovatis erectis subnovemfloris, corollis acutiusculis. *Desvaux Journ.* III. p. 71. BRIZA *erecta Lam. Illustr.* I. p. 187. *Pers. Syn.* I. p. 92.

Culmi recti glabri teretes foliis canaliculatis. Glumae calycinae albidae: corollinae laevissimae, acutiusculae. In *Montevideo. Commerson.*

2. C. *subaristatum Desv.;* paniculâ coarctatâ, spiculis ovatis erectis 7floris, corollis mucronatis, subaristatis. *Desvaux* l. c. BRIZA *subaristata Lam. Illustr.* I. n. 1016. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 700.

Culmi recti foliosi; spiculae virides. In *Montevideo. Commerson.*

324. TRICHAETA.

1. T. *ovata P. de B. Agrost.* p. 86. BROMUS *ovatus Cav. Ic.* VI. t. 591. f. 2. TRISETUM *ovatum Pers. Syn.* I. p. 98.

Habitus fere CYNOSURI s. CHRYSURI echinati. Spithamaea et ultra. Pallide virens; folia villosa brevia; spica ovata, densa, subinde globosa, spiculae 3-5florae. Aristae nunc flavicantes, nunc purpurascentes. In *Hispaniae collibus, circa matritum Dufour.*

325. BROMUS.

1. * B. *secalinus;* paniculâ fructiferâ apice nutante, spiculis oblongo-ovatis compressis nudis, flosculis demum distinctis remotiusculis, aristis flexuosis glumâ brevioribus, (longioribusque), foliis subpilosis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 347. *Willd. Spec.* I. p. 428. *Roel. Grum.* p. 223. (excl. plur. syn.). *Smith act. soc. Linn.* IV. p. 281. *Fl. brit.* p. 125. *Engl. bot.* t. 1171. *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 133. (excl. syn. *Bauh.*). *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 303. *Svensk bot.* t. 204. *Host Gram. austr.* I. p. 12. BR. *polymorphus* γ. *Huds.* p. 49. BR. *vitiosus Weigel Obs.* p. 4. t. 1. f. 2. BR. *Ehrharti* in *Roemer Collect.* p. 19. (Specimen junius). *Hall. Hist.* n. 1502. β. β. muticus: spiculis muticis. BROM. *arvensis Weig. Obs.* p. 6. t. 1. f. 3.

Culmi 2-3pedales, glabri, geniculis 4-5, plus minus pubescentibus. Folia linearia, aut lanceolato-linearia. Ligula obtusa, serius lacinulata. Panicula 3-4pollicaris, rarius 1/2ped.; rami subinde ad basin squamulâ unâ alterâve suffulti, scabri. Spi-

Digitized by Google

culae virescentes, vel ex glauco-virides, 7-13florae. Glumae calycinae oblongo-ovatae, acutae, margine membranaceae, major nervis septem, minor quinque. In *hortis*, *cultis*, *ad vias per Europam ad Lapponiam usque et in Caucaso*. ⊙.

In *Morisoni* icone S. 8. t. 7. lege, f. 16. nec 17.

2. B. *elongatus Gaud.*; paniculâ erecto-patente, pedunculis elongatis, spiculis oblongis glaberrimis, corollis imbricatis depressis. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 305. *Decand. Fl. fr. Supplem.* p. 275. n. 1629ª. Br. *pratensis Murrith bot. val.* p. 56.

Convenit paniculâ erectâ cum Br. *pratensi Ehrh.*, atque eâdem differt a Br. *secalino* et *simplici*, cum quibus hucusque confusus videtur. A Br. *secalino* differt insuper corollis imbricatis, nec demum distinctis; a *simplici* vero culmo laevi, vaginis plerumque glaberrimis, pedunculis elongatis saepius ramosis. Varietatem proliferam graminis hujus *in pratis et agris Helvetiae* minime rari observavit *Gaudin*. ⊙.

3. B. *commutatus Schrad.*; paniculâ apice nutante, spiculis lanceolatis compressis nudis, flosculis imbricatis, aristis rectis glumâ longioribus, foliis villosis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 353. Bromus *multiflorus Willd. Spec.* I. p. 428. (excl. synon. fere omnibus praeter *Roth*, T. II. P. I. p. 134. ubi iterum fere omnia synonyma excludenda, ut in *Poiret*. Br. *secalinus M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 71. n. 179. ubi et varietas aristis longioribus et omnibus subaequalibus. Br. *velutinus* β. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 301.) *Host Gram. austr.* I. t. 11. (excl. syn. praeter *Willd.*)? Brachypodium *commutatum P. de Beauv.*

Rad. fibrosa; culmi 1½-3pedales, ascendentes, erectiusculi, geniculisque glabri aut obsolete pubescentes; folia molliter villosa; vaginae pilis densis horizontalibus villosae; ligula brevis lacinulata; panicula 3-4pollicaris, quin pedalis patens, peractâ florescentiâ nutans. Spiculae plus minus scabrae, nitidae, virentes, 9-11florae. Glumae calycinae acutiusculae, major ovato-lanceolata, 7-9nervis, minor 4-5nervis. Gluma corollina exterior elliptico-lanceolata, novemnervis, apice parum bifida. *Inter segetes*, *ad vias*, *sepes in Europa*. ♂.

4. B. *velutinus Schrad.*; paniculâ fructiferâ apice nutante, spiculis oblongo-lanceolatis tumidiusculis compressis pubescentibus (nudiusculisque), flosculis subimbricatis (demum remotiusculis), aristis glumâ longioribus primo rectis dein patentibus, foliis subpilosis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 349. α. spiculis pubescentibus plerumque maximis. *Schrad.* l. c. t. 6. f. 3, Br. *velutinus* α *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 301. Br. *grossus Desfont. ined. Decand. Syn. Fl. gall.* n. 1629. *Supplem* p. 275. *Banh. Hist.* II. p. 438. *Hall. Helv.* n. 1502. α. — β. spiculis nudiusculis parum minori-

Digitized by Google

bus. BR. *multiflorus Smith Fl. brit.* p. 126. *Engl. bot.* 1884? BR. *secalinus β Linn. suec.* 2. 96. var. 2.

„Habitus *secalini*, sed culmi humiliores, panicula ex spiculis paucioribus, rami subsimplices minus ramosi, spiculae duplo triplove majores, flosculis pluribus, saepe 15, et villo brevi molli" (in *a* nempe). BROMUS *squarrosus β.* similis distinguitur „vaginis foliisque pubescentibus, paniculâ jam sub anthesi nutante, spiculis angustioribus, flosculis arcte sibi invicem imbricatis et aristis." *Schrad. l. c.* qui ait BR. *multiflorum Smith*, licet citetur a laudato ab illo *Host*, nec cum *multifloro Roth*, nec cum *multifloro Weig.* convenire et proximum esse *velutino.* In *Hort. Kew.* 2. *ed.* BR. *multiflorus Smith* vero eadem dicitur species cum *multifloro Host* et *Willd.* „Differt *velutinus* a *secalino* aristâ validiore, semine a gluma facile secedente; a *simplici* culmo levissimo, corollis demum distinctis et pedunculis saepius divisis; ab *elongato:* corollis remotiusculis, apice invicem distantibus, paniculâ demum nutante. In *arvis Europae mediae et australis.*

5. B. *Gaudini;* paniculâ simpliciusculâ, cernuâ, spiculis ovato-oblongis, corollis imbricatis, depressis glabris, culmo scabriusculo. BR. *simplex Gaud. Agr. Helv.* I. p. 296.

Nomen mutandum erat ob BR. *simplicem* antiquiorem *Persooni*, qui non idem esse videtur ob aristas divaricatas. Species distinctissima, sed de qua acutissimus *Gaudin* dubitat an sit BROMUS *racemosus Smith* vel BROMUS *commutatus Schrad.* BROMUS *multiflorus Schleich.* C. III. n. 17, quem *Schrader* citat ad BR. *commutatum*, utique est, sed non omnibus notis cum *Schraderi* descriptione convenit. *Gaudini* BR. *simplex* est omnino BR. *racemosus Decand. Synops. n.* 1630*. Descriptio plantae dubiae a *Gaudinio* data sequens: Radix fibrosa; culmi pauci, pedales, cubitales, erectiusculi, teretes, superne minutissime exasperati, rarissime omnino laeves; folia lineam 1-1½ lata margine scabriuscula hirsuta; vaginae fere totae tubulosae, inferiores pilis reflexis hirsutae; ligulae exsertae truncatae, semilineam longae; panicula oblongo-ovata patens, pedunculis geminis solitariisve, subinde semiverticillatis brevibus scabris, saepe omnibus simplicissimis, raro uno alterove bifloro; spiculae acutae glaberrimae subnitidae virides vel saepius purpurascentes, 6-8-10florae. Valvulae calycinae parum inaequales superior multinervis ovato-lanceolata, inferior trinervis lanceolata; corollina exterior ovata depressa, 7-9-nervis parum extantibus, margine albo in apicem brevissimum obtusissimum leviter emarginatum producta; seta subapicularis scabra recta longitudine fere valvulae. Habitu ad BR. *mollem* accedit. In *arvis et ad vias Helvetiae vulgatissimus.* ⊙.

6. B. *simplex Pers.*; paniculâ simplici, spiculis sessilibus 8-10floris glabris, aristis subdorsalibus divaricatis, vaginis villosis. *Pers. Syn.* I. p. 96.

Habitat?

Digitized by Google

7. * B. *mollis;* paniculâ erectâ contractâ, spiculis oblongo-ovatis subcompressis pubescentibus, flosculis imbricatis, corollarum glumâ exteriori apice bifidâ, aristis rectis glumam aequantibus, foliis mollissime pubescentibus. *Schrad. Flor. germ.* p. 351. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 298. α. *vulgaris* Br. *mollis Willd. Spec.* I. p. 429. *Koel. Gram.* p. 233. *Smith* in *Linn. Transact.* IV. p. 284. *Fl. brit.* I. p. 127. *Engl. bot.* t. 1078. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 63. n. 216. *Hall. Hist.* n. 1504. *Schreb. Gram.* I. p. 60. t. 6. f. 1-2. *Curt. Flor. lond.* Fasc. I. t. 8. *Mart. rust.* t. 99. *Host Gram. austr.* I. t. 19. Br. *polymorphus* α. *Huds.* 48. Br. *hordeaceus Linn. Spec.* I. p. 77. β. *nanus* pauciflorus, culmo 1-2pedali. Br. *nanus Weig. obs.* p. 8. t. 1. f. 9. γ. *leptostachys;* cespitosus, paniculâ strictâ, pedunculis subsimplicibus, spiculis ovato-linearibus glaberrimis subquinquefloris, glumis nervosis aristisque purpurascentibus, vaginis foliisque pilosis. Br. *mollis* β. *Pers. Syn.* I. p. 95. δ. *conglomeratus;* cespitosus, spiculis ovatis 8floris in capitulum conglomeratis vaginisque tomentosis. Br. *mollis* γ. *Pers.* l. c. Br. compactus *Hortul.* et *multiflorus.* ε. *capensis*, palmaris usque pedalis, aristâ corollâ paullo longiore. Br. *mollis Thunb. Fl. cap.* p. 431.

Culmi bipedales et ultra, erecti, superne plerumque pubescentes, geniculis plus minus pubescentibus. Folia pallide viridia, pilis brevibus, mollibus, canescentibus. Ligula ut in *squarroso.* Panicula 1½-3pollic., sub anthesi tantum patens. Spiculae oblongo-ovatae, pubescentes, glauco-virides, flosculis 5-10. Glumae calycinae acutiusculae, major septem minor trinervis; gluma corollina exterior elliptico-lanceolata, nervis septem scabris, aristâ rectiusculâ glumam aequante. In *pratis, pomariis, ad vias Europae, Caucasi, et insularum Graeciae.* ♂. δ *prope Monspelium;* ε. *in promont. b. spei.*

8. B. *confertus MB.;* paniculâ contractâ erectâ, spiculis oblongis multifloris scabris, aristis divaricatis. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 71. *Buxb. Cent.* IV. p. 30. t. 54. f. 1. *Jacq. Eclog. Gram.* p. 19. t. 14.

Habitus Br. *mollis*, sed undique multo minus hirsutus; spiculae scabrae nec hirsutae, in verticillis approximatis ad rhachin subsessiles. Flosculi 8-10. Aristae aequales glumarum circiter longitudine albidae. In *Iberia; in lapidosis ad fluvium Samar frequens. Steven.* ⊙.

9. * B. *racemosus;* paniculâ erectâ, spiculis oblongo-ovatis subcompressis nudis, flosculis imbricatis; corollarum glumâ exteriori apice indivisâ, aristis rectis glumam aequantibus, foliis obsolete pubescentibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 353. *Willd. Spec.* I. p. 436. *Smith* in *Linn. Trans-*

Digitized by Google

act. IV. p. 286. *Fl. brit.* I. p. 128. *Engl. bot.* t. 1079. et, teste *Smith*, *Moris.* Sect. VIII. t. 7. f. 19. *Spreng. Mant.* II. p. 7. Br. paniculae erectae ramis simplicibus, spiculis oblongo-ovatis compressis subsexfloris, glabriusculis, glumis obtusis, aristis rectis glumas aequantibus, foliis vaginisque pilosis. *Spreng. Mant.* II. p. 7. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 275. n. 1630[a]. Br. *pratensis Ehrh. Koel. Gram.* p 239 Br. *arvensis Lam. Illustr.* n. 1064. Br. *polymorphus* β. δ. *Huds.* 49.

Differt a *molli:* vaginâ foliisque minus pubescentibus; paniculae ramis subsimplicibus, rarius divisis rhachique scabris, nec pubescentibus; spiculis scabris nitidis; flosculi glumis exterioribus apice integerrimis, nervis minus prominentibus. Valvula corollina carinâ scabra. Culmi saepius scabri. In *pratis, pascuis, pomariis.* In hortis occurrit nomine Brom. *Ventolanae.* ♂.

10. B. *erectus Smith;* paniculâ erectâ, spiculis linearilanceolatis compressis, flosculis imbricatis, aristis rectis glumâ brevioribus, foliis fasciculorum angustissimis ciliatis. (et glabris). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 357. *Smith* in *Linnean Transact.* IV. p. 290. *Fl. brit.* p. 131. *Engl. bot.* t. 471. *Koel. Gram.* p. 240. *Roth N. Beytr.* p. 111. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 286. *Roemer Fl. europ.* Fasc. 6. Br. *pseudarvensis Koel. Gram.* p. 241. Br. *arvensis Lam. Fl. franç.* 3. p. 607. Br. *odoratus Gouan monsp.* p. 11. Br. *pratensis* β. *Lam. Illustr.* p. 240. Br. *agrestis Allion. pedem.* n. 2224. *Host Gram. austr.* I. t. 10. Br. *perennis Vill. delph.* II. p. 122. Br. *angustifolius Schrank baier. Flor.* n. 236. Br. *asper Pall. Ind. taur.* Br. *glaucus LaPeyr. abr. de Pyren.* p. 633? Festuca *montana Savi Flor. pis.* I. p. 118. Fest. *hirta, v. Seenus Reis. Istr.* p. 59. Schenodorus *erectus Gaud. Fl. Helv. Ms. Hall. Helv.* n. 1507. β. foliis glabris Br. *montanus Fl. Wetter.* n. 147. Br. *angustifolius M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 73. γ. culmo elatiore adscendente gracili, spiculis pauciflоris ex viridi albidis, corollis valde distantibus, distichis, glaberrimis. *Gaud.* l. c. *Schrader* huc quidem ducit Br. *arvensem Pollich palat.* n. 113. sed hic, testante *Gmelin Fl. bad.* I. p. 239. est annuus, et omnino *Linnaei.*

Variare: 1) paniculâ pauciflorâ, ramis omnibus simplicibus; 2) paniculâ palmari, ramis pluribus ramosis, spiculis longioribus, foliis longissimis, 2-3ped.; 3) foliis omnibus utrinque pilosis; 4) omnibus ciliatis; 5) spiculis glabris et pubescentibus. Pili in aliis horizontales, in aliis reversi. Polymorphus! culmo stricto, ramis spiculisque erectis paniculae, et foliis inferioribus linearibus angustissimis dignoscenda. — Spiculae pur-

Digitized by Google

purascentes, virides, aut viridi et purpurascente variae, flosculis 5-9. Gluma calycina major quinque-, minor trinervis; corollina exterior 7-9nervis. Antherae aurantiacae. Br. *glaucus La Peyr.* certe huc spectat, et occurrit etiam more speciei foliis glabris et ciliatis. In β folia caulina latiora. An β distincta species, quippe quae cultura perstat? In *pascuis, pratis, humidis, ad vias, margines agrorum Europae et Caucasi.* 2.

11. B. *Biebersteinii;* paniculâ contractâ subracemosâ, spiculis lineari-lanceolatis teretiusculis nudis, aristis glumâ multoties brevioribus, foliis planis nudis. Br. *chloroticus Marsch. a Bieberst. in litt.* Br. *inermis* paniculâ contractâ minus ramosâ *Steven* in *Mem. de Moscov.*

Totus glaber, glauco-viridis. Folia omnia plana. Spiculae subsexflorae. Flosculorum gluma interior nunquam scabra, nec ciliata. *Subalpina Caucasi orientalis, Tiflis.* 2.

12. B. *canadensis Mich;* paniculâ laxâ capillari pendulâ, spiculis subsexfloris compressis, flosculorum valvulâ exteriore breviter aristatâ, margine villosâ. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 63. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 705.

Culmi recti teretes articulis subvillosi; folia pilis raris inspersa; valvulae calycis inaequales. In *Canada.*

Obs. Pursh Fl. Amer. Sept. I. p. 85. hanc speciem non agnoscit, sed ad Br. *ciliatum* L. trahit.

13. B. *pectinatus;* paniculâ patente, spiculis ovatis glabris, corollae valvulâ interiore ciliatâ muticâ. *Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Fl. cap.* p. 432. *Willd. Spec.* I. p. 429.

Culmus simplex, erectus, glaber, 2pedalis; folia pauca plana nervosa utrinque villosa; spiculae erectae, pedunculis primum umbellatis, dein trichotomis, capillaribus, flexuosis, scabris, inaequalibus; spiculae oblongae compressae glabrae circiter novemflorae, unguiculares. Cal. navicularis, subulatus, tenuissime scabridus, gluma exterior paullo longior, valvulis corollinis sed brevior lanceolatis, acuminatis, sub apice aristatis, lineis elevatis; arista recta longitudine corollae. Valvula interior glabra marginibus ciliatis, ciliis albis remotis patentibus. In *Swarteland promont. b. spei.*

14. B. *arenarius Labillard.;* villosus, paniculâ secundâ patulâ, spiculis oblongis quinquefloris. *Labillard. Spec. nov. Holl.* I. p. 23. t. 28. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 704. *R. Brown Prodr.* I. p. 178. „Planta, quam nondum vidi", ait *R. Brown*, forsan haud diversa a Br. *australi.*"

Culmi villosi teretes, foliiis nervosis villosis tecti. Ligula dentata. Valvulae calycis acutae subpilosae 3-5nerves, exterior brevior; corollina exterior pilosiuscula bifida aristâ rectâ rudi,

Digitized by Google

interior brevior ovali-oblonga ciliata, antherae fere globulosae. Semen gracile oblongum. In *terra van Leeuwin.*

15. B. *australis;* villosus, paniculâ nutante, ramis 1-2-floris, spiculis 6-8floris, aristis valvulâ longioribus, culmis striatis glabriusculis. *R. Brown Prodr.* I. p. 178.

Circa P. Jackson.

16. B. *lanceolatus Roth;* paniculâ erectiusculâ, spiculis lanceolatis subcompressis, flosculis arcte imbricatis glabris, aristis rectis, maturescente semine reflexo-patentibus, foliis pubescentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 130. *Roth catalect.* II. p. 18. *Willd. Spec.* I. p. 429. Br. *canariensis Hortul.*

Differt a Br. *squarroso:* paniculâ fructiferâ erectâ, spiculis oblongo-lanceolatis nec ovatis, pedunculis erectis robustis, non ultra unciam longis. A proximo *alopecuroide Vahl* differt: aristis basi rectis, nec spiraliter tortis. Spiculae nitidae glabrae videntur, sed reverâ pilis brevissimis, nitidae licet, sunt retrorsum scaberrimae. *Roth* citat *Buxb. app.* 42. t. 19, qui tamen ad mare caspium. In *Canariis.* ⊙.

Obs. 1. Confer Br. *wolgensem lanuginosum*, quorum prior fors in Pannoniâ, sed vix *lanceolatus* ut in *Hoppe bot. Taschenb.* 1810. p. 193.

Obs. 2. Huc videtur spectare: Bromus *canariensis Zucc. Cent.* n. 27. *Roem. Collectan.* p. 125, „paniculâ patulâ, spiculis inordinatis 10floris, glumis emarginatis dorso breviter aristatis, foliis nodisque pubescentibus. — Culmus fere biped., nodis tribus incrassatis fuscis; folia linearia aspera 5nervia, basi scariosa, vaginis fere tomentosis; panicula erecta, spiculis inordinatis simplicibus, binis, saepius ternis, intermediâ longius pedicellatâ; glumae glabrae margine scarioso argenteae, aristis brevibus fuscis in dorso, infimae muticae. *In Canariis.*

17. B. *lanuginosus Poiret;* paniculâ subcoarctatâ erectâ, spiculis lanceolatis subcompressis lanuginosis subquindecimfloris, aristâ vix contortâ, divaricatâ. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 703. Br. *divaricatus β. Loisel.* in *Journ. bot.* II. p. 214. *β.* Br. *divaricatus;* paniculâ erectâ subcontractâ, spiculis lineari-lanceolatis 10-15floris pubescentibus; glumâ corollinâ exteriore bifidâ acutâ, aristis basi contortis demum divaricatis. Br. *divaricatus α Loiseleur* l. c. et *Not. c.* p. 22. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 276. n. 1632.

„Affinis Br. *macrostachyo*, a quo differt spiculis lanuginosis, minus coarctatis. Culmi recti foliosi teretes. Spiculae pollicares et ultra, latiusculae; valvulae calycinae oblongae concavae striatae villosae vix acutae; corollina exterior albida lanceolata villosissima acuta bifida; aristae fuscae rigidae recurvatae patentissimae. Semina fusca oblonga obtusa corollâ tecta. *Poiret.*" In *Gallia provinciali circa Toulon; in insulis hieris.*

Digitized by Google

Beatus *Rhede* affirmavit quidem, Br. *divaricatam* ex insulis hieris eundem esse cum Br. *lanceolato Roth*, sed, quum *Roth* in *lanceolato* spiculas glaberrimas, (licet in specimine suo pilis brevissimis sint scabrae) nitidas petat, quae hic pubescentes, dubium tamen restat eó magis, quum *Loiseleur Buxb. Cent.* V. p. 19. t. 38. f. 1. cum? citet, ut potius credas Br. *alopecurum Vahl.*

18. * B. *squarrosus;* paniculâ laxâ apice nutante, spiculis lanceolatis subcompressis, flosculis arcte imbricatis, aristis primo rectis dein refracto-divaricatis, foliis pubescentibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 350. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 306. *Roth neue Beytr.* I. p. 108. *a.* spiculis nudis. *Willd. Spec.* I. p. 430. *Koel. Gram.* p. 222? *Smith* in *Linn. Transact.* IV. p. 288. *Fl. brit.* I. p. 129. *Engl. bot.* 1885. *Desfont. Fl. Atl.* I. p. 93. *Cavanill. descr.* p. 48. Avena *Hall. Hist.* n. 1501. *Scheuchz. Agrost.* p. 251. n. 3. t. 5. f. 11. *β.* spiculis pubescentibus. *Host Gram. austr.* I. t. 13. Br *villosus Sut. Fl. helv.* p. 62? *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 276. n. 1632. *γ.* humilior, paniculâ racemosâ coloratâ. *Gaud.* l. c. Br. *squarrosus β. nanus Decand. Fl. gall.* n. 1632.

Culmi 1-1½ped., erecti vel basi procumbentes glabri; folia mollia, vaginis villo densiori. Ligula brevis obtusa pubescens, demum laciniata. Panicula 3-4pollicaris, pauciflora laxa simplicissima subsecunda. Spiculae fere pollicares, virentes, nitidae, flosculis 11-15. Glumae calycinae acutae, superne secundum nervum medium subinde in aristam brevem excurrentem scabriusculae, majore 7-9nervi, minori quinquenervi. Corollae gluma exterior medio utrinque dilatata, 9-nervis, aristâ glumam suam aequante. *β* speciem videri distinctam: foliis magis villosis, valvulae corollae exterioris apice ultra aristae originem longe producto lineari profunde bifido. *Mart. H. erlang.* p. 37. In *arenosis sterilibus siccis Europae mediae et australis, Caucasi, et borealis Africae.* ⊙.

19. B. *wolgensis Spreng.;* paniculâ nutante laxâ, spiculis ovato-oblongis hirsutulis, aristis rectis, glumâ longioribus, foliis utrinque hirsutis. *Jacq. Ecl. Gram.* p. 20. t. 15. *Spreng. Cat. Willd. Suppl. Enum. H. Berol.* I. p. 6. Br. *squarrosus β. Lam.* spiculis hirsutis. *Pall. ind. M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 72. n. 182. et hoc teste certissime: Gramen festuceum majus locustis crassis lanuginosis *Buxb. Cent.* V. p. 19. t. 38. f. 1. Br. *villosus Gmel. Flor. bad.* I. p. 229? An *β* Br. *turgidus Pers. Syn.* I. p. 95. et 96: spiculis turgidis sexfloris subvillosis, aristis divaricatis subserratis.

Differt, addit, spiculis pube molli vestitis a *squarroso*, nec praeterea ullâ aliâ notâ. In *campis apricis et collibus aridis Tauriae et in deserto caucasico-caspio, saepe pygmaeus; in Galliae meridion.* ⊙.

Digitized by Google

Obs. Anne huc BR. *squarrosus ruthenicus Ledebour Cat. Dorp.* 1814.? *M. a Bieberst.* quaerit: „Quid igitur BR. *lanceolatus Roth?* BR. *lanceolatus Roth*, fide speciminis auctoris, differt paniculâ erectâ, spiculis glabris, et ad *alopecuroidem* tam prope accedit, ut *wolgensis* ad *velutinum*.

20. B. *laxus;* paniculâ florente nutante, spiculis pendulis compressis linearibus pubescentibus, aristâ glumis breviore, foliis laxis pubescentibus ciliatis. *Hornem.* (qui semina sub hoc nomine accepit) *Hort. Hafn.* II. p. 954. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl.* p. 6.

Hab. — — 4.

21. * B. *japonicus Thunb.;* paniculâ patente ramosâ, spiculis oblongis glabris, aristis divaricatis. *Thunb. Fl. jap.* p. 52. t. 11. *Willd. Spec.* I. p. 430.

Culmus erectus et subdecumbens, spithamaeus et pedalis; folia villosa; spiculae 5-7florae. Differt a BR. *arvensi:* spiculis oblongis et aristis divaricatis; a BR. *secalino:* spiculis oblongis, glumis imbricatis nec distantibus, et aristis divaricatis; a BR. *squarroso:* spiculis duplo angustioribus, glabris, paniculâ ramosâ. In *Japoniâ.* ⊙. An reverâ a *squarroso* distinctus?

22. B. *macrostachyus Desf.;* culmo basi geniculato; spiculis maximis teretibus; aristis rigidis patentibus. *Desfont. Fl. atlant.* I. p. 96. t. 19. f. 2. *Cavanill. descripc.* p. 48. *Pers. Syn.* I. p. 95.

Culmus rectus, debilis, inferne inflexus, supra denudatus; vaginae hirsutae; panicula quidquam inclinata; spiculae 1 1/2poll., glabrae 14florae. Ramuli 2-3, inaequales. Semen glabrum. *Cav.* In *Africa et in Arragonia.*

Obs. In uno eodemque individuo (ab amicissimo *Dufour* in regno Valentiae lecto) spiculae glaberrimae nitentes et pubescentes.

23. B. *alopecuroides Poiret;* paniculâ confertâ erectâ, spiculis oblongis pubescentibus 12-15floris subsessilibus, aristis inferne spiraliter contortis. *Poiret voy. en Barb.* II. p. 100. (*ed. germ.* p. 144). *Enc. meth. Suppl.* I. p. 703. et, hoc teste, BR. *contortus Desfont. atl.* I. p. 95. t. 25. BR. *alopecuros Vahl,* paniculâ contractâ erectâ, spiculis teretibus, aristis divaricatis, *Symb. bot.* II. p. 22. cui β. gramen festucaceum majus locustis crassis lanuginosis. *Buxb. Cent.* V. p. 19. t. 38. f. 1. (quod et ad *squarrosum* β, ad *lanceolatum*, *wolgensem* et *villosum* et *turgidum!* citatur). BR. *squarrosus Brotero Fl. lusit.*

„Culmi recti, fere glabri, ad articulos villosi, 2 1/2poll. circiter; folia molliuscula ciliata villosa, inprimis ad vaginam. Panicula rigida elongata; spiculae compressae aut subteretes, pollicares et ultra, lanceolatae, pilosiusculae; valvulae calycinae inae-

Digitized by Google

quales acutae, corollinae ciliatae, exterior mucrone duplici et aristâ rigidâ basi arcuatâ, dein rectâ. In Barbaria prope la Calle. *Poiret.*" — *Vahlii* planta parum recedere videtur, est enim illi: „culmus 1-*s*ped. et ultra erectus glaber striatus. Folia glabra. Panicula saepe spithamaea. Pedunculi 4-6, pollicares et ultra ad singulum rhacheos dentem, erecti. Spicula pollicaris, 13flora, glabra. Corollae valvulae lanceolatae acutae flavescentes. Arista longitudine spiculae basi torta patentissima. Affinis Br. *squarroso*" *Vahl* qui *a.* in *Barbaria*, *β.* in *Hispania* legit. — *Vahl* citat *Poireti alopecuroidem*, *Poiret* vero *Vahlium* non adducit. *Desfontaines contorto* suo faciem Br. *rabentis* tribuit. Confer Br. *lanuginosum.*

24. * B. *purgans;* paniculâ nutante, spiculis lanceolatis teretibus, flosculis aristatis pilosis, aristis rectis, foliis utrinque glabris, vaginis pilosis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 120. *Willd. Spec.* I. p. 431. Br. paniculâ nutante crispâ, foliis utrinque nudis, vaginis pilosis, glumis villosis. *Linn. Spec.* p. 113.

„Culmus 1-*s*pedalis, firmus; folia latitudine arundinis, carinata; supra fere nuda, subtus omnino glabra. Vaginae foliorum retrorsum pilosae, panicula flexuosa, spiculis 8-14floris, glumis pilis brevissimis. Arista sub apice glumae exterioris. Differt a *cathartico* radicibus fibrosis, nec squamosis, spiculis angustioribus. *Linn.* In *Canada. Kalm.*

Obs. E Suecia tulimus nomine Br. *imperialis*, et in plurimis hortis nomine *hirsutissimi Cyrill.* colitur.

25. B. *pubescens Muehlenb.;* paniculâ nutante, spiculis lanceolatis compressis, flosculis aristatis pilosis, aristis rectis, foliis utrinquè pilosis, vaginis glabris. (?) *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 120. *Martius Enum. H. Erlang.* p. 38.

Culmi tripedales, nodis 3-4, tenuiter pubescentes; folia plana, pubescentia, mollia, pilis margine et basi; vaginae teretes, pubescentes, apice pilis longis; ligula magna, alba, profunde incisa; panicula 3-4poll., rami elongati, simplices et ramosi, inferiores plerumque quaterni, quini, superiores terni, bini, sursum pubescenti-scabri; spiculae lineari-lanceolatae, flosculis denique discedentibus 6-9, ultimis saepius imperfectis; valvulae calycinae lanceolatae acutae, interior fere dimidio brevior, utraque margine lato membranaceo albo, nervis tribus pilosis; corollina exterior septemnervis, apice fissa, et infra fissuram aristâ longitudine valvulae; interior trinervis, ad flexurae angulos pilosa." *Martius.* In *Pensylvania.* 4.

26. B. *catharticus Vahl;* paniculâ patente erectâ subsimplici, spiculis lato-lanceolatis striatis scabris, (glabris) aristis brevibus rectis. *Vahl Symb.* II. p. 22. *Willd.*

Digitized by Google

Spec. I. p. 431. Gramen bromoides catharticum, vulgo *guilno*. *Feuillée peruv.* p. 705. t. 1.

„Culmus erectus simplex pedalis et ultra, foliatus, glaber, longitudine foliorum glabrorum, retrorsum scabrorum. (Folia tripedalia, 4 lin. lata, *Feuillée!*) Vagina superne ciliata; pedicelli infimi semel divisi, reliqui simplicissimi. Spiculae pollicares, glabrae, lineis elevatis, 5-7florae, compressae; valvulae calycis lanceolatae, corollae acutae. Aristae breves parum infra apicem.“ *Vahl.* In *Lima.*

27. * B. *asper;* paniculâ nutante secundâ, spiculis linearilanceolatis compressis pubescentibus, flosculis demum remotiusculis, aristis rectis glumâ brevioribus, foliis villosis scabris. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 360. *Linn. Suppl.* p. 111. *S. V.* XIV. p. 119. *Willd. Spec.* I. p. 431. (excl. *Pollich* ut in) *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 136. *Koel. Gram.* p. 230. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 62. n. 217. *Smith* in *Linnean Transact.* IV. p. 293. *Fl. brit.* I. p. 133. *Engl. bot.* t. 1172. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 290. *Martyn Flor. rust.* t. 126. *Host Gram. austr.* I. t. 7., et certe Br. *dumetorum Lam. Enc. meth.* I. p. 467. (quem *P. de Beauv.* ad *giganteum*). Br. *ramosus S. V.* XIII. p. 102. (nec *Mant.*). Br. *versicolor Pollich pal.* n. 109. (fide *Gmelin Fl. bad.* I. p. 232. nec ad *arvensem*). Br. *nemoralis Huds.* p. 51. Br. *nemorosus Vill. delph.* II. p. 117. Br. *hirsutus Curt. lond.* Fasc. II. t. 8. Br. *altissimus Web. holsat.* n. 94. Br. *montanus Koel. Gram.* p. 210. (excl. syn.). *Scop. Carn.* n. 117. *Sut. Fl. Helv.* I. p. 64. Schenodorus *asper Gaud. Fl. Helv. Ms. Hall. Hist.* n. 1503? β. paniculâ suberectâ semiverticillatâ. — γ. vaginis hirsutissimis. *

Rad. minime repens, culmi 3-4ped. et ultra, pilis brevibus rigidulis scabri, ut genicula 3-4. Folia lineari-lanceolata, plana, longissima; vaginae scabriusculae, pilosae. Ligula brevis, fuscescens. Spiculae virides, vel e viridi et purpurascente variae, 7-9florae. Gluma calycina major trinervis, minor uninervis, pilis brevibus appressis; corollina exterior lineari-lanceolata, subcompressa, nervis 5 scaberrimis. Arista glumâ brevior. In β. paniculâ multo minor, erectiuscula, pedunculis brevibus, spiculis 5-6floris. Junior Br. *sylvaticum* refert. *Gaud.* In *sylvis, nemoribus Europae et Sibiriae, in Caucaso et Athone.* 4.

---

* Bromus *hirsutissimus Cyrill.* cultus in plurimis hortis botanicis ab *aspero* non nisi staturâ duplo majore, vaginis magis hirsutis, fere hispidis, foliis multo latioribus minus pilosis, spiculis minus pubescentibus, nodis vero semper pubescenti-pilosis (in nostro *aspero* culto glabris) differt: sed cultura hisce notis semper et facile distinguendus persistit. An re verâ ex adeo diverso spontaneo culturâ natus? Cultus 4, videtur et spontaneus 4.

Digitized by Google

28. B. *pendulinus Sessé;* paniculâ (subsecundâ) nutante, spiculis lanceolatis compressis (3-7) floris, flosculis demum remotiusculis, aristis (subterminalibus) rectis glumâ brevioribus, foliis nudis. *Schrad. N. Journ.* IV. p. 70. *Lagasc. Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 53. *Hornem. Hort. R. Havn.* I. p. 100. Br. *compressus Elench. H. reg. matrit.* 1805.

Affinis Br. *aspero*, sed diversus: radice annuâ, staturâ humiliore, 2ped., spiculis latioribus, magis compressis, glabris *Ledeb.* qui e Canariis habuit. — Paniculae ramis verticaliter dependentibus eminus facile dignoscitur; *laxo* magis quam *aspero* affinis; cultus enim et 4 ped. attingit paniculâ fere pedali, spiculis 7- et 9floris. In *nova Hispania legit Sessé;* a quo semina habuit *Lagasca.* ⊙.

29. B. *glaucus LaPeyr.;* glaberrimus glaucus; foliis sterilibus longissimis planis erectis, caulinis involutis; paniculâ laxâ subcernuâ; spiculis octofloris elongatis compressis marginatis, aristis rectis calyce brevioribus. *LaPeyrouse Hist. abr. d. Pyr.* p. 633. *Flor. pyren.* t. 53. bis.

Gracilis, rectus 2-2½ped.; radix nodosa, fibrosa, foliis emarcidis in collo radicis persistentibus; folia in culmis sterilibus linearia plana acuta, dimidiâ culmi longitudine. Spiculae purpurâ variegatae. In *pratis à la Sedella de la Manera in Pyrenaeis orientalibus.* 2.

Obs. Proxime ad Br. *erectum* accedere videtur, nisi fors eadem species.

30. B. *altissimus;* paniculâ nutante, spiculis oblongis subsexfloris, flosculis pubescentibus, valvulâ exteriore trinervatâ, breviter aristatâ, foliis vaginisque glabris, culmo glabro altissimo. *Pursh Fl. Amer. Sept.* II. p. 728.

Altitudo 5-8 pedum. *Ad littora fluvii Missouri Americes borealis. Herbar. D. Lambert.*

31. * B. *giganteus;* paniculâ apice nutante secundâ, spiculis lanceolatis compressis nudis, flosculis imbricatis, aristis flexuosis glumâ longioribus, foliis nudis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 362. *Willd. Spec.* I. p. 435. *Koel. Gram.* p. 212. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 289. *Schreb. Gram.* I. p. 88. t. 11. *Curtis Fl. lond.* V. t. 7. *Host Gram. austr.* I. t. 6. Br. *triflorus Fl. Dan.* t. 440. (qui in *Syst. Veg.* XV. p. 124. ut species distincta). Br. *strigosus Lam. Illustr.* n. 1063. fide *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 701. Br. *aquaticus Gmel. Syst. Veg.* I. p. 189. Festuca *gigantea Vill. delph.* II. p. 110. *Smith Fl. brit.* I. p. 120. *Engl. bot.* 1820. *Svensk bot.* 120. Schrnodorus *giganteus Gaud. Fl. Helv. Ms. Hall. Hist.* n. 1510.

Culmi 3ped., geniculaque 4-5 glabra. Folia ensiformia, firma, carinata, pedalia; vaginae glabrae, aut parum scabrae, infe-

Digitized by Google

riores saepe purpurascentes. Ligula brevissima fuscescens. Spiculae virides, 5-7florae. Gluma calycina major trinervis, minor uninervis, nuda; corollina exterior lanceolata, convexa, nervis quinque obsoletis, apice minime fissa, interior non pectinato-ciliata. Arista glumâ duplo longior. Bromus *aquaticus Schrank bav.* n 238. formâ tantum major ex statione, sexped., magis glaber, spiculis minoribus. In *Fl. gall.* n. 1637, praeter synonyma huc allata, adducitur, ut Br. *gigantei* β., vaginis pubescentibus: Br. *giganteus Vill. delph.* II. p. 118. et Brom. *racemosas Lam. Fl. franç.* III. p. 604; et, ut γ., vaginis hispidulis: Brom. *giganteus Koel. Gram.* p 212, qui tamen certissime ad α, nec huc. Fors et β vix hujus loci. In *sylvis nemoribus, in humidiusculis totius Europae.* 2.

An huc: Br. *patentissimus Weig.* paniculâ patulâ, ramis binatis horizontalibus, spiculis subtrifloris muticis. *Weigel Obs.* p. 12. t. 1. f. 7. Ad Br. *triflorum Spec.* I. p. 436 cum? duci solitus.

32. B. *montanus Poll.;* paniculâ nutante, spiculis subsexfloris, aristis longioribus. *Pollich palat.* n. 116. *Gmelin Fl. bad.* I. p. 242. (Minime confundendum esse cum *aspero* (ad quem cls. *Schrader* et *Pal. de Beauv.* illum duxit) monet *Gmelin* l. c. qui *Hallerum Hist.* n. 1506, cum?, *Scheuchzerum* vero t. 5. f. 16. sine? huc ducit. Jam de *Scheuchzero*, a *Schradero* ad *asperum* ducto, dubitavit *Gaudin* sub Br. *aspero.*

„Panicula, et spiculae," ait *Gmelin l. c* " quoad formam et magnitudinem simillimae Bromo *giganteo*, sed differt, radice annua, culmis scabriusculis, foliis angustioribus, 4-6 lin. latis, brevioribus margine villosiusculis, ligulâ brevi albâ, vaginis inferioribus scabris, villosis, spiculis 4-5, saepe 6-7floris scabriusculis, subvillosis viridibus, quandoque rubellis, aristis minus flexuoso-crispatis, 4-5 lin. In *sylvis montosis, lapidosis.* ⊙. *Anne hic annuus vel biennis ille, Smith?*

33. B. *longiflorus Willd.;* paniculae ramis verticillatis pendulis, spiculis lanceolatis compressis subdecemfloris hirsutiusculis aristatis, foliis ciliatis scabris, ligulâ lacerâ exsertâ. *Spreng. pug.* II. p. 23. *Willd. Enum. H. Berol. Suppl.* p. 6.

Sexpedalis. Culmi glaberrimi; vaginae angulatae glabrae; ligula obtusa; folia linearia pilis appressis hirsutiuscula, ciliata. Panicula flaccida ramis capillaribus scabris. *Habitat?* 2.

34. B. *verticillatus Cav.;* paniculâ apertâ, pedunculis horizontalibus verticillatis elongatis simplicibus ramosisque. *Cavan. Ic.* VI. p. 66. t. 590. *Pers. Syn.* I. p. 96.

Affinis *sterili;* culmi tripedales et ultra, glabri, articulati, ad nodos pallide rubentes; folia linearia vaginis breviora; pedunculi singuli divisi in pedicellos 5-8 inaequales, capillares, spiculâ glabrâ pollicari, sub 12florâ; valvulae calycis concavae acutae; arista brevis, recta. In *Arragonia.*

Digitized by Google

35. B. *pallens Cav.*; paniculâ erectâ subcontractâ, pedunculis inaequalibus, spiculis quinquefloris, aristis capillaribus longissimis. *Cavan. Ic.* p. 66. t. 591. f. 1. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 707.

Culmi 2-3ped. glabri, ad nodos e violaceo fusci; folia glabra linearia 3-4pollicaria; panicula pallide viridis; pedunculi verticillati, ut plurimum spiculis duabus, subcompressis; valvula calycina exterior subulata brevior, interior concava, utraque corollâ brevior. Valvula corollina exterior major concava acuta bifida, aristâ pollicari et ultra. In *Manillis.*

36. * B. *ciliatus*; paniculâ nutante, foliis utrinque vaginisque subpilosis, glumis ciliatis. *Linn. Sp. Pl.* p. 113. *Willd. Spec.* I. p. 433. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 85.

Culmi tenues; folia utrinque et vaginae vix manifeste pubescentes; panicula valde nutans, non crispis pedunculis. Spiculae oblongae compressae, petalorum marginibus (non dorso) valde pilosis, quâ notâ facile distinguitur. Flosculi 6-8, sub apice aristati; calyces nudi; glumae corollae lanceolatae. In *Canada. Halm.* 4.

37. *. B. *arvensis*; paniculâ demum nutante, spiculis lanceolatis compressis nudis, flosculis imbricatis, aristis rectis glumam aequantibus, foliis villosis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 356. (excl. syn. *Halleri* n. 1509., quod, var. glabra Br. *grossi*). *Willd. Spec.* I. p. 434. (excl. syn. *Weigel* et *Pollich*). *Koel. Gram.* p. 220. *Smith* in *Linn. Transact.* IV. p. 289. *Fl. brit.* I. p. 130. *Engl. bot.* t. 1984. *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 138. (excl. syn. *Weig.*). *Marsch. Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 419. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 299. *Wahlenb. Fl. carp.* n. 94. *Fl. lapp.* n. 27. *Host Gram. austr.* I. t. 14. Bromus *versicolor Koel. Gram.* p. 238. Brom. *erectus* β. *Huds.* p. 50? Bromus *multiflorus Weigel obs.* p. 2. (fide *herb. Weigel*). *Scheuchz. Agrostogr.* p. 262. t. 5. f. 15. Br. *polymorphus Hortul.* *Schrader* huc duxit *Engl. bot.* t. 920. quam ipse *Smith* nullibi ad *arvensem* citavit.

Rad. fibrosa. Culmi 2-3pedales, basi paullo declinati, glabri, geniculis glabris aut pubescentibus. Folia pilis sparsis villosa. Vaginae plus minus pubescentes. Ligula ut in *commutato.* Panicula semipedalis. Rami quandoque ad basin squamulâ unâ alterâve muniti. Spiculae nudae, quandoque obsolete pubescentes, nitidae, virescentes, vel ex viridi et purpurâ variae, 9-11florae. Glumae calycinae acutae; majore ex elliptico-lanceolatâ, quinquenervi; minore trinervi. Gluma corollina exterior septemnervis, aristâ glumâ subinde longiore, rectâ, purpurascente. *Inter segetes, ad vias, sepes ad Lapponiam usque.* ⊙.

Digitized by Google

38. B. *segetum;* culmo glabro, foliis vaginisque pilosis; paniculâ subsimplici verticillatâ secundâ nutante, ramisque rhachique hispido-scabris, spiculis lineari-oblongis subsexfloris; glumis calycinis corollinisque glabriusculis; aristâ longitudine corollae. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 123.

Bromo *arvensi* simillimus. Culmi erecti, 3-4ped., simplices, teretes, glabri, striati, nodis pilosis. Folia linearia acuminata plana striata, externe piloso-scabra, interne pilosa. Vaginae striatae pilosae; ligula ovata obtusa glabra; panicula pedalis, ramis longissimis, nigro-purpurascentibus, spiculas 2-3, raro unicam, ferentibus. Glumae calycinae inaequales, inferior duplo brevior, lanceolato-subulata, apice scabriuscula, superior oblonga, acuminata, subaristata, trinervis, virescens, glabriuscula, spiculâ triplo brevior; corollinae lanceolato-oblongae glabriusculae subaequales, inferior acuminata, sub 5nervis, superior bicarinata, angustior et tenuior, apice bidentata, carinis ciliato-scabra. Arista subterminalis recta scabra. In *cultis regni Quitensis, prope Lloa, Villa de Ibarra et Chillo.* ⊙.

39. B. *pitensis;* culmo foliisque glabris interne scabris; paniculâ ramosâ verticillatâ diffusâ strictâ (?) ramis rhachique scabris; spiculis lanceolatis compressis subquinquefloris; glumis scabris, calycinis pubescentibus; aristâ brevissimâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 123.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti simplices, 4-6pedales, striati nodique glabri, folia linearia acuminata striata plana; vaginae glabrae; ligula ovata acuta glabra; panicula 1½ped., ramis elongatis, triquetris scabris ut rhachis angulata. Glumae calycinae scabriusculae subciliatae purpurascentes, inferior lanceolato-subulata, superior longior, oblonga, acuta, trinervis, spiculâ triplo brevior; corollinae oblongo-lanceolatae acuminatae pubescentes, dorso margineque subciliatae, subaequales, inferior duplo latior, superior acuminato-subulata, bicarinata. Arista brevissima recta subterminalis. In *temperatis subhumidis ripae fluminum Pita et Guangapolo prope Lurropotrero et Conocoto.* ⊙.

Obs. Hunc et praecedentem fere eodem jure Festucis adnumerari posse l. c.

40. * B. *sterilis;* paniculâ patulâ apice nutante, spiculis scabris lineari-lanceolatis, dein flosculorum remotione compressis et superne latioribus, aristis rectis glumâ longioribus, foliis pubescentibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 364. *Willd. Spec.* I. p. 433. *Koel. Gram.* p. 228. *Smith* in *Linn. Transact.* IV. p. 295. *Fl. brit.* I. p. 134. *Engl. bot.* t. 1030. *Prodr. Fl. graec.* I. p. 62. n. 218. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 292. *Curt. Flor. lond.* Fasc. I. t. 9. *Mart. Fl. rust.* t. 125. *Host Gram. austr.* I. t. 16. Br. *grandiflorus Weig. obs.* p. 9. *α.* Br. *distichus Moench meth.* p. 192. *Hall. Helv.* n. 1505.

Digitized by Google

Culmi 1-1½pedales, erecti, glabri, ut et genicula, usque ad apicem fere vaginati. Folia flaccida, mollia, ad basin pilis longioribus. Vaginae pubescentes pilis magis minusve deflexis. Ligula brevis obtusa, demum fissa. Pedicelli plerumque scabri subincrassati. Panicula pedalis, laxa, rhachi glabrâ, superne scabrâ; spiculae nudae, scabrae, e viridi et purpurascente variae, 5-9florae, flosculo uno alterove terminali sterili. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae, valde inaequales, majore trinervi; corollina exterior nervis 7 scabris, aristâ apice plerumque purpurascente. In *Europae australioris et Caucasi viis, agris, maris, dumetis et sylvis, in Laconiâ, Zacyntho et circa Byzantium.*

41. * Br. *tectorum;* paniculâ apice nutante, (diffusâ) spiculis compressis foliisque pubescentibus, flosculis demum remotiusculis, aristis rectis glumam (sub) aequantibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 363. *Willd. Spec.* I. p. 434. (excl. syn. *Ray, Plukenet* et *Morison* ad *matritensem* spectantibus). *Koel. Gram.* p. 226. (excl. plur. syn.). *Gaud. Agrost.* I. p. 294. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 63. n. 209. *Sibthorp Fl. gr.* t. 82. *Host Gram. austr.* I. t. 15. Br. *grandiflorus* β. *Weig. obs.* p. 9. Br. *sterilis Lam.* β. *Hall. Hist.* n. 1508. β. humilior, spicis velutinis, paniculâ latâ secundâ, spiculis coloratis. *Gaud.* Br. *tectorum ciliatus Hort. Gorenk.?* γ. foliis glabris. *Decand. Fl. fr.* n. 1639.

Culmi pedales, erecti aut basi procumbentes, glabri, superne saepe pubescentes, geniculis 3-4. Folia utrinque villo brevi, basi pilis longioribus ciliata. Vaginae breves pubescentes. Ligula brevis obtusa, demum laciniata. Panicula palmaris, primum erectiuscula, rhachi pubescente. Pedicelli plerumque laeves ramosi. Spiculae lineares acutae nitidae plerumque pubescentes, virides, aut e viridi et purpurascente variae, 5-7florae. Glumae calycinae lanceolatae acutae, majore trinervi, apice plerumque bifidâ; corollina exterior carinâ vix scabra, septemnervis. In *Europae collibus, viis, tectis, circa Athenas et Messenam, et in Caucaso.* ⊙.

42. * B. *matritensis;* paniculâ erectâ, spiculis scabris lineari-lanceolatis, dein flosculorum remotione compressis et superne latioribus, flosculis bi-triandris, aristis rectis glumâ brevioribus (potius longioribus) foliis nudiusculis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 366. *Vahl Symb.* II. p. 23. (quem tamen cls. *Smith* non citat ad *Linnaei* plantam). *Linn. Spec.* p. 114. *Willd. Spec.* I. p. 437. *Host Gram. austr.* I. t. 17. Br. *villosus Forsk. descr.* p. 29. (teste *Vahl*). Br. *ciliatus Huds.* ed. I. p. 40 et Br. *muralis Huds.* p. 50. Br. *diandrus Curt. lond.* Fasc. VI. t. 5. *Smith* in *Linn. Transact.* IV. p. 296. *Flor. brit.* I. p. 135. *Engl. bot.* t. 1006. Br. *gynandrus Roth* in *Roemer* et *Usteri*

Digitized by Google

Magaz. X. p. 20. *Catalect. bot.* I. p. 15. Br. *dilatatus Lam.* n. 13. fide *Poiret*, qui a *Decandollio Fl. gall.* n. 1640. huc ductum Br. *incrassatum Lam.* ad Festucam *stipoidem* spectare testatur. Quid Brom. *digitatus Poiret*, a clo. *Pal. de Beauvois* huc ductus sit, ignoramus, nisi sphalmate typographi sit *dilatatus Lam.* Festuca *matritensis Desfont. Fl. atlant.* I. p. 91.

Smithii et *Schraderi* Bromus *matritensis* certo unam eandemque sistunt plantam: culmi pedales et ultra, erecti aut basi procumbentes, glabri. Folia *sterilis*, sed minus pubescentia, subinde fere glabra; vaginae pubescentes, pilis superne paucioribus et brevioribus, saepius glabriusculae. Ligula brevis obtusa, adultior lacinulata. Panicula 2-3pollicaris, primum contracta, dein patens. Rhachis inferne glabra, superne scabra. Rami apice incrassati. Spiculae nitidae scabrae, virides aut e viridi et purpurascente variae. Flosculi 5, raro plures (in *gynandro Roth* monandri). Glumae calycinae inaequales, carinâ saepius scabrae: major trinervis. Gluma corollina exterior lanceolata, 7nervis, ad nervos scabra, apice bifida. Arista glumâ longior, superne purpurascens. Stam. 2 et 3. Descriptio vero Bromi *matritensis Vahl* aliam videtur sistere plantam: „culmus enim *illi* pedalis, pubescens, uti vaginae, folia, et pedunculi; pedunculi retrorsum scabri; calycis valvulae glabrae, laeves, corollae valvulae pollicares, arista bipollicaris.“ An planta *Vahli* Br. *maximus Desfont?* Sic nobis saltem, et ex adducto ab illo Br. *villoso Forsk.* videtur. In Barbaria enim suam frequentius legisse, quam in agro Matritensi, ubi rarior. Variare addit: paniculâ densiori et rariori, floribus confertioribus et remotioribus, adeoque esse affinem *sterili*, ut vix limites inveniantur. Bromum porro, qui in variis *hortis* nomine *matritensis* colitur, Bromum esse *stipoidem Linn.* monet. — Varietatem notatu dignam spiculis glabris rufescentibus, valvulâ aristam excedente, observavit amiciss. *Rochel* apud *Schult. Oestr. Flor. ed.* 2. I. p. 261. In *Europa australi*, *Tauria*, *et boreali Africa.* ⊙.

43. B. *ligusticas All.*; paniculâ contractâ, nutante secundâ, pedunculis dilatatis, valvulâ calycinâ alterâ vix conspicuâ. *Savi Bot. etruscum* I. p. 77. *Allioni Fl. pedem.* T. II. p. 249. n. 2222. *Viviani Annal. Bot.* v. 2. p. 145. *Bivona Centur.* I. p. 21. Gramen bromoides festucaceâ tenuique paniculâ minus. *Scheuchz. Agrost.* p. 296. t. 6. f. 13. *Barrel. Ic.* 76. n. 2. (uterque fide Allioni). *Jacquin Eclog.* t. *β. major*; gr. festuceum pumilum, paniculâ heteromallâ, locustis majoribus longius aristatis. *Scheuchz. Agrost.* p. 298. (fide *Savi*).

Figuram *Barrelieri*, auctoritate *Scheuchzeri* citatam non bene exhibere plantam, recte *Savi* monuit, sed nec *Scheuchzeri* optima. „Culmus 1-1½ped., gracilis ascendens; folia striata, externe glabra, internâ superficie pilosa; vaginae gla-

Digitized by Google

brae striatae, ligulâ brevissimâ. Panicula 1-4 poll. longa, contracta, unilateralis, nutans, ramis inaequalibus geminatis ramosis. Spiculae 3-5florae, compressae, distichae, nitidae, pedunculatae, pedunculis compressis, dilatatis; valva externa spiculae subaequalis, subulata, in brevem aristam terminata, striata, dorso scabra, valvâ alterâ minutissimâ, nudo oculo vix conspicuâ; gluma externa aristâ terminali striatâ, 2-3 lin. longa, interna minor, margine ciliato. β. Differt culmo altiore, paniculâ magis expansâ, spiculis majoribus, nec non pedunculis scaberrimis. *Savi.* In *muris, tectis, agris, in cultis Italiae superioris.* ⊙.

Obs. Differt sane a simillimo *stipoide*, quocum toties confusus, calycis inprimis structura, in *stipoide* enim valvula altera calycis duplo aut triplo tantum minor, in *ligustico* vigesies et ultra. In *stipoide* saltem in speciminibus nostris culmus flexuosus, ad basin usque spicae vaginis tectus, in *ligustico* rectus, superne nudus.

44. B. *Micheli Savi;* paniculâ contractâ secundâ, spiculis quadrifloris, floribus subulatis, pedunculis linearibus. *Savi bot. etrusc.* I. p. 78. Gr. *bromoides annuum minus* etc. *Micheli Cat.* et *herb. Gram. agr. Flor.* n. 130. *Cat. Hort. pis.* p. 76.

Culmus pedalis teres glaber supra medium nudus; folia angusta striata superne pilosa, inferne glabra; vaginae folio longiores glabrae striatae, ligulâ brevissimâ obtusâ; panicula pollicaris et 1½ poll.; rami paniculae inaequales, tres et plures simul, ramosi, superiores gemini, simplices; spiculae, distichae, nitidae, stramineae; valvae inaequales, major longitudine spiculae, lanceolato-acuminata, obsolete nervosa, dorso scabra, margine scarioso, altera angustissima, longitudine, vix ¼ spiculae aequante. Gluma externa lanceolato-subulata, superna dorsi parte scabra, margine scariosa, apice bifida, paullo infra apicem aristâ mediocri scabra instructa. Gluma interna minima, apice bifida, margine ciliata. Facies Bromi *ligustici*, *Savi l. c.* In *agro florentino.*

45. B. *multispicatus;* paniculâ laxâ rectâ aut subnutante, spiculis plurimis linearibus compressis 10-12floris, aristis rectis vix glumâ longioribus, foliis acutis nudiusculis. Bromus *polystachyus Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 276. n. 1639. α. spiculis pubescentibus. β. spiculis glabris.

Culmi plures adscendentes aut fere recti, simplices, pedales aut sesquipedales, teretes, fere laeves; vaginae inferiores subvillosae; folia linearia, basi lineam ½ lata; paniculae rami 4-6ni, ut plurimum spiculâ unicâ, unus alterve spiculis 2-3. Spiculae e viridi violaceae, floscu'is elongatis subpatentibus; valvulae calycinae inaequales, angustae, acuminatissimae, major 6 lin. longa, ut exterior corollae. Panicula magis conferta quam in Br. *sterili*, laxior quam in *rubente*, et aristae breviores quam in *matritensi.* In *lapidosis sterilibus prope Monspelium.* β. *ad littora mediterranei in Gallaprovincia, Hispania.* ⊙.

Digitized by Google

46. B. *rigidus Roth;* paniculâ erectâ, spiculis scabris lanceolatis, dein flosculorum remotione compressis et superne latioribus, flosculis diandris, aristis rectis glumâ longioribus, foliis pubescentibus. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 367. *Roth* in *Roem.* et *Ust. Mag.* X. p. 21. et in *Catal.* I. p. 17. *Willd. Spec.* I. p. 437. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 278. n. 1640b. Br. *varius Broter. Fl. lus.* Br. *rubens Host Gram. austr.* l. t. 18. (excl. Br. *rubente Cav.*).

„Nimis affinis Br. *matritensi*, et fors, ut ipse *Roth* in *Nea-Beytr.* p. 116. suspicatur, hujus tantum varietas, sed diversus paniculâ minori semper contractâ, ramis simplicissimis brevioribus; spiculis lineari-lanceolatis, tumidiusculis florescentiâ peractâ ex toto rubescentibus, flosculis diandris, vix unquam triandris; glumis, inprimis calycinâ et corollinâ exteriori longe majoribus, duplo-triplove latioribus; aristis glumâ suâ longioribus, nec non villo molli, quo rhachis ramique (in *matritensi* semper nudi et scabri) ac reliquae plantae partes conspersae. Variat spiculis nudis et pubescentibus, et culturâ perstat.“ *Schrad.* In *Littorali, ad vias, et in Gallia australi et occid. prope Nantes, Gochnat:* nam cls. *Decandolle Fl. franç.* III. p. 73. ut *Pers. Syn.* I. p. 96. et *Poiret*, a *matritensi* non diversum credit. ⊙.

Obs. Huc spectare Br. *muralem Hudt.* et Br. *matritensem Linn. Amoen.* IV. p. 165 credit cls. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 73. Confer Brom. *scoparium* et Festucam rubentem.

47. B. *pilosus Dietr.;* paniculâ densâ nutante, spiculis oblongis sexfloris longissime aristatis hirsutis, seminibus planis dorso-incurvis. Br. *maximus Roth neue Beytr.* I. p. 114. Br. *diandrus Roth bot. Abh. u. Beob.* p. 44. n. 3. *Gram. bromoides* et *Scheuchz.* p. 261. Bromus *murorum Bernh.* (fid. speciminis). *Dietrich Gaertn. Lexik. Nachtr.* I. B. p. 558. recte nomen cli. *Roth* mutavit ob sequentem antiquiorem Bromum.

„Flores prioris anni diandri, antheris fuscis, posterioris anni omnes triandri antheris sulphureis. Differt a Br. *matritensi* radice bienni, nec annua; foliis radicalibus ingentes cespites formantibus, piloso-canescentibus; culmis, in culta, duplo triplove majoribus; nodis culmi cylindricis nec annularibus; paniculâ majore densiore nutante, nec erecto-patente; staminibus in perfecta plantâ semper tribus, nec duobus; seminibus oblongo-lanceolatis, compressis, dorso planis et in medio incurvis, nec oblongis rectis semiteretibus; aristis duplo longioribus. *Roth l. c.* *Europa meridionalis.* 2.

48. B. *jubatus Tenore;* paniculâ apertâ laxâ, pedunculis longissimis verticillatis, capillaribus, horizontalibus pendulisque, locustis 5-7floris; glumis glabris, aristis glumis duplo longioribus; foliis glabris. *Fl. Neap. Prodr.* p. X.

Digitized by Google

A B. *maximo Desf.* differt paniculâ laxâ pedunculisque capillaribus longissimis effusis. *Habit. in pascuis siccis montis Virginis in Principata Ulteriori.*

49. B. *maximus Desfont.*; foliis villosis, paniculâ patulo-erectâ, aristis longis rectis, rhachi pubescente. *Fl. atl.* I. p. 95. t. 26. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 277. n. 1640. BR. *matritensis Cavanill. Ic. rar.* VI. p. 67. *descr.* p. 47. Gramen avenaceum paniculatum locustis spadiceo-albidis. *Tournef. Cor.* p. 39. BR. *rigens Vandelli.* BR. *sterilis Brotero Fl. lusit.* BR. *sterilis* var. *Poiret voy. en Barb.* II. p. 99. BR. *indicus Hortul.*

Sterili magis, quam *matritensi* (quocum cl. *Persoon Syn.* I. p. 96 junxit) affinis, a quo differt: paniculâ erectâ nec propendente et patente, spiculis rotundioribus majoribus. Culmi praealti recti teretes striati; folia plana, lata villosa inprimis vaginis; panicula subsecunda, spiculis sessilibus pedicellatisve pedunculo 1½-pollicari, aspero, pubescente; valvulae calycinae subaequales longitudine fere spicularum; corollina exterior elongata acuta, margine membranacea, bifida; arista asperrima, 2 3pollicaris. In *Barbaria Poiret* et *Desfont. Cavanillis* descriptio haec est: „culmi 1½-ped. et ultra, graciles, 3-4nodes; folia villosa, culmea 5-6 pollic. long., 1½ lin. lat., vaginis striatis. Panicula patulo-erecta, 6-10pollicaris, spiculis 1½-pollicaribus, maturis compressis. Pedunculi communes semper compressi inaequales apice incrassati rhachideque asperi. Valvula corollae interior ciliata. Semen nigricans. Tota planta, praesertim vero pars ejusdem suprema et panicula tempore colorem obscure violaceum acquirit. *Decandolle* ait differre a *matritensi* suum: foliis undique pilis tectum copiosis, pedicellis plerumque tomento brevi appresso, aristis fere 2poll., et *matritensis* fors esse varietatem. *Circa Matritum et Labadie ad Agues-Mortes.* ⊙.

50. * B. *geniculatus*; paniculâ erectâ, flosculis distantibus, pedunculis angulatis, culmo genu procumbente. L. *Mant.* p. 33. *Schreb. Gram.* II. t. 31. *Willd. Spec.* I. p. 434. FESTUCA *geniculata Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 118.

Culmi vix palmares, decumbentes ad ultimum usque genu fuscum, dein erecti adscendentes. Folia graminea laevia, vaginis culmos vestientibus. Pedunculus paniculâ brevior; panicula patula pedicellis minime attenuatis sed compressis, ancipitibus subtriquetris, scabris. Flores oblongi quadriflori, flosculis scabris, vix pubescentibus, maxime omnium distantibus. Arista longitudine flosculi, recta. In *Lusitania. Vandelli.* ⊙.

Obs. Confer FESTUCAM *stipoidem*, quae a *Willd.* cum BR. *geniculato* jungitur. Structura floris omnino eadem in FESTUCA *stipoide*, e seminibus a bo. *Vahl* datis nata, qualis depingitur a *Schrebero* BROM. *geniculati*, sed habitus paniculae *flosculis distantibus* longe diversus in *geniculato* ab illo *F. stipoidis*, ubi et florens contracta.

Digitized by Google

51. * B. *rigens*; paniculâ spicatâ, spiculis subsessilibus erectis pubescentibus subquadrifloris. *Linn. Mant.* p. 33. *Willd. Spec.* I. p. 436.

Culmi spithamaei foliis vestiti; folia nervosa, supra leviter pilosa, vaginis totum culmum tegentibus. Spica breviter pedunculata, erecta, rigidula, spiculis sparsis subsessilibus tenacibus parum pubescentibus erectis; flosculis 4-5; aristâ infra apicem exeunte, erectâ vel parum patulâ, longitudine spiculae. In *Lusitania. Vandelli.*

52. B. *hordeiformis Lam.*; paniculâ spicatâ, spiculis subsessilibus, erectis strictis glabris subquadrifloris, flosculo ultimo sterili. *Lam. Illustr.* I. p. 195. n. 1076. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 707.

Affinis Bromo *rigenti* et habitus Hordei *murini*; glaber, sed tactu undique scaber. Culmi recti teretes 2poll. circiter; folia plana lata acutissima striata horizontaliter patentia; panicula simplex, pedalis; valvulae calycinae inaequales acutissimae, corollinae oblongae aequales, exterior acuta aristâ fere terminali rectâ subtortâ. In *Italia.* ⊙?

53. * B. *scoparius*; paniculâ fasciculatâ, spiculis subsessilibus glabris, aristis patulis. *Linn. Amoen. acad.* IV. p. 266. *Sp. Pl.* 114. *Willd. Spec.* I. p. 436. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 63. n. 221.

Willdenow, praeeunte *Cavanilles* aliisque, in *Enum. Hort. berol.* I. p. 121. junxit cum Bromo (nunc Festuca) *rubente*. *Smith* vero, qui litem valet hic componere omnem, l. c. ait: „Bromo *rubente* duplo minor, et plurimis notis distincta species." In *Hispania*, *agro Messeniae et circa Byzantium.* ♂. Confer Festucam *rubentem.*

Huc adhuc retulit *P. de Beauv.* cum? Bromum *littoreum Retz*, qui tamen ad Festucam *elatiorem* s. Schoenodorum.

Species dubiae:

54. B. *avenaceus Lam.*; paniculâ coarctatâ subsimplici; spiculis erectis glabris 3-4floris aristatis. *Lamarck Illustr.* p. 194. n. 1071.

Species dubia clo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 708. Habitus Avenae *pratensis*, sed aristae fere terminales, rectae, non dorsales. *Habitat?*

55. B. *poaeformis Spreng.*; paniculâ erectâ strictâ decompositâ, spiculis sexfloris subsecundis, foliis longissimis involutis. *Spreng. Mant.* I. p. 34.

Culmi adscendentes, caespitosi, cubitales, glabri, subcompressi, foliosi; folia pedalia glabra striata involuta subulata, vaginis longis glabris; panicula basi folio involuta, ramis erectis patentibus glabris. Spiculae lineari-lanceolatae glabriusculae. In *America boreali.* ⊙.

Digitized by

Obs. Ab hoc certe distinctus Br. *poiformis Forsk.*; paniculâ spicati ovato-oblongâ, spiculis compressis horisontalibus 5floris. *Forsk. arab.* p. 23. *Gmel Syst. Veg.* I. p. 190. sed quid?

56. B. *festucoïdes Link*; foliis planis glabris, paniculâ ramis paucis arrectis, calycis valvulâ alterâ spiculae aequali, alterâ triplo breviore, aristâ flosculo breviore. *Link* ap. *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 315.

In *Lusitania.*

Obs. Anne fors idem cum Bromo *Micheli*? Bromi et Festucae valvulâ calycis alterâ multo minore genus sistere videntur proprium, naturale, distinctu facile.

57. B. *tomentosus Rhode.*

Nil praeter nomen in *Schrad. N. J.* III. p. 42. locumque natalem in insulis *Hieris Labillardière* illum eundem in Syria legisse. An Br. *lanuginosus Poiret?*

58. B. *hirtus*; paniculâ simplici, spiculis lanceolato-linearibus compressis quinquefloris pubescentibus, aristis patulis spiculâ brevioribus, culmis foliisque hirtis. *Lichtenstein Spicileg. Fl. cap. Mss.*

Gramen sexpollicare. *Hab. in terra Beetjuanaram.*

59. B. *dactyloides Roth*; paniculâ subspicatâ ovatâ congestâ, spiculis ovatis compressis decemfloris, flosculis imbricatis, glumis calycinis carinatis, aristis rectis valvulâ paullo brevioribus. *Roth nov. plant. spec. Ms.* et hoc teste: Dactylis *pungens Enum. Hort. havn.* 1804. p. 9.

Caules debiles diffusi, filiformes, ramosi, ad nodos incurvi; folia trinervia vaginaeque villosa; valvula corollae exterior bifida, aristâ infra medium. *Habitat?*

60. Quid: B. *polystachyus Forsk.*; paniculâ patente ramis spicatis, spiculis alternis adpressis linearibus brevissime aristatis. *Forsk. Fl. arab.* p. 23. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 188.

Culmi cubitales. In *Aegypti fossis.*

61. B. *jubatus Vill.*; paniculâ nutante, spiculis quadrifloris, aristis longioribus. *Vill. delph.* 2. p. 118. n. 8. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 190.

62. B. *Phoenix Gmel.*; paniculâ spicatâ, spiculis octofloris teretibus compressis pendulis. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 190. *Buxb. Cent.* V. t. 15. (*Buxb. Cent.* V. t. 15. est *Agaricus!* an C. V. app. n. 19?).

63. B. *massiliensis Forsk.*; spiculis compressis, glumis interioribus ciliatis, foliis utrinque inferioribusque vaginis

Digitized by Google

pubescentibus, superioribus glabris. *Forsk. Fl. aegypt.* p. 203. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 191.

64. B. *scaberrimus Tenore;* paniculâ apertâ, pedunculis erectis verticillatis, elongatis, simplicibus, ramosisque; locustis 12floris hispidis scaberrimis fuscis, aristis glumarum longitudine; foliis villosis. *Fl. Neap. Prodr.* pag. X.

Habitat in pascuis siccis Montis Virginis in Principatu Ulteriori. ⊙.

326. HOLCUS.

1. * H. *mollis;* paniculâ aequali, flosculo hermaphrodito inferiore mutico, masculi aristâ geniculatâ calycem excedente, radice repente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 249. *Willd. Spec.* IV. p. 933. *Smith Fl. brit.* I. p. 89. *Engl. bot.* t. 1170. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 140. *Schreb. Gram.* I. p. 149. t. 20. f. 2. *Curtis Flor. lond.* Fasc. V. t. 8. *Hoffm. Deutschl. Fl.* t. 12. f. 2. *Host Gram. austr.* I. t. 3. *Flor. Dan.* t. 1059. *Svensk bot.* t. 198. Avena *mollis Koel. Gram.* p. 300. *Holcus mollis Vill. delph.* II. p. 88. Aira *mollis Schreb. Spic.* p. 301. *Hall. Hist.* n. 1485.

Culmus 2-3ped., glaber, erectus vel basi procumbens, geniculis 3-4 villosis. Folia lineari-lanceolata, plana, subtus pallida, obsolete pubescentia ut vaginae superiores laxiusculae. Ligula brevis obtusa ciliata. Rami rhachisque pilis brevibus mollibus. Spiculae ovato-lanceolatae, compressae, flosculi calyce minores, hermaphr. sessilis, masc. basi pilosus. Glumae calycinae majores trinerves, carinâ ciliatae, corollinae subaequales nitidae, exterior uninervis, plus minus pubescens. Variat utroque flosculo hermaphr., et calyce subinde trivalvi, trifloro. In *pratis, arvis, sylvis, ad vias Europae.* 2.

2. * H. *lanatus;* paniculâ aequali, flosculo hermaphrodito inferiore mutico, masculi aristâ recurvatâ calyce inclusâ, radice fibrosâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 251. *Willd. Spec.* IV. p. 933. *Smith Fl. brit.* I. p. 89. *Engl. bot.* t. 1169. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 138. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 78. *Schreb. Gram.* I. t. 20. f. 1. *Curt. Flor. lond.* Fasc. IV. t. 11. *Hoffm. Fl. germ.* II. t. 12. f. 1. *Host Gram. austr.* I. t. 2. *Svensk bot.* t. 84. Avena *lanata Koel. Gram.* p. 303. *Sut. Fl. Helv.* I. p. 66. Aira (*Holcus*) *lanatus Vill. delph.* II. p. 87. *Hall. Hist.* n. 1484.

Molli mollior tactu, magisque glaucescens. Differt, praeter characteres datos: foliis latioribus, paniculâ saepe majore magisque patente, ramis pilis mollioribus, spiculis paullò minoribus, glumis calycinis mucronatis, nervis lateralibus margini magis quam carinae approximatis; flosculo superiore semper masculo,

Digitized by Google

et hujus petalum interius exteriori minus, quum in hermaphrodito petala subaequalia. In *Europae et Americae borealis pascuis arenosis.* 2.

3. H. *argenteus Agardh;* paniculâ aequali, flosculo hermaphrodito inferiore mutico, masculi aristâ recurvatâ calycem excedente.

Holco *molli* habitu, *lanato* structurâ floris propior, totus cinereo-glaucescens. Rad. specimini nostro deest. Culmus ad basin usque paniculae vaginis tectus, crassitie pennae anatinae circa nodos contractos pilis reversis. Folia vaginaeque subinflatae (suprema ventricosa) pubescenti-scabriuscula, profunde striata, margine (siccata) involuta scaberrima. Ligula elongata, apice lacera. Paniculae (in nostra contractae, densiflorae) rami pilosi. Calycis glumae obtusae, brevissime mucronatae, longitudine aequales, altera duplo latior. Reliqua ut in lanato. In *Hispania.* 2?

4. * H. *striatus;* glumis bifloris striatis muticis acuminatis, paniculâ confertâ oblongâ. *Linn. Sp. Pl.* p. 1486. *Willd. Spec.* IV. p. 934. Aira *Gronov. virg.* p. 135.

„Folia plana longa, vaginis crassiusculis striatis. Panicula attenuata pedunculis brevissimis confertis ramosis. Glumae oblongae striatae acuminatae. Cal. monophyllus, minimus." *Linn.* In *Virginia.*

Obs. Hunc et *laxum*, sibi non visum, forte ad Airam spectare *Willdenow.* l. c.

Quid: 5. H. *Dochna Forsk.;* paniculae ramis subternato-verticillatis patentibus, rudimentis florum sessilibus infra flores fertiles aristatos. *Forsk. aegypt.* p. 174. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 173.

Gramen maximum, saepe quinqueuln. Culmi saepe ramosi, geniculis incrassatis villosis flavis. Folia sesquispithamaea linearilanceolata plana nervo medio niveo; ligula erecta culmo adpressa; calycis glumae villosae flavicantes apice virides ovales muticae. Semen magnitudine Oryzae ovale compressum ferrugineum. In *Arabia.*

6. H. *racemosus Forsk.;* spicâ cylindricâ, spiculis ternatis pedicellatis, involucris setaceis longissimis. *Forsk. aegypt.* p. 175. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 173. sub b. *Broussonet* colebatur in *H. monspel.* 1804.

Praecedenti *Dochnae* affinis, sed culmus cubitalis simplex, superne, ubi nudus, scaber. Vaginae glabrae, margine ciliatae. Folia subpedalia linearia canaliculata glabra, margine scabra. Spica digitum crassa, pilosissima, involucris et racemis patentibus. Anne Sorgha vel Panica?

Digitized by Google

Quid: Holcus *cylindricus Brouss. Monsp.* 1804.
— *distachyos Dorpat. Cat.* 1814.
— *ferrugineus Schrad. ibid.*
— du lac Champlain *Cat. tigur.* (circumfertur etiam nomine Holcus *Buffaloegrass*).

327. TRISETUM.

1. T. *tenue;* paniculâ aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus, inferiore apice uniaristato, reliquis apice aristis duabus brevibus et unicâ dorsali geniculatâ instructis. Avena *tenuis Schrad. Fl. germ.* I. p. 375. *Willd. Spec.* I. p. 448. *Moench meth.* p. 195. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 325. *Host Gram. austr.* II. t. 55. Avena *dubia Wib. Werth.* p. 121. *Flor. Wetter.* n. 158. *Roth Fl. germ.* T. II. p. 1. p. 108. *Leers Fl. herb.* t. 9. f. 3. Avena *fertilis Allion. auct.* p. 45. Avena *triaristata Vill.* II. p. 148. t. 4. fide specim. ad *Decand.* miss. *Fl. franç.* n. 1558. Holcus *biaristatus Web. hols.* n. 776. Bromus *triflorus Poll. pal.* n. 119. Ventenata *bromoides* et *avenacea Koel. Gram.* p. 273. 274. β. Trisetum *striatum Pers. Syn.* I. p. 97. Avena *striata Lam. Illustr.* p. 200. *Enc. meth. dict.* n. 5. (fide *Poiret. Decand.* vero ad Av. *sempervirentem* suam, s. *fallacem*).

Culmi 1-1½ped., erecti, aut geniculis inferioribus procumbentibus, scabri. Folia acuminata, sicca convoluta, quandoque tenuissime pubescentia. Vaginae glabrae, ligulâ elongatâ, acutiusculâ, demum lacinulatâ. Panicula ramis bi-ternatisve filiformibus longis, spiculis lanceolatis, teretiusculis, glumis calycinis lanceolatis, inferiori minori septemnervi, alterâ novemnervi. Flosculi calycem excedentes, glumâ exteriori quinquenervi. Variat culmis humilioribus et vaginis inferioribus purpurascentibus. In *siccis sterilibus apricis, montosis Europae.* ☉.

2. T. *villosum Pers.;* paniculâ trichotomâ, calycibus bifloris, corollis triaristatis, aristis lateralibus basi villosis brevioribus. *Pers. Syn.* I. p. 97. Avena *triseta Thunb. Prodr.* p. 22. *Flor. cap.* I. p. 435. *Willd. Spec.* I. p. 445.

Culmi filiformes striati glabri geniculato-erecti vix pedales; folia convoluto-subulata, pilosa, brevissima; pedunculi capillares, e globulo; calycis valvulae aequales, aristato-acuminatae, pilosae, unguiculares, corollâ duplo longiores (ergo non Trisetum); corolla apice pilosa, arista intermedia triplo longior, geniculata, glabra. In *promont. b. spei.*

3. T. *pallidum;* paniculâ trichotomâ, calycibus bifloris, corollis triaristatis, aristis nudis, intermediâ longiori. Trisetum *nudum Pers. Syn.* I. p. 97. Avena *pallida Thunb.*

Digitized by Google

Prodr. 22. *Flor. cap.* p. 435. *Willd. Spec.* I. p. 445
β. foliorum vaginis hirsutis, major, paniculâ ampliori.

Culmus teres glaber erectus pedalis, folia radicalia plura et culmea lineari-subulata villosa; panicula patens; pedunculi et pedicelli capillares purpurascentes glabri, basi pilosâ globosâ calyx glaber, valvulis aequalibus lanceolatis acutis subaristatis albidis carinâ viridi, corollâ longiores; aristae laterales capillares tenuissimae, brevissimae, albae, intermedia setaceo-subulata, geniculato-reflexa, 2 lin. longa et corollâ triplo longior purpurea, ut stigmata. In *Verkeerde Valley promont b. spei.*

4. * T. *pensylvanicum P. de B.*; paniculâ attenuatâ, calycibus bifloris, seminibus villosis, aristis calyce duplo longioribus. AVENA *pensylvanica Linn. Sp. Pl.* I. p. 117. *Willd. Spec.* I. p. 445. *Pers. Syn.* I. p. 100. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 85.

Folia pollicaria rigida basi barbata. *A nova Anglia ad Carolinam.* ⊙.

5. T. *Forskâli P. de B.*; paniculatum, calycibus trifloris, corollis hirsutis aristatis, culmo ramoso, foliis involutis rigidis. AVENA *Forskâli Vahl Symbol.* II. p. 25. *Willd. Spec.* I. p. 447. *Pers. Syn.* I. p. 100. *Descript. de l'Egypte* t. 12. AVENA *pensylvanica Forsk. descr.* p. 25.

Spithamaeum; culmi tecti vaginis foliorum aridis persistentibus membranaceis pilosis striatis; rami plures aggregati infracti vaginati; folia pollicaria patentia subulata pallide viridia, ultimum spathaceum, vaginae ciliatae, ore barbatae. Panicula bipoll., secunda, spiculis lanceolatis, calycibus longitudine floscutorum a basi ad medium albido-hirsutorum. Petala exteriora bifida, arista calyce parum longior. In *Aegypto.* ⊙.

6. T. *Trisetaria*; foliis villosis brevibus; paniculâ contractâ; culmis basi ramosis. TRISETARIA *Forskâlii Poiret Enc. meth* VIII. p. 116. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 177. TRISETARIA *Forsk. Flor. aegypt.-arab.* p. 27. n. 99. An TRISETARIA *linearis Descript. de l'Égypte* t. 12?

„Culmi recti, teretes, basi ramosi; pedales; foliis brevibus planis linearibus tripoll.; vaginae villosae; panicula 6-7poll.; cal. biflorus, valvulis duabus glabris acutis, muticis inaequalibus corollâ brevioribus; valvulae corollinae lineares acutae, interior plana pellucida mutica, exterior convexa, subcompressa, margine membranacea, aristâ valvulis duplô longiore apice bifidâ, aristâ alterâ simplici sub apice triplo longiore. Stigmata simplicia. Semen nudum. *Circa Alexandriam.* ⊙.

7. T. *nitidum Pers.*; paniculâ spicatâ, glumis membranaceis nitidis pubescentibus triaristatis. AVENA *nitida Desfont. Fl. atl.* I. t. 31. f. 2. *Pers. Syn.* I. p. 97.

Digitized by Google

Rad. pubescentes; culmi recti, pedales et ultra, glabri, filiformes; folia mollia pubescentia, lineam lata; paniculae rhachis pubescens, spiculis sublanatis pallide flavis, valvulis calycinis subaequalibus lanceolatis acutis apice scariosis, dorso ciliatis, 3-4floris, duobus flosculis lateralibus sessilibus; valvula corollina exterior concava oblonga acuta mucronibus 2 aristaeformibus; arista dorsalis recta longa, interior alba transparens subulata. In *sabulosis circa Mascar in Barbaria.*

8. * T. *luteum Pers.*; paniculâ patente, calycibus bifloris subulatis, corollis nudis triaristatis, aristâ intermediâ flexuosâ. *Pers. Syn.* I. p. 97. Avena *lutea Linn. Suppl.* p. 112. *Willd. Spec.* I. p. 448.

Refert habitu et colore Airam *flexuosam.* In *Martinica.*

9. T. *parviflorum Pers.*; paniculâ patulâ, spiculis bitrifloriſve, aristâ brevi setiformi infra glumae apicem emergente, foliis pubescentibus. *Desfont. Flor. atl.* I. p. 103. t. 32 sub Avena *parviflora*, ut *Poiret Enc. Suppl.* I. p. 543. *Pers. Syn.* I. p. 97. Festuca *segetum*, paniculâ aequali patente capillari, spiculis glabris splendentibus 3-4floris longe aristatis, foliis planis pilosis. *Savi Fl. pis.* I. p. 116. t. 1. f. 3. *Botan. Etrusc.* I. p. 69. *Savi epist. ad Bertol.* in *Roem. Collect.* p. 174. Gramen paniculatum arvense latifolium hirsutum *Catal. H. pis.*

Culmi 1/2-2ped., adscendentes; folia latiuscula plana striata, vaginis pilosis, ligulâ brevi truncatâ. Panicula pyramidalis aequalis ramis semiverticillatis capillaribus scabris. Spiculae viridi-argenteae, nitidae; calycis valvulae inaequales lanceolato-acuminatae, carinâ scabrae; gluma corollina externa major aristâ longâ scabrâ, oculo armato parum infra apicem inserta; interior minor, apice truncato lacero non ciliato. Habitus omnino Agrostidis *spicae venti. Savi. Inter segetes Italiae et in boreali Africa.* ⊙.

10. T. *micranthum*; paniculâ coarctatâ subsecundâ, spiculis 2-3floris, flosculis 2 pedicellatis, corollae valvulâ exteriore bifidâ, apice muticâ, aristâ dorsali recurvatâ, radice fibrosâ annuâ. *Willd. Mag. Berl. Gesell. naturf. Freund.* 2. B. 289. *Enum. Hort. Berol.* I. p. 213. sub Avena *parviflora* (utrinque excl. syn. *Desfont.*). Av. *parviſloram Desf.* eandem esse cum Festuca *segetum Savi* testatur autopta *Poiret*, et docet descriptio l. c. data a bo. *Willd.*

„Spithamaea et pedalis erecta; folia 1/2-1poll., lineari-lanceolata, pubescentia, margine remote ciliata, infima et summa breviora. Vaginae pilosae. Ligula oblongo-lanceolata lacera. Panicula 1/2-2poll.; spiculae nitidae, flosculus unus sessilis; calycis valvulae lanceolatae acutae, exterior subtri- interior uninervis, duplo brevior. Cor. valvulae exterioris laciniis lanceolatis acutis muticis, inferiore lanceolatâ angustâ involutâ; arista sub apice valvulae exterioris corollâ duplo longior re-

Digitized by Google

curvatâ. In *Europa australi.*" Occurrit in herbariis et hortis nomine FESTUCAE *uniglumis* et BROMI *ligustici.*

11. T. *neglectum;* paniculâ densâ confertâ subsecundâ, spiculis glabris quadrifidis (subquadrifloris) corollae valvulâ exteriore bifidâ mucronatâ, aristâ dorsali recurvatâ, foliis planis pilosis mollibus. AVENA *neglecta Willd. Mag.* l. c. A. paniculâ densâ, spiculis glabris subsexfloris, glumis apice bifidis etc. *Savi Fl. pis.* I. p. 132. t. 1. f. 4. *Botan. Etrusc.* I. p. 84. *Epist.* ad *Bertolon.* in *Roemer Collect.* p. 175. (ubique, monente *Willd.*, excl. synon. *Scheuchzer*). TRISETUM *pisanum Pers. Syn.* I. p. 97. AVENA *Loeflingiana Lam. Enc.* n. 7. et AVENA *panicea Lam. Illustr.* n. 117. *Desfont. atl.* I. p. 102. HOLCUS *Savii* paniculâ diffusâ ramosissimâ, calycibus bifloris (?), flosculo utroque aristato, hermaphrodito pedicellato, neutro sessili, valvulis interioribus bipartitis, vaginis foliisque pilosis. *Spreng. pug.* I. p. 8. (fide synonym. *Savi*). AVENA *panicea Pourret, Loeflingiana, panicea, peruviana Hortul.* teste *Willd.* AVENA *cristata* plurium *Herbar.*

„Culmi basi ramosi, tenues, adscendentes, 2poll.-2ped. Panicula pollicaris et 1/2-ped., pyramidalis, densa, ramulis alterne semiverticillatis, ternis, medio longiore. Spiculae compressae, nitidae, viridi et argenteo variegatae, subquadriflorae, raro subsexflorae. Valvulae calycis inaequales, dorso virides, margine albo membranaceo acuminatae, carinâ ciliatae; valvulae corollae apice bifidae, externa supra dorsi dimidium aristâ pallidâ tenui subgeniculatâ, glumae subaequali." *Savi.* In *Gallia merid.*, *Italia*, *Hispania.* ⊙.

Obs. Occurrit quoque nomine AVENAE *pauciflorae*, et cave ne confundas specimina minora cum KOELERIA *brachystachya.* „Male *Savius* „ait cls. *Sprengel* l. c. huic gramini tribuit spiculas quadrifloras." Attamen nos quadrifloras semper vidimus in exemplari a clo. *Savi* nobiscum communicato.

12. T. *alopecuros;* paniculâ densâ post florescentiam contractâ subspicatâ, calycibus sexfloris, flosculis apice biaristatis, dorso aristâ geniculatâ longiore, receptaculis setosis. AVENA *alopecuros Roth Catal.* 3. p. 20. β. minor, aristis brevioribus, spiculis subtrifloris. FESTUCA *cristata C. C. Gmel.* fide herbar.

Culmi 1/2-1ped., setacei, erecti, debiles, inferne nodosi, glabri, (saepe ramosi) nodis tumidis fuscescentibus; folia plana, 1 1/2-2 poll., 1/2 lin. lata, pubescentia, scabriuscula, margine ciliata; vaginae glabrae, margine villis longioribus; ligula exigua ovato acuminata; panicula 1-2poll., sub florescentia ovata, serius oblonga, rhachis articulata, alternatim nodosa, hinc plana, glabra, albida, illinc saturate viridis hispidiuscula; rami bini, basi di-trichotomi, hispidiusculi, florentes horizontales. Spiculae ovatae compressae, florentes deorsum directae; setae receptaculi (s. pedicelli) rigidae, niveae. Glumae calycinae

Digitized by Google

lanceolato-subulatae, concavae, saturate virides, margine albae, dorso scabriusculae, exterior trinervis, interior duplo fere angustior, uninervis; corollinae inaequales, exterior ovali-oblonga, membranacea, glabra, nivea, apice bifida, biaristata, scabra, dorso saturate viridis, supra medium aristâ scabrâ, medio geniculatâ, demum subreflexâ, longitudine fere totius valvulae; interiore totâ niveâ, membranaceâ, bifurcâ, paullo breviore. Semen oblongum flavescens, utrinque acuminatum. Primo intuitu proxima AVENAE *sesquitertiae* (cujus?) — *Roth. Habitat.* — ⊙. Media *neglectum* inter et *paniceum*.

13. T. *paniceum Pers.*; foliis planis, vaginis hirsutis, paniculâ contractâ, calyce bi-trifloro, corollae valvis bifidis aristatis, aristâ dorsali flore duplo longiore. AVENA *panicea Link* apud *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 314. *Pers. Syn.* I. p. 97.

„Maxime affinis AVENAE *Loefflingianae*, attamen diversa" *Link.* Nobis nonnisi staturâ majore differre videtur. *Circa Ulyssiponem et Oporto.*

14. * T. *Loefflingianum P. de B.*; paniculâ contractâ subsecundâ spiculis bifloris, flosculo altero pedicellato, valvulâ corollae exteriore bifidâ biaristatâ, aristâ dorsali reflexâ. AVENA *Loefflingiana Willd. Berl. Mag.* II. p. 289. t. VIII. f. 3. *Spec.* I. p. 445, ubi *Linn. Sp. Pl.* p. 118 citantur.

Mirum elm. *Willd.* nec in *Mag. l. c.* citasse *Cav. Ic.* t. 45. f. 1. *Descripc.* p. 45., nec *Balb. Mise.* 12., nec TRISETUM *hispanicum Pers. Syn.* I. p. 97. (quod idem cum AVENA *panicea Lam. Illustr.* p. 108. et *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 327.) et tamen conqueri, toties hanc plantam commutari cum FEST. *cristata*, AVENA *neglecta Savi* et *parviflora Desfont.* et alio gramine hispanico. — Descriptio quam *Willd. l. c.* dedit, sequens. „Culmus digitalis geniculatus erectus" (vix semipoll. *Gaud.*, 3-8poll. *Cav.* qui superiore parte nudos esse culmos, cum *Gaudin* ad apicem saepe usque vaginatos.) „Folia brevissima linearia acuta subconvoluta unacum vaginis pubescentia." (Folia 2-3 brevia, inferne acuta, vaginis ventricosis *Cav.*) „Ligula lanceolata elongata. Panicula pollicaris et brevior" (vix semipoll. *Cav.*) „Spiculae flavescentes nitidae. Cal. valvula exterior oblonga acuta, obsolete trinervis, diaphana, flavescens, basi violacea: interior lanceolata acuta diaphana, uninervis, duplo brevior et angustissima." (Axis longe barbatus *Gaud.* Pedunculus floris alterius villosus *Cav.*) „Cor. valvula exterior membranacea, laciniis 2 lanceolatis apice longe aristatis, interior indivisa, angusta, inclusa. Arista geniculata spiculâ duplo longior sub apice valvulae exterioris. In *Hispania, in Retiro prope Matritum; in Helvetia, et in prom. b. spei.* ⊙.

15. T. *Pourreti*; paniculâ patulâ, calycibus corollâ supra basin aristatâ longioribus, aristâ geniculatâ, culmo basi ramoso. AVENA *Pourreti Willd. Berl. Mag.* II. p. 290. t. VIII. f. 4. AVENA *airoides Pourret?*

Digitized by Google

Primo intuitu AVENAE *Loeflingianae* similis. Culmus digitalis et altior geniculatus. Folia linearia glabra, inferiora pollicaria, superiora vix semipoll. Ligula lanceolata elongata fissa. Panicula sesquipoll. Pedunculi hispidi. Calycis valvulae inaequales, exterior dorso sub apice hispida. Cor. valvula exterior apice subtridentata, supra basin aristata, interior lanceolata, duplo brevior, involuta. Arista calyce duplo longior hispida. In *Hispania*. ⊙.

16. T. *pilosum;* paniculâ secundâ subracemosâ, spiculis trifloris: rhachi pilosâ, corollis triaristatis, aristâ dorsali geniculatâ longiore; calycinis glumis inaequalibus, exteriore duplo breviore, foliis pubescentibus. AVENA *pilosa Marsch. Bieberst. in litt.*

Folia cum vaginis pilis rigidulis obsita. Pedicelli alterni, spiculâ multo breviores. Spiculae A. *sativâ* paullo minores. Calyx glaber, valvulis valde inaequalibus, alterâ flosculos aequante. Rhacheos pili breves. Corollae valvula exterior ultra medium bipartita. *Hab. in Iberia*. ⊙.

17. * T. *pubescens;* paniculâ subspicatâ aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem basi pilosum excedentibus, foliis pubescentibus, radice subrepente. AVENA *pubescens Schrad. Fl. germ.* I. p. 382. *Willd. Spec.* I. p. 448. *Koel. Gram.* p. 277. *Smith Fl. brit.* p. 140. *Engl. bot.* t. 1640. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 321. *Fl. Dan.* t. 1203. *Host Gram. austr.* II. t. 50. A. *sesquitertia Linn. Mant.* I. 34. (teste *Smith* l. c. sed exclus. syn. *Schenchz.*). A. *pratensis Gouan Hort.* p. 53? (teste *Smith*, sed *Decandolle* silet, et citat A. *pilosam Scop. Carn.* I. p. 86.) TRISETUM *sesquitertium Pal. de Beauv.* β. foliis vaginisque glaberrimis, flosculis supremis abortivis, rudior. *Gaud.* l. c. γ. racemo simplicissimo, spiculis alternis pedunculatis. *Gaud.* l. c. δ. *montana*, foliis cespitosis planis subhirsutis rigidis, paniculâ erectâ ramosâ, spiculis pedunculatis subtrifloris. *Vill. delph.* I. p. 151. — *P. de Beauv.* et inter AVENAS quoque reposuit, quibus et *Gaudin* adnumerat.

Culmi erecti, glabri, pedales-spedales, et ultra; folia obtusiuscula plana, molliter pubescentia, culmea latiora, pilis rarioribus. Vaginae subcompressae, inferiores pilis rigidulis. Ligula obtusa cum acumine, serius lacinulata, in vagina suprema duplo longior. Flosculus terminalis sterilis. Glumae lanceolatae tenuissimae diaphanae, calycina major trinervis, minor uninervis; corollina major scabro-punctata, quinquenervis, apice inaequaliter 3-5dentata, aristâ dorsali valvulâ suâ longiore, primo rectâ, dein retrofractâ. In *pratis*, *pomariis*, *nemorosis Europae Tauriae et Sibiriae*. 2.

18. T. *rigidum MB.;* paniculata, calycibus bifloris, flosculis aristatis, receptaculis barbatis, foliis rigidis distichis,

Digitized by Goog

culmo repente. Avena *rigida Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 77. n. 196. *β. elatius;* paniculata, calycibus subtrifloris, flosculis omnibus aristatis, receptaculis barbatis. Avena *sesquitertia M. a Bieberst.* l. c. p. 77. (monente auctore).

Ad Tr. *rigidum* fors referendum esse Avenam *distichophyllam Willd. Enum. H. berol.* (excl. syn.) censet ill. *Marsch. a Bieberst.* A *β* praecipue differre culmis basi declinatis radicantibus; foliis brevioribus rigidis exquisite acuminatis saepe convolutis glaucescentibus, ad culmos distiche patentibus, ligulâ amplexicauli ciliato lacerâ. Antherae violaceae, stigmata albo plumosa. — Panicula splendida, candicans. — In *β* panicula coarctata, spiculae magnitudine A. *elatioris*, ex argenteo viridique variae; calycinae glumae inaequales acutae, altera flosculis paullo brevior, altera multo minor. Receptaculi lana flosculorum fere longitudine. Flosculi glabri, arista basi purpurea. In *Caucasi orientalis glareosis ad latera torrentium; circa Derbentum et in rupibus Tiflin. Steven. β in Caucasi sylvis.* 4.

19. T. *alpinum Smith;* paniculâ erectâ subsimplici, calycibus subquinquefloris, receptaculis apice barbatis, foliis serrulatis nudis; vaginis scabris. Avena *alpina Smith* in *Linn. Transact.* X. p. 335. Avena *planiculmis Engl. bot.* t. 2141.

Clo. *Smithio* A. *planiculmis Schrad. Fl. germ.* I. p. 581 videtur, sed G. *Donn* culmum planum speciei huic denegat. Habitu convenit cum A. *pubescente*, sed omnibus partibus major; radix dense et compacte cespitosa, minime repens; folia nunquam pubescentia, ne margine quidem, sed serrulata, ut in *pratensi*, a qua tamen vaginis scabris elongatis diversa, floribusque multo majoribus. Eadem hujus speciei relatio ad A. *pubescentem*, ut Avenae *caryophylleae Sibth.* ad *pratensem.* In *montibus altissimis Clova in Angusshire.* 4.

20. T. *carpathicum;* paniculâ (florente) patente, spiculis subquadrifloris, foliorum vaginis compressis pilosis, radice repente. Avena *carpathica Host Gram. austr.* IV. t. 31.

Culmus erectus subcompressus glaber laevis; folia canaliculata, ad oras aculeata rarisque pilis ciliata, inferne pilosa; ligula brevis truncata. Panicula erecta, rhachis inter dentes inferiores teres, scabriuscula, inter superiores angulata, aculeata. Spiculae oblongae, flosculis omnibus basi pilis cinctis; calycis valvulae (albido-virentes) ad oras minutissimis aculeis, interior major trilineata, saepe bifida; corollae valvula exterior 4dentata, ciliata, lineis 5; interior angustior bifida, ad flexurae angulos ciliata, (utraque albo-virens). In *Carpathis.*

21. T. *flavescens;* paniculâ laxâ, perigonii valvulâ exteriore bifidâ, spiculis subtrifloris, flosculis glumam brevem

Digitized by Google

excedentibus, ligulâ truncatâ subnullâ, vaginis infimis pubescentibus, radice subrepente. AVENA *flavescens Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 82. (sed non excl. syn. *Gaud.*). *Linn. Spec.* p. 118. *Willd. Spec.* I. p. 449. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 377. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 325. *Hall. Hist.* n. 1497. α. spiculis minoribus. *Roth Fl. germ.* II. P. I. p. 106. β. *Smith Fl. brit.* I. p. 142. *Engl. bot.* t. 952. *Prodr. Fl. graec.* I. p. 67. n. 235. *Schreb. Gram.* p. 76. t. 9. *Curt. Fl. lond.* Fasc. 3. t. 5. *Host Gram. austr.* t. 38. TRISETUM *pratense Pers. Syn.* I. p. 97. β. spiculis majoribus *Roth* l. c. α. *Schreb.* l. c. β. *Scheuchz. Agrost.* p. 225. t. 4. f. 9. γ. spiculis fusco variegatis A. *flavescens alpestre* β *Gaud.* l. c. (excl. syn.). δ. *alpinum* paniculâ minimâ pauciflorâ capillari, culmo humili gracillimo. *Gaud.* l. c. ε. floribus viviparis.

Culmi in α pedales, sped. in β, sub geniculis saepe villosi, caeterum glabri. Folia linearia acuta plana, pilis brevibus mollibus plus minus aspersa. Ligula brevissima truncata ciliata. Rami capillacei scabri. Spiculae parvae oblongae lanceolatae nitidae, 2-3florae, in β quadriflorae, ex viridi et flavo vel aureo variae. Gluma calycina major trinervis, corolla quinquenervis; arista glumâ duplo longior. α et β *in pratis et pascuis; γ-ε in alpibus.*

Obs. γ. fide speciminis, hujus loci, nec ad *alpestre* β spectat; affine potius *fusco*, ut quasi transitum faciat habitu, et aristis subciliatis. *

22. T. *fuscum Schult.*; paniculâ elongatâ compositâ, spiculis subtrifloris, flosculis calycem subexcedentibus aristisque subciliatis, foliis ciliatis, vaginis compressis pilosis, ligulâ oblongâ. *Wahlenb. Fl. carpath.* n. 107. (excl. syn. *Host*) sub AVENA *carpathicâ*. AVENA *fusca Schult. oestr. Fl.* 2. ed. I. p. 268. Media quasi TRISETUM *flavescens* inter et *alpestre*, *flavescenti* γ. praecipue affine, ut A. *flavescens Gener. Elench. scepus.* n. 104. fors hujus loci, a *carpathico Host* longe diversum.

Rad., quam *Wahlenberg* repentem petit, in nostro fibrosa. Differt ab *alpestri* foliis latioribus, culmum ad paniculam fere usque vaginantibus; a *flavescente*, praeter characteres datos,

---

* An BROMUS *bifidus Thunb.*; paniculâ erectâ ramosa, spiculis ovatis subtrifloris, glumis bifido-setaceis, aristâ divaricatâ. *Thunb. jap.* 53. *Willd. Spec.* I. p. 431. hujus loci?

Facies potius Avenae quam Bromi. Differt a BR. *squarroso*: paniculâ ramosâ, spiculis multoties minoribus pauciforis glabris, glumâ bifidâ bisetâ, nec tantum emarginatâ; a reliquis: glumâ bifidâ in laciniis 2 subulatas glumae fere longitudine terminatâ, spiculis minutis glabris, aristâ geniculatâ reflexâ. Culmus erectus biped.; folia brevia digitalia et pollicaria, pubescentia. *Thunb.* *In Japonia.*

Digitized by Google

spiculâ fuscâ, atropurpureâ, glumâ corollinâ exteriore apice plus minus fissâ in lacinulas plures. In *alpinis rupestribus Carpathorum Liptoviensium.* Cls. *Hitaibel* hanc speciem olim AVENAM ciliarem dixit, sub quo nomine adhuc in herbariis occurrit. In *Carpathis Liptoviae.* 2.

23. T. *alpestre P. de B.;* panieulâ aequali, spiculis 3-4-floris, flosculis calycem excedentibus, glumâ corollinâ exteriori quinquenervi, radice fibrosâ, perenni. AVENA *alpestris Schrad. Fl. germ.* I. p. 379. *Wahlenb. Fl. carp.* p. 33. n. 108. *Host Gram. austr.* III. t. 39. AVENA *sesquitertia Host Syn.* p. 60. *β. purpurascens;* perigonii valvulâ exteriore bifidâ, spiculis subtrifloris, flosculis glumam excedentibus, ligulâ elongatâ acutâ, vaginis omnibus glaberrimis, radice fibrosâ. AVENA *purpurascens Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 82. (fide *Suppl. Fl. fr.* p. 260. (sed excl. syn. *Gaud.* Fide spec. nostro). A. *sesquitertia Fl. franç.* n. 1561. *Suppl.* p. 260.

Culmi 3poll.-1½ped., pilis brevissimis sparsis; folia linearia acuta, utrinque pube brevi, margine pilis longis. Vaginae pubescentes, ligulâ brevissimâ denticulatâ. Paniculae fere *flavescentis*, at minus patula, spiculis ex purpurascente, flavo et viridi variae. Glumae calycinae minus inaequales quam in *flavescente;* gluma corollina exterior apice in dentes 2-4 divisa. *Gaudin* junxit cum *flavescente*, recte disjunxit *Wahlenberg*, monens corollas esse bisetulas, et habitu paniculâque convenire cum A. *distichophylla Vill;* differre a *carpathica* suâ, *fuscâ* nostrâ, ut TRICHODIUM *rupestre* ab *alpino*, spiculis majoribus, corollis apice bisetulis, valvulis subaequalibus. *β.* differt a *flavescente:* paniculâ ex argenteo purpurascente, nec flavescente; ab *alpestri α* glabritie et ligulâ elongatâ acutâ, nec truncatâ, obtusâ. In *alpibus fere omnibus Europae mediae.* 2.

24. T. *brevifolium;* paniculâ aequali, spiculis bifloris, flosculis calyce minoribus, glumâ corollinâ exteriori quinquenervi, radice repente. AVENA *brevifolia Schrad. Fl. germ.* I. p. 380. *Host Gram. austr.* III. t. 40. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 26.

Gaudin Agrost. Helv. p. 320 speciem hanc a *distichophylla* non diversam esse putat, et, praeter characteres datos, paucis certe tantum differt sed omnino distinctum: culmis humilioribus, semiped., basi radicantibus; foliis duris apice callosis brevioribus; spiculis plerumque ex albo flavescente et viridi variis. In *Tyrolis alpibus leontinis. Ortner; in Vallesia.* 2.

25. T. *argenteum;* paniculâ aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem aequantibus, glumâ corollinâ exteriore majore uninervi, foliis distichis glabris, ore vaginarum piloso, radice repente. AVENA *argentea Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 125. et, teste ipsissimo *Willd*, AVENA *sesquitertia*

Digitized by Google

Willd. Spec. I. p. 448. AVENA *distichophylla Schrad. Fl. germ.* I. p. 380. *Host Gram. austr.* II. t. 53. (uterque excl. syn. *Villars*). *Sturm Fl. germ.* Fasc. 26.

Culmi cespitosi, 1-1½pedal., geniculis inferioribus plerumque procumbentes, glabri, ad genicula tenuissime villosi. Folia linearia, patentia, saepius glaucescentia, margine scabra; vaginae glabrae. Ligula brevissima truncata ciliata. Panicula erecta pauciflora, ramis scabris. Spiculae ut in *flavescente*, *alpestri*, et *brevifolia*, flosculis calycem vix excedentibus. Gluma calycina inferior minor uninervis, superior trinervis; corollina exterior bifida, laciniis brevioribus et aristâ duplo longiore quam in *flavescente*. Variat pubescentiâ. In *alpibus rhaeticis et noricis*. 4.

26. T. *distichophyllum P. de B.*; paniculâ aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem aequantibus, valvulis corollae aequalibus, exteriore trinervi, foliis distichis subpubescentibus, ore vaginarum glabro, radice repente. AVENA *distichophylla Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 125. *Spec.* I. p. 452. (excl. syn. *Haller.*) *Villars delph.* II. t. 4. f. 4. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 318. *Wahlenb. helv.* n. 121. *Hall. Hist.* n. 1489. AVENA *disticha Lam. Enc. meth.* I. p. 330.

Vix varietas *argenteae*: differt enim praeter characteres datos, paniculâ valde contractâ, foliis brevioribus scaberrimis, vel valde pubescentibus. In *alpibus rhaeticis et Delphinatus*. 4.

27. * T. *airoides P. de B.*; paniculâ subspicatâ, aristâ demum reflexâ, calycem excedente. AIRA *subspicata Schrad. Fl. germ.* I. p. 264. *Linn. Fl. suec.* ed. II. p. 69. *Willd. Spec.* I. p. 377. *Wulf.* in *Jacq. Coll.* III. p. 32. t. 19. f. 3. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 119. *Flor. Dan.* t. 228. *Host Gram. austr.* II. t. 45. AIRA *spicata Wahlenb. Fl. lapp.* n. 53. AVENA *airoides Koel. Gram.* p. 298. *Decand. Fl. franç.* n. 1554. AVENA *Hall. Hist.* n. 1490. β. hirsutissima, ultra pedalis.

Culmi digitales, spithamaei, inferne vaginati glabri, superne nudi, dense pubescentes. Folia linearia acuta plana. Vaginae plus minus pubescentes. Ligula brevis lacinulata. Panicula oblongo-ovata aut cylindracea, pedunculis brevissimis pubescentibus, spiculas 2-3 ferentibus. Spiculae ovato-lanceolatae, compressae, bi-rarius trifloraе, ex fusco vel ex aureo, viridi et purpurascente variae. Flosculi basi nudi calycem excedentes. Gluma calycina major superior trinervis, inferior uninervis; corollina utraque bifida, exterior major uninervis aristâ infra apicem primo rectâ, dein reflexâ. In *alpibus lapponicis*, *noricis*, *rhaeticis*, *pyrenaicis*. β. *in Groenlandia*. ⊙ *Hostio*; 4 reliquis.

Digitized by Google

Obs. Koelerii valde affinem esse, *Wahlenb. lapp.* l. c. et helvetica specimina differre: „aristis suberectis, nec saltem bis retroflexis, valvulis corollae magis acuminatis mucronatisque, colore spicae undique fuscescente, vaginis foliorum glaberrimis" *idem Helv.* p. 16. n. 81.

28. T. *aristidioides Pers.*; paniculâ trichotomâ, calycibus biflorîs, corollis bifidis aristatis. *Pers. Syn.* I. p. 98. Avena *aristidioides Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Flor. cap.* I. p. 433. *Willd. Spec.* I. p. 444.

Culmus simplex erectus glaber pedalis et ultra; folia radicalia basi villosa, attenuato-setacea, glabra, vaginis ciliatis breviora; panicula erecto-patens; pedunculi capillares glabri; calycis valvulae subaequales lanceolatae, setaceo-acuminatae, glabrae, unguiculares; corolla pilosa; valvula exterior bifida, setaceo-acuminata, dorso aristâ tortili glabrâ flore quadruplo longiore. In *interioribus promont. b. spei.*

29. T. *arenarium*; paniculâ spicatâ, glumis aequalibus 1-2floris, setâ baseos flosculi pilosâ, foliis striatis subhirsutis. *La Billard. Plant. rar. Syr. Dec.* V. p. 10. t. 7.

Pedalis, folia pilis brevissimis hirsuta; panicula palmaris et spithamaea, seta pilosa. *Prope Damascum in arenosis.*

30. T. *macrum P. de B.*; racemosa, calycibus subtrifloris, flosculis glabris, infimo mutico, caeteris aristatis. Avena *macra Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 77 et 420. In Tauria meridionali variat spiculis sexfloris.

Culmus vix digitalis; folia angusta glabra; racemus elongatus; spiculae magnitudine A. *flavescentis* solitariae aut binae, sessilis pedicellataque. Calyces 2-4flori, aristae divaricatae. In *Iberia Steven.*

328. AVENA.

1. * A. *praecox P. de B.*; paniculâ subspicatâ, flosculis calycem subaequantibus, aristâ geniculatâ calycem excedente, foliis setaceis. Aira *praecox Schrad. Fl. germ.* I. p. 262. *Willd. Spec.* I. p. 380. *Koel. Gram.* p. 132. *Smith Fl. brit.* I. p. 87. *Engl. bot.* t. 1296. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 124. *Flor. Dan.* t. 383. *Curt. Fl. lond.* Fasc. III. t. 7. *Host Gram. austr.* IV. t. 37. Avena *pusilla Weber hols.* p. 9. Aira *canescens β. Vill. delph.* II. p. 85.

Culmi 2-3poll.— 1/2ped., glaberrimi; folia setacea, pallide virentia, vaginis glabris, laxis, striato-angulatis; ligula elongata obtusa, serius laciniata. Panicula semper contracta. Rami scabriusculi, inferiores gemini, spiculas 2-3 gerentes. Spiculae ex viridi albescentes, nitidi. Arista calyce fere duplo longior. In *arenosis et sterilibus Europae.* ⊙.

Digitized by Google

2. A. *brevis Roth;* paniculâ secundâ, spiculis brevibus subbifloris, flosculis calycem aequantibus obtusis apice bidentatis, aristâ dorsali geniculatâ, radice fibrosâ annuâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 369. *Roth Abhandl.* p. 42. *Fl. germ.* T. II. P. I. p. 108. *Koel. Gram.* p. 293. *Willd. Spec.* I. p. 445. *Host Gram. austr.* III. t. 42. *Decand. Fl. franç. Supplem.* p. 258., et hoc teste: A. *nuda Thuil. Fl. Paris.* ed. II. 1. p. 49.

Culmi erecti glabri, 2-3pedales. Folia lineari-lanceolata scabra. Vaginae glabrae ad exortum ligulae brevis, truncatae, serrulatae plerumque pilis sparsis. Rami scabri. Spiculae ovato-lanceolatae, rarius trifforae. Glumae calycinae ovato-lanceolatae, 7-9nerves, inferior paullo minor; corollina exterior nervis 7, plerumque pilosa, bifida aut bidentata, aristâ dorsali triplo longiore. Variat colore glaucescente „et calycibus subtrifloris, seminibus dorso ad insertionem aristae pilosis, receptaculis seminum pilis rarioribus barbatis." *Inter segetes in arenosis circa Bremen et in Austria, Pannonia.* ☉.

3. A. *alba Vahl;* paniculata, calycibus bifloris, corollis pilosis, alterâ aristatâ. *Vahl Symb. bot.* II. p. 24. *Willd. Spec.* I. p. 446. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 259. n. 1546. c.

Culmus pedalis; folia glabra, glauca; panicula simplex pauciflora; calycis valvulae longitudine fere flosculorum pallide virides, margine hyalinae. Petala exteriora striata acuta, villis ad basim candidissimis, arista versus basin, calycibus parum longior. Facies caeterum Avenae *sativae. Vahl. Tuneti.* Culmus 1-2ped., gracilis, teres, rectus, debilis fere; folia plana, subaspera, 2 lin. lata in sylvestri, 3 in culta; vagina laevis; ligula membranacea, truncata, lin. 1/2; axis paniculae laevis; rami ut plurimum terni, subasperi; spiculae ovato-lanceolatae; in culta flosculi saepe omnes aristati; valvulae calycinae inaequales, acutae, corollinae septemnerves, acutae; arista sub medio dorsi, 6 lin. *Decand. l. c. Circa Prades en Roussillon. D. Coder.* ♃.

4. * A. *sativa;* paniculâ aequali, spiculis (sub) bifloris, flosculis calyce minoribus, basi (sub) nudis, altero aristato, radice fibrosa annuâ. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 123. *Spec.* I. p. 446. *Gaud. Agr.* I. p. 312. A. *disperma Mill. Dict. Haller* in *nov. Com. Goett.* VI. t. 4. *Hist.* n. 1494. *Host Gram. austr.* II. t. 59. *Arduin Saggi Padov.* II. p. 102. t. 2. β. flosculis omnibus muticis; γ. semine fusco s. *nigra.* Avena *fusca Arduin* l. c. t. IV. sed *hispanica* in textu p. 111.

Variat? seminibus albis et nigris. Sed semen nigrum perstat culturâ! In *insula Juan Fernandez versus Chili, (ut nunc ubique) sponte: sed non,* ut *Gaud.* I. p. 312, *inde originem habet.* ☉.

Digitized by Google

Obs. Varietates hujus notabiles sunt: AVENA *podolica Pasbal*, seu AVENA *rubra Zuccagni Cent.* n. 126, paniculâ compositâ verticillatâ, pedunculis fastigiatis, calycibus bifloris, flosculis muticis, glumâ exteriori apice lacerâ, dorsoque retrorsum scabrâ, seminibus villosis rubris.

AVENA *georgiana* (*georgica Zucc.*) paniculâ patente, calycibus raro bifloris, semine villoso, aristâ calyce vix duplo longiore.

AV. *anglica; cinerea; flava; trisperma* etc.

Obs. Hujus et plurium aliorum graminum, utpote DANTHONIAE, ZEAE, COICIS, HORDEI, TRITICI, PHARI, OLYRAE, ORYZAE embryonis figuram et descriptionem a *Richard* datam vide in *Ann. Mus.* XVII. p. 235. t. 6. et seqq.

5. A. *orientalis Schreb.*; paniculâ secundâ contractâ, spiculis bifloris calyce minoribus, flosculo altero mutico, radice fibrosa annua. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 371. *Haller* in *nov. Comm. Gott.* VI. p. 18. *Schreb. Spic.* p. 52. *Cavan. descr.* p. 46. *Willd. Spec.* I. p. 446. *Gaud. Agr.* I. p. 312. *Host Gram. austr.* III. t. 44. A. *racemosa Thuill. paris.* ed. II. p. 59. A. *tatarica Arduin Saggi acad. Padov.* II. p. 101. t. 1. β. aristis brevissimis aut nullis: *unilateralis Broussonet?*

3-4pedalis; folia lineari-lanceolata laxa; vaginae glabrae; ligula brevis, obtusa, serius lacinulata; panicula apice nutans; spiculae lanceolatae. Glumae calycinae lanceolatae glabrae, nervis 9-11. Flosculi inferioris gluma corollina exterior apice inaequaliter 2-3fida, septemnervis: arista glumâ longior. *Inter segetes et ad vias in Pannonia, Austria, Wetteravia, culta et colenda!* ☉.

6. * A. *nuda*; paniculâ aequali, spiculis subtrifloris calyceem excedentibus, flosculis basi nudis, radice fibrosâ annuâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 372. *Haller Nov. Comm. Gott.* l. c. t. 24. f. 34-36. *Willd. Spec.* I. p. 447. *Host Gram. austr.* III. t. 43. *Lobel ic.* I. p. 32. *Arduin Saggi Padov.* II. p. 113. t. V. β. A. *chinensis Fischer in litt.*

Culmi biped.; folia scabra vaginae glabrae. Spiculae lineari-lanceolatae; flosculi plerumque tres, terminali sterili. Glumae calycinae lanceolatae septemnerves. Corolla membranacea, inde semen corollâ tectum (vulgo nudum) nec corticatum. „Arista nec tortilis, nec geniculata." *Hall.* β. omnium fertilissimam esse. *Fischer.* Spiculas in culta videmus duplo quam in α majores, sub 5floras. *Inter segetes in Austria, ubi colitur.* ☉.

7. * A. *fatua*; paniculâ aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calyce minoribus basique pilosis, omnibus aristatis, radice fibrosâ annuâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 373. (excl. *Schreber* et *Scheuchzer*). *Willd. Spec.* I. p. 447. *Smith Fl. brit.* I. p. 139. *Prodr. Fl. graec.* I. p. 66.

Digitized by Google

Bertolone rar. Ligur. Dec. I. n. 6. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 310. *Hall. Helv.* n. 1495. (excl. syn. *Scheuchz.*). *Host Gram. austr.* 2. t. 58. (excl. syn. *Schreb.* et *Scheuchz.*). *Schreb. Gram.* t. 45. *Leers Fl. Herborn.* 42. t. 9. f. 4. *Svensk bot.* 144. β. spiculis fere omnibus bifloris. *Arduino Saggi di Padova* II. p. 109. n. 2. t. 3.

Saepius *a* commutatur cum *sterili*, cui tamen spiculae flosculis tantum duobus aristatis, nec tribus. *Fatua* β spiculis floribus 2 aristatis staturâ duplo minore a *sterili* differt. Culmi 2-3 ped.; folia nervo crassa, margine deorsum scabra; stipula brevis; panicula rara, pyramidalis; pedunculi scabri; valvulae calycis subaequales, 8-9 lin. longae; valvula corollina exterior bifida, in omnibus flosculis pilis flavescentibus basi tecta, aristâ deorsum scabrâ, contortâ, demum nigricante, glumâ ipsâ duplo longiore. β fors species propria, culturâ perstans. In β glumam corollinam exteriorem exacte qualem *Host* depingit, bifidam, in *a* saepius vero laciniis elongatis subaristatis invenimus. *Inter segetes Europae et ad Caucasum.* ⊙.

8. A. *hirsuta Roth;* paniculâ patulâ, calycibus subtrifloris, flosculis linearibus apice biaristatis infra medium utrinque pilosissimis, dorso aristâ geniculatâ. *Roth Catal.* III. p. 19. A. *villosa Lagasca ined.*

Media *strigosam* inter et *fatuam:* ab illa differt: paniculâ patente, semine maturo tantum parum nutante, nec contractâ secundâ; flosculis infra medium usque ad aristae insertionem utrinque pilis sericeis, 2 lin. longis, erecto-patulis dense obsessis, nec nudis; a *fatua:* flosculis tenuioribus, apice biaristatis, pilis multo longioribus, copiosioribus, nec apice muticis; calycibus subtrifloris, glumis longioribus et angustioribus. In *Europae cultis; copiose circa Genuam.* ⊙. *Occurrit in hortis quoque nomine* AVENAE *hispidae* et *barbatae Pott.*

Obs. In A. *villosa Lagasc.* ab amiciss. *Dufour* qui ex Matrito habuit, missa, tamen panicula secunda.

9. * A. *sterilis;* paniculâ secundâ, spiculis subquinquefloris, flosculis calyce minoribus, inferioribus aristatis et pilosis, superioribus muticis glabrisque, radice fibrosâ annuâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 370. *Willd. Spec.* I. p. 449. *Bertolon. rar. Lig. Dec.* I. n. 7. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 259. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 66. n. 234. *Jacq. Ic. pl. rar.* I. t. 23. *Host Fl. austr.* II. p. 42. t. 5. AVENA *fatua Schreb. Gram.* I. t. 15. AVENA *fatua* β *Decand Fl. franç.* n. 1547. AVENA *macrocarpa Moench meth.* p. 196. *Scheuchz. Agrost.* p. 239. t. 5. f. 1.

Culmi 2-4pedales, glabri, ad genicula plerumque pilis sparsis. Folia lineari-lanceolata, scabra; vaginae inferne pilosae; ligula brevis, obtusa. Rami scabri, infimus basi pilosus. Spiculae e congeneribus maximae, flosculis calyce paullo minoribus. Glumae lanceolatae acuminatae, calycinae subaequales

Digitized by Google

nervis 7-9 pollicem et ultra longae; corollina exterior nervis scabris, in flosculis 2 inferioribus a basi versus medium pilis longis, demum fuscis. Arista longissima sub geniculo pubescens. In *Europa australi inter segetes.* ⊙.

10. A. *elephantina Thunb.*; paniculâ compositâ, calycibus quadrifloris, corollis pilosis bifidis aristatis. *Thunb. Prodr.* I. p. 23. *Flor. cap.* I. p. 437. *Willd. Spec.* I. p. 448.

Culmus erectus, glaber, sexped.; folia longe vaginantia, ensiformia, setaceo-acuminata, striata, glabra ut vaginae; panicula palmaris; glumae lanceolatae, acutae, glabrae; corollae valvula altera bifida, setaceo-acuminata, arista valde spiraliter tortili, glabra, geniculata, flore triplo longior. In *arenosis Swartland promont. b. spei.*

11. A. *sempervirens Vill.*; paniculâ aequali, spiculis subquadrifloris, flosculis calycem excedentibus basique pilosis, foliis rigidis, radice fibrosâ perenni. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 37. *Villars delph.* II. p. 140. t. 5. (?) *Allion. auct.* p. 45. (?) *Pers. Syn.* I. p. 100. *Host Gram. austr.* III. p. 28. t. 41.

Culmi 1½-2ped., inferne procumbentes, scabriusculi interdum et glabri. Folia linearia acuminata rigida saepe glaucescentia, ad oras tantum scabra, primo involuta, dein planiuscula. Vaginae glabrae. Ligula *Hostio* oblonga, *Schradero* brevissima truncata. Panicula ramis hispidulis; spiculae oblongae subcompressae, nitidae, e flavo, purpurascente et viridi variae. Glumae calycinae oblongo-lanceolatae acutae inaequales, major trinervis; corollina major exterior septemnervis, aristâ dorsali glumâ suâ paullo longiore. A. *longifolia Thore* fide speciminis hujus loci est. In *saxis rupibus alpium noricarum, et maritimarum, inque Pyrenaeis.* 4.

Avena sedenensis: paniculâ erectâ contractâ, pedicellis geminis, glumis 2-3floris, flosculorum basi villosorum valvulâ interiore bifidâ *Decand. Synops.* p. 126 *Fl fr.* p. 719. n. 1552.* *Suppl.* p. 260. ARUNDO *sedenensis Lois. gall.* p. 719, est omnino AVENA *sempervirens Schrad. Fl. germ.* I. p. 376. *La Peyr. pyr. abreg.* p. 60. AVENA *sesquitertia Tenore Fl. neap. prodr.* Distinguitur ab AVENA *fallaci* seu *striata Lam.* s. AVENA *sempervirente Decand. Fl. franç* n. 1548 ligulâ truncatâ, cujus loco in A. *sempervirente Dec.* s. *fallaci* fasciculi pilorum. Ita *Decandolle* in Supplemento. — Cum AVENA *sempervirens* AVENAS inter remansisset, DEYEUXIAM inde creare cum *P. de Beauvois* noluimus, eò minus, quum figura cli. *P. de Beauvois* t. 9. f. 10 sit manca. Cls. *LaPeyrouse* in litteris nos monuit in herbario bi. *Chaix* a bo. *Villars* reviso nec fasciculum pilorum nec ligulam adfuisse; simili quoque modo in speciminibus in Pyrenaeis lectis aliis pilos adesse ad orificium vaginae, aliis rudimenta tantum pilorum, aliis omnino deesse. Ligulae loco adesse in orificio vaginae angustato membranulam tenuissimam, superne crenulatam, et, in

provectiorem usque plantae aetatem pilis vestitam demum deciduis: hinc *sempervirentem* et *fallacem* esse unam eandemque speciem diversae aetatis.

12. A. *fallax*; paniculâ subpatulâ, glumis trifloris, flosculis lanatis, foliis rigidis subinvolutis intus striatis. AVENA *sempervirens Decand. Syn.* p. 126. *Fl. franç.* n. 1548. *Vill. Prosp.* 17. *Flor.* II. p. 140. t. 5? *Allion. auct.* p. 45. AVENA *striata Lam. Enc. meth.* I. p. 332.

AVENAM *sempervirentem Schraderi* esse AVENAM suam *sedenensem* cum *Decandolle* monuisset in *Suppl.* p. 260, nomen *sempervirentis* suae, utpote plantae distinctae, mutandum erat. De synonymo *Villarsii* dubitat idem *Decandolle*, qui descriptionem suae sequentem dedit: Cespes densus, tenax, 15-18-poll.; folia radicalia longa, firma, glaucescentia, glabra, nisi ad faucem vaginae, ubi pilosa; culmum inter et radicis collum squamae foliaceae, margine ciliatae; panicula similis illi AVENAE *elatioris*, sed valvulae magis lucidae; flosculi duo fertiles aristati, sterilis muticus. Fasciculus pilorum ad basin externam flosculi singuli. In *apricis montium pyrenaicorum*, *Delphinatus*, *Sabaudiae*. 4.

13. A. *glauca LaPeyr.*; glauca paniculata, calycibus 3-4floris basi lanatis, foliis convolutis, ligulâ superiore acuminatâ scariosâ, inferioribus acutis brevibus lanatis, vaginis inferioribus inferne dentato-ciliatis, superne remote ciliatis. *LaPeyrouse in litt.*

In *monte d'Esquierry, in valle Venasca*. 4.

14. A. *striata Mich.*; paniculâ coarctatâ pariflorâ, glumâ quinqueflorâ, floribus eâdem longioribus subimberbibus; valvulâ exteriore striatâ, dorso longius aristatâ, semine nudo. *Mich. Flor. Bor. Amer.* I. p. 73. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 544.

In *montium tracta a sinu Hudsonis ad Canadam*. *Pursh* nunquam vidit.

15. A. *pallens Link*; foliis setaceis, paniculae ramis erectis, calyce bifloro, flosculo altero aristato, altero mutico, corollis hirsutis. *Link* ap. *Schrad. Journ.* 1799. 4. St. p. 314. A. *setifolia Brot. Fl. lus.*

An varietas minor AVENAE *elatioris* (ARRHENATHERI *avenacei*) quaerit *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 545. In *Lusitania*.

16. A. *amethystina Decand.*; paniculâ erectâ angustâ, glumis bifloris, flosculo inferiore uni-aristato, superiore biaristato. *Decand. Syn.* p. 126. *Flor. franç.* n. 1552. *Supplem.* p. 260.

Culmus 3-6pollicaris; rectus, simplex, foliosus, foliis angustis, reflexis, superioribus glabris, inferioribus vaginisque villosis; panicula recta depauperata, ramulis unifloris; glumae calycinae

Digitized by Google

magnae oblongae acutae subinaequales, basi eleganter violaceae, apice argenteae; glumae corollinae apice violaceae aristâ purpureâ. TRISETUM *pubescens* huic forsan nimis affinis. In *alpibus Provinciae gallicae. Clarion; ad Compestre in Cevennis, Bouchet.* ⊙.

17. A. *setacea Vill.*; foliis setaceis, vaginis lanuginosis, (subinde glabris) paniculâ purpurascente, flosculis majusculis, valvulis 2-3floris, aristis nigris recurvis. *Villars delph.* II. t. 5. *Pers. Syn.* I. p. 100. *Decand. Fl. franç.* n. 1553 (utraque excl. syn. *Allion.*). A. *subulata Lam. Illustr.* n. 1113.

Culmi recti filiformes, folia rigida longitudine culmi pallida; panicula recta pauciflora, pedunculis spiculâ 1-2, glaberrimâ. Flosculi basi villosi aristâ nigrâ longitudine calycis. In *alpibus Delphinatus.*

18. A. *palustris Mich.*; foliis planis linearibus, paniculâ confertiusculâ, glumis bifloris, flosculis glabris, altero mutico, altero ad apicem tenuissime aristato. *Mich. Flor. Bor. Amer.* I. p. 72. *Pers. Syn.* I. p. 100. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 86. A. *caroliniana* paniculâ attenuatâ *Walt. Fl. carol.* p. 81.

In *Georgiae et Carolinae paludosis.*

19. * A. *hispida*; racemosa, calycibus trifloris pilosis. *Thunb. Prodr.* I. p. 22. *Linn. Suppl.* p. 111. *Lam. Illustr.* n. 1111. *Willd. Spec.* I. p. 451. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 541. Av. *capensis Burm. Prodr.* p. 3. ANTHISTIRIA *hispida Thunb. Fl. cap.* I. p. 403. TRISETUM esse *Poiret* l. c. EHRHARTAM esse in textu *P. de Beauvois*, in tabula vero cum? iterum ad AVENAS amandavit.

Folia graminea (villosa, culmo duplo breviora), vaginis pilosis. Culmi pedales, erecti, laeves. Panicula s. racemus pedicellis indivisis 3-4, (superne incrassatis, pilosis, unipoll.) Glumae oblongae pollicares acuminatae, (unguiculares, punctis nigris, hispido-) pilosae erectae. Cor. subulata. Aristae tortae, floribus 2-3-(4)plo longiores. *Linn.* Facies BROMI. In *promont. b. spei.*

Obs. *Willdenow* suppressit *Avenam capensem*: paniculâ coarctatâ, calycibus trifloris subulatis, corollâ pubescente aristâ intermediâ tortili, curvâ. *Linn. Suppl.* 112. cui radix repens, folia graminea pauciora laevia margine scabra, culmus pedalis laevis, panicula quasi spicata ovato-oblonga purpurascens, corollae valvula interior brevis, licet adhuc in *Syst. Veg.* XV. p. 126. exstet *Persoon Syn.* I. p. 101 eam quoque omisit, sed Av. *capensem Burm.*, quam *Willdenow* sine dubio ad *hispidam* duxit, cum? attulit. *P. de Beauv.* AVENAM *capensem Suppl.* CHARTARIAM fecit *Agr. nov.* p. 163, quae tamen ARISTIDA.

20. * A. *pratensis*; racemo simplici, spiculis subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, foliis scabris, fasci-

Digitized by Google

culorum angustissimis complicatis, radice fibrosâ perenni. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 385. *Willd. Spec.* I. p. 451. *Smith Fl. brit.* I. p. 141. *Engl. bot.* t. 1204. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 314. *Hall. Hist.* 1499. *Host Gram. austr.* II. t. 51. *Fl. Dan.* t. 1083. A. *pratensis* α *Lam.* I. p. 333. β. *angustifolia:* foliis caulinis angustissimis, staturâ humiliori. A. *bromoides plurium Botanic.* A. *montana Fl. Wett. Schmidt* (fide specim.). γ. spiculis paucis, 2-3 A. *splendens Gallorum.*

Culmi stricti glaberrimi, infra medium foliosi; folia linearia acutiuscula brevia, margine serrulato-scabra, fasciculorum longiora, rigidula, varie flexa. Vaginae superne praecipue scabrae; ligula elongata, acuta. Racemus erectus, ramis brevissimis, unicam plerumque spiculam ferentibus. Spiculae et glumae fere *versicoloris*, sed majores. Glumae calycinae acuminatae major trinervis, inferior minor; corollina exterior acuminata quinquenervis, arista glumâ longior. In β, quae alpina, folia minus scabra, vaginae laeves, aristae valde divaricatae. Varietatis? notabilis mentionem facit *Besser Cat. Hrzemien. Suppl.* 1814: spiculis 2-3floris, tertio flosculo sterili; foliis angustissimis complicatis, fasciculorum fere setaceis, vaginis pubescentibus. In *pratis*, *pascuis*, *collibus*. 2.

21. A. *bromoides Gouan;* subspicata, spiculis binatis, alterâ pedunculatâ, aristis divaricatis, calycibus octofloris. *Gouan Fl. monsp.* p. 22. *Linn. Spec.* 1666. *Willd. Spec.* I. p. 453. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 545. *Cavanill. descripc.* p. 47. A. *pratensis* β. *Decand. Fl. franc.* n. 1555. (ad synonym. *Gouan*). β. spiculis subquinquefloris. A. *bromoides Balb.*

Licet a *Smith* et *Schrader* A. *bromoides* ne quidem varietas habeatur *pratensis* fide tamen exemplarium nostrorum a *pratensi* omnino characteribus datis abunde distincta species, in quam et exactissime cadit descriptio data a *Cavanilles* „culmi 2½ped., superius nudi; folia 3 5poll., 1½ lin. lata; panicula“ (fere) „½ped.; spiculae per paria dispositae; aristae griseae: glumae corollinae albae. In *Gallia merid.*, *Italia*, *Hispania.*

22. A. *caryophyllea Sibth.;* spicata, calycibus octofloris, receptaculis nudis, foliis planis glabris. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 67. *Sibthorp Fl. graec.* t. 89.

Affinis AVENAE *pubescenti* et *pratensi.* Discrepat foliis glabris glaucescentibus, floseulis numerosioribus. Cl. *Smith* in *Linn. Transact.* X. p. 336 monet, inspecto nunc exemplari ipso a clo. *Sibthorp* lecto, rhachin non esse glabram, qualem depinxit D. *Ferdinand Bauer*, sed omnino pilosam, ut in A. *pratensi*, adeo ut ab hac vix nisi numero et staturâ majore flosculorum differat, foliis margine aeque serrulatis vixque minus involutis. In *cretaceis insulae Cimoli.* 2.

Digitized by Google

23. A. *planiculmis;* paniculâ aequali, spiculis subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, culmis vaginisque compressis, (scabris, foliis dilatatis, inferne ciliatis) radice repente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 381. t. VI. f. 2. *Wahlenb. Fl. carp.* n. 106. A. *latifolia Host Gram. austr.* IV. t. 32. GAUDINIA *planiculmis Pal. de Beauv.* (sed omninò AVENAM esse nobiscum *Gaudin*).

Culmi 2-5ped., glabri, aut sub paniculâ scabri. Folia latiuscula, ultra 4 lin. lata, mucronulata, culmea obtusiora. Vaginae ancipites scabrae. Panicula spithamaea, rami quaterni-quini, breves, capillacei; spiculae lanceolatae nitidae. Glumae diaphanae, e viridi et flavescente, vel e dilute viridi flavescente et purpurascente variae; calycina exterior trinervis, corollina quinquenervis, inaequaliter 2-3dentata, aristâ dorsali valvulâ suâ duplo longiore. In *alpibus et subalpinis Silesiae, Moraviae, Pannoniae.* 4.

24. A. *versicolor Vill.;* racemo subsimplici, spiculis subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, foliis glabriusculis, radice fibrosâ perenni. *Schrad. Flor. germ.* I. p. 384. *Willd. Spec.* I. p. 452. *Villars delph.* II. p. 142. t. 4. f. 5. *Koel. Gram.* p. 294. *Lam. Enc. meth.* I. p. 330. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 317. *Wahlenb. carp.* n. 103. *helv.* n. 125. A. *Scheuchzeri Allion. pedem.* n. 2259. *Host Gram. austr.* II. t. 52. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 26. A. *alpina Latour Chlor. lugd.* 3. AVENA *Hall. Hist.* n. 1500.

Culmi 1-1½ped., erecti aut geniculis inferioribus declinati, teretes aut tereti-compressi, apicem versus scabri, infra medium vaginis glabris tecti; folia linearia acutiuscula margine scabra, (glaberrima, glaucescentia) fasciculorum angustiora. Ligula elongata. Rami capillacei, vel omnes unicam spiculam ferentes, vel inferiores subdivisi. Spiculae lanceolatae, nitidae, et viridi purpureo et flavescente variae, flosculo terminali plerumque sterili. Glumae lanceolatae tenuissimae, diaphanae, calycinae acutae, superior major trinervis; corollina exterior obsolete quinquenervis, aut bifida, aut 3-4dentata; arista glumâ duplo longior. „Respectu habitus paniculae valde variat; saepe panicula divisa et composita fere ut in A. *pubescenti.* Folia glaberrima, marginibus tantum asperula et caerulescentia, vaginae culmique compressi laevissimi differentiam necessariam praebent.“ *Wahlenb. carp. l. c.* In *alpibus noricis, rhaeticis, maritimis, et in carpathis.* 4.

25. A. *pumila Desfont.;* floribus paniculato-spicatis, spiculis subquadrifloris, glumis dorso ciliatis aristam setiformem aequantibus. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 103. *Pers. Syn.* I. p. 101.

An KOELERIA *phleoides Pers. Syn.* I. p. 97. quaerit *Poiret?* — Radices pubescentes; culmi filiformes basi nodosi saepe geni-

Digitized by Google

culati, 3-8poll., foliis mollibus pubescentibus. Panicula recta, 1-2poll. Rhachis pubescens, pedunculis brevibus inaequalibus; spiculae minimae compressae pallide flavae, valvulis calycinis subaequalibus, ciliatis dorso carinatis apice membranaceis, corollinâ exteriore sub apice aristâ rectâ, tenui vix 2 lin. In *arenosis circa Mascar.* ⊙.

26. * A. *mollis Mich.*; tota mollissime pubescens, paniculâ racemoso-spicatâ, calycibus bifloris. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 72. *Pers. Syn.* I. p. 101.

Flores nudi, valvulâ exteriore aristâ brevi rectâ longitudine glumae, non contortâ. In *Canada. Parsh non vidit.*

27. A. *quadriseta Labillard.*; paniculâ spiciformi, calycibus unifloris, corollarum valvulâ exteriore quadrisetâ. *Labillard. Specim. nov. Holl.* I. t. 32. Agrostis *quadriseta*; triandra, paniculâ cylindraceâ, ramis ramulisque imbricatis, glumis acuminatis, valvulâ exteriore perianthii glabrâ, aristâ infra medium dorsi glumis duplo longiore apice quadridentatâ, dentibus setaceis, interioribus brevioribus. *Rob. Brown Prodr.* I. p. 171.

Analoga flore cum Agrostide *filiformi Forst.*, quamvis inter Agrostides aeque collocaretur ac Agrostis *stricta*, *alpina* etc. Propter duas hasce species characterem genericum Avenae sic emendavit *Labillardière. Cal.* gluma bivalvis, uni- aut multiflora; *Cor.* oblonga, bivalvis, valvula exterior aristata, aristâ dorsali contortâ. — Culmi 2-3pedal., superne nudi elongati. Folia scabriuscula; ligula oblonga integra. Panicula 3-4pollic.; valvulae calycinae subaequales dorso denticulatae acutae. Cor. basi pilosa, valvulâ exteriore longitudine fere calycis, aristâ dorsali glumâ duplo longiore, interiore saepe bifida acutâ. In *cap van Diemen.*

28. A. *nervosa*; paniculâ simplici rarâ nutante, spiculis subquinquefloris, perianthii valvulâ exteriore septemnervi glumis longiore, apice lacinulatâ. *R. Brown Prodr.* I. p. 178.

Vix genuina Avenae species sed ad nullum genus aliud referenda, ad Bromum tamen accedens.

29. A. *antarctica Br.*; foliis planis, paniculâ compositâ patente, calycibus trifloris, flosculis medio aristatis, aristâ elongatâ rectiusculâ. Aira *antarctica Forst. Prodr.* 41. *Willd. Spec.* I. p. 379. Toresia *antarctica P. de Beauv.*

P. de Beauvois huc quoque ducit Avenam *antarcticam Thunb.* paniculâ coarctatâ, calycibus quadrifloris, corollis bifidis aristatis, *Prodr.* 22. *Willd. Spec.* I. p. 451. *Pers. Syn.* I. p. 100. Haec in *promont. b. spei*, illa in *nova Zeelandia.* Avenam esse hanc plantam, et genere a sequente distinctam el *R. Brown.* Descriptio A. *antarcticae Thunb. Fl. cap.* p. 436. sequens: culmus erectus glaber pedalis et ultra; folia conve-

Digitized by Google

luto-filiformia, glabra, breviora; panicula subspicata pal, maris; calycis valvulae inaequales, naviculares, lanceolatae acuminatae, glabrae; corolla basi pilosa, altera minor mutica' altera bifida, setaceo-acuminata, arista floribus longior. In *promont. b. spei.*

30. A. *Cavanillesii Lag.;* paniculâ divaricatâ, spiculis pendulis plerumque unifloris, calycibus hirsutis aristatis, aristâ dorsali glabrâ (?) glumam multoties superante. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 49. STIPA *arenaria Brotero;* paniculâ laxâ, floribus pendulis, nectario tripartito, aristis nudis rectis, calycibus semine paullo longioribus. *Brot. phyt. lusit.* n. 6. STIPA *gigantea Link* in *Schrad. Journ.* 1799. IV. p. 313.

Media quasi Avenam inter et Stipam, 6-9ped. Folia convoluta, panicula diffusa, arista ex emarginatura valvulae corollinae glabra semen quinquies et ultra longitudine superans. „Spiculae plerumque unifloraе, nonnunquam bifloraе, bis tantum flosculis 3-6 stipatis vidimus in H. r. Matrit. 1814 et 16. Antherae apice penicillatae." *Lagasca l. c.* In *collibus arenosis Hispaniae, Lusitaniae.*

Obs. In specimenibus nostris calycis valvulae omnino glaberrimae trinerves, nec hirsutae, uti valvulae corollae.

31. A. *hirtula Lag.;* paniculâ subsecundâ, glumis bifloris: calycibus hirsutis triaristatis, aristis duabus terminalibus setaceis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n 50.

„Facies AVENAE *strigosae Linn. Lagasc.*" In *ruderatis incultis ad agrorum versuras et juxta vias Matriti, Murciae, Orcelis, Gadibus alibique.* ☉. An hujus generis, cum A. *strigosa* DEYEUXIA sit?

32. A. *filifolia Lag.;* paniculâ attenuatâ erectâ: calycibus trifloris; flosculis aristatis basique pilosis, intermedio sterili; foliis convolutis filiformibus subpungentibus. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 51.

Laton et *Laston* Orcelitanis. *Ad rimas saxorum calcareorum montis Urcillo prope Orcelim, et prope urbem Marciam.* 2. Affinis videtur *setifoliae*, quam confer.

33. A. *scabriuscula Lag.;* paniculâ contractâ angustâ: spiculis trifloris: flosculis glabris: foliis margine involuto-subulatis scabriusculis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 52.

Flosculi apice bisetosi. In *locis arenosis circa urbem Legionem.* ☉.

34. A. *coquimbensis;* paniculâ subspicatâ, subovatâ; rhachi ramulisque glabris; calycibus trifloris corollâ pilosissimâ duplo-longioribus.

Digitized by Google

Rad. et folia radicalia in nostro exemplari desunt. Culmus ultra pedalis, ad basin fere usque vaginatus; vaginae striatae glaberrimae arcte appressae; folia caulina stricta, convoluto-subulata, glaberrima; panicula sesquipollicaris; rami brevissimi alterni, flosculis brevi pedicellatis subsessilibusque. Calycis valvulae subaequales, quatuor fere linearum, lanceolatae, compressae, acutae, laevissimae, altera carinâ, altera tota violacea. Valvula corollae exterior ovata, extus undique pilis longis albis quinquenervis, apice aristis duabus fuscis scabris rectis longitudine valvulae, dorso aristâ tortâ fuscâ lateralibus duplo-triplove longiore; interior lanceolata, trinervis, margine ciliata, apice subbidentata. In *Chili circa Coquimbo; ad specimen missum ab amiciss. Zea.*

329. AIRA.

a. *aristatae:*

1. * A. *flexuosa;* paniculâ patente trichotomâ, pedunculis flexuosis, flosculis calycem vix superantibus, aristâ calycem excedente, foliis setaceis, culmo subnudo. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 259. *Smith Fl. brit.* I. p. 85. *Engl. bot.* 1519. *Wahlenb. lapp.* n. 56. *carp.* n. 62. *Gaud. Agrostogr. Helv.* I. p. 126. *Flor. Dan.* t. 157. *Schreb.* II. p. 75. t. 30. *Host Gram. austr.* II. t. 43.

α. spiculis majoribus, magis coloratis, paniculâ coarctatâ. *Hall.* n. 1486. α. *Scheuchz. Prodr.* 23. t. 4. A. *montana Huds.* p. 35. *Willd. Spec.* I. p. 379 (non *Linn.* monente *Smith*). *Koel. Gram.* 131. *Leers Fl. Herborn.* p. 24. t. 5. f. 2. AIRA *setacea Huds.* ed. I.

β. spiculis minoribus albidis, paniculâ patente, vix flexuosâ, culmo magis folioso. *Hall.* l. c. *Scheuchz. Prodr.* 24. t. 6. AIRA *flexuosa Willd. Spec.* I. p. 378. *Koel. Gram.* p. 129. *Leers Fl. Herborn.* t. 5. f. 1. *Flor. Dan.* t. 1222. A. *flexuosa* γ. *Smith* l. c.

γ. A. *flexuosa montana Swartz:* calycibus flavescentibus, corollâ brevioribus. An A. *montana Linn.?*

δ. A. *discolor Thuill. Fl. par.* I. p. 39.?? Hanc omnino γ. A. *flexuosae* fecit *Decandolle Fl. fr.* n. 1567., sed *P. de Beauvois* eandem bene ad DESCHAMPSIAS vocavit.

Culmus 1-1½ped., basin versus uninodis, in β subtrinodis, in quo folia magis flaccida. Folia setacea et solida, nec conduplicata. Spiculae in α ex viridi et albo, aut viridi albo et purpureo variae. Corollae omnibus basi villosae, alterâ subpedicellatâ. In *Europae et Americae collibus montosis, nemorosis.* ♃.

De AIRA *flexuosa americana:* foliis setaceis, culmis subnudis, paniculâ divaricato-laxissimâ capillari; ramulis plerumque flexuosis, floribus basi

Digitized by Google

aristatis et brevissime barbulatis, aristâ rectâ exertâ, monuit *Michaux Bor. Amer.* I. p. 61. quod *europaeâ* dimidio humilior, paniculaque vix flexuosa.

2. A. *versicolor nobis;* foliis setaceis, culmis vaginatis foliosis, paniculâ subcontractâ, pedunculis capillaribus flexuoso-tortis.

Rad. fibrosa, sat densum foliorum radicalium caespitem emittens; folia radicalia 2-3pollicaria, inferiora patenti-flexuosa, superiora erecta, rigidiuscula, convoluto-setacea, sulcato-striata, glabra, torta, obtusiuscula, ad attactum laevissima, basi dilatata in vaginam vix 1/3 lin. latam, ligula oblonga, obtusa, saepius bifida et lin. fere longa. Culmi spithamaei et parum ultra, teretes, tecti vaginis 3-4, laxiusculis, glaberrimis; ligula exserta, suprema linearis et ultra lineam longa. Folia culmea ut caulina, suprema stricta. Panicula fere sesquipollicaris, rhachi ramis pedunculisque subhispidulis. Rami inferiores fere pollicares, in nostris omnes erectiusculi subadpressi, pedunculis unifloris subracemosis, inferioribus spiculâ oblongo-ovatâ biflorâ longioribus. Calycis valvulae duarum circiter linearum inaequales, carinâ aculeolatae, flosculis 1/3 longiores, enerves, medio fuscescentes, margine membranaceae: exterior major ovato-lanceolata, interior lanceolata, apice integra et erosula. Valvulae corollae inaequales lanceolatae, exterior 1/3 major, trinervis, nervis et praecipue carinâ hispidula, basi pilosa, medio fuscescens, margine membranacea ut et apice integro. Arista tortilis paullo supra basin, valvulâ duplo, spiculâ 1/3 longior. In *portu Egmont. Dedit amicissimus Zea.*

3. * A. *montana;* foliis setaceis, paniculâ angustatâ, flosculis basi pilosis aristatis, aristâ tortili longiore. *Linn. Flor. Suec.* n. 72. AIRA paniculâ rarâ, calycibus fuscis; *Linn. Fl. lapp.* p. 49. *Stillingfleet Gram.* t. 4. *Willd. Spec.* I. p. 379. (excl. synonym. *Hall. Scheuchz. Leers* et *Roth*). A. *bottnica*, foliis filiformibus, paniculâ laeviusculâ angustâ strictâ, calycibus acuminatis, flosculis pedicellatis calycem subaequantibus, aristâ rectâ flosculis duplo longiore. *Wahlenb. lapp.* I. p. 36. tab. IV.?

Mirum, clm. *Wahlenberg* cum? ad suam A. *bottnicam* ducere A. *montanam Linn.*, et dubia hic potius augere, quam solvere. Ait de sua cls. *Wahlenb.* AIRAE *flexuosae* simillima, quamvis re verâ affinior *caespitosae*. Folia conduplicata, indeque filiformia, et intus sulcata, brevia, rigidula; culmus erectus flaccidus; panicula longissima saepe usque ad pedem longa, angustissima, ramis paucis simplicibus vel indivisis, erectis, fere rhachidi appressis, paucifloris, laeviusculis, fusco-purpureis, respectu paniculae brevibus, vix 1/3 paniculae attingentibus. Valvulae calycinae patentes ob villos inclusos, angustae, duplo fere longiores quam in *flexuosa*, acuminatissimae; flosculi axi longiori quam in *caespitosa*, eximie piloso. Aristae ultra lineam e calyce emergunt. In *littoribus extimis maris*

Digitized by Google

Vesterbottniae in glareosis. Wahlenberg. In Sueciae apricis siccis Linn.

4. A. *atropurpurea Wahlenb.*; foliis planis, paniculâ divaricatâ pauperâ, flosculis calyce multum brevioribus apice pilosis. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 37. A. *alpina Vahl, Fl. Dan.* t. 961.

Folia mollia, tenuia, semper plana, ultra lineam lata; culmus pedalis et parum ultra, vaginis laxiusculis, longis; rami tantum duo in singulo verticillo, simpliciusculi, floribus vix ultra 5-6 in singulo, versus flores pilis incurvis. Flores majusculi; valvulae calycinae 2 1/3 lin. longae, oblongae, acutae, atropurpureae vel violaceae, carinâ hispidâ; flosculi minuti, ovato-oblongi, calyce dimidio breviores, crassiusculi, valvulis integris, superne pilosiusculis. Arista dorsalis, geniculata, apicem calycis haud attingens. Primo intuitu MELICAM potius quam AIRAM refert. In *juniperetis subuliginosis totius Lapponiae a Finmarkia ad Pitensem Lapponiam.* Serotina, Septembri florens.

5. A. *triflora Lagasc.*; paniculâ patentiusculâ, spiculis trifloris, flosculis calyce brevioribus, aristâ inclusâ, foliis setaceis rigidis. β. spiculis subtrifloris. AIRA *subtriflora Lagasca*; paniculâ erectâ confertiusculâ, calycibus plerumque trifloris, corollis basi pilosis infra medium aristatis, aristâ rectâ floribus subaequali, foliis subulatis strictis. *Lagasc. Varied. an.* 2. n. 19. p. 29. *Gen. et Spec. diagn.* p. 3. n. 39.

Radix fibrosa, cespitem emittens culmorum ascendentium spithamaeorum et tripollicarium. Folia radicalia emarcida rigida recurva, 1-1 1/2 pollicaria, complicato-convoluta glabra, basi dilatata in vaginam glabram, striatam, ligulâ magnâ acutâ biauritâ. Culmi ut plurimum uninodes ad paniculam fere usque vaginati, vaginis laevissimis ad attactum, striatis, desinentibus in folium breve, 1/2-1/4 pollicis, strictum, subulatum, margine scabriusculum. Panicula 1/2-2 pollicaris, ramis capillaribus flexuosis, (in nostris erectiusculis) tenuissime scabriusculis, ramulosis. Calycis valvulae subinaequales; minor ovata, uninervis, obtusa, apice suberosa; major ovato-lanceolata, acuminata, trinervis, nervis 2 lateralibus vix ultra medium porrectis valvulae, lineâ parum longior; utraque membranacea glabra, margine et apice fuscescens, medio violacea, carinâ viridis. Flosculus alter sessilis, alter brevissime, intermedius brevi pedicellatus, pedicello basi pilis aliquot. Corollae valvulae inaequales, major ovata, violaceo, viridi et fuscescente varia, apice 3-5fida, laciniis erosis, carinata, minor sat profunde bifida, laciniis ciliatis, fere tota alba. E medio dorsi valvulae exterioris arista recta scabra, in flosculo inferiore valvulam vix excedens, in reliquis ejusdem cum valvulâ longitudinis aut eâdem brevior. β. nonnisi numero flosculorum, pedicello intermedii tertii, si adest, magis elongato,

Digitized by Google

magisque glabro, aristâ denique breviore differt. Utramque clo. *Zeae* debemus, α locus natalis non erat adscriptus, sed *Hispania* prdcul dubio, quia β *in Novae Castiliae prope Torremocha et Legionis montosis subhumidis.*

6. A. *ambigua Mich.*; foliis subsetaceis, paniculâ amplâ pyramidatâ, glumis flavescentibus, petalis basi brevissime aristatis villosisque. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 61. *Pers. Syn.* I. p. 77. A. *cespitosa* var. β. *ambigua Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 77.

Affinis A. *cespitosae*, sed duplo minor. *Circa lacus Mistassinos, et amnes in lacum St. Joannis defluentes.* 2.

7. * A. *caryophyllea*; paniculâ trichotomâ, divaricato-patente, flosculis calyce minoribus, aristâ geniculatâ dorsali calycem excedente, foliis setaceis, ligulâ lanceolatâ acutâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 261. *Willd. Spec.* I. p. 380. *Koel. Gram.* p. 127. *Smith Fl. brit.* I. p. 88. *Engl. bot.* t. 812. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 128. *Fl. Dan.* t. 382. *Curt. Fl. lond.* Fasc. VI. t. 6. *Stillingfleet Misc.* t. 5. *Host Gram. austr.* II. t. 44. AVENA *caryophyllea Web. holsat.* p. 10. AVENA *Hall. Hist.* n. 1482. β. AIRA *divaricata Pourret acad. Toul.* III. p. 307. fide *Decand. Fl. franç.* III. p. 44. γ. *capillaris.* Huc fors: gramen paniculatum purpureo-argenteis locustis, delicatissimis. *Scheuchz. Agr.* p. 233. t. 4. f. 23. — An AIRA *canescens Host Gram. austr.* IV. t. 36.?

Culmus 1/2-1ped., gracilis, ad genicula inferiora inflexus, superne angulatus, plus minus scaber. Folia complicato-setacea, brevia, inferiora longiora emarcida. Vaginae laxae scabrae, ligulâ elongatâ, acutiusculâ. Panicula primum contracta, sed, peractâ etiam florescentiâ, divaricato-patens. Rami capillacei scabri, inferiores plerumque gemini. Spiculae parvae, oblongo-ovatae, compressae, nitidae, purpureo-argenteae, aut viridi alboque variae. Flosculi duo, basi villis brevissimis. Glumae calycinae lanceolatae, acutae, nervo 1; corollina exterior apice bicuspidata, supra basin aristâ. β. quod ex *Hispania* possidemus, *capillari* propinquior, quam γ, quae ex *Italia.* In *arenosis, sterilibus Europae ad Tauriam usque.* ⊙.

Obs. Quid sit AIRA *canescens Host* l. c. ignoramus; citat enim *Linnei* definitionem AIRAE (CORYNEPHORI) *canescentis* et descriptio tamen aeque ac icon minime quadrat. Arista in planta *Hostii* simplicissima, nec, ut *Linnaeus* petit, in medio cincta denticulis, aut, ut *Haller*, fere clavata. Nisi ob staturam majorem A. *divaricata Pourret*, nova erit. Rad. fibrosa. Folia scabra, canaliculata, culmi subteretes, superne scabriusculi, plerique ramosi; vaginae scabriusculae; ligula acuminata; rhachis ramulique aculeis raris; spiculae ovatae biflorae aristatae; calycis valvulae subaequales, carinâ scabrae; corollae valvulâ exterior apice bifida, 5nervis, aristâ supra basin valvulâ longiore (calycem fere duplo superans!), interior apice bifida. *In Bohemia.*

Digitized by Google

8. A. *elegans Willd.*; foliis setaceis, flosculo utroque sessili, altero superiore aristato, altero inferiore mutico, glumâ exteriori bimucronatâ. *Willd. inedit. test. Gaud. Agr. Helv.* I. p. 130. AIRA *capillaris Host Gram. austr.* IV. p. 20. t. 35.

Simillima A. *caryophylleae*, sed differt adhuc: staturâ pedali et altiore, spiculis quadruplo minoribus, flosculo quidem utroque sessili, paleisque breviori, sed altero altiore aristato, aristâ geniculatâ, spiculis fere duplo longiori, recurvâ, paleolâ exteriore acuminato-setosâ, saepe bifidâ, *Gaud.* AIRAM *caryophylleam* h. de *Walffen* eandem esse cum *capillari Host*, specimina ab illo communicata nos edocent. In *arenosis et agris Helvetiae cis- et transalpinae. Basileae ad littora Birsae, in Tyroli et Dalmatia.* ⊙.

9. A. *pulchella Willd.*; paniculâ divaricatâ, ramis trichotomis, flosculis subtrifloris calyce majoribus, aristâ geniculatâ calycem excedente, foliis setaceis, ligulâ oblongâ obtusâ. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 101.

Valde affinis A. *caryophylleae. Gaudin*, qui exemplar *Schleichero* a *Willdenow* missum vidit, in *Fl. Helv. Ms.* circa hanc speciem monet: „multo magis quam A. *elegans* a *caryophyllea* recedit; corolla altera breviter quidem, sed distincte pedicellata; flosculi calycem aequant, et subinde superant paulum; aristae rectae brevissimae spiculas vix excedunt, et supra medium dorsum utriusque paleolae incertae sunt, et corollarum paleola exterior valde obtusa apice erosa.“ Quoad definitiones. *Willdenowii* et *Decandollii* tamen ab *elegante* maxime affini diversa videtur, an sequens *tenera*? In *Hispania.* ⊙.

10. A. *tenera Kit.*; paniculâ patente; flosculis laevibus calyce longioribus; foliis planis, culmis erectis, radice annuâ. *Schult. oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 199.

Ad vias in siccis et hamidis Slavoniae. Prof. Kitaib. ⊙.

11. A. *lendigera Lag.*; paniculâ trichotomo-ramosâ divaricatâ, corollis infra apicem aristatis, aristâ longiore, foliis lineari-setaceis laevibus. *Lagasca Varied. de Cienc. Liter. y Art. An.* 2. n. 19. p. 29. *Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 38.

In *sabulosis hamidis prope Used oppidum in Aragoniae regno, alibique in Hispania.* Ab A. *elegante* in locis arenosis prope *Chamartin* lectâ non nisi staturâ majore, in quibusdam pedali differre videtur ex exemplaribus ab ill. *Zea* missis. Maxime affinis videtur A. *caryophyllaceae β. divaricatae.* ⊙.

12. A. *chinensis*; foliis setaceis, paniculâ erectâ, flosculis aristatis villosis. *Retz Obs.* III. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 330.

Digitized by Google

Culmi pedales, basi ramosi, foliis glabris brevibus setaceis; panicula brevis; valvulae calycinae lanceolatae glabrae striatae subaequales, flosculo altero sterili. Anne HOLCUS? In *China*.

13. A. *duriuscula Poiret;* cespitosa culmo rigido humili; foliis brevibus subulato-convolutis; paniculâ patente, floribus singulis aristatis. *Poir. Enc. meth. Suppl.* II. p. 76.

Culmi plures 3-6poll., graciles, basi subgeniculati, nodo uno alterove, basi foliis paucis, supremo subinflato; ligula exserta lanceolata. Panicula brevis, patentiuscula, pedicellis unifloris; spiculae compressae dilatatae basi purpureae; valvulae calycinae aequales lanceolatae acutae, flosculis duobus vix longitudine calycis, sessilibus, basi pilosis. Arista nigra corollâ quidquam longior; semen ovale nigrum. *Habitat? Herb. Desfont.*

14. A. *Oryzetorum Spreng.;* flosculis calycem excedentibus brevissime aristatis glabris, paniculâ erectâ, ligulâ subnullâ. *Spreng. pug.* II. p. 18. AIRA *palustris Pollin. Cat. H. Veron.* 1814. FESTUCA *oryzetorum*, paniculâ erectâ, spiculis trifloris teretiusculis ellipticis, glumellis glumam excedentibus, ligulâ truncatâ brevissimâ. *Pollini Hort.* et *Prov. veron. plant. nov.* Fasc. I.

Quadripedalis et ultra. Culmus teres glaber erectus; vaginae striatae glaberrimae. Folia lanceolato-linearia nervosa pedalia retrorsum scabra, caeterum glabra. Panicula lanceolata subcontracta. Rami flexuosi erecti angulati angulis scaberrimis. Glumae calycinae bivalves: valvula inferior brevior nervosa scariosa. Corollae geminae calycibus triplò longiores glaberrimae: valvula exterior brevissime aristata, aristâ subincurvâ fuscâ scabrâ. POAM *bifloram Retz*, i. e. AIRAM *ciliatam Spreng.* habitu similem differre foliis ciliatis, paniculâ strictâ, calycibus multo longioribus, flosculis acutis non aristatis. *Pollini* carpit clm. *Sprengel*, quod AIRAE subscripsisset plantam hanoce, sed habitu sane magis quam structurâ floris ad FESTUCAM spectare videtur. In *fossis oryzetorum prope Veronam.*

15. A. *pallens Spreng.;* aristata, paniculâ contractâ, valvulis calycinis inaequalibus, flosculo altero aristato, altero mutico. *Spreng. Mant.* I. p. 33.

Folia linearia glabra rigida subinvoluta, vaginis pubescentibus. In *Pensylvania. Mühlenberg.*

16. A. *macrantha Ledeb.;* paniculâ oblongâ subspicatâ interruptâ muticâ, glumis acuminatis, flosculis calycem excedentibus, foliis brevissimis glabris; ligulâ elongatâ bifidâ margine lacerâ. *Ledebour Obs. bot. in Flor. ross.*

In *jugo montium Jablonnoi-Chrebet.*

Digitized by Google

b. *muticae:*

17. * A. *arundinacea;* paniculâ oblongâ secundâ muticâ imbricatâ, foliis planis. *Linn. Sp. Pl.* p. 95. *Willd. Spec.* I. p. 376. A. paniculâ patente, flosculis muticis laevibus calyce longioribus, foliis planis rigidis, ligulâ obsoletâ. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 57. *Tournef. cor.* p. 39. *Houttuyn Linn. Pfl. Syst.* XII. p. 302. (nec icon.)

In Textu AIRAS inter, in tabula inter POAS retulit *P. de Beauv.* Culmi biped. et ultra, firmi; folia arundinacea glauca; ligula ciliata; panicula composita perampla, laevis, ramis basi longe nudis; spiculae glabrae magnitudine A. *cespitosae;* calycinae glumae acutae inaequales, parvae, flosculis breviores. Corollae valvulae aequales acutiusculae trinerviae. Semina globosa testacea, nitida. Variat calycibus trifloris. In *arena mobili deserti Cumani.* 2.

POAM *tataricam Fisch.* esse AIRAM *arundinaceam* cls. *Besser* affirmat in *Cat. Hrzemien* 1813.

18. A. *humilis MB.;* paniculâ patente, flosculis muticis calyce duplo longioribus; glumis truncatis apice membraceis denticulatis. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 57. n. 145. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 74.

Gramen exile AIRA s. AIROPSIDE *minutâ* paullo majus; folia glabra, lineam circiter lata, ligulâ brevissimâ. Spiculae magnitudine A. *cespitosae.* Calycinae glumae ovatae inaequales, scariosae. Corollae valvula exterior basi tantum colorata, pubescens, caeterum scariosa nitida, interior paullo minor tota membranacea. In *Caucasi monte Beschtau.* 2.

19. A. *setacea Retz;* foliis setaceis, paniculâ diffusâ, flosculis basi pilosis, inferiore mutico, superiore aristâ brevi. *Retz Obs.* III. p. 10. *Willd. Spec.* I. p. 381. Anne genus novum quaerit *P. de Beauvois?*

Habitus A. *flexuosae;* affinis A. *caryophylleae*, cujus fors varietas culta. Glabra, pallida; valvulae calycinae subaequales, viridiflavescentes, margine diaphanae, subinde triflorae, et tunc flosculus inferior muticus basi valde pilosus, alter minus. *Europaea videtur Retzio.* 2.

20. A. *capillacea Lam.;* paniculâ capillaceâ maximâ effusâ; flosculis muticis calyce longioribus, altero pedicellato, glumis acutis carinâ asperis, foliis angustis glabris brevibus, culmo erecto. *Lam. Illustr.* n. 942. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 74. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 76.

Habitus AGROSTIDIS *arachnoidis;* culmi octopollicares, graciles filiformes, panicula purpurea ampla laxa ramis in pedunculos setaceos unifloros abeuntibus; calyx brevissimus, inaequalis, biflorus. Valvulae corollinae concavae acutae. In *collibus et campis arenosis Virginiae, ad Carolinam usque.* 2.

Digitized by Google

21. A. *pallescens Kitaib.*; paniculâ laxa contractâ, spiculis subtrifloris, cuneiformi-obovatis, glumis obtusis, inferiore calycem aequante foliisque glabris, culmis erectis. *Kitaib. in litt.*

„Folia acuminata. Ab A. *nitida* sua diversam agnovit *Sprengel.*“ *Kitaib.*

22. A. *nitida Spreng.*; muticâ, paniculâ contractâ cylindricâ glumis truncatis, flosculo altero pedicellato, valvulis hyalinis. *Spreng. Mant.* I. p. 32.

Folia pollicaria, ima pubescentia. Anne Koeleria? In *Pensylvania Mühlenb.*

Quid: 23. A. *aegilopsoides*; mutica spicis secundis, corollae valvulâ alterâ ovatâ acuminatâ, alterâ columnari obtusâ. *Walt. Fl. carol.* p. 78. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 174.

Quid: 24. A. *festucoides Vill.*; foliis filiformibus teneris paniculâ erectâ, floribus coloratis ultra medium aristatis. *Vill. delph.* II. p. 86. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 174. *Lois. Deslongch. Fl. gall.* p. 47.

In *Delphinatu.*

Quid: 25. A. *purpurea*; foliis subulato-setaceis, paniculâ sparsâ, corollae valvulâ alterâ integrâ plumosâ, culmo erecto. *Walt. Flor. carol.* p. 78. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 175. Purshio non visa.

330. DESCHAMPSIA.

1. * D. *cespitosa P. de B.*; paniculâ diffusâ, flosculis calycem subaequantibus (subexcedentibus, pedunculis scabris *Wahlenb.*), aristâ rectâ brevi, foliis planis, (facie sulcatis). Aira *cespitosa Schrad. Fl. germ.* I. p. 257. α. minor: *Willd. Spec.* I. p. 378. *Smith Fl. brit.* I. p. 84. *Koel. Gram.* p. 125. Aira *altissima Moench meth.* p. 182. *Lamarck Enc. meth.* II. n. 6. Aira *parviflora Thuill. Fl. paris.* II. 1. p. 38. Calamagrostis *Arundo Roth Fl. germ.* II. p. 88. (teste *Schrad.* l. c. p. 220). Calamagrostis *Leersii Koel. Gram.* p. 107. β. major: Aira *paludosa Wibel Werthem.* p. 118. Avena *Hall. Helv.* n. 1487. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 121. sequentes distinxit varietates: α. *procerior*; spiculis minoribus pallidis. A. *cespitosa Wahlenb. lapp.* n. 19. *Svensk bot.* t. 132. *Engl. bot.* t. 1453. *Host Gram. austr.* II. t. 42. *Leers Fl. Herborn.* t. 4. f. 8. *Scheuchz.* t. 5. f. 2-3. — β. *littoralis*; humilior, spiculis majoribus, saturate violaceis; — γ. *alpina*; minor, paniculâ coloratâ, subinde aureâ. A. *alpina Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 98. Variat et spiculis

Digitized by Google

trifloris, supremo sterili, et aristâ alterius glumae nullâ, et floribus viviparis.

Culmi in α 2-4ped. et ultra; in β et γ. 1½-2ped.; teretes, glabri laeves, in β infra paniculam scabriusculi; folia firma suberecta plana glabra, culmea ad 2 lin. lata; in A. *paludosa Wib.* folia latiora, rigidiora, spiculae bi-triplo majores. AIRA *paludosa Roth*, quam *Wibel* ad suam citat, est, teste *Schradero*, gramen ignotum, nisi fors HOLCUS *avenaceus* γ, quod *Scheuchz. Agrost.* p. 156. descripsit, et nemo, nec ipse cls. *Rothius*, vidit. — „Paniculae rami longiusculi nutantes eximie scabri; valvulae calycinae dorso et margine serrulatae. Flosculi subpedicellati; axis villosus, minus quam in *A. bottnica*; arista basi fere inserta, et longitudine fere valvulae. *Wahlenb.* In *pratis nemorosis humidis a Lapponia ad mediterraneum; in Caucaso nonnisi in alpe Haischaur, ubi vero foliis latioribus, spiculis majoribus.* 4.

Obs. Cls. *P. de Beauv.* D. *parviflorum* ut distinctam speciem adducit.

2. D. *discolor;* erecta tenuifolia; paniculâ debili, contractâ, ramulis capillaribus flexuosis, floribus majusculis, glumâ violaceâ flosculos subalbidos et geniculato-aristatos aequante. AIRA *discolor Thuill. Fl. paris.* 2. ed. p. 59.

Ducitur quidem, et ab ipso *Decand.* in *Fl. gall.* n. 1567 ad AIRAM *flexuosam*, sed nostra saltem specimina veram DESCHAMPSIAM sistunt. Differt ab AIRA *flexuosa* foliis radicalibus multo longioribus, tenuioribus, fere filiformibus, ligulâ longissimâ acuminatâ, et structurâ corollae. In *uliginosis, Étang du Cériset, prope Rambouillet.* 4.

3. * D. *alpina;* foliis subulatis, paniculâ densâ flosculis basi pilosis aristatis, aristâ brevi. AIRA *alpina Linn. Fl. suec.* 69. 73. *Willd. Spec.* I. p. 379. (excl. syn. *Roth*). A. foliis subulatis, paniculâ densâ erectiusculâ, pedunculis laevibus, flosculis calycem aequantibus, aristâ subterminali brevi subinclusâ. *Wahlenberg lapp.* p. 34. tab. III. (qui de citata in *Syst. Veg. Florâ Dan.* t. 961. plane silet).

Culmus crassiusculus strictus biped.; folia cespitosa brevia luteoviridia, semper convoluta, licet explanari adulta non vero juniora possint, rigida, humi appressa; culmea in latere vaginae semper inserta, nec culmum ambientia, divergentia brevia; panicula densior quam in ulla alia AIRA, ramis inferioribus plerumque viviparis laxis pendulis, dimidio paniculae longioribus, superioribus erectiusculis, omnibus laevissimis; spiculae majores quam in A. *cespitosa*, basi et carinâ violaceo-fuscae, caeterum stramineo-nutantes; valvulae calycinae fere aequales acuminatae dorso et margine laeves; flosculi longitudine calycis sessiles, nec pedicellati axi; arista flosculi inferioris paullo infra apicem bifidum corollae, valvulam suam vix superans, superioris omnino terminalis, brevissima. *Wahlenb.* In *alpium lapponicarum uliginosis irriguis sterilissimis*

Digitized by Google

apricis a Lulea ad Finmarkiam; in Groenlandia, Wormskiold 2.

Obs. Affinis A. *laevigatae Smith*, et licet *P. de Beauv.* AIRAS inter habeat, DESCHAMPSIA tamen videtur.

4. D. *laevigata Smith;* foliis planis, vaginis laevissimis, paniculâ coarctatâ, petalis aristatis basi villosis, rhachi glabrâ, brevissimâ. AIRA *laevigata Smith* in *Linn. Transact.* X. p. 334. *Engl. bot.* t. 2102.

In *montibus praealtis of Clova in Angusshire* vivipara, quod non *in littore ad mare prope Dundee.* Videtur pro varietate vivipara AIRAE *cespitosae* et *Linnaeo* agnotam fuisse et D. *Davies* in *Smith Fl. brit.* p. 85. sed differt: staturâ minore, pedali, nec unquam ultra semipedali; laevitate vaginarum et paginarum foliorum; nuditate et brevitate pedicelli alterius. Mense prius floret, quam *cespitosa.* 2.

5. D. *juncea;* foliis subulatis; paniculâ patente obtusissimâ; aristâ e basi longitudine calycis. AIRA *juncea Vill. delph.* II. p. 86. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 76.

Affinis AIRAE *duriasculae*, sed distincta spiculis obtusis fere triangularibus, valvulâ exteriore flosculi pedicellati pilosâ. — Folia rigida recta filiformia involuta in cespite denso. Culmi pedales, 1-2nodes, folio uno alterove. Panicula fusca. Valvulae calycinae apice laceratae s. dentatae; corollina exterior flosculi pedicellati apice tricuspidata. Arista caduca. In *pascuis humidis circa Gap.* 2.

6. D. *refracta;* paniculâ nutante, corollis infra medium aristatis, aristâ subaequali basique pilosis, foliis radicalibus conduplicatis refractis subpungentibus. AIRA *refracta Lagasc. varied. de Cienc. an.* 2. n. 19. p. 29. *Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 37.

Media quasi *junceam* inter et *mediam;* differt tamen abunde characteribus datis et ligulâ facile distinguitur biauritâ maximâ acuminatâ. In *arenosis humidis juxta Used et Torremocha, et circa Legionem urbem.* 2.

7. D. *media;* foliis setaceis, culmis nudis, paniculâ laxâ, flosculis basi pilosis, aristâ subterminali breviore. AIRA *media Gouan Illustr.* p. 3. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 77. *Decand. Cat. H. monsp.* (1813.) p. 76. Mirum, et clm. *Decandolle* et *P. de Beauvois* hanc omisisse. *Lois. Deslongchamps Fl. gall.* I. p. 47. utramque jungit sub *juncea*, n. 15. *Decand.* eam tandem in *Fl. fr. Suppl.* p. 261. n. 1569a. sub A. *mediae* nomine quoque affert; AIRAMque *capillarem Savi Fl. Pis.* I. p. 26., non *Host*, citat. *Poiret*, qui reliquas AIRAE species gallicas, et hasce duas in *herb.* cel. *Desfontaines* vidit, easdem ut species proprias omnino agnoscit.

Digitized by Google

Differre hanc a praecedente ait *Poiret* paniculâ magis arctâ et laxâ, spiculis multo angustioribus fere cylindricis purpurascentibus. Folia radicalia fasciculata bipollicaria, similia illis FESTUCAE *ovinae;* ligula lanceolata acuminata subinde bifida; culmi graciles duri fere nudi; pedunculi paniculae rubelli. *Poiret.* — „Distinctissima aristâ non e basi sed e medio valvulae dorsi exsertâ, flosculisque basi externâ pilosis. Folia AIRAE *canescentis*, panicula AIRAE *caryophylleae*, sed contractior." *Decand. l. c.* Arista gluma brevior, nec calycem excedens, ligulâ acuminata, nec obtusa. *Circa Monspelium.*

8. D. *alba;* foliis culmeis setaceo-subulatis, paniculâ erectâ laxiusculâ, ramis pedunculisque hispidulis, flosculis calyce minoribus, aristâ exsertâ. AIRA *alba Vahl Ms.*

Specimini nostro radix et folia radicalia desunt; culmus teres, laevissimus, pedalis, vaginis 2 ad medium fere usque vaginatus, teretibus, arctiusculis, profunde striatis, glabris, ad nodos inprimis scabris; ligula biaurita; folia erecto-patentia, inferius bipollicaria, convoluta, profunde striata, scaberrima; panicula tripollicaris, ramis 5-7, flexuosis erectis, inferioribus pollicaribus et ultra; pedunculi incrassati. Spiculae 3-7 in singulo ramo, ovato oblongae, 2 fere lineas longae. Valvulae calycis inaequales, utraque membranacea, lanceolato-compressa, apice denticulato-lacera, alba, basi viridi et purpurâ varia, enervis praeter carinam laevissimam, inferior fere 1/4 brevior. Flosculus alter sessilis, alter brevissime pedicellatus, pedunculo pilosissimo. Valvulae corollinae inaequales, exterior parum major ovato-lanceolata, compressa, subtrinervis, carinâ scabrâ, pubescens, basi pilosa, apice dentato-lacinulata; interior lanceolata, carinâ scabriuscula, apice subbifida; arista torta, fere e basi valvulae exterioris, scabra, valvulâ suâ 1/4 fere longior. In *Groenlandia;* misit cel. *Agardh.*

Huc quoque generi, et ut videtur recte, *P. de Beauv.* inseruit AIRAM *flexuosam* δ.

331. CORYNEPHORUS.

1. * C. *canescens P. de B.;* paniculâ patente demum coarctatâ, flosculis calyce minoribus, aristâ apice clavatâ calyce minori, foliis setaceis. AIRA *canescens Schrad. Flor. germ.* I. p. 263. *Willd. Spec.* I. p. 379. *Koel. Gram.* p. 134. *Smith Fl. brit.* I. p. 86. *Engl. bot.* t. 1190. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 123. *Flor. Dan.* t. 1023. *Schkuhr bot. Handb.* t. 12. n. 127. *Host Gram. austr.* IV. t. 36? AVENA *canescens Web. hols.* p. 9. WEINGAERTNERIA *canescens Bernh. erford.* p. 51. AVENA *Hall.* n. 1463. (Figuram cli. *Host Gram. austr.* IV. t. 36 ob aristam nec clavatam nec articulatam non convenire, monuit jam cls. *Wahlenberg carp.* n. 63.)

Digitized by Google

Culmi 1/3-1ped., glabri, geniculis inferioribus inflexi. Folia complicata, rigida, scabra, primum glauca, dein, ut tota planta, canescentia; vaginae scabriusculae, superiore laxiore. Ligula elongata acutiuscula. Rami tenuissimi flexuosi gemini. Spiculae oblongo-ovatae, ex albo virides, demum canescentes. Flosculi basi pilis brevibus, alter pedicellatus. Glumae calycinae lanceolatae acutae, uninerves; corollina exterior major ovata, uninervis. Arista supra basin glumae, inferne ferruginea, medio verticillo pilorum brevissimorum, apice clavata, calycem non excedens. In *arvis arenosis Europae.* 4.

2. C. *articulatus P. de B.*; paniculatus, calyce flosculoso longiore acuto, aristâ clavatâ medio nodosâ e basi glumae prodeunte. AIRA *articulata Desfont. Fl. Atl.* I. p. 70. t. 13. *Pers. Syn.* I. p. 77. *Balb. misc.* p. 10. *Decand. Fl. fr.* p. 261. n. 1568. *Hornem. Hort. havn.* I. p. 86: paniculâ subcoarctatâ, flosculis calyce minoribus, aristâ clavatâ medio annulatâ calyce longiore, foliis convoluto-setaceis. AIRA *hybrida Gaud. Agr.* I. p. 124. (fide cls. *Gaud.* in *Fl. helv. Ms.*, ergo non A. *caryophyllea* ut cls. *P. de Beauv.*). β. gramen paniculâ miliaceâ, locustis minimis *Tournef. Inst.* p. 22. A. *canescens* β. foliis setaceis, paniculâ coarctatâ, flosculis calyce duplo minoribus, aristâ clavatâ articulatâ calycibus breviore (β. vaginis constrictis, culmo erecto indiviso). *Wahlenb. carp.* n. 63. (excl. syn. *Besser.*)

Culmi cespitosi, ramosi, basi geniculati, erecti, fere filiformes basi cum vaginis plerumque purpurascentes; folia glauca, angusta, fere filiformia; panicula patentiuscula ramis oppositis capillaribus; flores parvi numerosi; calyces lucidi, corollae basi pilosae. Arista alba, basi fusca. In *campis prope Mascar, et in Hispania circa Madritum, Italia circa Papiam, Nicaeam, Savonam; β. in Carpathis.* ⊙.

332. DANTHONIA.*

1. D. *provincialis Dec.*; foliis planis basi pilosis, paniculâ simplici, spiculis quinquefloris fere longitudine calycis. AVENA *calycina Vill. delph.* II. p. 148. t. 2. f. 9. *Pers. Syn.* I. p. 101. DANTH. *provincialis Decand. Fl. fr.* n. 1544. AVENA *spicata* β. *Willd. Spec.* I. p. 453. TRISETUM esse *Pers. Poiret.*

Culmus gracilis ascendens, 1/2-1pedalis; folia angusta, parca, inferiora filiformia, superiora latiora, praeter basin glabra. Ligulae loco fasciculus pilorum. Panicula recta simplex e spiculis 4 solitariis pedicellatis; gluma calycina magna, laevis, e viridi violacea, acuminata; flosculi calyce breviores, gluma

* Gramina facie fere AVENAE, cui quam maxime affinia.

corollina exterior villosa, apice in cornua duo divergentia divisa, e quorum medio arista rufa, basi spiralis, 12-15millimetr. In *Provincia gallica, prope Cisteron, Danthoine; a Corrie prope Gap.* 4.

Obs. Habetur quoque nomine AVENAE *provincialis.*

2. * D. *spicata P. de Beauv.;* spicato-paniculata, calyce flosculis sex longiore, corollae valvulâ exteriore apice aristatâ furcatâque. AVENA *spicata Sp. Pl.* p. 119. *Willd. Spec.* I. p. 453. AVENA *glumosa,* foliis subsetaceis collo vaginarum villoso; paniculâ parvâ subspicatâ pauciflorâ; calyce spiculam sexfloram superante, valvâ florum exteriore ex apice bicorni aristatâ. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 72. *Pers. Syn.* I. p. 101. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 86.

„Gramen angustum; folia linearia; spica composita e spiculis 3-4, remotis erectis, spiculae subpedunculatae, singulis calyx diphyllus subulatus aequalis; flosculi sex sessiles erecti, laciniae glumae corollinae exterioris setaceae, arista articulata longitudine spiculae. Facies FESTUCAE *decumbentis*" *Linn.* Inflorescentiam re vera paniculam esse, nec spicam, aristamque basi spiralem, monuit b. *Michaux.* *A nova Anglia ad Carolinam.* 4.

Obs. An huc illa cum? allata DANTH. *spicaeformis,* quae et AVENA *spicaeformis* audit? sed DANTHONIAM *glumosam* sine dubio habet *P. de Beauv.*

3. * D. *lupulina P. de B.;* paniculâ contractâ, calycibus quadrifloris, corollis villosis aristatis, culmo erecto. AVENA *lupulina Thunb. Prodr.* I. p. 23. *Flor. cap.* I. p. 438. *Linn. Suppl.* p. 13. *Willd. Spec.* I. p. 450.

„Difficile cum sufficienti differentia distinguitur a sequente *purpurea,* quamvis distinctissima. Haec major, vaginis foliorum tomentosissimis albis. Panicula hujus lutea nec purpurea, arcte coarctata in formam coni lupulini. Flores longiores, corollis hirsutioribus bifidis: laciniis subulato-aristatis, nec obtusis ut in D. *purpurea.*" *Linné.* Differentia hanc inter et *purpuream* ex *Thunbergii* descriptione sequens, praeter characteres datos: *lupulinae* culmus pedalis, *purpureae* palmaris; illi folia radicalia convoluto-subfiliformia, basi lanata, vaginis inflatis; huic filiformia, culmo multoties breviora; illi panicula pollicaris, huic unguicularis. In *promont. b. spei.*

4. * D. *purpurea P. de B.;* paniculâ coarctatâ, calycibus subquadrifloris, corollis villosis aristatis, culmo decumbente. AVENA *purpurea Thunb. Prodr.* I. p. 23. *Fl. cap.* I. p. 439. *Linn. Suppl.* 112. *Willd. Spec.* I. p. 456.

„Gramen glaberrimum parvum geniculatum; folia setacea glabra cespitosa brevia ut FESTUCAE *ovinae.* Panicula parva. Glumae calycinae purpureae trifloraе, valvulis lanceolatis carinatis glabris. Flores omnes aristati, lanugine albâ vestiti. Glumae

Digitized by Google

corollina exterior apice bifida in lacinias subulatas obtusas, et inter has arista tortilis curva." *Linn.* In *promont. b. spei. An in Martinica?*

5. * D. *strigosa P. de B.*; paniculâ secundâ, spiculis subtrifloris, flosculis calycem aequantibus triaristatis: aristâ dorsali longissimâ geniculatâ, reliquis duabus brevibus terminalibus rectis, radice fibrosâ annuâ. AVENA *strigosa Schrad. Fl. germ.* I. p. 368. *Willd. Spec.* I. p. 446. *Smith Fl. brit.* II. p. 1390. *Engl. bot.* t. 1266. *Koel. Gram.* p. 285. *Host Gram. austr.* II. t. 56. *Schreb. Gram.* I. t. 46. Av. *nervosa Lam. Illustr.* n. 1115. fide *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 542. et *Decand. Fl. franc.* n. 1559. β. *elatior*, spiculis parum minoribus. AVENA *alta Cavan.* A. *Cavanillesii Hort.* A. *hispanica Hort.* A. *Freyta Orteg.* A. *agraria Brotero Fl. lusit.*

Culmi 2-3pedales glabri; folia lineari-lanceolata, plus minus scabra, subinde glaucescentia. Vaginae glabrae, ad exortum pilis longis inspersae. Panicula erecta, aut apice tantum cernua. Spiculae lanceolatae teretiusculae, bi-rarius triflorae. Glumae calycinae acuminatae, 5-7nerves, inferior paullo minor; corollina exterior nervis 6-7, apice bifida, laciniis in aristam brevem desinentibus; arista dorsalis duplo longior. *Inter segetes, ad sepes, vias Europae.* ⊙.

6. D. *racemosa Br.*; racemo subsimplici, spiculis 7-8floris glumam aequantibus, perianthii valvulâ exteriore basi medioque barbatâ, seriei superioris villorum fasciculis distinctis brevioribus, aristis lateralibus valvulâ triplo brevioribus, foliis setaceis vaginisque pilosis, collo barbato. *R. Brown Prodr.* I. p. 177. D. *penicillata P. de Beauv.* cum? ARUNDO *penicillata* calycibus 4-8floris; corollae valvulâ exteriore penicillis binis utrinque marginatâ. *Labillard. Specim. nov. Holl.* I. p. 26. t. 34?

In *cap. van Diemen.*

7. D. *semiannularis Br.*; paniculâ lanceolatâ, spiculis subquinquefloris glumâ scabriusculâ brevioribus, perianthii valvulâ exteriore basi medioque barbatâ, serie villorum superiore longitudine dimidii tortilis aristae intermediae lateralibus sesquilongioris glumam vix superantis. *R. Brown Prodr.* I. p. 177. ARUNDO *semiannularis* calycibus quinquefloris, paniculâ subcoarctatâ, corollarum valvulâ exteriori pilis semiannulatâ. *Labillard. Specim. nov. Holl.* t. 33.

In *cap. van Diemen.*

8. D. *calycina*; paniculata, calycibus bifloris flosculis duplo longioribus, corollis aristatis, pedunculis capillaribus. AVENA *calycina Lam. Illustr.* n. 1106. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 540. (DANTHONIA *Decandollio*, et DAN-

Digitized by Google

THONIA *spicata Pal. de Beauvois*; TRISETUM *Pers.* esse *Poiret.*

Culmi recti teretes; folia glabra substriata alterna acuta. Pedunculi penduli recurvati; calyces lucidi valvulis aequalibus acutissimis corollâ ad minimum duplo longioribus, persistentibus, vix striatis; valvulae corollae albidae membranaceae transparentes inferne pubescentes, exterior bifida, dorso sub incisurâ aristâ fuscâ mediocriter tortâ vix calyce longiore. In *promont. b. spei.*

9. D. *setacea Br.*; racemo subsimplici, spiculis quadrifloris glumâ laevi duplo brevioribus, perianthii valvulâ exteriori basi medioque barbatâ, serie superiore villorum valvulam subaequante, aristis lateralibus valvulâ longioribus, foliis culmisque setaceis. *R. Brown* l. c.

In *littore meridionali nov. Holland. et in terra van Diemen.*

10. D. *pauciflora Br.*; racemo paucifloro, spiculis trifloris glumâ laevi acutâ brevioribus, perianthii valvulâ exteriore basi medioque barbatâ, villis seriei superioris longitudine valvulae, aristâ intermediâ glumam vix aequante, foliis strictis glabris culmisque setaceis. *R. Brown* l. c.

In *terra van Diemen.*

11. D. *paradoxa Br.*; paniculâ effusâ, spiculis subquadrifloris glumâ longioribus, valvulâ exteriore perianthii basi pubescente, apice tridentatâ, dente medio dissimili divaricato. *R. Brown* l. c.

Circa portum Jackson.

12. D. *longifolia Br.*; paniculâ effusâ, spiculis subquadrifloris, glumâ laevi brevioribus, perianthii valvulâ exteriore ad medium villosâ, villis supremis elongatis valvulam occultantibus, aristis lateralibus longitudine valvulae, foliis subsetaceis elongatis, collo imberbi. *R. Brown Prodr.* I. p. 176.

Circa port. Jackson.

13. D. *pallida Br.*; paniculâ effusâ, spiculis subquadrifloris glumâ laevi brevioribus, perianthii valvulâ exteriore ad medium villosâ, supra nudâ, aristis lateralibus valvulâ brevioribus, foliis setaceis, collo barbato. *R. Brown* l. c. p. 177.

Habit. cum praecedente.

14. D. *pilosa Br.*; paniculâ subcoarctatâ lanceolatâ, spiculis sexfloris glumâ laevi brevioribus, perianthii valvulâ exteriori basi medioque barbatâ, serie villorum superiore ratiore emarginaturam attingente, aristis lateralibus, valvulâ

Digitized by Google

longioribus, intermediâ dimidio minoribus, foliis setaceis vaginisque villosis. *R. Brown* l. c.

Circa port. Jackson.

333. PENTAMERIS.

1. P. *Thuarii P. de Beauv.* l. c. p. 93.

P. de Beauv. habuit ab *Aub. Dupetit-Thouars.*

334. ERIACHNE. *

a. *Valvula corollae exteriore aristatâ.* ERIACHNES *P. de Beauv.*

1. E. *rara Br.;* aristis flosculo longioribus, paniculâ simplicissimâ; ramis paucifloris distinctis; glumis glabriusculis; foliis vaginisque pilosis scabris, articulis sericeo-barbatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 183. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 578.

Cum sequentibus omnibus in littore novae Hollandiae orientali et septentrionali inter tropicum.

2. E. *squarrosa;* aristis flosculo longioribus, spicâ subramosâ; ramis paucifloris approximatis; glumis hispidis acuminatis; foliis vaginisque scabris articulis sericeo-barbatis. *R. Brown* l. c.

Cum praec.

3. E. *glauca;* aristis flosculo longioribus, paniculâ coarctatâ; ramis multifloris floribusque imbricatis, glumis hispidis; foliis vaginisque glabris, laevibus; articulis imberbibus. *R. Brown* l. c. p. 184.

Cum praec.

4. E. *avenacea Br.;* aristis flosculo brevioribus, paniculâ coarctatâ; ramis simplicibus, floribus distinctis; glumis glaberrimis nervosis; perianthii valvulâ utrâque basi, exterioreque marginibus barbatis; foliis setaceis vaginisque glabris. *Brown* l. c.

Cum praec.

5. E. *ciliata Br.;* aristis flosculum subaequantibus; paniculâ subcoarctatâ simplici; ramis paucifloris, floribus distinctis; glumis glabriusculis acuminatis; perianthiis longitudinaliter barbatis, foliis vaginisque hispidis. *Brown* l. c.

Cum praec.

---

* Gramina tropica saepius pubescentia; folia angusta; flores paniculati. — ERIACHNES omnes cum? huc attulit *P. de Beauv.*

Digitized by Google

6. E. *pallescens Br.*; aristis flosculum subaequantibus; paniculâ effusâ rarâ; ramis capillaribus; glumis glabris obtusiusculis; foliis vaginisque glabris laevibus. *Brown* l. c.

Cum praec.

b. *Valvulâ corollae exteriore muticâ:* ACHNERIAE *P. de Beauv.*

7. E. *mucronata*; paniculâ coarctatâ simplici; ramis paucifloris glumis glabris; perianthii valvulâ exteriore mucronatâ infra medium hispidâ; foliis strigoso ciliatis. *Brown* l. c. ACHNERIA *mucronata P. de Beauvois* cum ? ut omnes sequentes.

8. E. *brevifolia*; paniculâ coarctatâ simplici; ramis paucifloris, glumis glabris; perianthii valvulâ exteriore mucronatâ infra medium hispidâ; foliis setaceis strictis vaginisque glabris laevibus. *Brown* l. c. ACHNERIA *brevifolia P. de Beauv.*

Praecedenti *mucronatae* nimis affinis.

9. E. *obtusa R. Br.*; paniculâ subcoarctatâ, ramis inferioribus parum divisis; glumis glabriusculis acutissimis, perianthio obtusiusculo brevioribus; foliis vaginisque glabris. *Brown* l. c.

ACHNERIA *obtusa P. de Beauv.*

10. E. *capillaris R. Br.*; paniculâ effusâ capillari rarâ; ramis paucifloris rhachi villosâ; glumis glabris; foliis vaginisque hispidis. *Brown* l. c. ACHNERIA *capillaris Pal. de Beauvois.*

Ad littora novae Holland. intra tropicum.

335. ECTROSIA. *

1. E. *leporina R. Br.*; paniculâ coarctatâ, aristâ flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore parum breviore, secundi valvulâ longiore. *Brown Prodr.* I. p. 186.

In *littore nov. Holland.*

2. E. *spadicea Br.*; paniculâ coarctatâ, aristâ flosculi hermaphroditi valvulâ exteriore dimidio breviore, secundi valvulam vix aequante. *Brown* l. c.

Hab. cum praeced.

336. GAUDINIA.

1. * G. *fragilis P. de B.*; spicâ articulatâ fragili, spiculis subquinquefloris appressis alternis approximatis sessili-

* Gramina tropica, CHLORIDI affinia, inflorescentiâ praesertim diversa.

Digitized by Google

bus (pedunculatis *Kitaib.*). AVENA *fragilis Willd. Spec.* I. p. 450. *Koel. Gram.* p. 295. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 386. *Gaud. Agrostogr. Helv.* I. p. 313. *Schreb. Gram.* II. p. 19. t. 24. f. 3. *Host Gram. austr.* II. t. 54. *Sibth. Flor. graec.* I. p. 70. t. 88. β. spicâ pubescente *Scheuchz. Agrost.* p. 32. *Gaud.* l. c.

Culmi 1-1½ped., glabri, plerumque ex geniculis inferioribus ramos et radiculas agentes. Folia acuta, plana, pilis sparsis. Vaginae subcompressae superne pilosae. Ligula brevis, obtusa, saepe denticulata. Spica 3-4pollic., erecta; spiculae virides, aut e viridi et purpurâ variae 5-6florae. Flosculi calycem excedentes, terminalis plerumque sterilis. Gluma calycina major 6nervis, altera duplo minor 2-3nervis; corollina major obsolete 5nervis, margine tenuissime ciliata, saepius apice bifida, aristâ valvulâ suâ duplo longiore. In *sterilibus apricis Europae australis, in arenos. maritim. Graeciae.* ⊙.

337. BECKMANNIA.

1. * B. *erucaeformis Host Gram. austr.* III. t. 6. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 67. *Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 205. CYNOSURUS *erucaeformis Ait. Hew.* I. p. 105. C. spicâ compositâ, spiculis sparsis, fructiferis erectis, calycibus 1-2floris, glumis obtusis naviculatibus, carinâ obtusâ, corollis acuminatis. *Willd. Spec.* I. p. 412. PHALARIS *erucaeformis Linn. Sp. Pl.* p. 80. DACTYLIS *Gmel. Sib.* I. t. 29. *Barrel.* 1158. t. 29. PASPALUS *aristatus Moench meth.* p. 178. JOACHIMIA *phalaroides Tenore Fl. neap.* p. 16. t. V. PHALARIS *erucoides Hortulan.*

Culmi erecti, laeves, 1½-sped.; folia plana supra scabra, margine aculeolata; ligula oblonga acuta; rhachis alternatim dentata, rami spiculaeque secundi; valvulae calycinae margine albidae aut purpureae transversim sulcatae. In *paludosis Europae australis, Sibiriae, et ad fretum Hudsonis.* 4.

338. GLYCERIA.

1. * G. *fluitans R. Brown;* paniculâ secundâ divaricatâ, spiculis linearibus appressis, 7-11floris, flosculis obtusis liberis septemnervibus, radice repente, culmo saepe usque ad paniculam vaginis tecto. *R. Brown Prodr.* I. p. 179. POA *fluitans Scop. Carn.* n. 106. *Koel. Gram.* p. 204. *Smith Fl. brit.* I. p. 95. *Engl. bot.* t. 1520. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 280. *Gaud. Agr.* I. p. 177. *Svensk bot.* 102. FESTUCA *fluitans Linn. Spec.* p. 111. *Willd. Spec.* I. p. 426. *Hall. Hist.* n. 1453. *Stillingfl. Misc.* t. 20. *Schreb. Gram.* I. p. 37. t. 3. *Flor. Dan.* t. 237. *Cart. Fl. lond.* Fasc. I. t. 7. *Host Gram. austr.* II. t. 77. DEVAUXIA *fluitans P. de Beauv.*

Digitized by Google

Culmi oblique in aqua ascendentes, geniculis inferioribus radicantes. Folia linearia. Ligula exserta tenuissima acutiuscula. Spiculae virentes. Gluma interior exteriori plerumque parum longior. In *fossis, stagnis Europae et Caucasi circa Mosdok et in subalpinis montis Schahdagh. Stev., et in America et nova Hollandia.* 4.

339. CATABROSIA.

1.* C. *aquatica P. de B.*; paniculâ diffusâ, glumis obtusis, flosculis calycem excedentibus. AIRA *aquatica Schrad. Fl. germ.* I. p. 257. *Willd. Spec.* I. p. 376. *Smith Fl. brit.* I. p. 84. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 118. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 76. *Flor. Dan.* t. 381. *Curt. lond.* Fasc. I. t. 5. *Dreves* u. *Hayne getr. Darst.* I. Th. t. 12. *Engl. bot.* t. 1557. *Host Gram. austr.* II. t. 41. POA *dulcis Salisb. prodr.* 20. (fide *Smith*). POA *airoides Koel. Gram.* p. 194. *Decand. Fl. franç.* n. 1620. MOLINIA *aquatica Wibel Werthem.* p. 116. POA *Hall. Hist.* n. 1471. β. spiculis unifloris corollâ sessili. *Gaud.* l. c. γ. spiculis 3 - 4floris. δ. purpurascens. ε. gigantea, quadripedalis.

Rad. repens, ut culmus oblique adscendens basi, 1 - 1½-pedalis, glaber. Folia lineari-lanceolata, obtusiuscula, glabra. Vaginae subcompressae, glabrae, ligulâ acutiusculâ. Rhachis glabra, ramuli scabriusculi. Spiculae ovatae obtusae, ex purpureo et viridi variae, plerumque 2-rarius uniflorae. Flosculi basi nudi. Glumae obtusae, calycinae apice crenatae, superior major, obtusissima, trinervis, inferior 1nervis, nervis vix apicem attingentibus. In β folia etiam angustiora. *Ad rivulos et in pratis udis Europae, Americae septentr., et Caucasi.* 4.

2. C. *pumila*; paniculâ parvâ fastigiatâ (pauciflorâ) pedicellis brevibus, floribus muticis obtusis calyce duplo longioribus: valvulis margine membranaceis, foliis planis glabris, culmo erecto vix foliis altiore. AIRA *pumila Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 76.

Vix pollicaris, dense cespitosa. *Pensylvania.* 4.

3. C. *helodes*; foliis planis, paniculâ patente, corollis glabris, calycem subaequantibus, culmo adscendente. AIRA *helodes Brignoli fasc. forojul.* p. 10.

Similis AIRAE *aequaticae*, sed differt: radice non repente, culmo minime radicante, foliis angustioribus, corollis calycem vix superantibus, et scabritie. Culmus debilis, 1½-sped. et ultra, 7-8nodis, glaber; folia lineari-lanceolata, glabra, retrorsum scabra, internodiis duplo longiora; vaginae glabrae, ligulâ brevissimâ; panicula palmaris erecta, fructifera cernua; rhachis scabra; rami verticillati, 6 in verticillo, scabriusculi; spiculae pedicellatae et sessiles, scabriusculae, biflorae; calycis valvulae aequales, altera subulata uninervis, altera apice

Digitized by Google

crenata, obtusa, trinervis; corolla altera pedunculata vix calycem excedens, altera paullo brevior; gluma exterior subcompressa, apice crenata, trinervis, interior apice emarginata, margine utrinque inflexa. *Walfenium* hanc speciem pro nova habuisse *Brignoli l. c.* In *aquosis irriguis collium di Brazzà.* 4.

4. C. *viridula P. de B.;* foliis planis, paniculâ coarctatâ; pedunculis verticillatis subsecundis, glumis acutis; corollâ glabrâ vix longitudine calycis. AIRA *viridula Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 75. Occurrit in hortis nomine AIRAE *scabrae.* *

Affinis A. *aquaticae* sed folia margine aspera, et panicula coarctata. Culmi pedales et ultra basi subgeniculati, foliis vestitis planis glabris laevibus, nisi margine. Ligula exserta bifida obtusa. Panicula subinclinata. Flores pedicellati alterni numerosi viridi-flavescentes parvi; valvulae calycinae subaequales. *Habitat?*

Obs. Differt tamen ab hac AIRA *scabra Zucc.* paniculâ patente verticillatâ, flosculis muticis, margine foliorum ramulis calycibusque retrorsum scabris. *Zuccagn. Cent.* n. 14. in *Roemer Collect.* p. 124. Huic rad. fibrosa, 4; culmi sped. erecti subcompressi, striis pallescentibus, nodis ramosis; folia plana carinata, apice subulata; ligula elongata, integra; pedunculi uniflori tortuosi; cal. ut plurimum 3-, sed et 4-5-florus, valvulis inaequalibus ovatis acutis, carinatis; cor. longior calyce, valvulis glabris. Antherae virides; semina oblonga acuminata. Habitat?

Quid CATABROSIA *verticillata P. de Beauv.*?

340. SCLEROCHLOA.

1. S. *divaricata P. de B.;* paniculâ divaricatâ, pedicellis incrassatis, spiculis quadrifloris, foliis filiformibus. POA *divaricata Gouan Illustr.* 4. t. 2. f. 1. *Lam. Illustr.* n. 981. *Desfont. Fl. atlant.* I. p. 75. non *Villars* teste *Decand. Fl. franç.* III. p. 65. n. 1622. *Willd. Spec.* I. p. 402. POA *expansa Gmel. Syst. Veg.* I. p. 181. *Savi Fl. Pis.* I. p. 100. Non bene cls. *Vahl Symb. bot.* II. p. 19. hanc cum POA *distante* junxit.

Culmus gracilis, rectus, 3-6pollicaris; folia glabra; panicula ramis 2-3nis, capillaribus, apice in pedicellos tres divisis; spiculae minimae, divaricatae. Glumae membranaceae, inaequales. *Circa Monspelium. Gouan. Marpurgi Pers* ⊙.

2. S. *procumbens P. de B.;* paniculâ lanceolatâ secundâ coarctatâ scabrâ, rhachi tereti, spiculis subquinquefloris, flosculis obtusiusculis nervosis. POA *procumbens Smith Fl. brit.* I. p. 98. *Engl. bot.* t. 532. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 275. n. 1623*. *Curt. Fl. lond.* Fasc. VI. t. 11. P. *rupestris With.* 146. t. 26. β. major. POA *secunda Hort. matrit. Zea.*

Digitized by Google

Glauca. Culmi prostrati spithamaei foliosi glabri. Folia longissime vaginata, latiuscula, acuta, plana. Stipula acutiuscula erosa. Panicula rigida semicylindrica. Spiculae distichae sessiles lanceolatae glabrae glaucae. Glumae calycinae obtusae, valde inaequales, carinatae, exterior 5nervis; glumae corollinae 5nerves, apice membranaceae erosae, interiores ciliatae. Proxima Cynosuro *duro Linn.*; vix enim nisi habitu rigidiore, paniculâ simpliciore, rhachi complanatâ glabrâ striatâ, glumis calycinis exterioribus 9nervibus differt. β non nisi staturâ majore foliisque rigidioribus differt. In *ruderatis maritimis inundatis Angliae.* ⊙.

3. * S. *dura P. de Beauv.*; paniculâ secundâ (latâ) coarctatâ rigidâ, spiculis (lineari-) lanceolatis obtusis 3-5-floris, flosculis liberis 7nervibus, radice fibrosâ. Poa *dura Schrad. Fl. germ.* p. 284. *Koel. Gram.* p. 189. *Host Gram. austr.* II. t. 73. — Cynosurus *Linn.* et *Willd. Sp. Pl.* I. p. 413. *Pollich* t. 1. f. 1. *Krocker* t. 28. Eleusine *dura Lam. Illustr.* n. 1127. et *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 156. Festuca *dura Vill. delph.* II. p. 94. *Hall. Helv.* n. 1419. (quod Lolii *procumbentis* nomine citat *Pal. de Beauv.*).

Culmi digitales, procumbentes, compressi, toti vaginis foliorum tecti. Cal. valvulis carinatis, obtusis, majore 5-7nervi. Cor. imbricata, glumâ exteriori carinatâ obtusâ. Panicula spiciformis. Ad hoc quoque genus (*Eleusines*) pertinere Poam *procumbentem Curt. Gaudin l. c.* Variat culmo breviori, paniculae ramis omnibus simplicibus, spiculam nonnisi unam referentibus. In *arenosis sterilibus, cultisque, ad vias Europae et Caucasi.* ⊙.

341. SCHENODORUS.

1. * S. *pratensis P. de B.*; paniculâ patente ramosâ, spiculis linearibus muticis multifloris, foliis linearibus, radice fibrosâ. *Schrad.* Festuca *pratensis Huds. Fl. angl.* I. p. 37. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 332. *Smith Fl. brit.* p. 123. *Engl. bot.* t. 1592. Festuca *elatior Linn. Fl. suec.* p. 32. (auct. *Smith*). *Willd. Spec.* I. p. 425. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 258. β. *Lam. Enc. meth.* II. p. 462. *Curtis lond.* Fasc. VI. t. 7. *Schreb. Gram.* I. p. 34. t. 2. *Leers Fl. herb.* t. 8 f. 6. *Host Gram. austr.* II. t. 79. (excl. *Smith*). Fest. *fluitans* γ. *Huds.* 47. Bromus *elatior Koel.* p. 214. (excl. syn. plur.). Poa *Hall. Hist.* n. 1451. β. humilior, corollis saepius submuticis. F. *loliacea Lam. Enc. meth.* II. p. 462. F. *Phoenix Vill. delph.* II. p 108. Poa *curvata Koel. Gram.* p. 207. teste *Schrad.* l. c. γ. spiculis aristatis. Variat quoque culmis basi procumbentibus, etiam subramosis.

Digitized by Google

Culmus plerumque adscendens, 1-2ped., paniculâ erecta, corollae obsolete nervosae. *Ubique in Europa et Sibiria in pratis.* 4.

Obs. Anne huc: Poa *intermedia Koel. Gram.* p. 203? saltem quoad synonyma. An huc Schoenodorus *curvatus P. de Beauv.*, quam eum? attulit?

2. S. *phoenicoides;* paniculâ patente ramosâ, spiculis lanceolatis aristatis pubescentibus subseptemfloris, foliis linearibus convolutis. Festuca *phoenicoides Rouillé des Sables Herb.* Fest. *rubra Thore Herbar.*

Rad. maxime repens. Culmus 1½-ped., vaginatus, glaberrimus, ut vaginae teretes foliaque rigida subpungentia profunde striatus. Ligula brevis acuta. Rhachis flexuosa, angulata, glabra, ramuli piloso scabri. Calycis valvulae inaequales lanceolatae, altera dimidio brevior, vix pubescentes, margine membranaceae ciliatae, carinâ scabrae; valvulae corollinae aequales, exterior coriacea, 5-5nervis, ciliata, aristâ 3-4lin. in flosculis superioribus, interior membranacea, plicata, ad angulos ciliata. *Ex arena mobili circa Dax.* Amiciss. *Thore.*

3. * S. *elatior;* paniculâ patente ramosissimâ, spiculis ovato-lanceolatis subaristatis 4-5floris, foliis lineari-lanceolatis, radice repente. Festuca *elatior Schrad. Fl. germ.* I. p. 333. *Linn. Spec.* 111. *Smith Flor. brit.* I. p. 124. (excl. syn. *Schreb.* et *Leers*, quae ad praec. *pratensem* jubente *Schrader*, dubitante *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 256). *Curt. lond.* Fasc. VI. t. 7. *Engl. bot.* t. 1593. *Svensk bot.* 54. Fest. *arundinacea Schreb. Spic.* p. 57. *Villars delph.* II. p. 106. t. 4. *Decand. Fl. fr.* n. 1580. *Hedwig Adumbrat.* ap. *Roemer Collect.* p. 31. Fest. *spadicea Moench meth.* p. 190. Bromus *littoreus Willd. Spec.* I. p. 433. *Host Gram. austr.* I. t. 8. Bromus *arundinaceus Koel. Gram.* p. 217. (excl. pl. syn.). Poa *Phoenix Scop. Carn.* n. 107. Poa *elatior Desm.* (fide *B. de Beauv.*). Bromus *Hall. Hist.* n. 1511. — Variat spiculis subseptemfloris.

Differt a F. *pratensi*, cui similis, culmo altiore, rigidiore; foliis profundius striatis, paniculâ majore, nutante; spiculis compressis. In *umbrosis ad ripas fluviorum.* 4.

4. S. *caerulescens;* foliis hinc striatis rigidis, paniculâ secundâ coarctatâ, spiculis subtrifloris, glumis acutis muticis. Festuca *caerulescens Desfont. Fl. Atl.* I. p. 87. *Pers. Syn.* I. p. 94. *Poiret Enc. meth. Suppl.* T. II. p. 636. F. *elatior* β. major. *Poiret voy.* II. p. 98. Cum? ad Festucas retulit *P. de Beauvois*, sed Schenodoris videtur propior.

Habitus F. *elatioris*, sed glumae muticae. Tota glabra. Culmi 2ped., recti, nodosi; folia numerosa ad basin culmi, firma,

Digitized by Google

angusta, elongata, alterâ paginâ striata, alterâ laevia, nervo albo; panicula 2-3ped., pedunculis brevibus, rectis; rhachis rudis, angulosa; valvulae calycinae caerulescentes oblongae acutae subaequales. In *regione algeriensi; circa Bonne.* 4.

5. S. *arundinaceus;* paniculâ ramosâ subnutante, spiculis oblongis obtusis, glumis muticis apice laceris. Festuca *arundinacea Liljebl. Svensk Fl.* ed. 2. p. . . Aira *arundinacea Liljebl. Svensk Fl.* ed. 1. p. 49.

Similis Festucae *elatiori*, sed multo major. Glumae calycinae laeves, concavae, non canaliculatae. Culmus altissimus rectus (fere altitudine hominis). Folia lata scabra, *exsiccata* convoluta. Panicula oblonga laxa, spiculae tri- quadri-florae. Glumae calycinae lanceolatae laeves trinerviae corollam aequantes, alterâ majore. Corolla bivalvis pellucida albida, valvulâ minore acutâ integrâ, alterâ majore, lacerâ, tricuspidatâ. Spiculae Airam mentiuntur. *Liljebl.* *Habit. ad fluvium Motala, Ostrogothiae.* Speciem esse dubiam *Askelof* sub praesidio *Retzii* notavit in *Supplem. prodr. Fl. suec.*

6. * S. *spadiceus;* paniculâ erectâ, spiculis ovatis 4-5-floris, glumis acuminatis muticis, foliis setaceis glabris pungentibus: fasciculorum longissimis, radice fibrosâ. Festuca *spadicea Gouan Illustr.* p. 4. *Linn. Mant.* p. 732. *Vahl Symb.* II. p. 22. *Smith* in *Linnean Transact.* I. p. 113. t. 10. II. p. 101. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 335. *Decand. Fl. franç.* n. 1576. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 270. *LaPeyr. Abr.* p. 45. *Host Gram. austr.* III. t. 20. Festuca *aurea Lam. Fl. franç.* 3. p. 598. *Enc. meth.* II. p. 460. Poa *Gerardi All. Fl. Pedem.* n. 2201. Poa *triflora Moench meth.* p. 187. Poa *spadicea Koel. Gram.* p. 202. Anthoxanthum *paniculatum Linn. Sp. Pl.* II. p. 40. *Ejusd. Amoen. acad.* I. p. 145. *Gerard Fl. gall. prov.* t. 2. f. 1. β. spiculis 1-2floris. *Schrader* citat F. *spadiceam Vill.* II. p. 109, quam *Decandolle* omittit citans, attamen cum?, F. *fuscam Villars delph.* II. p. 98. *P. de Beauv.* Festucam *spadiceam* inseruit Pois, *auream Lam.* cum? Schenodoris.

Culmi glaberrimi rigidi, 2-4ped.; folia rigida, dorso glabra, facie scabra, apice compressa, basi plana, radicalia pedalia et ultra, varie flexa. Vaginae subcompressae glabrae. Ligula brevissima subbiaurita. Panicula subsecunda, pauci- vel multiflora, florens tantum patula. Rhachis ramique glabri, inferiores plerumque binati. Spiculae ex aureo spadiceae, gluma calycina inferior uni-, superior trinervis; gluma corollina exterior quinquenervis. In *summis alpibus noricis, rhaeticis, maritimis.* 4.

7. S. *compressus;* paniculâ oblongâ patente; spiculis teretiusculis subacutis, 3-4floris; culmo superne tereti; fo-

Digitized by Google

liis latiusculis obtusiusculis plicatis margine scabris, dorso laevibus. Festuca *compressa Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 263. n. 1576. a. Poa *montana Delarb. auvergn.* II. p. 699. non *All.*

Intermedius Schoenodorum *spadiceum* inter et *Scheuchzeri*; culmi basi geniculati, recti, 1-1½ped., nudi, laeves; vaginae foliorum, inprimis inferiorum, compressae, laeves; ligula brevissima; panicula recta, glabra, subaurata, pedicellis brevibus, laevibus, pluribus ex uno rhacheos puncto, saepius flexuosis. Valvulae calycinae exteriores quinquenerves, corollinae vix lineam longae, duplo breviores quam in *spadiceo*. In *mont. d'or in Avernia.* 4.

8. * S. *inermis*; paniculâ erectâ, spiculis linearibus subteretibus nudis, flosculis imbricatis muticis vel brevissime aristatis, foliis glabriusculis, (radice repente). Bromus *inermis Schrad. Fl. germ.* I. p. 359. *Willd. Spec.* I. p. 431. *Koel. Gram.* p. 236. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 285. *Schreb. Gram.* I. p. 97. t. 13. *Host Gram. austr.* I. t. 9. Festuca *inermis Decand. Fl. franç.* n. 1581. Festuca *Leysseri Moench Hass.* n. 82. Festuca *speciosa Schreb. Spic.* p. 59. Festuca *poaeoides Thuill. paris.* II. 1. p. 51. F. *poaeformis Pers. Syn.* I. p. 49. *Hall. Hist.* n. 1433. Schenodorus *inermis Gaud. Fl. Helv. Ms.* β. *aristatus.* γ. spiculis 8-10floris, flosculis prope ad 2 lineas remotis, rhachi conspicuâ. *Kitaib.*

Culmi 1-1½-2ped., glabri, ad genicula saepe pubescentes; folia linearia aut lineari-lanceolata, plana, rigida. Vaginae glabrae, ligulâ brevissimâ truncatâ, demum inaequaliter lacinulatâ. Panicula 4-6poll., sub anthesi patentissima. Spiculae nitidae, plerumque e viridi et purpurascente variae, 5-7florae. Glumae calycinae obtusae, major elliptico-lanceolata trinervis, minor 1nervis; corollina major obtusa 7nervis. Antherae aureae. — In solo fertili 3-4ped., panicula pedalis, ramosissima, apice demum cernua, spiculis floribus pluribus. Variat et ramis squamulâ suffultis. Varietatem Br. *inermis Marsch.* a *Bieberstein* [qui praeter *Schreb.* t. 13. citat et *Gmelin sib.* I. p. 110. n. 44. t. 21., (a *Smithio* ex herb. *Linn.* ad sequentem *asperum* ductum,) monetque valvulam corollae interiorem scabram esse nec ciliatam] staturâ minorem, paniculâ contractâ minusque ramosâ observavit cls. *Steven in alpibus Caucasi ad rivum Jucharibasch.* In *pratis, pomariis, ad ripas rivulorum, in humidis* etc. *continentis Europae, nec in Anglia.* β *colitur in Gorenki; et Caucasi;* γ. *in fertilioribus Pannoniae.*

9. S. *calamarius*; paniculâ secundâ erectâ ramosissimâ coarctatâ, flosculis oblongis angulatis muticis, foliis ensiformibus striatis radice fibrosa. Festuca *calamaria Smith Fl. brit.* p. 121. (excl. syn. *Villars* cum? allati, quod potius ad F. *sylvaticam Host*). *Engl. bot.* t. 1005. *Host*

Digitized by Google

Gram. austr. IV. t. 60. F. *sylvatica Gaud. Agr.* I. p. 265. FEST. *altissima All. auct.* p. 43. POA *sylvatica Pollich pal.* n. 87. (excl. syn. *Halleri* teste *Smith*). *Koel. Gram.* p. 171. POA *trinervata Willd. Spec.* I. p. 389. *Lejeune Spa.* I. p. 49. *Schrad. Spicil.* p. 3. et *ejusdem* FESTUCA *sylvatica Fl. germ.* I. p. 337. (excl. syn. *Host* et *Vill.*). *Flor. Dan.* t. 1145. BROMUS *triflorus Ehrh. Beytr.* I. 90.

Culmi glaberrimi, 1½-3pedales; folia pedalia, superiore parte scabra, margine acu'eis parvis; vaginae glabrae, scaberrimae; ligula obtusa, erosa in lacinias filiformes, purpurascens. Rhachis superne tantum scabra, rami scabriusculi. Spiculae 3-5florae, albido-virescentes aut purpurascentes; glumae calycinae laeves, major trinervis; corollina exterior scaberrima, trinervis; germen compressum, squamis ad basin duabus, superne pubescens. In *sylvis nemoribus totius Europae.* 4.

10. S. *sylvaticus;* paniculâ secundâ nutante, ramis laxis bracteatis, spiculis compressis muticis, radice repente. FESTUCA *sylvatica Host Gram.* II. p. 56. t. 78. *Villars dauph.* II. p. 105. t. 2. f. 8?

Planta *Villarsii* cum F. *sylvaticâ Hosti* omnino magis quam F. *calamaria Smithii* convenit. FESTUCAE *sylvaticae Host* est radix geniculata, squamis fuscis, culmi 3-4pedales, superne sunt scabri, folia 1-1½pedalia lata, facie glaucescentia ad oras et costam scabra, basi tantum ciliata; vaginae scabrae, ciliatae; ligula acuta, ciliata; rhachis scabra, bractea ramorum truncata vel acuminata ciliata; spiculae 3-5florae, glumis calycinis acuminatis scabris, major nervis tribus, minor unico; gluma corollina exterior scabriuscula, viridis aut subinde purpurascens, quinquenervis. Germen turbinatum, superne villosum. In *sylvis Pannoniae, Austriae, Moraviae, Bohemiae.* 4.

Obs. FESTUCA *altissima All.*, foliis planis trilineatibus albo nervo divisis, paniculâ contractâ, pedunculis communibus geminatis, locustis trifloris, *All. auct.* p. 43., ad quam *Allione* citavit F. *sylvaticam Vill.* cum? huc potius quam ad *calamariam* spectat fide speciminis a clo. *Balbis* missi, imperfectioris tamen.

11. * S. *serotinus;* paniculâ patente pauciflorâ, spiculis 2-5floris, foliis brevissimis, culmo foliorum vaginis obtecto, radice fibrosâ. FESTUCA *serotina Schrad. Fl. germ.* I. p. 339. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 263. *Host Gram. austr.* II. t. 92. AGROSTIS *serotina Linn. Mant.* p. 30. *Willd. Spec.* I. p. 365. MELICA *nodosa Piller* et *Mitterbacher It. posseg.* p. 145. t. 14. *Seguier veron.* III. p. 146. t. 3. f. 2. BROMUS *strictus Scop. Carn.* 2. n. 114. (fide *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 69).

Rad. lignescens; culmi rigidi glabri subinde declinati, geniculis multis, 1-1½ped.; folia brevissima, plana, firma, scabra.

Digitized by Google

fere distiche horizontaliter patentia vel retrofracta; ligulae loco series pilorum brevium; panicula erecta, viridis, aut viridi et purpureo varia; rhachis ramique scabri; spiculae oblongae adpressae, flosculis remotiusculis deciduis; glumae calycinae ovato-lanceolatae, nervo unico; corollina exterior quinquenervis aristâ brevi, basi pilis sericeis. Stigmata purpurea. Subinde tota purpurascit. In *Europae australioris aridis apricis.* 4.

12. S. *loliaceus;* racemo spicato elongato subnutante, spiculis remotis muticis dein patentibus, radice fibrosa. FESTUCA *loliacea Huds. Schrad. Fl. germ.* p. 341. *Willd. Spec.* I. p. 426. *Smith Fl. brit.* I. p. 122. *Engl. bot.* 1821. *Curt. lond.* Fasc. 6. t. 9. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 260. FESTUCA *fluitans β. Huds.* p. 47. et *Leers Herborn.* n. 80. variet. FEST. *elongata Ehrh. Beytr.* VI. p. 133. FEST. *adscendens Retz Prodr. scand.* 134. FEST. *Phoenix Thuill. Fl. par.* II. I. p. 52. (fide *Decand. Flor. franç.* n. 1578. *Poiret* varietatem *elatioris* credit). POA *loliacea Hoel.* p. 207. POA *Hall. Hist.* 1452. TRITICUM *patens Brot. Fl. lusit.*

Valde similis LOLIO *perenni* et varietati spicaeformi POAE *fluitantis.* Culmi spedales, glabri ut folia linearia acuta plana; ligula vix exserta obtusa; racemus 2-3poll., rhachi angulis scabrâ, alternatim excavatâ; spiculae primum lineari-oblongae, subteretes, dein compressae, distichae, latere plano rhachi adpressae, sub anthesi oblique patentes, albo et viridi variae, subinde apice purpurascentes. Valvulae calycinae oblongo-lanceolatae, exterior major nervis 4-5; interior unica; corollina exterior quinquenervis. In *Angliae, Germaniae, Helvetiae, Bohemiae pratis udis.* 4.

13. S. *divaricatus;* culmo basi geniculato, spiculis compressis elongatis muticis paniculato-divaricatis. FESTUCA *divaricata Desfont. Flor. atlant.* I. p. 89. t. 22. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 639. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 118.

Habitus TRITICI *maritimi;* culmi graciles cespitosi, 4-6poll., nodosi, basi geniculati; folia brevia, plana, glabra, angusta; panicula brevis, patula, spiculis gracilibus glabris, sessilibus pedicellatisve, solitariis aggregatisve, flosculis 6-12, arcte imbricatis; valvula calycina exterior oblonga obtusiuscula apice membranacea; rhachis aspera nodosa angulata. In *sabulosis maritimis Barbariae.* ⊙.

14. S. *Scheuchzeri;* paniculâ muticâ, valvulis corollas aequantibus, glumâ exteriori 5nervi, foliis lincaribus, radice repente. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 267. FESTUCA *Hall. Helv.* n. 1436. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 278. F. *pulchella Schrad. Fl. germ.* I. p. 336. f-g. t. V. t. 5. (quam

Digitized by Google

Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 640. suspicatur varietatem F. *spadiceae?*) *Wahlenb. Helv.* p. 18. n. 103.

Folia radicalia 2-4 poll. long., laete viridia, 1-1 1/2 lin. lata; vaginae strictae, laeves; ligula exserta subfusca; culmi 1-1 1/2 ped.; spiculae ovatae, compresso-distichae, muticae, 4-5florae; valvulae purpureae vel albidae; antherae luteae vel rubellae. F. *pulchella Schrad. l. c.* „Panicula patente ramosa subnutante, spiculis oblongis muticis 4-5floris, foliis linearibus, radice fibrosâ (quae F. *spadicea Mielichhofer* in *Hoppe bot. Tasch.* 1801.) differt tantum radice fibrosâ, culmo fere duplo longiori et spiculis teretiusculis; reliquis vero omnibus notis convenit. In *alpibus noricis et rhaeticis, in Pilato.* 2.

15. S. *nutans;* paniculâ secundâ nutante laxâ, spiculis muticis subsexfloris hispidis, radice repente perenni. FESTUCA *nutans Host Gram. austr.* IV. t. 61. FESTUCA *cernua Schult. Oestr. Fl.* ed. 2. I. n. 541. *Wahlenb. carp.* n. 88.?

Culmi laeves; folia elongata, subcanaliculata, dorso laevia, supra et margine scabra; ligula brevis, obtusa; rhachis laevis; rami hinc inde aculeolo. Spiculae 2-6florae. Gluma calycis minor, 1nervis, major 3nervis; corollae valvula exterior 5nervis; squamae 2 ad basin germinis. In *alpibus noricis, et Carpathis.* 2. — F. *nutans Wahlenb.* l. c.: „paniculâ nutante effusâ, pedicellis asperis, spiculis subbifloris, floseulis oblongatis muticis aequalibus calyce subinclusis" ad quam *Wahlenberg* F. *nutantem Host* IV. t. 61 citat, vix hujus videretur loci; ait enim *Wahlenberg:* „a plerisque FESTUCIS longe recedit habitu spicularum, quae formâ elliptica, et flosculis tantum binis obtusis subinclusis MELICAM *nutantem* fere referunt" additque: „flosculis suis calycem vix excedentibus et colore spadiceo F. *pulchellae* proxima: abunde vero differt: staturâ et paniculâ fere F. *elatioris*, ramis asperis et glumis obtusiusculis, quae in F. *pulchella* eximie acuminatae et longae."

16. S. *violaceus;* paniculâ subpatente ramosâ, aristis brevibus, foliis capillaceis mollibus, culmeis brevissimis complicato-capillaceis. FESTUCA *violacea Gaud. Agr. Helv.* I. p. 231. *Alpina* III. p. 8. *Murrith bot. vales.* 63. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 265. n. 1583a. F. *ovina* β. *Smith?* β. spiculis muticis.

Folia angulato-capillacea, duplo tenuiora quam in F. *stricta*, sed crassiora quam in F. *aurata* et *alpina*, laete viridia, culmo duplo breviora; culmi 4-6pollicares; spiculae ellipticae, oblongae, (nec late ovatae, ut in F. *ovina*) compressae, eximie distichae. A F. *nigrescente*, cui habitu affinis, differt aristis brevibus, spiculis minoribus, foliis praecipue culmeis tenuioribus. Culturâ perstat. In *pascuis alpium editarum* 2.

Digitized by Google

17. S. *auratus;* paniculâ subpatente ramosâ, spiculis demum dilatatis distichis, foliis mollibus capillaceis, culmeis complicatis. Festuca *aurata Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 234. F. *pallida Alpina* III. p. 56. F. *aurata* et *pallida Murrith bot. vales.* p. 68.

Folia F. *alpinâ* multo breviora; culmi 1/2pedales vel trientales, fere nudi; spiculae ex viridi flavescentes vel auratae, distichae, 4-5florae. A F. *pumilae* speciminibus decoloratis, quibus similis, ligulâ subnullâ biauritâ, foliis mollibus corollisque subulatis angustis satis differt. *Gaud. Fl. helv. Ms.* In *pascuis alpinis.* 4.

18. S. *nigrescens;* paniculâ patente ramosâ, aristis glumam subaequantibus, foliis radicalibus tenuissimis, culmeis planis glabriusculis. Festuca *nigrescens Gaud. Agr. Helv.* I. p. 254. *Hall. Hist.* n. 1440. (excl. syn. *Scheuchz.*). F. *rubra Sut. Fl. helv.* I. p. 55. β. spiculis affatim pubescentibus.

F. *nigrescentem Lam.* recte Schenodoris inseruit *Pal. de Beauvois. Lamarck* ipse vero in *Illustr. n.* 1023. pro varietate habet F. *rubrae.* — Folia stricta 4-5poll. long., laete viridia, setaceo-angulosa; culmus pedem alt.; spiculae plerumque 4-5florae; antherae luteae. In *alpibus.* 4. F. *barbata Schrank* minime hujus loci.

19. S. *poaeformis;* paniculâ oblongâ subaequali, spiculis oblongis breviter aristatis, radice fibrosâ perenni. Festuca *poaeformis Host Gram. austr.* II. t. 81. F. *pilosa Gaud. Agrost.* I. p. 276. F. *rhaetica Decand. Fl. fr.* n. 1590. *Sut. Fl. helv.* I. p. 56. (excl. omn. synon.). Poa *violacea Bell. app.* p. 8. t. I. *Act. taur.* V. p. 214. t. 3. (fide speciminis a clo. *Balbis* cum rev. *Gaudin* communicati; cls. vero *Sprengel pug.* II. p. 20 P. *violaceam* citat ad Festucam *variam Haenke*). β. minor. Festuca *varia Herb.*

Culmus 1-1 1/2pedalis; folia setaceo-involuta, acutissima, culmea planiuscula; panicula semiverticillata flexuosa, spiculis ovatis subtrifloris, subaristatis, axi infra flores piloso. β vix pedalis, paniculâ depauperatâ. In *Pannoniae alpibus Kitaibel, in Helvetiae Thomas* et *Seringe.* 4. — „Gramen aliud huic simillimum *in M Iseran* Sabaudiae australioris lectum mihi dedit *Phil. Thomas;* paniculâ verticillatâ, articulis axis infra corollas valde pilosis et caeteris notis majoris momenti utique cum F. *pilosa* convenit, attamen spiculis duplo grandioribus 7-8floris, corollis turgidis fere omnino muticis, paleolâ exteriori distinctius quinquenerviâ et foliis culmeis ad lineam fere integram latis explanatis margine scabris a nostra re verâ differre videtur. Paucis nonnisi notis a F. *Eskia Dec.* recedit." *Gaud. Fl. helv. Ms.* — Poam *violaceam Hornem.* Festucae fors novam speciem esse monet candidissimus *Balbis Catal. taur. app.* 1814. p. 15. *P. de Beauv.* Schenc-

Digitized by Google

DORUM *poaeformem*, *pilosum*, et *rhaeticum* ut diversas enumerat species.

20. S.? *americanus;* glaberrima, planifolia, culmo geniculato subbinodi, paniculâ subconfertâ, ramis inferioribus simplicibus, spiculis oblongis proxime alternis, subsessilibus, 9-10floris muticis. F. *poaeoides Mich. Fl. Bor. Am.* p. 67. F. *poaeoides americana Pers. Syn.* I. p. 94.

Ad ripas fluvii S. Laurentii.

Obs. Hoc nomine in herbariis occurrit DIPLACHNO *fasciculariè*. *Pursh* hanc speciem nunquam vidit.

21. S. *pumilus;* paniculâ patente pauciflorâ, spiculis oblongo-linearibus aristatis 3-4floris, culmo subtereti, foliis setaceo-filiformibus laxis, ligulâ oblongâ. FESTUCA *pumila Schrad. Fl. germ.* I. p. 325. *Host Gram. austr.* II. t. 91. FESTUCA *varia Hoppe Taschenb.* 1799. p. 93? *Sturm Fl. germ.* Fasc. 29. *Schrader* F. *pumilam Vill. delph.* II. p. 102. ad sequentem FESTUCAM *variam* potius spectare; rev. *Gaudin* vero *Agr. Helv.* I. p. 274. et *Flor. helv. Ms.* huc rectius ducit sequente definitione: paniculâ subpatente, pedunculis subsolitariis, spiculis teretiusculis subquadrifloris, setis brevibus, foliis setaceo-angulosis, et, praeter synonyma supra allata, excepto *Hoppe*, huc ducit: *Hall. Helv.* n. 1439. FESTUCAM *pumilam Willd. Spec.* I. p. 420. *Sut. Fl. helv.* I. p. 274. *Decand. Fl. fr.* n. 1588. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 633. *Wahlenb. Helv.* p. 19. FEST. *variam Pers. Syn.* I. p. 93. (excl. syn. *Haenke*), duasque adducit varietates: β. foliis rigidioribus strictis, F. *varia Thom.;* γ. spiculis flavescentibus, F. *pumila lutea Seringe* exs.

„Affinis, ait *Schrader* de F. *pumila*" F. *variae*, sed differt foliis culmisque tenuioribus laxis; paniculâ pauciflorâ, spiculis 3-4-rarius 5floris, et flosculis evidentius aristatis. Culmi plerique 1ſ-pedales, raro altiores. Variat, ut F. *varia*, foliorum et spicularum superficie glabrâ, et magis vel minus scabrâ. *Wahlenberg* tamen *Fl. carp.* n. 86 distinguit *pumilam* a *varia:* paniculâ aequali magis attenuatâ, pedicellis semper asperrimis, flosculis aristatis. In *rupibus alpium Europae mediae.*

22. S. *nitidus;* paniculâ patente subpauciflorâ, spiculis oblongo-lanceolatis aristatis 4-5floris, culmo angulato torto, foliis filiformibus rigidiusculis, ligulâ brevissimâ. FESTUCA *nitida Schult. Oestr. Fl.* 2. ed. I. p. 239. n. 533.

Differt a *pumilo*, pro cujus varietate male sane habetur, praeter characterer datos: foliis radicalibus duplo et ultra longioribus, glumis constanter laete viridibus, apice et margine flavicantibus. In *alpibus Croatiae.* ♃.

Digitized by Google

23. S. *littoralis;* paniculâ erectâ, spiculis muticis vix calyce longioribus, foliis involutis interne pilosis. FESTUCA *littoralis Labillard. Specim. nov. Holl.* I. p. 22. t. 27. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 639. F. paniculâ coarctatâ, spiculis imbricatis compressis muticis, glumis aequalibus flosculo parum brevioribus, perianthiis basi pubescentibus, apice obsolete tridentatis, foliis involutis erectis culmos aequantibus superantibusve. *R. Brown Prodr.* I. p. 178.

Habitus fere TRIODIAE, cui etiam charactere accedit. Culmi ramosi teretes 3-4ped.; folia fere filiformia, intus pilosa, extus cum vaginis glabra, basi dilatata; panicula 9poll., spiculis sessilibus alternis 3-5floris; valvulae calycinae aequales subulatae trinerves, corollinae calyce parum breviores, valvulâ corollinâ exteriore muticâ subulatâ quinquenervi. In *cap. van Diemen.*

24. S. *spicatus;* spiculis alternis sessilibus erectis subquinquefloris, floribus subulatis glabriusculis, aristis longis scabris, foliis linearibus culmoque glabris. FESTUCA *spicata Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 83.

Aquosa, ad flumina Missouri et Columbia. Herbar. Lambert.

25. S. *tenellus;* paniculâ contractâ simplicissimâ secundâ, spiculis oblongis subnovemfloris aristatis, culmo superne tetragono basi ramoso, foliis lineari-setaceis, ligulâ basi bisuritâ. FESTUCA *tenella Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 113. *Spec.* I. p. 419. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 83. FEST. *bromoides;* erectiuscula gracilis glabra, foliis subcapillaceis, paniculâ subsecundâ inferne patentiusculâ, spiculis subdecemfloris, floribus lineari-subulatis, aristâ dimidio-breviore. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 66. *Michaux* cum? *Pursh* sine dubio huc ducit F. *octofloram Walt. carol.* p. 81.

Culmus filiformis teres superne sulcatus pedalis glaber. Folia culmea et radicalia glabra linearia angustissima bipollicaria; ligula truncata. Spiculae laete virides pedunculatae 6-9florae, distichae; pedunculi apice incrassati. Calyx subaequalis. Corollae gluma externa apice aristata, carinâ scabriuscula. In *campis arenosis Americae borealis.* ⊙.

26. S.* *lividus;* culmo foliisque glabris, paniculâ depauperatâ, ramis alternis rhachique glabris, spiculis lanceolatis bifloris compressis, glumis calycinis corollinisque scabriusculis, aristâ brevissimâ. BROMUS *lividus Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 122.

---

* Hujus et sequentium, ad *Caldasii* usque nullam affinitatem adscripsit redactor operis Humboldtiani; SCHOENODOROS tamen esse monuit in characterе generico, et p. 184 addit FESTUCIS etiam iisuri posse.

Digitized by Google

Radix fibrosa; culmi cespitosi erecti 6-8poll., simplices; nodi glabri; folia lineari-setacea, acuta, striata, rigida; vaginae striatae glabrae, adeo approximatae, ut folia caespitosa appareant. Ligula abbreviata, glabra; panicula 1-1½poll., ramis 3-4, alternis, distantibus, patulis, 3-4 spiculas ferentibus, purpurascentibus; glumae calycinae acutae subaequales enerviae purpurascentes glabrae, spiculam subaequantes; corollinae oblongo-lanceolatae, acutiusculae, subaequales, fuscescentes, inferior paullo longior et latior, obscure 5nerviae, infra apicem bifidum brevissime aristata, superior bicarinata, glabriuscula, carinis scabra. In *alta planitie Toluca*na. ⊙.

27. S. *lanatus;* culmo superne pubescente; foliis interne vaginisque piloso-lanatis, paniculâ depauperatâ verticillatâ, ramis rhachi glumis paleisque lanato-pilosis; spiculis lanceolatis compressis subquinquefloris; aristâ brevissimâ. Bromus *lanatus Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 122.

Species elegans. Radix fibrosa; culmus erectus simplex, 1½-2ped., striatus, glaber; nodi pubescentes; folia linearia, plana, striata, externe glabra; vaginae striatae, superiores pilosae, inferiores lanatae; ligula abbreviata glabra; panicula simplex, ramis abbreviatis, distantibus, deflexo-adscendentibus; spiculae 4-5florae; glumae calycinae lanceolatae, apice subulatae carinatae subpurpurascentes lanato-pilosae, inaequales, superior inferiore longior, spiculâ duplo brevior; corollinae lanceolato-oblongae, inferior paullo longior et latior, quinquenervis, piloso-lanata, infra apicem bifidum? breviter aristata, superior bicarinata, apice subbifida, glabra, carinis ciliata. In *devexis ignivomi montis Antisanae.* ⊙.

28. S. *procerus;* culmo foliisque scabris; paniculâ ramosâ secundâ, ramis geminis rhachique scabris; spiculis oblongis compressis subseptemfloris; glumis paleisque scabris, aristâ brevissimâ. Bromus *procerus Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 122.

Rad. fibrosa, culmi cespitosi erecti simplices 5ped.; nodi glabri; folia linearia acuminata plana striata, utrinque, praesertim externe, scabra ut vaginae striatae. Ligula ovata obtusa glabra. Panicula nutans, pedalis; rhachis angulato-striata; glumae calycinae lanceolato-subulatae, virentes, superior inferiore longior, spicula quintuplo brevior. Glumae calycinae lanceolatae, acuminato-subulatae, virentes, scabrae, superior inferiore longior, spiculâ quintuplo brevior; corollinae lanceolatae, acuminato-subulatae, virentes, scabrae, inferior major, quinquenervis, infra apicem bifidum? superior bicarinata. In *temperatis regni Quitensis prope Chillo.* ⊙.

29. S. *unioloides;* culmo glabro; foliis scabris; paniculâ ramosâ secundâ ramis verticillatis rhachique scabris; spiculis lineari-oblongis compressis subdecemfloris; glumis corollinis calycinisque scabris; aristâ brevi. Bromus *unioloides Humb.* et *Bonpl. Nov. gener* et *spec.* I. p. 122.

Digitized by Google

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti simplices tripedales striati, nodique glabri. Folia linearia plana striata, ut vaginae glabrae. Ligula elongata obtusa glabra; paniculâ nutans pedalis, ramis triquetris; rhachis striata; spiculae subpollicares; glumae calycinae oblongae, apice subulatae, carinatae, virentes; inferior brevior angustior, trinervis, superior septemnervis, spiculâ quadruplo brevior; corollinae inaequales, inferior oblonga, carinato-compressa, septemnervis, infra apicem bifidum breviter aristata, superior brevior, bicarinata, scabra, apice bidentata, dentibus subulatis. Semen lineare, glumae calycinae superiori adnatum. Simile UNIOLAE habitu. In *altis regni Quitensis prope Chillo, Conocoto et Sangolqui.* ⊙.

30. S. *Caldasii;* culmo foliisque glabris margine scabris; paniculâ subsimplici secundâ nutante; ramis geminis aut ternis rhachique scabris; spiculis oblongis subquadrifloris compressis; glumis calycinis corollinisque dorso scabris, aristâ brevissimâ. BROMUS *Caldasii Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 123.

Culmi erecti simplices 3-4ped., striati, nodique glabri. Folia linearia plana striata glabriuscula; vaginae striatae glabrae; ligula oblonga obtusa glabra; panicula pedalis, ramis elongatis spiculas duas ferentibus; rhachis scabra; glumae calycinae carinatae, acuminato-subulatae, dorso scabrae, inferior lanceolata, multo brevior, superior oblonga, trinervis, spiculâ duplo brevior; corollinae lanceolatae, apice bifidae, virentes, inferior paullo brevior, quinquenervis, superior bicarinata. Arista subterminalis. *Cum unioloide.* ⊙.

Anne species sequentes, quas nullibi invenimus repetitas, SCHEDONORI?

31. S.? *bonariensis;* paniculâ oblongâ angustâ subnitidâ; spiculis trifloris; glumis acutis villosiusculis. FESTUCA *bonariensis Lam. Illustr.* I. p. 192. n. 1053.

Culmi graciles debiles glabri, 2ped. et ultra; folia filiformia elongata subglauca glabra, ad oras vaginae parum pilosa; paniculae rami appressi, spiculae compressae. In *Buenos-Ayres. Commerson.*

32. S.? *triflorus;* paniculâ nutante elongatâ; spiculis subtrifloris acutis muticis teretibus. FESTUCA *triflora Desfont. Flor. atl.* I. p. 87. t. 20. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 637.

Culmi recti glabri subcompressi 2ped. foliosi, foliis planis glabris acutis margine asperis; panicula laxa; pedunculi graciles flexuosi ramosi; spiculae oblongae lanceolatae 3-4florae; valvulae calycinae pallidae membranaceae ovatae acutae subaequales, corollinae longiores glaberrimae. In *littore Barbariae, prope la Calle.*

Digitized by Google

33. S.? *patulus*; pedunculis binis elongatis superne floriferis, calycibus subquinquefloris, glumis acuminatis. Festuca *patula Desfont. Fl. atl.* I. p. 86. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 637.

„Panicula amplissima, laxa, patula; culmi recti, laeves, teretes, 2-3ped.; pedunculi 2poll. et ultra, rudes, angulati, superne ramosi; spiculae glabrae compressae pedicellatae satis crassae in racemis laxis; valvulae calycinae oblongae acutae inaequales carinatae, corollina exterior major acuminata.“ *Poiret.* In *littore Barbariae, circa la Calle et Bonne.* 4.

34. S.? *obtusus Spreng.*; paniculâ aequali flaccidâ, spiculis oblongis trifloris muticis. Festuca *obtusa Spreng. Mant.* I. p. 34.

Culmus decumbens, geniculatus, debilis; folia linearia glauca, ligula subnulla; vaginâ glabrâ; panicula erecta, ramis erectis angulatis paucifloris; spiculae glabrae; valvulae calycinae inaequales, corollis multo minores, striatae, glabrae, corollinae subcartilagineae ovatae. In *Pensylvania. Mühlenb.*

35. S.? *latifolius*; paniculâ erectâ elongatâ sublaxâ, pedicellis glabriusculis geminatis ramosis, spicularum 6-7florum axi flexuosâ glabrâ, perigonii valvulâ exteriore subtereti acutissimâ subenervi, ligulâ exsertâ, foliis planis retrorsum scabris. Festuca *latifolia Decand. Cat. Hort. monsp.* 1813. p. 111.

Flavo virens, vaginae subscabrae; folia 3 lin. et ultra lata. Flosculi non aristati, sed in acumen acutissimum desinentes. *Patria?* 4.

36. S.? *quadridens*; culmo subnudo; foliis cespitosis planis; paniculâ laxâ; ramis subsimplicibus; spiculis subsessilibus 6-9floris; glumis muticis subbifidis. Festuca *quadridens Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 640.

Glaber, culmis rectis junciformibus simplicibus subnudis duris teretibus subpurpurascentibus 1½ped. et ultra; folia angusta culmis multo breviora striata, 2-3 brevia in culmo; rami paniculae elongati; spiculae saturate purpureae; valvulae calycinae vix acutae, aequales, magnae, concavae, longitudine fere flosculorum; corollinae muticae, submembranaceae, saepe bifidae, apice subscariosae. *Poiret.* In *Carolina. Bosc.* 4.

Huc adhuc retulit *P. de Beauvois*
Festucam *glaucam Lam.*
— *nigrescentem Lam.*
— *dumetorum Willd.*
Gaudin vero adhuc: Bromum *erectum, giganteum.*

342. DINEBA.

1. * D. *americana P. de B.*; culmo cespitoso, foliis involutis pilosis, paniculâ secundâ, spicis subsolitaris. Hete-

ROSTEGA *juncifolia Desvaux bull. Soc. phil.* l. c. HETEROSTEGA *americana Journ. de Bot.* l. c. p. 68. ARISTIDA *americana Swartz Obs.* p. 41. t. 2. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 459. ARISTIDA *furcata Poiteau* (fid. specim.) BOUTELOUA *litigiosa;* culmo subdiviso polystachyo, spicis linearibus patentibus, flosculo pedicellato tabido longe triaristato. *Lagasc. Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 5. n. 74. *Brown jam.* p. 135. n. 2.

Desvaux genus proprium: HETEROSTEGAM esse contendit speciem hanc: „calyce bifloro, glumis acutis, floris hermaphr. glumâ corollae inferiore trifido aristatâ, seu setosâ; floris superioris abortivi glumâ corollae inferiore trisetosâ, setis lateralibus divaricatis, superiore bifido. Rudimentum floris alterius acutum, pedicellatum." Spiculae alternae e flosculis sessilibus; valvulae calycinae purpurascentes. In *Antillis.* 4.

Obs. CHLORIS *R. Brown. P. de Beauvois* eandem iterum CHAETARIIS inseruit, et *Kunth* quoque apud *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 140 t. 54 monet: HETEROSTEGAM vix genus esse distinctum, habitum DINEBAE, characteres CHONDROSII esse, et genera HETEROSTEGAE, CHONDROSII et POLYODONTIS esse valde artificialia, aptiusque generi DINEBRAE jungenda. Character vero, HETEROSTEGAE *juncifoliae* quem editor Humboldtiani operis l. c. exhibet, non paucis recedit ab illo, quem cls. *Desvaux* l. c. dedit; illi nempe: spiculae unilaterales triflorae, flore primo hermaphrodito sessili, altero masculo pedicellato, tertio sterili subtriaristato; glumae duae carinatae; valvulae corollinae floris hermaphroditi et masculi duae, inferior quinquedentata, dentibus exterioribus atque intermedio aristatis. Stigmata penicilliformia. Rhachis spicata, subulata, apice nuda, spicis racemosis.

2. D. *secunda;* glabra, foliis linearibus, spicâ elongatâ unilaterali, spiculis solitariis, defloratis reflexis, calycibus lineari-lanceolatis acutissimis. CYNOSURUS *secundus Pursh Flor. Amer. Sept.* II. p. 728. ARISTIDA *secunda Rud.;* spicis simplicibus, floribus secundis. *Ledebour dec. plant. doming.* n. 3. ARISTIDA *minuta Poiteau.*

Pursh suam DINEBAE *arabicae* s. CYNOSURO *reflexo* esse perquam affinem; *Ledebour* DINEBAE *americanae*, a qua differt staturâ minori omnium partium, spicis magis simplicibus. In *Louisiana superiore Pursh, in St. Domingo Poiteau.*

Obs. Specimina nostra domingensia bi-tripollicaria, valde cespitosa; folia radicalia culmis brevioribus quibusdam longiora, plana, rigidiuscula, pilosula, praecipue margine, stricta, mucronulata, subpungentia, glauca, tactu laevia, ut culmus teres tennissimus. Spiculae non semper secundae, subinde et distichae, cum aristis duabus 4 linear. Structura floris quam exactissime generis.

3. D. *arabica Jacq.;* spicis alternis secundis paniculatis, glumae valvulis aequalibus, spiculis (sub) bifloris, flosculis pedicellatis muticis hermaphroditis, culmis prostratis, foliis planis. *Jacq. fragm.* t. 121. f. 1. *Decand. Catal. H.*

Digitized by Google

monsp. 1813. p. 104. D. spicis racemosis, spiculis trifloris. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 5. n. 78. DINEBRA *retroflexa Panzer Ideen* p. 21. T. XII. f. 2. a-f. DINEBA *aegyptiaca Descript. de l'Egypte* t. 11. DACTYLIS *paspaloides Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 111. CYNOSURUS *retroflexus Vahl Symb.* II. p. 20. *Willd. Spec.* I. p. 413.

„Culmi teretes, ut folia subulata" „(in culta latiuscula)" „spithamaea, glabri. Rhachis sulcata, angulata. Spiculae ternae ad singulum dentem rhachidis sessiles, intermedio brevi petiolato, lineares, pollicares, interstitiis parum longiores, patentes, rarius spicula quarta, omnes aetate reflexae" „(in culta spicae 5-25 spiculas ferunt, unde 6-18 lin. longae)." „Flores glabri. Calycis valvulae lanceolatae, valde attenuatae in setam, hinc quasi aristatae" „(flosculis longiores)." Corollae geminae muticae, altera pedicellata." *Vahl.* In *India orientali. Lamarck; in Aegypto (Coquebert), in Arabia.* ☉.

4. * D. *Lima P. de B.;* spicâ secundâ, calycis glumâ interiore spiculis subjectâ. D. spicâ simplici, spiculis multifloris. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 5. n. 79. CYNOSURUS *Lima Loeffling it.* p. 41. *Cavanill. Ic.* I. p. 62. t. 91. *Willd. Spec.* I. p. 413. WANGENHEIMIA *disticha Moench meth.* p. 200. POA esse monet *Gmel. Fl. bad.* I. p. 199. dicens: „*Loeffling* calycum valvulas majores in altera parte spicae quasi pinnam vel receptaculum commune mentientes sine dubio pro peculiari parte agnovit." Sed certe POA non est.

„Vix spithamaea. Foliorum vaginae tumidiusculae, folio ipso parvo. Spica arcte imbricata, oblonga, flosculis sessilibus, duplici serie, compresso-carinatis; calycina valvula exterior compressa, major, 5flora." *Linn.* In *Hispania. Frequens in montibus Moxente regni Valentiae.* ☉.

5. D. *divaricata P. de B.;* paniculâ divaricatissimâ, spiculis distichis remotis sessilibus subtrifloris, brevi aristatis. DACTYLIS *memphitica Spreng.* (fide herb. ejus et *Panz.*). *P. de Beauv.* DINEBAM *divaricatam* cum? adducit, quae omnino hujus loci videtur nulla enim divaricata magis Dineba. In *Cat. H. erlang. Martius* DACT. *memphiticam* eandem esse dicit cum DACT. *pungente Desf.*, quae toto coelo diversa.

Rad. fibrosa; culmi (in cultis, quas describimus) vix spithamaei, geniculati, ad paniculam fere usque tecti vaginis latis compressis glabris; ligula longe exserta, fissa. Folia linearia plana glabra striata acuminata patentia, margine scabra, glaucescentia. Culmi sub panicula, ut rami sub spiculis, incrassati, compressiusculi, ad latera scabri. Spiculae horizontaliter patentes et reflexae. Calycis glumae inaequales, flosculis breviores, major sub-5-minor trinervis, utraque glabra, carinâ

Digitized by Google

ciliata. Flosculi 2-3, secundus et tertius pedicellatus, infimus in valvulâ calycis minori sessilis. Glumae corollinae inaequales, glabrae, margine et carinâ scabrae, exterior subtrinervis. Arista brevissima sub apice glumae corollae exterioris. E nomine a *Sprengel* indito videtur *Aegyptus* patria. ⊙.

P. de Beauvois DINEBAM adhuc *melicoidem* (BOUTELOUAM?) et *paspaloidem* (*arabicam?*) habet, nobis ignotas.

343. POLYODON.

1. P. *distichus Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 141. t. 55.

Rad. fibrosa; culmus erectus, ramosus, 6-8poll., teres, nodique glabri. Folia linearia plana striata glabriuscula, basi pilosiuscula, margine scabra. Vaginae striatae pilosiusculae. Ligula brevissima ciliata. Spicae 15-16, alternae, sessiles remotae subreflexae oblongae in racemo disticho 11/2poll.; spiculae 3 in quavis spicâ, lanceolatae, unilaterales, sessiles, alternae, adpressae, biflorae. Rhachis universalis striata partialesque compressae scabrae bifidae apice nudae. Glumae dorso scabrae, valvulae glabrae. Aristae rectae, scabrae. Semen lineare, cylindricum, glabrum. In *montosis regni Qaitensis.* 2.

344. FESTUCA.

1. F. *monostachya Lam.*; culmo filiformi, foliis ciliatis, spiculâ unicâ terminali longe aristatâ. *Desfont. atl.* I. p. 92. t. 24. f. 2. *Lam. Enc. meth.* II. p. 461. *Pers. Syn.* I. p. 92.

Facies BROMI, et maxime affinis FESTUCAE *bromoidi* et *myuro*. Radix fibrosa et annua videtur; culmus foliosus 4-6poll.; foliis 4-5, angustis, vix pollicaribus, subtus pilis laxis; spica recta, virescens, satis similis spicae FESTUCAE *bromoidis*, 5-6-flora; valvulae externae aristâ rectâ 5-6 linearum, internae obtusae truncatae. In *littoribus Barbariae prope la Calle.*

Obs. Confer BRACHYP. *distachyum*, quocum haud bene junxit *Decand.*

2. F. *cynosuroides Desf.*; spiculis solitariis compressis secundis sessilibus; glumis acutis subaristatis. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 88. t. 21. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 637. *Pers. Syn.* I. p. 93.

Culmi breves, recti aut prostrati, basi nodosi glabri filiformes; folia cespitosa glabra linearia angustissima subulata culmo breviora; spica pedalis, spiculis laxiusculis, flavo-virentibus; valvulae calycinae subaequales angustae subulatae; corollina exterior apice membranacea, aristâ brevi. In *sabulosis Barbariae prope Cafsa.* ⊙.

3. F. *Fenas Lag.*; paniculâ secundâ, spicis oblongis sexfloris, floribus acuminatis muticis, foliis planis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 45.

Digitized by Google

Vulgo *Fenas*. Bonum pabulum equis et mulis. In *humidis et juxta rivulos Orcelis, Murciae, alibique in Hisp. merid.*

4. F. *magellanica Lam.*; paniculâ secundâ strictâ subspicatâ, spiculis violaceo-fuscis aristatis subsexfloris, foliis radicalibus setaceis. *Lam. Illustr.* I. p. 189. *Enc. meth.* II. p. 461. *Pers. Syn.* I. p. 93.

Habitu et staturâ similis Fest. *duriusculae;* folia radicalia brevia setacea convoluta glabra; culmi graciles 5-6 pollicum, foliis 2-3 angustis minimis; panicula 1½ poll., spiculis 5-6 rectis, inferioribus pedicellatis, superioribus sessilibus, fusco-violaceis 6-7floris, aristâ 1½ lin. longâ. *Ad fretum magellanicum. Commerson.*

5. * F. *ovina:* paniculâ (secundâ) coarctatâ, spiculis ovatis subquadrifloris, corollis teretiusculis (basi glabris), foliis tenuissimis scabris. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 226. *Smith Fl. brit.* p. 113. *Engl. bot.* t. 585. *Linn. Spec.* 108. *Willd. Spec.* I. p. 419. (excl. plur. synon.). *Lam. Enc. meth.* II. p. 458. Bromus *ovinus Scop. Fl. Carn.* I. p. 77. *Hall. Hist.* n. 1442. β.

α.) spiculis breviter aristatis. Fest. *ovina Schrad. Fl. germ.* I. p. 319. *Host Gram. austr.* II. t. 84. *Svensk bot.* 78. *Mart. Fl. rust.* t. 102. *Leers Fl. Herborn.* t. 8. f. 3. *Scheuchz. Agrost.* t. 6. f. 8.

β.) spiculis muticis. Fest. *tenuifolia Sibth. Fl. ox.* n. 138. *Koel. Gram.* p. 272. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 318. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 264. n. 1532α. F. *ovina* γ *Smith* l. c. Fest. *ovina* β. *Leers* t. VIII. f. 4. Fest. *ovina Ehrh.* (fide *Schrad.*).

γ.) Fest. *paludosa:* paniculâ subpatente, spiculis ovatis subsexfloris muticis, corollis compressis, subcarinatis, imbricatis, foliis glaucescentibus. *Gaud. Agr.* I. p. 229.

δ.) Festuca *rubra Wither.* 153. F. *ovina* β *Smith* l. c.

Rad. fibrosa, cespitosa, fibris capillaribus nigris. Culmi spithamaei erecti simplices tenues rigiduli glabri, basi foliosi, apicem versus praecipue tetragoni; folia longitudine et directione varia, angulato-setacea, acuta, saepe glaucescentia. Vaginae striatae glabrae; ligula brevissima „(biaurita)"; panicula lanceolata, rhachi pedunculisque angulatis, subflexuosis scabris; spiculae erectae, ovato-lanceolatae, glabrae; glumae calycinae inaequales, lineari-lanceolatae, acuminatae, carinatae, glabrae; flosculi 4-5 remotiusculi, teretiusculi, parum compressi, vix carinati, enerves, glabri, basi laevissimi, apicem versus tuberculis minutis scabri, saepius mutici, quandoque (ut in herbario Linnaei) aristati, aristis scabris, rectis longitudine variis. Valvula interior mutica acutiuscula concava, margine omnino glabro, subrevoluto." *Smith. Gaudin* antheras violaceas petit; *Host* flavas depingit. α differre a β. culmis foliisque firmioribus et paulum crassioribus, spiculis majoribus, eviden-

Digitized by Google

ter aristatis, calycibus acutioribus. *Schrad.* F. *rubra With.*, nostra δ, toties cum *amethystina*, ut vidimus, commutatur. *Lamarck* ad suam F. *capillatam* ducit POAM *setaceam Hoel.* (excl. syn.) FESTUCAMque *amethystinam Linn.* pro ejusdem varietate habet; et *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 632, praeter *tenuifoliam Schrader*, etiam *strictam Hostii* jungit eidem. In *pratis siccis, apricis per omnem Europam, a Lapponia usque, et in Caucaso; β frequentior in montosis nemorosis (ubi major et cum amethystina commutanda) γ. in turfosis.* 2.

Anne huc etiam: FEST. *capillaris Liljeblad*, paniculâ aequali nutante, spiculis teretibus inermibus, culmo adscendente, foliis setaceis. *Flor. suec.* ed. 2. p. 48, quae, monente *Retzio*, species dubia?

6. F. *capillata Lam.*; paniculâ angustâ subsecundâ, spiculis subquadrifloris, culmo laevi filiformi, foliis capillaribus. *Lam. Illustr.* n. 1054. (excl. β.) *Fl. franç.* 3. p. 597. F. *ovina* β. *Lam. Enc. meth.* II. p. 448. POA *setacea Hoel. Gram.* p. 162. (ipso teste).

Licet ab omnibus fere ducatur ad F. *ovinam* β, speciem tamen esse distinctam videmus e specimine quod a Dno. *Batard* accepimus omnia ad amussim, qualia a bo. *Hoeler* describuntur; „rad. perennis fibrosa; culmus erectus teres, 3-4ped. laevis; folia angusta, sicca omnia involuto setacea, radicalia longissima; ligula truncata; panicula diffusa (in nostra omnino subsecunda) spiculae semper virides, glaberrimae, ovato-acutissimae. Corollae plerumquae 3" (tertia non raro imperfecta) „raro 2 aut 4, dorso glabro." In *sylvaticis graminosis Gall. meridionalis.*

Obs. Ex allata a bo. *Hoeler* synonymia huc spectare videtur: Poa paniculâ erectâ, spiculis trifloris glabris, corollis acuminatis, calyce duplo longioribus, reliqua vero excludenda.

7. * F. *vivipara Smith*; paniculâ secundâ coarctatâ, flosculis compresso-carinatis muticis calyceque subpubescentibus, foliis setaceis laevibus. *Smith Fl. brit.* I. p. 114. *Engl. bot.* t. 1355. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 228. F. *ovina* β. *Linn. Sp. Pl.* 108. *Willd. Spec.* I. p. 419. F. *ovina* γ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 320. *Hall. Hist.* n. 1442 ββ. et γβ. *Raii Syn.* t. 22. f. 1. *Scheuchz. Prodr.* 21. t. 1. f. 2.

Radix et culmus ut in *ovina*. Folia recurva, angulato-setacea, minus rigida, laete viridia. Spiculae plerumque mollissime pubescentes, glumis calycinis valde inaequalibus; flosculorum glumae superiores in folia abeunt. Etiam culta perpetuo vivipara manet. In *alpibus Europae.* 2.

8. F. *intermedia*; culmis strictis laevibus, foliis erectis rigidiusculis, paniculâ ramosâ patente, spiculis ellipticis subquinquefloris. FEST. *stricta Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 237. *Hall. Helv.* n. 1442. α.

Digitized by Google

α. F. *stricta Host:* culmis strictis laevibus, foliis erectis, paniculâ secundâ, spiculis aristatis, radice perenni. *Host Gram. austr.* II. p. 62. t. 85. F. *cinerea Vill. delph.* II. p. 98. F. *cinerea* var. α. *Decand. Flor. franç.* n. 1585. *Suppl.* p. 264. ad n. 1582. (?)

β. F. *hirsuta Host:* paniculâ secundâ pauciflorâ, spiculis oblongis aristatis hirsutis, foliis setaceis scabris, radice fibrosâ perenni. *Host Gram. austr.* II. p. 61. t. 85. (excl. syn. *Hall.* et *Allion.*). Festuca *ovina* β. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 320. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 264. n. 1582. F. *ovina Koel. Gram.* p. 250. (excl. plur. syn.). F. *duriuscula Poll. pal.* n. 102.

α a *Schradero Fl. germ.* I. p. 321 pro media *tenuifoliam* suam inter et *ovinam* habetur; a *Gaudinio* pro ipsissima *ovina Schraderi.* Differt α a β, praeter characteres datos, quod in α culmi subteretes glabri laeves, semipedales; in β. subtetragoni in paniculae vicinia scabri, pedales et ultra. In α ramuli inferiores tantum in ramulos divisi, in β. fere omnes solitarii, unicam tantum spiculam gerentes. In α spiculae 3-6florae, in β subquinqueflorae. In α valvulae calycis acutae, tantum supremâ carinae parte scabrae, in β ciliatae, acuminatae, carinâ scabrae. In α semen obovatum, in β oblongum. Ab *ovina* differt α culmis subteretibus glabris laevibus erectis, in illa subtetragonis superne scabris primo obliquis dein erectis; flosculis longius aristatis, in illa brevius; β. characteribus datis. In *pratis siccioribus, collibus.* 2. *

9. * F. *Halleri Vill.* spiculis 4-5floris teretiusculis oblongis aristatis, rhachi glabrâ, calycis valvulâ exteriore pubescente, paniculâ strictâ, foliis setaceis. *Decand. Syn.*

---

* Fest. *Lemani Bâtard flore de depart. de Maine et Loire* p. 36. n. 9. culmo recto apice tetragono, foliis setaceis glaucescentibus glabris, paniculâ secundâ coarctatâ, spiculis 5-7floris, ab *intermedid* non differre videtur: est eidem et variatas β. pubcrula, eadem cum β. hirsuta. Clo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 631, F. *cinerea;* paniculâ subsecundâ, spiculis subhirsutis aristatis 5floris, foliis subulatis recurvis *Vill. Delph.* 2. p. 98. n. 8. est planta valde dubia. *Decandolle Fl. fr.* n. 1585. illius β fecit F. *dumetorum Lam.; Sehrader* non satis distinctam credit a *glauca* sua et *Lamarckii; Gaudin Agrost. Helv.* I. p. 260. cum *duriuscula* γ. *laevigata,* quae omnino *dura Host,* commutavit; ad *valesiacam Gaud.* spectare *Seringe* ex ipso *Villars.* Descriptio tamen F. *cinereae* a *Decandolle* data, a *stricta Host* non paucis differt: „Folia glauco-cinerea ut F. *glaucae,* rigida, extus glabra et laevia, ut in *duriuscula,* sed differt ab utraque glumis pubescentibus, in *duriuscula* glabris, in *glauca* tantum apice pubescentibus, a genuina *dumetorum* paniculâ non in spicam condensatâ. β. *cinereae* (s. F. *dumetorum Lam.*) differt culmo altiore 5-6decim. et spiculis majoribus. *Gmel. Fl. bad.* I. p. 210. F. *cineream Vill.* civem facit badensem.

Digitized by Google

n. 1591. *Flor. franç.* III. p. 53. F. *Halleri;* racemo spicato simplici, pedunculis spiculâ brevioribus, aristis glumam subaequantibus, foliis culmeis complicato-setaceis. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 235. et, *utroque teste: Vill. delph.* II. p. 103. et FESTUCA foliis perangustis, paniculâ strictâ, locustis teretibus hirsutis longius aristatis. *Hall. Helv.* n. 1441. β. spiculis flavicantibus.

Decandolle citat etiam FESTUCAM *Halleri Allion.* n. 2245. de qua *Gaudin* silet. Jam cls. *Host* et *Allionium* n. 2245 et *Hallerum* n. 1441 citat ad suam FEST. *hirsutam*, quae certe non ad illam spectant, et alii FESTUCAM *Halleri Allioni* ducunt ad FEST. *cineream Decand. Fl. franç.* n. 1585 *excl. Villars*, ad FEST. *Halleri Villars* vero citant FEST. *alpinam Sut. helv.* in eo scilicet recti, quod hic de gramine alpino, nec, ut FEST. *hirsuta Host*, in collibus et apricis crescente agatur. Synonymon *Halleri*, quod ad FEST. *Halleri* suam ducit *Gaudin*, id dubium reddit, quod addat: „spiculas hirsutas *Halleri* se nunquam vidisse;" et id idem hic tamen essentiale videtur; non enim ita bene „spiculis elongatis duplo quam in FEST. *ovina* majoribus, a qua et paniculâ multo angustiore aristisque longissimis differt" distinguitur. F. *Halleri Vill.* et *Decandolle* est culmo 4-5poll., nudo, gracillimo, nodulo uno alterove nigro; folia radicalia cespitosa tenuissima glaucescentia; panicula brevis virescens aut in violaceum vergens, spiculis 6-10 rectis, contractis, brevi pedicellatis, saepius subsecundis; valvulae calycinae angustae persistentes rigidae acuminatissimae; arista recta, rudis, longitudine valvulae. In *alpibus editissimis Helvetiae* (*Fouly*, *Javernaz*, *Enzeindaz* etc.), *Sabaudiae et Galliae.* 2.

10. F. *longifolia;* paniculâ erectâ contractâ, foliis longissimis filiformibus glabris, glumis corollae ciliato-laceris. *Viviani Fragm. Flor. ital.* in *Annal. di Bot.* I. 2. p. 145. Jungitur a quibusdam cum problematica illa F. *cinerea Vill.*, ad quam non pertinet.

Culmus 1/2-1ped., teres, laevis; folia semiteretia, radicalia culmo longiora, omnia utrinque laevissima; vaginae internodiis breviores; ligula hiaurita, panicula in spicam fere contracta, pauciflora; pedunculi inferiores 2-3flori, omnes triangulares; spiculae grandiusculae; gluma corollina exterior ovato-lanceolata, trinervia, breviter aristata, marginibus submembranaceis. A FEST. *ovina* omnino diversa. *Viv.* In *promontorio Portofino Liguriae.* 2.

11. F. *curvula Gaud.;* paniculâ ramosâ coarctatâ, spiculis subquadrifloris, culmis strictis laevibus, foliis rigidiusculis brevissimis curvulis. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 239.

Radix F. *strictae;* folia radicalia densissime cespitosa, vix 5poll., glaucescentia, intorto-curvata, setaceo-involuta, crassiuscula, nonnisi ad margines scabriuscula; culmea perpauca, tenuiora, brevissima, vaginae longissimae; ligula vix conspicua; culmi

trientales, erecti, laeves; panicula spicaeformis, ramosa, sesquiuncialis, flavo-virens; pedunculi solitarii vel gemini, longi erecti; spiculae fere *strictae*; sed longiores, 3-4poll., compressae, corollis minus distantibus; glumae corollinae exteriores ad margines pubescenti-ciliatae. In *alpibus helveticis et in Pyrenaeis La Peyr.* 2.

12. F. *alpina Gaud.*; paniculâ strictâ, subramosâ, aristis breviusculis, foliis culmoque capillaceis mollibus. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 232. *Sut. Helv.* I. p. 55. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 266. n. 1583*. *Hall. Helv.* n. 1442 δ. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 288.

Culmus 4-8pollicaris, capillaceus, vix foliis crassior numerosissimis, capillaceis, laete viridibus, exsiccatione flavescentibus. Panicula viridis. Antherae flavae. Spiculae sub-4-florae. In *pascuis alpium editiorum, M. Gemmi, Javernaz, Fouly, Enzeindaz* etc. 2.

13. F. *arenaria Askelof*; paniculâ subsimplici, spiculis 4floris hirsutis aristatis, foliis filiformibus, radice repente. *Askelof diss. Suppl. Prodr. flor. Scand.* p. 4.

„Rad. repens. Culmi semipedales teretes striati geniculis duobus fuscis infimo parum fracto. Folia linearia, margine convoluta laevia brevia, caulinum unicum cujus vagina dimidium culmum attigit; ligula nulla. Panicula subaequalis, pedunculo infimo spiculis 2-4. Spiculae rarius 5florae, valvulis corollinis exterioribus in aristam brevem desinentibus. Antherae pallide flavae. Culta 2ped., panicula magis composita; spiculae multo minores ac minus hirsutae; folia saturatius viridia. Haud diversa videtur a FESTUCA, quam nomine *hirsutae Jacq.* a nob. *Banks* habemus, quamvis antherarum alius color. Cum descriptione F. *dumetorum* in *Rafn Flor. Dan. hols.* I. p. 549. convenit, sed a *Flor. Dan.* t. 700 certe diversa." *Askelof.* In *arenosis Hollandiae.* 2.

14. F. *plebeja*; paniculâ ramosâ secundâ; spiculis 8-10floris laevibus aristatis; culmo tereti; foliis involutis articulo brevioribus vaginisque laevibus; ligulâ bipartitâ. *Brown Prodr.* I. p. 178.

In *terra van Diemen.*

15. F. *amethystina Host*; paniculâ patente, spiculis oblongis submuticis, calyce corollaeque glumâ exteriore ciliatâ, culmo subtereti, foliis setaceis rigidis, ligulâ biauritâ. *Host Gram. austr.* II. t. 89. (synonymon *Linn.* dubium, *Scheuchzeri* excludendum, monente jam *Gaud.* I. p. 228.) *Schrad. Fl. germ.* I. p. 321. F. *amethystina Linn. Willd. Spec.* I. p. 420. in herbario *Linnaei* non occurrit, monente *Smithio.* An ergo F. *capillata Lam.* (i. e. *tenuifolia Smith*), ut *Pal. de Beauvois* credit, *amethystina* sit *Linn.*, vel, an FESTUCA *amethystina Linn.* sit varietas *capillatae*, ut *La-*

Digitized by Google

marck suspicatur, et an hujus loci Fest. *montis aurei Delarbre Fl. d'Auv.* p. 86. dubitandum. Convenit spiculis parvis cum *ovina* β. s. *tenuifolia*, in reliquis *glaucae* magis affinis. Dignoscitur colore purpurascente quo pars una alterave aut tota planta saepius tincta invenitur.

Rad. fibrosa; culmi 1-2ped., stricti, glabri, apice purpurascentes; folia longe attenuata, margine scabra, superne pubescentia, glauca, serius violacea; vaginae glabrae; ligula brevissime truncata appendiculis ciliatis; panicula multiflora, subsecunda, apice nutans, pallide viridis, serius, cum ramis, purpurascens; spiculae compressae, 4-5florae, gluma calycina superior tri- inferior uninervis; gluma corollina exterior aut acuminata, aut aristâ brevi. In *agro Vindobonensi*, *in Carinthia et in Carpathis*, monente *Wahlenberg Fl. carp.* n. 85., cui F. *heterophylla Wahlenb. helv.* n. 101. (excl. synonymis.) 2.

16. F. *picta Kitaib.*; paniculâ patente, spiculis oblongis, valvulâ calycinâ exteriore glabrâ, corollinâ aristatâ, culmo gracili, foliis setaceis laxis, ligulâ biauritâ non ciliatâ. *Kitaib.* ap. *Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. n. 523.

Differt ab *amethystina* praeter characteres datos: foliis multo tenuioribus, spiculis majoribus, glumis apice purpureis. In *pratis subalpinis Ungariae.*

17. * F. *reptatrix*; paniculae ramis simplicibus, spiculis subsessilibus. *Linn. Sp. Pl.* p. 108. *Willd. Spec.* I. p. 421.

Rad. crassitie pennae anserinae, longissime sub terra reptans, vestita latis foliorum rudimentis. Culmus plus quam 1½ped. Folia involuto-filiformia. Panicula oblonga, ramis alternis secundis. Spiculae alternae plurimae lanceolatae 6florae acuminatae muticae. *Linn.* In *Arabia*, *Palaestina.* 2.

18. F. *varia Schrad.*; paniculâ patente multiflorâ, spiculis linearibus subaristatis 5-8floris, culmo subtereti, foliis setaceis rigidis, ligulâ oblongâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 324. *Haenke* in *Jacq. Collect.* II. p. 94. *Host Gram. austr.* II. t. 90. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 633. F. *flavescens Gaud. Agr. Helv.* I. p. 287. (excl. syn. *Bell.* et *Decand.*). F. *spadicea Genersich Elench. scepus.* n. 90. *Host Synops.* p. 52. F. *crinum ursi!! Ramond pyr. ined.* fide *Poiret* l. c. et *Flügge* apud *Schrad.* l. c. F. *acuminata Gaud.*: paniculâ subpatente, spiculis teretiusculis oblongis paucifloris submuticis, foliis setaceis. β. paniculâ contractiori, spiculis ex viridi albo et purpureo pulcre variegatis. *Gaud. Fl. helv. Ms.*"

Culmi 1-1½pedales, erecti aut basi procumbentes, inferne teretiusculi; folia acuminata varie flexa, ligula oblonga, obtusa aut acutiuscula, raro bifida; paniculae rami scabriusculi, in-

Digitized by Google

feriores plerumque gemini; spiculae compressae, virides, purpurascentes et aureo variegatae; gluma corollina exterior quinquenervis, mutica (qualem *Host* depingit) aut aristâ brevi. In *alpibus Europae mediae, et in Caucasi orientalis alpestribus MB.* 2.

19. F. *Eskia*; spiculis 6-10floris compressis oblongis subaristatis glabris; rhachi pilosâ, paniculâ collectâ; foliis complicato-filiformibus pungentibus. FESTUCA *eskia Decand. Syn.* p. 129. *Fl. fr.* n. 1589. exclusa F. *varia Schrader Fl. germ.* I. p. 324. et *LaPeyr. Abr. d. Pyren.* p. 44.

A quibusdam pro eadem cum F. *varia* habetur, sed differt, radice repente, longâ durâ; foliis glaucis, culmo altiore, spiculis 6-10floris, aristis brevioribus. *Pal. de Beauvois* FESTUCAM *eskiam* et *variam* ad SCHENODOROS, *pumilam* et *variam* iterum ad FESTUCAS detulit! In *alpibus pyrenaicis.* 2.

20. F. *glauca Lam.*; paniculâ secundâ subspiciformi, spiculis laevibus subquinquefloris subaristatis, foliis glaucis rigidis subulatis (culmo brevioribus). *Lam. Illustr.* n. 1034. t. 46. f. 3. *Enc. meth.* II. p. 459. *Decand. Fl. franc.* n. 1586. β. F. *longifolia* (foliis longitudine culmi) *Thuill. Fl. paris.* 2. ed. I. p. 50. F. *involuta Moench* apud *Schleich Cat. plant.* p. 56. (fide specim.) F. *pungens Davall* olim. γ. spiculis villosis. *Fries Novit. Flor. suec. Schrad. Fl. germ.* I. p. 322. FEST. *glaucam* junxit cum *pallente Host*, plantas, ut ex exemplaribus a Dno *Decandolle* cum *Herb. Lamarckii* collatis vidimus et ex exemplaribus Vindobonensibus *pallentis Host*, omnino distinctas. Cls. quoque *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 240 junxit *glaucam* cum *pallente Host*, iconem a *Host* datam non bene carpens et F. *duram Host* (quae tamen *duriuscula laevigata*) cum? adducens: aeque infauste. Neque FESTUCA *involuta*, quam *Schrader* cum *glauca Lam.* junxit, jungenda cum α, sed, nisi propria species, varietas sane insignis, et intermedia quasi *glaucam* inter et *pallentem*. Quorsum pertineat FEST. *duriuscula Flor. Wetterau* n. 130 a *Schrader* cum *glauca Lam.* juncta, nescimus, aeque ac de F. *duriuscula* β. *Wahlenb. carp.* n. 26. (*glaucam* cum *pallente* jungente) incerti sumus.

In α culmi pedales, denso foliorum cespite glaucorum; folia caulina, saepe 2, plicato-canaliculata, supremum vaginâ duplo brevius. Panicula parva, 1½poll., glauca; spiculae inferiores pedicellatae, 2-3 in ramis inferioribus, supremae subsessiles omnes rectae, glabrae, aristâ fere lineam longâ. — β magis glauca, folia magis scabra, spiculae oblongae majores, glumae corollinae apice villosulae. *α in Avernia circa Murat et prope Thiezac in ascensu Cantal. β. in siccis arenosis totius Galliae et Helvetiae; γ in maritimis Balthici.* 2.

Digitized by Google

21. F. *pallens Host;* paniculâ secundâ pauciflorâ, spiculis glabris aristatis, foliis pungentibus erectis recurvisve, radice perenni. *Host Gram. austr.* II. t. 88. *Sturm Fl. germ.* Fasc. 26.

Schrader Fl. germ. I. p. 322 cum *pallente Lam.* junxit, et FESTUCAM *duram* quoque *Hostii* nonnisi soli et aetatis diversitate variam sistere plantam credit, et non differre magis F. *cineream Vill.* Attamen F. *pallens Hostii* differt a *glauca Lam.:* colore pallido, flavescente potius quam glauco, foliis pungentibus fere duplo latioribus facie villosulis; culmis teretiusculis; ligulâ brevissimâ truncatâ, paniculâ secundâ, loco denique natali *in pratis montanis et alpinis Pannoniae, Austriae.* 2.

22. F. *pungens;* paniculâ depauperatâ subsecundâ; spiculis glabris aristatis; foliis rectis strictis rigidissimis apice in mucronem longum cylindricum pungentem abeuntibus. *Kitaibel* apud *Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. n. 528.

Similis *pallenti*, sed foliis fere junceis satis distincta; ligula biaurita major, ut tota planta omnibus partibus fere duplo major est. Pallet et perfecte glabra est. In *alpibus Croatiae.* 2.

23. F. *valesiaca Gaud.;* paniculâ coarctatâ, culmo teretiusculo, foliis filiformibus strictis scaberrimis, glaucescentibus. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 242. *Murith. bot. val.* p. 68. *Thom.*

„Culmus plerumque pedalis; folia valde glauca, ut et panicula quasi in spicam secundam coarctata; spiculae 5-8florae.“ Monente *Seringe* cls. *Villarsius* hanc speciem pro sua F. *cinerea* agnovit. Nostra tamen differre videtur foliis tenuibus et spiculis glabriusculis, „et eadem videtur de qua *Hist. delph.* II. p. 99 obiter quasi mentionem facit.“ *Gaud. l. c.* Specimen a clo. *Gaudin* in Vallesia lectum est spiculis muticis. In *arenosis Valesiae.* 2.

24. F. *pannonica Wulf.;* paniculâ secundâ oblongâ, spiculis 7floris aristatis, calyce corollaeque valvulâ exteriore ciliatis, foliis compresso-setaceis, radice fibrosa perenni. *Wulfen* ap. *Host Gram. austr.* IV. t. 62.

Culmi erecti aut incurvati, inferne profunde striati, superne setis aliquot adspersi. Folia superne villosa. Vaginae glabrae; ligula truncata ciliata. Panicula quidquam incurvata. Rhachis ramique scaberrimi, gluma calycina exterior nervo unico, interior tribus. Germen squamis duobus. In *collibus asperis Austriae, Pannoniae.* 2.

25. F. *xanthina;* paniculâ patente secundâ subnutante, spiculis lanceolatis subaristatis, (muticis subseptemfloris *Host*) culmo tereti, foliis rigidis pungentibus, ligulâ biauritâ. F. *flavescens Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 114. *Waldst. Kitaib.* apud *Host Gram. austr.* III. t. 19. (excl. syn. *Bel-*

Digitized by Google

lard.) F. *flavescens α. Gaud. Agr. Helv.* I. p. 272. (excl. var.) F. *acuminata α Gaud. Fl. Helv. Ms.* F. *Hostii Schott Herb.*

Rad. fibrosa; culmi 1-1½ped., glabri; folia convoluto-setacea, apice cartilaginea, pungentia, dorso atque ad oras aculeis brevissimis inspersa, radicalia longissima; rhachis ramique aculeato scabri; spiculae 4-7florae flavido-virides. Gluma calycina minor tri-, major septemnervis. *Ad rupes calcareas Mehadiae circa thermas Herculis, et in Helvetia.* 4.

26. F. *flavescens Bellard.;* paniculâ erectâ coarctatâ, spiculis 4-5floris glaberrimis; perigonii valvulis margine membranaceis subaristatis, foliis setaceis elongatis, culmo tereti. *Decand. Synops. Fl. gall.* n. 1582*. *Fl. fr.* III. p. 719. *Bellard act. taurin.* V. p. 217. β. humilior, foliis brevioribus.

Poiret Enc. meth. Suppl. II. p. 633 recte monuit, *flavescentem Bell* differre ab illa *Hostii:* rad. fibrosa; culmi recti graciles laeves, 8-12pollicares; folia cespitosa erecta glaberrima, 6pollic., capillaria potius quam setacea; panicula parum ramosa, glumae calycinae subaequales obtusae, corollina exterior aristâ brevissimâ vix millimetr. longa. Folia saturatius viridia quam in *Xanthina*, et spiculae graciliores. In *alpibus pedemontanis, Cenisio, in Pyrenaeis orientalibus, Canigou* etc.

27. F. *alpestris;* paniculâ secundâ (demum) nutante, spiculis lanceolato-ovatis muticis subsexfloris, foliis convoluto-setaceis pungentibus, ligulâ oblongâ, (acuminatâ). Fest. *alpina Host Gram. austr.* IV. p. 36. t. 63.

Rad. fibrosa, denso foliorum culmorumque cespite; culmi teretes glabri inferne laeves, alii erecti, alii obliqui. Folia dorso glabra, laevia facie hirsutula, apice mucronata; vaginae teretes laeves. Rhachis brevis, hispida, ut rami graciles. Spiculae. Calycis valvulae inaequales acuminatae glabrae, superiore carinae parte aculeatae, inferior lineâ unicâ, superior tribus; corollae valvula exterior oblonga acuminata, superne compressa carinâque aculeata, dorso scabriuscula lineis tribus; interior oblonga, lanceolata, ad flexurae angulos aculeata. In *subalpinis, alpinis Tyrol.* 4.

28. F. *puncioria;* paniculâ secundâ coarctatâ simpliciusculâ, culmo tereti nudiusculo, foliis recurvis rigidis involuto-pungentibus. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 60. Icon nulla.

Folia radicalia numerosa, palmaria, dura, linearia, involuta, pungentia; subtus laevissima, ecarinata. Culmus solitarius, fere pedalis, erectus, strictus, teres, laevis, basi subdiphyllus, foliis brevissimis, longissime vaginatis. Panicula parva, erecta, coarctata, vix ramosa. Glumae acuminatae, glabrae. *Smith.* In *itinere montem Olympum Bithyniae versus, vel in ipso monte, legit Sibthorp.* 4.

Digitized by Google

29. * F. *duriuscula;* paniculâ erectâ patente, corollis aristâ longioribus, radice fibrosâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 228. (excl. F. *heterophylla*). *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 250. *Hall. Helv.* n. 1437. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 285. *Willd. Spec.* I. p. 421. *Smith Fl. brit.* p. 115. *Engl. bot.* t. 470. *Vill. delph.* II. p. 98?? *Decand. Fl. fr.* n. 1584? certe *Synops. Fl. gall.* n. 1584. *Host Gram. austr.* II. t. 83 ad *α* et *β*. *Leers Fl. Herborn.* t. 8. f. 4. *Roemer Flor. europ.* Fasc. VI.

A. glumis glabriusculis:

α. F. *duriuscula oliganthos;* elatior, foliis viridibus mollioribus tenuioribusque, spiculis 4-5floris. *Gaud.* l. c. F. *rubra Leers herb.* 76. t. 8. f. 1. F. *duriuscula Lam. Enc. meth.* II. p. 459? An *Flor. Dan.* t. 848. F. *heterophylla Sprengl. Fl. hal.* p. 39. n. 124. (fide specim.).

β. F. *duriuscula polyanthos;* elatior, foliis viridibus mollioribus tenuioribusque, spiculis 6-8floris. *Gaud.* l. c.

γ. F. *duriuscula laevigata;* humilior, paniculâ imbricatâ, foliis glaucescentibus, rigidis. *Gaud.* l. c. (excl. syn. praeter F. *duram:* foliis canaliculatis rigidis, paniculâ secundâ subsimplici erectâ, spiculis longe aristatis, *Host Gram. austr.* II. p. 62. t. 87.) *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 266. n. 1586. F. *eskia Lejeune Fl. de Spa.* p. 57. (excl. syn.)

δ. F. *duriuscula? grandiflora;* elata, paniculâ subpatente, spiculis 8-10floris, foliis glaucescentibus *Gaud.* l. c. F. *multiflora Sut. Helv.* I. p. 56.

B. glumis undique pubescentibus:

ε. * F. *duriuscula dumetorum;* paniculâ spiciformi pubescente, foliis filiformibus. *Gaud.* l. c. F. *dumetorum Linn. Sp. Pl.* 109. *Willd. Spec.* I. p. 422. *Fl. Dan.* t. 700. (A P. *de Beauvois* ad SCHOENODORUS relata). F. *duriuscula β. Smith* l. c.

α et *β* habitu fere F. *heterophyllae*, folia vero viridia, crassiora, minus longa; panicula secunda erecta minus patula; spiculae plerumque violaceae. *β* insuper ludit aristis glumam fere aequantibus. *γ*. F. *glaucae Lam.* affinis, sed folia minus glauca, et plerumque alpina. *Schrader Fl. germ.* p. 323 *cinereae Vill.* junxit cum *pallente Host*, sed differt *dura:* culmis subangulatis, basi geniculatis, subinde et ramosis; foliis facie hispidulis, margine aculeatis, in *pallente* villosulis, margine glabris; ligulâ ciliatâ; spiculis semper purpurâ aut violaceo variegatis, nunquam pallentibus; valvulis corollae ciliatis, in *pallente* fere glabris. In *δ*. spiculae maximae, ad 10 lineas longae, eximie distichae, folia glauca, latiora quam in caeteris. *ε* intermedia videtur inter *duriusculam α* et *γ*: a F. *intermediâ hirsuta* paniculâ multo ramosiore, (culmo sub apice

Digitized by Google

scabro) spiculis majoribus et foliis culmeis planis diversa. α et β *in pratis sylvisque; γ in alpibus et circa Noribergam et Spa; δ in alpibus et declivibus; ε in planitie. Omnes* 2.

30. F. *heterophylla Haenke;* paniculâ laxâ patulâ nutante, foliis radicalibus tenuissimis longissimis, radice repente. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 248. *Hall. Helv.* n. 1438. *Vill. delph.* II. p. 100. *Willd. Spec.* I. p. 421. *Koel. Gram.* p. 143. *Decand. Fl. fr.* n. 1587. *Host Gram. austr.* III. t. 18. (cum? ob radicem fibrosam). Fest. *nemorum Leyss. Abh. d. Hall. naturf. Gesellsch.* I. p. 368. et *Roth Fl. germ,* T. II. P. I. p. 129. F. *nemorosa Latour. Chlor.* p. 3.

Host l. c. praeter *Willd.* et *Hall.* n. 1438 citat et *Haenke* in *Jacq. Coll.* II. p. 93; *Schrader* vero F. *heterophyllam Haenke* eandem esse cum F. *duriuscula Host* speciminibus *Walfenianis* demonstrat, nec satis differre F. *heterophyllam Host* a F. *duriuscula* asserit. *Gaudin* vero F. *heterophyllam* magis F. *rubrae* affinem esse, quam *duriusculae.* „Spiculae subquinquefloraе, corollae subimbricatae, breviter aristatae, antherae luteae.“ *Gaud. Hostii* certe planta a *duriusculâ*, differt: foliis radicalibus ultra spithamaeis, laxissimis; culmis 2-3pedalibus, foliis paucis planis 1½ lineam latis saepe pedalibus; ligulâ oblongâ obtusâ; aristis longioribus. — „F. *hete-*„*rophylla* et *duriuscula*, quas *Schrader* conjungit, omnino „differunt. Illi enim folia radicalia triquetra, pubescentia, „huic filiformia glabra; illi panicula subaequalis rariuscula, „huic nutans secunda; illi glumae patulae, huic contractae ap-„pressae“ *Spreng. Mant.* I. p. 7! — „F. *heterophyllam* et „*duriusculam Fl. hal.* vere eandem esse, jam cum *Schradero* „fateor; nam exploratum habemus, folia inferiora complicato-„setacea, vel triquetro-filiformia, culmea planiuscula esse ple-„rumque glabra, interdum quoque pubescentia, glumas coroll-„linas post anthesin patulas remotiusculas, interiores ciliatas, aristulis variâ longitudine.“ *Spreng. Mant.* II. p. 7.!! In *pratis fertilioribus sylvarum, ad sepes umbrosas, Gaud., et in subalpinis Europae meridionalis.* 2.

31. * F. *rubra;* paniculâ secundâ erectâ patente, flosculis teretiusculis aristâ longioribus, foliis supra pubescentibus, radice repente. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 329. α. foliis angustioribus. *Linn. Sp. Pl.* p. 109. *Willd. Spec.* I. p. 420. *Koel. Gram.* p. 252. *Smith Fl. brit.* I. p. 116. *Engl. bot.* p. 2056. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 246. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 69. *carp.* n. 87. *Stillingfleet misc.* t. 9. *Host Gram. austr.* II. t. 82. *Scheuchz. Agrost.* p. 287. t. 6. f. 9. (var. alpina). F. *stricta Schleicher* teste *Gaud.* Fest. *montis celtici. Delarbre auv.* 87? F. *barbata Schrank* (*fid. spec.*). *Fl. salisb.* n. 118. *Braune Fl. salisb.* n. 84. β. foliis

latioribus. F. *multiflora Koel. Gram.* p. 271. F. *rubra* β *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 125. F. *pratensis Schreb. Spicil.* p. 57. F. *polystachya* et *polyantha Herbarior.* γ. F. *cambrica Huds.* p. 45. *With.* p. 154. δ. F. *glabra Lightf. Fl. Scot.* p. 1085. *Huds.* 648. *With.* 154. ε. spiculis latioribus villosis. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 42. ζ. spiculis viviparis.

Maxime affinis *duriusculae*, sed folia culmea latiora facie incana, radicalia primum incana, vaginae plus minus pubescentes, panicula fructifera saepe cum superiore culmi parte rubescens, spiculae 5-8-10florae. In β. flores saepe vix copiosiores quam in α. In γ. panicula simplicior, flosculi majores latiores, fere ovati, aut omnino glabri, aut margine pubescentes; folia supra minus pubescentia. In δ. spiculae triflorae, flosculis plerumque glaberrimis. In ε panicula valde contracta et simpliciuscula, ut fere BR. *pinnatum* referat. In *pratis*, *collibus*, *nemorosis*, *maritimis et subalpinis totius Europae.* 4.

32. F. *vaginata;* paniculâ patulâ secundâ, spiculis subsexfloris, flosculis obtusiusculis muticis foliisque linearibus convolutis glaucis, culmo tereti erecto. *Waldst.* et *Kitaib.* ap. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 116. *Schultes Oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 242. *Martius Enum. H. Erlang.* p. 34. β. minor, flosculis superioribus subaristatis. F. *amethystina quorumd.*

Rad. fibrosa, culmi 1-2ped. vaginis absconditi, panicula basi involuta; folia, ut tota planta, glabra; ligula biaurita; spiculae oblongae, ovatae. Ab *amethystina* differre: colore glauco, paniculae ramis divaricatis, solitariis flexuosis, calycis valvulâ exteriore quinquenervi, nec trinervi, valvulis margine distincte ciliatis" recte *Mart. l. c.* In *arenosis Ungariae.* 4.

33. F. *nutans;* paniculâ secundâ erectâ apice nutante, spiculis quinquefloris obtusis muticis. *Spreng. Mant.* I. p. 34. F. paniculae ramis secundis nutantibus scabris, spiculis ovatis compressis subsexfloris acutis muticis, foliis lineari lanceolatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 116. *Martius Enum. H. Erlang.* p. 34. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 84.

Culmus strictus, glaber, tripedalis, foliosus; folia glabra, dodrantalia, vaginis glabris, ligulâ subnullâ; panicula pollicaris, patens, ramis angulatis scabriusculis. Spiculae ovatae oblongae obtusae glabrae e viridi et purpureo variae. Valvulae oblongae muticae glabrae apice fuscae nervis scabris. In *sylvis umbrosis novae Angliae ad Carolinam usque.* 4.

34. * F. *bromoides;* paniculâ secundâ erectâ, flosculis subulatis aristatis apice scabris, foliis setaceis vaginâ brevioribus. *Smith Fl. brit.* I. p. 117. *Engl. bot.* t. 1411. *Linn. Sp. Pl.* I. p. 110. *Willd. Spec.* I. p. 418. *Koel.*

Digitized by Google

Gram. p. 263. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 325. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 245. *Gmel. Flor. bad.* I. p. 215. *Lam. Illustr.* n. 1026. t. 46. f. 4. Bromus *dertonensis Allion. Ped.* v. II. 249. Bromus *ambiguus Cyrill. Pl. nap.* I. t. 2. Brom. *triflorus* quorumdam teste *P. de Beauv. Schenchz.* t. VI. f. 10. β. F. *sciuroides Roth;* paniculâ secundâ racemosâ, calycibus abbreviatis, floribus diaphanis scabris, aristis longis (culmo elatiore). *Roth Fl. germ.* I. p. 46. II. p. 139. *Koel. Gram.* p. 262. *Willd. Spec.* I. p. 423. Vulpia *sciuroides Gmelin Fl. bad.* I. p. 9.

Festucam *bromoidem* et *sciuroidem* unam eandemque esse plantam comparatis speciminibus originalibus evinci cls. *Schrader l. c.;* varietates esse notabiles *Gaudin* et *Decand.;* species esse distinctas *Roth, Koeler, Willdenow;* genere esse diversas *Gmelin l. c.!* * — „Rad. fibrosa, cespitosa, ramosissima, fusca. Culmi plurimi spithamaei vel pedales, erecti, teretes, glaberrimi, basi foliosi, geniculis 3-4 fuscis; folia pallide viridia, erecta, setacea, angulata, acuta, laevia, brevia. Vaginae subventricosae, sulcatae, glabrae. Stipula exigua. Panicula erecta, pollicaris, vix 2poll., basi subramosa, rhachi pedunculisque angulatis scabriusculis. Spiculae erectae glabrae ovatae. Glumae calycinae acutae, glabrae, exterior angustissima, fere setacea; interior duplo longior, et triplo fere latior, trinervis. Flosculi circiter sex, remotiusculi, subulati, parum compressi, ecarinati, apicem versus tuberculis exasperati, aristati, aristis rectis, scabris, valvulâ longioribus, valvula interior acutiuscula, margine pubescens, semen lineare, sulco exaratum. Magnitudine variat infinite.“ *Smith.* „Antherae tres pallide luteae. Variat spicâ saepe unicâ in regionibus sterilioribus, antheris saepe nullis.“ *Gmelin Fl. bad.* p. 216. „Stamen semper unicum in F. *pilosa* et *sciuroide in Castilia* copiose obvenientibus vidi; idem observavit *Roth. Gmelin l. c.* p. 9.“ — *Thunberg* de numero staminum silet in *Flor. cap.* I. p. 426, et aristas longitudine tantum valvularum esse monet. Festucam *bromoidem americanam Mich.* (quam vide sub Schenodore *tenello*) cum? adduxit *P. de Beauv.* In *agris et arvis sabulosis, copiosius in Europa occidentali et australi, et prom. b. spei.* ⊙ *Smith* et omnes; ♂ *Schrader* et *Roth.*

35. * F. *Myurus;* paniculâ secundâ nutante elongatâ, flosculis subulatis aristatis apice scabris, foliis setaceo-subca-

---

* Genus Vulpiae, quorsum Festuca *myurus, pilosa* et *sciuroides,* sequentibus circumscripsit *Gmelin Flor. bad.* I. p. 8: *Cal.* quinquefloras bivalvis inaequalis, valvulâ exteriore minimâ lanceolatâ, interiore majore lineari-lanceolatâ, mucrone membranaceo. *Cor.* bivalvis, inaequalis diaphana, valvulâ exteriore majore, apice longe aristatâ. *Stamen* unicum. *Styli* duo. *Semen* tenue teretiusculum utrinque acutum, corollâ tectum.

Digitized by Google

rinatis brevissimis. *Linn. Sp. Pl.* I. p. 109. *Smith Fl. brit.* I. p. 118. *Engl. bot.* 1412. *Willd. Spec.* I. p. 422. *Koel. Gram.* p. 248. *Schrad. Flor. germ.* I. p. 327. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 69. (quo teste *Buxb. Cent.* IV. p. 31. t. 54. f. 2.) *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 83. (differre suspicatur a planta Linnaeana, et ut synonymon adducit F. *quadrifloram Walt. Carol.* p. 81.) *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 243. *Host Gram. austr.* II. t. 93. VULPIA *Myurus Gmel. Fl. bad.* I. p. 8. TRITICUM *tenellum Vivian. Fragm.* I. p. 23. t. 25. (excl. synon.) *Hall. Helv.* n. 1443.

Differt a *bromoide*: foliis minus setaceis, culmo ad paniculam usque vaginato plerumque elatiore (2½-3pedali) paniculâ quadruplo longiore, aristisque longioribus, pallide virente. In *arenosis sterilibus, ad vias totius Europae; in Iberiae campis M. a. Bieberst., in apricis circa Kubam Steven.* ⊙ omnes; *Schrader* vero monet, FESTUCAM *bromoidem* et *myurum* semper *biennem* se observasse.

Obs. In Tauriae meridionalis campis varietas major occurrit, cui folia angustissima, canaliculato-setacea, brevia, vaginis latioribus striatis; panicula elongata subracemosa secunda vix nutans; calycina valvula altera minutissima, ut vix animadvertatur; flosculorum gluma exterior scabra. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 418. De FEST. *myuro americana*: cf. *Mich. Fl. Bor. Amer.* p. 66. Quitensem vero *prope Conocoto*: culmo glabro; foliis anguste linearibus, planis laterne pubescentibus; vaginis glabris; paniculâ simplici secundâ ramis alternis scabris; rhachi glabrâ; spiculis lanceolatis compressis 5-9floris; glumis glabris; corollis scabris, aristâ longissimâ, stamine unico, a Linnaeana non differre *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 125.

33-34. Hujus loci videtur FEST. *hybrida Bratera Fl. lusit.* nobis ignota.

36. F. *alopecuros Schousb.*; racemo subspicato; spiculis distichis alternis suboctofloris (aristatis); corollae valvulâ exteriore ciliatâ. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 117. *Schousb. Marocc.* I. p. 281. *Pers. Syn.* I. p. 93. *Poiret Enc. meth.* II. p. 636.

„Culmi plerumque basi articulati, glabri, teretes, superne angulati, 8-10poll., ramosi, ad articulos atri; folia plana glabra linearia acutissima; racemus brevis; pedunculi simplicissimi breves alterni compressi dilatati, spiculâ latâ, compressâ lanceolatâ, flosculis 8-12; valvulae calycinae aequales, elongatae acutissimae carinatae villosae ciliatae, ut valvulae corollinae breviores, quarum exterior aristâ rectâ rigidâ vix florum longitudine.“ *Poiret.* In culta racemus subinde elongatur in paniculam unilateralem. *Roth.* In *sabulosis circa Tanger.*

Obs. FEST. *ciliata Danth.* et F. *alopecuros Schousb.* sunt certissime species distinctae fide testis ocularis *Poiret.*

Digitized by Google

37. F. *ciliata Link;* culmo adscendente, foliis subconvolutis, spicâ racemosâ, calycinâ valvulâ alterâ minimâ, corollinâ exteriore margine villoso-ciliatâ. *Link* ap. *Schrad. Journ.* II. p. 315. *Pers. Syn.* I. p. 94. *Brotero Fl. lusit.* I. p. 115. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. canc.* I. p. 418. F. paniculâ secundâ erectâ, spiculis aristatis, flosculis monandris, corollae valvulâ exteriore pilosâ ciliatâ. *Host Gram. austr.* IV. p. 37. t. 65. Festuca s. Vulpia *pilosa Gmel. Fl. bad.* I. p. 8.

Culmus brevissimus, erectus, vaginis tectus, teres, glaber, laevis. Folia brevia, dorso compressa, facie canaliculata; ligula brevissima, truncata, cartilaginea; rhachis longissima, ad angulos aculeata, rami scabri, superiores brevissimi, indivisi, spiculâ unicâ; spiculae oblongae sub-5-florae. Calycis valvulae muticae; corollae exterior oblonga, apice aristata, dorso convexa aculeata et pilosa, pilis primo brevibus adpressis, dein elongatis, patentibus. In *Dalmatia Host*, *in Lusitania Link*. ⊙. *Poiret* varietatem credit F. *alopecuros Schousb.* quod non est.

Obs. Hujus videtur loci: F. *ciliata;* spiculis 4-6floris, ciliato-hirsutis; paniculâ longâ subspicatâ nutante. *Danth. gram. inedit. Decand. Synops.* p. 130. *Fl. franç.* III. p. 65. n. 1595. Gram. festucaceum myurum minori spicâ heteromallâ. *Scheuchz Agrost.* p. 194. t. 6. f. 12. F. *myurus*? *Gouan H. monsp.* p. 49. Simillima F. *myuro*, sed culmus saepe basi ramosus, panicula brevior, magis simplex, non inclinata ad latus. Cillae longae albae ad valvulas corollae, introrsum versae, indeque ciliatae sive barbatae. — *In rupibus prope Monspelium et in insulis sabulosis Durantii.* ⊙. *Decand.* „Amicissimus *L. Thomas* aliam adhuc affinem speciem *in insula Ischia* legit, quae culmo exiguo vix biunciali curvato, paniculâ admodum pauciflorâ, paleolâ exteriori multo longius et copiosius pectinato-ciliata, setisque brevioribus facile dignoscitur. Hanc F. *barbatam* nominavi." *Gaud. Fl. Helv. Ms.* Similem huic tulimus *ex Hispania* a clo. *Zea* nomine F. *pubescentis;* non vero, nisi staturâ minore, aristis longioribus differt.

38. F. *blepharophora;* paniculâ erectâ ramosâ, spiculis trifloris, flosculis duobus superioribus extus ad marginem strigis extantibus adspersis, foliis lato-lanceolatis. F. *latifolia Roth nov. spec. plant. Mss.* F. *ciliaris Heyne.*

Flosculus infimus spiculae sessilis, secundus et tertius pedicellati, extus ad marginem valvulae exterioris strigis exstantibus sparsis, plerumque deorsum spectantibus armati. Mutandum erat nomen specificum, ne confundatur cum antiquiore *latifolia Decand.*, et F. *ciliata Linckii.* In *India orientali.*

39. F. *uniglumis;* paniculâ secundâ erectâ subsimplici, flosculis subulatis compressis aristatis, calycis valvulâ alterâ brevissimâ. *Smith Fl. brit.* I. p. 118. *Soland.* in *Ait. Kew.* I. p. 108. *Ait. H. Kew.* ed. 2. . . . . *Host Gram. austr.* IV. p. 37. t. 64. *Engl. bot.* t. 1430. Lo-

Digitized by Google

lium *bromoides* Huds. 55. *With.* p. 169. *Ray Syn.* 413. n. 3. t. 17. f. 2. (exclus. citat. omnibus *Syn.* ed. II.) Stipa *membranacea Linn. Sp. Pl.* 116? *Mant.* 2. p. 326.?

Valde affinis *bromoidi* et *myuro*, nulla cum Lolio affinitas. Culmi plures angulati, spithamaei, basi ramosi; folia lanceolata, acuta, subinvoluta, striata, laevia. Stipula brevis obtusa. Panicula flosculis copiosioribus, magis densa, quam in *Myuro*; pedunculis dilatatis compressis, aristis rigidioribus, apice plerumque violaceis. „Stipa *membranacea*, ad Festucas procul dubio revocanda, huic quam maxime affinis et fere eadem species; vix enim discrepat nisi habitu laxiore magisque luxuriante, pedunculis longitudinaliter quasi sulcatis, glumâ calycinâ interiore magis aliquantulum conspicuâ.“ *Smith.* In *littoribus maritimis Angliae, Galliae, et Parisiis.* ⊙.

40. F. *delicatula Lag.*; paniculâ secundâ spicatâ lanceolatâ, spiculis patentibus quinquefloris aristatis, calycis glumâ alterâ brevissimâ, foliis lineari-setaceis, canaliculatis. *Lagasca Varied. de Cienc. ann.* 2. num. 19. p. 39. *Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 44.

F. *cynosuroidi Desf.* similis. *Juxta vias prope Guadarrama, Villacastin* et *Arevalo oppida; circa Matritum raro.* In *Asturia Agardh.* ⊙.

41. * F. *stipoides*; paniculâ erectiusculâ, pedunculis ensiformibus. Bromus *stipoides Linn. Mant.* p. 557. *Willd. Spec.* I. p. 439.

„Gramen spicatum, culmis plurimis, erectis, uno alterove geniculo, laevibus, foliisque totidem culmo brevioribus. Panicula oblonga fuscescens; pedunculi ad dentes terni, intermedio unifloro, lateralibus 2-3floris. Pedicelli superne latiores, compressi, apice obtusi. Flores quadriflori. Calyx subulatus glaber. Corollulae petalo exteriori arista recta, longitudine floris. Antherae lineares, flavae. Pistilla alba.“ In *Maiorca.* ⊙.

Obs. Haec *Linnaeus. Decandollii* vero descriptio in *Suppl. Fl. fr.* p. 167. n. 1693 *a* sequens: „culmus gracilis laevis, 8-15poll.; folia angustissima, margine laevia; panicula coarctata subsecunda 3poll.; pedicelli gemini inaequales, apice dilatati compressi; spiculae 3-5florae; valvulae calycinae maxime inaequales angustae, acutae; valvula corollina interior angustissima, tecta, exterior glabra, elongata, aristâ longitudine fere valvulae. *A Nicaea ad Romum, in littore mediterranei Galliae, inque Pyrenaeis.* ⊙. Confundi saepius cum Bromo *matritensi* ob. pedunculos et in hac quoque incrassatos. *Vahl Symb.* p. 125. — *Bromum* hunc *stipoidem Linn.* et Bromum *geniculatum Linn.*, licet neutrum vidisset, et utriusque descriptio satis superque discrepet, in unam speciem junxit *Willd. Enum. H. Berol.* 1. p. 118 sub Festuca *geniculata*: paniculâ contractâ, spiculis lanceolatis demum patulis, flosculis aristatis, pedunculis cuneatis ancipitibus, culmo basi geniculato, radice fibrosâ. Et hanc Festucam *geniculatam* fide missi ad *Desfontainesi* speciminis *Willdenowiani*, asimus eandem esse cum Fe-

STUCA *stipoide Desfont. atl.* I. p. 90. r paniculâ erectiusculâ secundâ, spiculis subquinquefloris, glumis breviter aristatis, pedicellis unaiformibus. *Pers. Syn.* I. p. 94. *Desfont.* l. c. sine dubio adducit BR. *stipoidem Linn.* et *Barrel* t. 76. f. 1. *Poiret Enc. meth.* recte subjungit BROM. *incrassatum Lam.* n. 16. — Jam vero ad hanc FESTUCAM *stipoidem Desf.* s. BROM. *geniculatum Willd.* ducit *Loiseleur Deslongchamps* not. p. 11. et *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 267. n. 1593. a ex autopsia speciminum cli. *Bertoloni, Rhode, Robert*, BROMUM *ligusticum Allion.* cum tota ibidem allata synonymia (praeter *Jacquin*) sequente definitione: „paniculâ subcontractâ secundâ breviusculâ, ramulis geminis, pedunculis apice dilatatis, spiculis 3-6floris aristatis, valvulâ calycinâ alterâ minimâ.“ Cui ergo fides habenda? *Barrel.* 76. f. 1. certe differt a f. 2. Confer BR. *rubentem* et *matritensem.*

42. F. *balearica Guatteri;* paniculâ erectâ ramosâ, spiculis quadrifloris, florum valvulâ exteriore aristatâ, alterâ membranaceâ muticâ. *Zuccagni Cent.* n. 26. in *Roemer Coll.* I. p. 125.

Rad. fibrosa; culmus 2ped., erectus, firmus, nodis 3-4 concoloribus; folia radicalia conferta, filiformia, caulina convoluta; ligula fusca; panicula 6poll., ramis conjugatis alternis retrorsum hispidis, simplicibus; spiculae subcompressae, erectae, pedicello apice latiore; calycis valvulae inaequales, dorso scabrae, acuminatae; corollae valvula exterior carinata, longe aristata, interior fere aequalis, mutica. In *insulis balear.* 2.

Obs. Martius Enum. p. 36. jungit eum *reptatrice*, sed utraque ut ex descriptione patet, diversa. In herbariis DIPLACHNE *fasciculata* hoc nomine occurrit, quae quidem quoad descriptionem paniculae, minime vero reliquis convenit.

43. F. *laxa Host;* paniculâ nutante laxâ, spiculis oblongis 3-4floris brevissime aristatis, foliis angustis, radice fibrosa perenni. *Schrad. Flor. germ.* I. p. 331. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 261. *Hall. Hist.* n. 1470? *Host Gram. austr.* II. p. 58. t. 80.

Culmi 1-1½pedales, graciles, glabri; folia dorso glabra, facie pubescentia, primo complicata, dein plana; ligula bifida; panicula subsecunda, nutans; rami capillares laxi; spiculae compressae viridi et albo aut purpurâ aureôve variegata. Gluma calycina exterior 1nervis, interior trinervis; corollina exterior quinquenervis. In *montanis subalpinis Carnioliae, Carinthiae, Helvetiae.* 2.

44. * F. *rubens Pers.;* paniculâ fasciculatâ, spiculis subsessilibus villosis, aristis erectis. *Linn. Amoen. acad.* IV. p. 265. sub BROMO *rubente*, ut in *Sp. Pl.* p. 114. *Willd. Spec.* I. p. 435. BROMUS *rubens*, paniculâ ovatâ, spiculis subsessilibus villosis subseptemfloris, aristis erectis *Cavanill. Ic.* I. p. 34. t. 45. f. 2. *Descripc.* p. 48. *Descript.*

Digitized by Google

de l'Égypte t. 11. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 63. n. 220. *Sibth. Flor. graec.* t. 83. Br. *rubens*, paniculâ erectâ contractâ ovatâ, spiculis glabris? lanceolatis dein flosculorum remotione compressis et superne dilatatis, aristis rectis glumâ longioribus, foliis tenuissime pubescentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 121. *Martius Enum. H. Erlang.* p. 39. Gramen avenaceum, spicâ simplici breviori et crassiori, locustis longissimis (potius densissimis) longius aristatis. *Tournef. Inst.* p. 524.

Cavanill. descripc. p. 48. sic describit *rubentem:* „culmi pedales, basi decumbentes, superne nudi, ut plurimum nodis tribus, foliisque tribus brevioribus quam in Br. *matritensi.* Panicula rufescens, ut et aristae ispoll., rectae. *Circa Matritam.*“ *Schradero* Br. *rubens Cav.* planta dubia est: eandem tamen esse cum *Linnaeano rubente* et *Cavanill.* et *Willdenow* l. c. affirmant, et *Decand. Fl. fr.* n. 1641, qui et *Desfont. atl.* I. p. 94 huc ducit. Br. *scoparium Linn.* varietatem esse rubentis *Cavanilles l. c.*, *Willdenow* vero *scoparium* nunc ne pro varietate quidem habet, et, quod magis mirum, Bromum suum *rubentem* spiculis *villosis* in *Spec.* I. p. 435, in *Enum.* I. p. 121. facit Brom. *rubentem* spiculis *glabris!* De Br. *rigido* (quem confer) ait diversissimus flosculis glabris, aristis scabris. — „Folia radicalia subtus glabra, facie subscabra, margine hinc inde pilis, culmea praesertim basi ciliata; culmi, ut vaginae, glabri; ligula exserta, obtusa; rami paniculae scabri, nonnulli biflori; spiculae lineares compressae; valvulae calycinae inaequales lanceolatae acuminatae, ad nervos parum scabrae, exterior tri- interior uninervis; valvula corollina exterior lanceolata, scabra, praecipue ad nervos, marginibus superioribus in nonnullis ciliatis, septemnervis, apice bifida; arista longitudine valvulae; valvula interior ad angulos ciliata. Stamina 2-3. Aetate rubet.“ Nos nomine Br. *humilis Cavan.* obtinuimus ex Hispania *rubentem Cavanill.* In *Hispania et Gallia meridionali.* ⊙ *Decand.* ♂ *Willd.* et *Mart.* Confer Bromum *scoparium.*

Obs. Decandolle in *Suppl.* Bromo *rubenti* subscripsit: α. spiculis pubescentibus. Br. *rubens Linn. Spec.* 115. et *Fl. franç.* n. 1644. (excl. syn. *Desfont.*) *Gouan herb.* 13; et: β. Spiculis glabris. Br. *ligusticus All. Ped.* n. 2222. ex ejus herb. Brom. *scoparius Gouan* herb. 13.; additque jungendum esse in descriptione sua *rubenti:* aristas rectas nec patentes, ut in *Scoparia* et *rubente Fl. atlant.*; valvulas calycis et corollae nunc villosas et pubescentes, nunc glabras et in utraque varietate aut virides aut rubentes, apice vero membranaceo prolongato ultra aristam segmenta exhibere duo alba longa, angusta, acutissima, ut *Linnaeus* in suo. Attamen *Decandolle* hic ex herbario *Allioni* Br. *ligusticum* n. 2222 iterum ad Festucam *stipoidem* vocat in Supplemento p. 267. n. 1593. a, ut ergo dubium dubio addatur potius quam solvatur.

45. F. *scabra Vahl;* paniculâ secundâ coarctatâ erectâ, spiculis compressis sexfloris, flosculis scabris. *Vahl Symb.*

Digitized by Google

II. p. 21. *Willd. Spec.* I. p. 424. F. *aspera Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 635.

„1½ped. et ultra. Culmus teres glaber striatus; folia involuta; panicula dodrantalis, erecta, rami paniculae inferiores ramosi; spiculae lanceolatae, glumis calycinis glabris, corollinis exterioribus scabris acutis ad lentem villosis.“ *Vahl.* In *promont. b. spei. Bülow.*

46. F. *mexicana;* paniculâ spicaeformi; spiculis teretibus undecimfloris aristatis, vaginis scabris. Festuca *scabra Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 46.

H. in imperio Mexicano. ⊙.

47. * F. *pauciflora Thunb.;* paniculâ patulâ, spiculis subquadrifloris, aristatis scabris, foliis villosis. *Thunb. Fl. jap.* p. 52. *Willd. Spec.* I. p. 425.

Culmus teres striatus erectus biped.; folia linearia striata, tenuissime inprimis vaginis villosa; panicula ampla; pedunculi capillares flexuosi, striati scabri; calyces lineati scabri lanceolati longe aristati. In *Japonia.*

48. * F. *misera Thunb.;* paniculâ coarctatâ, glumis aristatis scabris, culmo geniculato, foliis ensiformibus. *Thunb. jap.* p. 52. *Willd. Spec.* I. p. 427.

Culmus decumbens, apice erectus, 1½pedalis; folia ensiformia glabra digitalia; panicula subspicata subsecunda glabra, digitalis. Glumae scabrae aristatae, pauciflorae. *Thunb. l. c.* In *Japonia.*

49. F. *indica Retz;* paniculâ contractâ erectâ, spiculis compressis subaristatis subsexfloris. *Retz. Obs.* IV. p. 21. *Willd. Spec.* I. p. 427. *Rheed. mal.* XII. p. 75. t. 45.

„Colore coerulescenti-viridi e longinquo dignoscenda. Paniculae dimidia pars simul floret patetque, dein contrahitur florente alterâ parte. Culmus in submersis aquâ agris erectus, in siccioribus decumbens.“ *Retz. l. c.* In *oryzetis Indiae orient.*

50. F. *cespitosa;* paniculâ ovatâ coarctatâ undique spiculis imbricatâ. Dactylis *cespitosa Forst. Comm. goett.* IX. p. 22. *Willd. Spec.* I. p. 407. Festuca *antarctica Spreng. pug.* II. p. 23.

„Singuli cespites in tubercula ad 2pedalem mensuram saepe elevata congesti, in quorum summitatibus pelecani magellanici nidos suos stercoreos ut plurimum exstruunt. *Forst.*“ Spiculae subquadriflorae glabrae, valvula aristata, folia complicata rigida. *Spreng. l. c.* In *insulis novi anni, terrae statuum proximis.* 2.

Digitized by Google

51. F. *andicola;** culmo, vaginis foliisque glabris, (sub) triquetris; paniculâ simplici coarctatâ filiformi ramis alternis rhachique scabris; spiculis ovato-lanceolatis compressis subsexfloris; glumis corollae et calycis glabris, aristâ brevi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 124.

Culmi erecti, 1½ped., teretes; nodi glabri; folia acuta; vaginae striatae, glabrae ut ligula abbreviata; panicula 5-6poll., ramis distantibus, adpressis, triquetris, hispido-scabris; rhachis semiteres; glumae calycinae ovatae obtusae enerviae purpurascentes glabrae, superior inferiore longior, spiculâ sexies aut septies brevior; corollinae ovato-oblongae, subaequales, apice bidentatae, purpurascentes, glabrae, inferior subquinquenervia, inter dentes breviter aristata, superior enervia bicarinata, mutica, inferiore paullo longior. In *excelsis frigidis regni Quitensis, in devexis montis Boliche inter Tulcan et Chumban.* 4.

52. F. *tolucensis;* culmis vaginis foliisque scabris setaceo-triquetris; paniculâ simplici laxâ, ramis alternis rhachique scabris; spiculis obovato-oblongis compressis subsexfloris; glumis calycinis corollinisque scabris, aristâ brevi. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 24.

Radix fibrosa; culmi cespitosi erecti 2ped., simplices striati scabriusculi; folia convoluto-setacea, triquetra, apice subulata; vaginae striatae scabrae; ligula ovata obtusa glabra; panicula 4-5poll., ramis adscendenti-patulis triquetris scabris distantibus; rhachis triquetra; flores in spiculis distantes; glumae calycinae ovato-lanceolatae, acuminato-subulatae, carinatae, purpurascentes inaequales; inferior dimidio brevior et angustior, superior spiculâ dimidio brevior; corollinae lanceolatae, purpurascentes, apice bidentatae, inferior superiore paullo longior, inter dentes breviter aristata, superior bicarinata. In *montosis scopulosis apricis regni Mexicani, inter Islahuaca et Toluca.* 4.

53. F. *procera;* culmo scabro, foliis convolutis interne lanatis externe vaginisque glabris; paniculâ ramosâ secundâ, ramis geminis glabris; rhachi glabrâ; spiculis oblongis compressis subnovemfloris; glumis calycinis corollinisque dorso scabris; aristâ brevissimâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 124.

Culmi erecti, 4-6ped. simplices scabriusculi nodis glabris; folia rigida; ligula subnulla: panicula 7-8poll., ramis elongatis distantibus triquetris; flores in spiculis distantes; glumae calycinae lanceolatae acutae albidae dorso scabrae, superior inferiore duplo longior latiorque, spiculâ triplo brevior; corollinae lanceolatae purpurascentes scabriusculae, inferior paullo

---

* Hujus et sequentium ad *dasyanthos* aeque nullam affinitatem adscripsit editor operis Humboldtiani.

Digitized by Google

brevior, trinervis, acuminato-aristata, superior apice bidentata. In *alsis subfrigidis regni Quitensis prope Chillo, S. Antonio de Lulumbamba et Lloa.* 4.

54. F. *quadridentata;* culmo vaginisque scabris; foliis planis glabris subtus glaucis; paniculâ ramosâ secundâ nutante, ramis geminis rhachique scabris; spiculis ovatis compressis subquinquefloris; glumis corollinis calycinisque scabris, inferiore quadridentatâ, inter dentes breviter aristatâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 125.

Gramen valde venenosum (?) et pecoribus mortiferum. Culmi cespitosi erecti, 6-12ped., teretes, crassitie pennae anserinae striati; nodi glabri; folia striata rigida; vaginae striato-sulcatae, scabrae; ligula brevissima, glabra; panicula subpedalis ramis elongatis distantibus ramulisque flexuosis. Rhachis angulata, apice flexuosa. Flores distantes. Glumae calycinae lanceolatae apice subulatae, albidae, glabrae, dorso scabrae, superior inferiore longior, spiculâ triplo brevior; corollinae oblongae, virentes, scabrae, subaequales, inferior quinquenervis, inter dentes breviter aristata, superior angustior, bicarinata, apice bidentata. *Copiose in siccis humidisque regni Quitensis prope Guamote et in radicibus montis altissimi Condorasto.* 4.

55. F. *dasyantha;* culmo vaginisque glabris; foliis convolutis interne lanatis; paniculâ ramosâ patulâ ramis alternis rhachique scabris; spiculis oblongis compressis 5-9floris; glumis corollinis calycinisque piloso-lanatis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 125.

Rad. fibrosa; culmi erecti simplices 4-5ped., teretes, striati; nodi glabri; folia striata, externe glabra, ut vaginae striatae et ligula abbreviata, truncata; panicula 8poll., ramis distantibus patulis; spiculae floribus distantibus; glumae calycinae lineares acutae virides, superior inferiore longior et latior, spiculâ triplo brevior; corollinae lanceolatae aequales, inferior 5nervis, piloso-lanata, apice brevissime aristata, viridis, superior bicarinata, apice bidentata, albida, carinis piloso-ciliatis. *Ad fines nivis perpetuae in devexis montis Cotopaxi inter Gamaurcu et Suniguaicu.* 4.

Dubiae:

56. F. *phalaroides Lam.;* spicâ brevi densâ lobatâ secundâ, spiculis 2-3floris hirsutis breviter aristatis. *Lam. Illustr.* I. p. 190. *Pers. Syn.* I. p. 95.

In Gallia australi. Desideratur tamen in *Flore franç.* An potius DACTYLIS? Affinem esse DACTYLI *glomeratae Poiret* addit, sed plantae hujus dubiae descriptionem nullam dedit, ut et sequentis, quam aeque cum? huc retulit *P. de Beauv.*

Digitized by Google

57. F. *grandiflora Lam.*; paniculâ simplici erectâ; spiculis perpaucis subseptemfloris; flosculis acutis distantibus. *Lam. Illustr.* I. p. 191.

E Carolina. Fraser.

58. F. *flabellata Lam.*; paniculâ densâ coarctatâ spiciformi, spiculis compressis aristatis subsexfloris, foliis radicalibus flabellatim distichis. *Lam. Enc. meth.* II. p. 462.

Folia radicalia pedalia et ultra, habitu illorum Iridis, sed involuta, unde angusta, juncea; culmus foliis radicalibus parum brevior, superne nudus; rami paniculae breves, spiculis fere glabris 6-7floris; arista lineam longa. In *freto magellanico*, *Commers.*

59. F. *arenaria Lam.*; paniculâ coarctatâ spiciformi, spiculis compressis erectis trifloris, glumis acutis. *Lam. Illustr.* p. 191. n. 1052. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 639.

Flabellatae fors varietatem esse, sed ab illa differre panicula magis coarctatâ, spiculis gracilioribus, valvulis non aristatis sed mucronatis. Culmi graciles compressi; folia suprema brevia acuta, vaginâ glabrâ elongatâ striatâ. *Poiret.* In *sabulosis maritimis freti Magellanici. Commerson.*

60. F. *capillifolia Dufour*; foliis glabris capillaribus elongatis, culmo erecto gracili, paniculâ subsecundâ elongatâ nutante, spiculis quadrifloris, corollae glumâ exteriore breviter aristatâ. *Dufour in litt.*

Culmus bipedalis; corollae gluma interior mutica, brevissime fissa. In *fissuris rupium circa Moxente R. valentini.*

61. F. *montana Savi*; paniculâ secundâ depauperatâ, spiculis solitariis quadrifloris hirsutis, foliis linearibus rigidis pilosis. *Savi Fl. pisan.* I. p. 118. *Pers. Syn.* I. p. 94.

In *monte pisano.*

62. F. *fallax Thuill.*; majuscula glaberrima erecta, foliis longiusculis planis; paniculâ viridulâ albidâ subsecundâ; ramulis patulis, geminatis; spiculis approximatis suboctofloris conspicue aristatis. *Thuill. Fl. paris.* ed. II. p. 50.

Parisiis in pratis siccis. 2. *Poiretio* dubia et *Pal. de Beauvois.*

63. F. *compacta Russ.*; paniculâ spicatâ lobatâ; spiculis subsexfloris; valvis corollinis omnibus glabris aristatis; aristis subdorsalibus. *Russel Beschr. v. Aleppo.*

64. F. *glomerata Russel*; paniculâ spicatâ lobatâ: spiculis subquadrifloris; valvis corollinis exterioribus omnibus hispidiusculis aristatis, aristis subdorsalibus. *Russel Beschr. v. Aleppo.*

Digitized by Google

65. F. *bracteata;* paniculâ erectâ patente, pedicellis simplicibus inaequalibus semiverticillatis scabris, bracteâ pedicellorum fasciculo subjectâ; spiculis 7-8floris, perigonii valvulâ exteriore apice multinervi aristatâ, foliis planis. *Desandolle Cat. Hort. monsp.* 1813. p. 111.

Species distinctissima, fors generis proprii. Colitur in Hort. monsp. *patria ignota;* culmi glabri, folia 3 lin. lata, bracteae ex foliis abortivis; pedicelli inferiores 4-5, subramosi, alii pollicares, alii brevissimi, spiculae similes Tritici *gracilis;* perigonii valvula exterior 5-7nervis, arista 1-2 lin. ♃.

Quid: 66. F. *fasciculata Forsk.;* paniculâ secundâ fasciculatâ, spiculis quadrifloris, calycis valvulâ exteriore longe aristatâ, alterâ minutâ muticâ. *Forsk. aegypt.* p. 22. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 186.

67. F. *picta;* paniculâ aequali glumarum marginibus roseis. *Koenig Naturf.* XXIII. p. 211. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 187.

68. F. *multiflora;* repens, paniculis erectis ovatis, spiculis 8-40floris acutis. *Walt. Flor. carol.* p. 81. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 188.

345. BRACHYPODIUM.

1. * B. *pinnatum P. de Beauv.;* spicâ simplici distichâ erectâ, spiculis alternis pubescentibus aristatis, aristâ valvulâ suâ breviore, ligulâ obtusâ ciliatâ vix exsertâ, foliis pubescentibus, radice repente. Bromus *pinnatus Smith Fl. brit.* p. 137. *Willd. Spec.* I. p. 438. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 283. α. *Host Gram. austr.* I. t. 22. *Leers Fl. Herborn.* t. 10. f. 3. Brom. *tigurinus Sut. Helv.* I. p. 65. Triticum *pinnatum Moench Enum.* n. 102. *Decand. Fl. fr.* n. 1663. et *Suppl.* p. 283. α. Trit. *bromoides Wib.* et *Web. holsat.* p. 11. Trit. *Hall. Helv.* n. 1431. Festuca *pinnata Huds.* ed. 2. p. 48. *Moench meth.* p. 191. *Koel. Gram.* p. 264. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 342. Avena *laeta Salisb. prodr.* 22. β. aristis corollam aequantibus, spiculis 9-15-floris. *Sut.* l. c.

Totum e flavo-virens; culmi 1½-sped., glabri, nodis pubescentibus: folia plus minus pubescentia et scabra; vaginae pilis brevibus deflexis; ligula vix exserta; racemus 1-3poll.; spiculae lineares subteretes, sub anthesi tantum distiche patentes, flosculis 7-11 imbricatis; valvula calycina major 7-minor 3nervis. *Smith* describit vaginas glaberrimas quales in nostro nunquam vidimus. An diversum? β transitum quasi ad sylvestre facit. In *collibus, pratis montosis totius Europae.* ♃.

2. B. *rupestre;* spicâ distichâ simplici nutante erectâve, spiculis multifloris glabris aristatis (saepius incurvis), aristâ

valvulâ suâ breviore, foliis glabris, ligulâ truncatâ, radice repente. BROMUS *rupestris Host Gram. austr.* IV. p. 10. t. 17. TRITICUM *pinnatum* γ *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 283. BROMUS *corniculatus Lam. Fl. fr.* 3. p. 608. BR. *fragilis Hall. fil. Seringe. Hall. Helv.* n. 1431. β.

Differt a BR. *pinnato* culmis tantum inter inferiora genicula setulis deorsum versis, nec, praeter nodos, glaber totus; foliis magis glabris; valvulâ calycis exteriore magis acuminatâ, quinque- nec trinervi; aristâ multum breviore. In *Europa meridionali et ad mare mediterraneum.* 4.

3. B. *cespitosum;* spicâ simplici distichâ erectâ, spiculis alternis glabris aristatis, aristâ valvulâ suâ breviore, foliorum (basi dorsi villosorum) ligulâ coriaceâ truncatâ, radice repente. BROMUS *cespitosus Host Gram. austr.* IV. p. 11. t. 18. BROM. pinnatus β. *Vill. delph.* II. p. 121. TRITICUM *gracile Decand. Fl. fr.* n. 1664. TRIT. *pinnatum* β. *Suppl.* p. 283. BROM. *gracilis Hall. fil.* apud *Thomas?* BROM. *pinnatus* γ spiculis glabris, paleolâ interiori externam non aequante. *Gaud.?*

Cespes densus foliorum et culmorum. Culmi laeves, tantum ad genicula villosuli. Folia plana, dorso laevia, facie scabra, margine aculeata, basi dorsi utrinque villo denso cincta. Vaginae teretes glabrae (subinde et pilosae) laeves; ligula apice ciliata. Rhachis ad oras tantum hispidula. Spiculae subteretes multiflorae, pedicello brevi crasso hispidulo. Calycis valvulae glabrae, exterior nervis 3-5, superior major 5-7; corollina exterior nervis 7, interiore multo major. Habitu similis BR. *pinnato*, a quo differt glabritie, foliorum rigiditate, ligulâ durâ, coriaceâ truncatâ, spiculis minus ventricosis. In *Tyroli australi et ad mare adriaticum.* 4. Nomine FESTUCAE *gracilis* possidemus specimen *in Bohemia* lectum.

Obs. Decand. ad TRIT. suum *gracile* ducit BROM. *gracilem Leyss. hal.* n. 116. FESTUC. *gracilem Koel. Gram.* 267. BROM. *pinnatum Lam. Illustr.* n. 1081. et BROM. *corniculatum Lam. Fl. fr.* 3. p. 608, qui tamen potius ad BR. *rupestre.*

4. * B. *ramosum;* culmo a basi ramosissimo, foliis involuto-subulatis, vaginis margine glabris, racemo spicato erecto, spiculis approximatis (breviter) aristatis. FESTUCA *cespitosa Hall. allg. L. Z.* 1811. n. 159. p. 314., et, hac teste: I. *Desfont. Atl.* I. t. 24. f. 1.: „FESTUCA *cespitosa:* culmo filiformi; foliis capillaribus convolutis, spiculis elongatis compressis subaristatis" (ubi citatur BR. *pinnatus Linn.* β. quem in *Willd. Spec.* I. p. 438 non invenimus: *Desfontaines* citat: Gramen loliaceum corniculatum veluti fruticosum foliis angustissimis. *Tournefort. Inst. r. herb.* 517 et gramen loliaceum minus, spicâ brizae praelongâ, capillaceo folio. *Tournef.* l. c. ex herb. *Tournef.* et *Vaillant.*)

Digitized by Google

II. BROMUS *ramosus* * *Linn. Mant.* p. 34. „culmo ramosissimo, spiculis sessilibus, foliis involuto-subulatis. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 64. n. 224. *Fl. graec.* t. 84." III.

---

* Quae et quanta sit circa BROMUM *ramosum Linn. Mant.* p. 34, *Willd. Spec.* I. p. 437 confusio, omnes nobiscum dolent Botanici. Cls. *Vahl* in *Symb.* II. p. 11. ansam dedisse videtur querimoniis hisce. Verba ejus haec sunt. „BROMUS *ramosus* culmo ramosissimo, spiculis sessilibus, foliis involuto-setaceis. *Linn. S. V.* p. 120. *Mant.* 34. Gramen spicâ Brizae minus *Plukn. Alm.* p. 173. t. 33. f. 1. (fide *herbarii Plukenetii*). Festuca spiculis alternis subsessilibus teretibus, foliis involutis, mucronato-pungentibus. *Gerard Flor. galloprov.* p. 95. t. 2. f. 2. FESTUCA *phoenicoides* racemo indiviso, spiculis alternis subsessilibus teretibus, foliis involutis mucronato pungentibus. *Linn. S. V.* p. 118. BROMUS *Plukenetii:* foliis convolutis pungentibus, locustis binis terminalibus. *Allion. pedem.* n. 2233. Culmi plures ascendentes teretes glaberrimi, basi rami conferti, tandem in scapis pedalibus erectis trinodibus simplicissimis excrescentes. Folia inferiora approximata sesquipollicaria patentissima culmo triplo angustiora, glaucoviridia, scapi plerumque 2. Spicae plerumque geminae, interdum plures, saepe unica, teretes, demum compressae, distichae, pollicares et ultra, angustissimae, glaberrimae, 11-21florae. Calycis valvulae lanceolatae. Valvula exterior corollae margine denticulato-ciliato. Arista brevi. Affinis BR. *pinnato*. FEST. *phoenicoidem* non diversam esse patet conferenti descriptionem hujus in *Gerard* l. c. cum descriptione BR. *ramosi* in Mantissa *Linnaei*. Plantam hic a me descriptam BROMUM esse *ramosum Linn.* certiorem fecit specimen herbarii ipsius Linnaei. Haec *Vahlius*, quem *Willd. Spec.* I. p. 437 BR. *ramoso* ut synonymon adjecit, nil in synonymia a *Vahlio* hic adducta immutans. *Persoon* ad BROMUM *retusum:* „cespitosus, culmo elongato simplici, foliis subulatis breviusculis, spicis teretibus submuticis, glumis apice retuso-mucronatis" *Syn.* I. p. 96. adducit cum? BR. *ramosum Willd. Spec.* I. p. 437. et cum? BR. *cespitosum Desfont. Atl.* I. p. 91. *Decandolle Fl. fr.* n. 1667 citat ad suum TRITICUM *phoenicoides Linn. Mant.* p. 33. *Lam. Illustr.* n. 1042. BROMUS *ramosus Linn. Mant.* p. 34. non *Syst.*, „(quod *Vahl* non distinxit: nec quid sit, *Decandolle* dixit)" BROM. *Plukenetii Allion.* n. 2233. *Gerard galloprov.* t. 2. f. 2. *Plukn.* t. 33. f. 1. In *Supplemento* vero p. 284 jubet excludere synon. *Allion.* et *Plukenet.* et subjungit tanquam *β.*, foliis inferioribus planis. BROMUM *pinnatum β. Vill. delph.* II. p. 120 cum?, quem fors speciem esse distinctam credit, et *circa Carcassonam* crescentem vidit. Descriptio, quam dedit, sequens est: „culmus a radice divisus in ramos plures simplices laeves teretes foliosos, foliis glaucis, angustis in cylindrum convolutis pungentibus; spiculae subinde solitariae in apice culmi, subinde plures, sessiles, biseriales ut in TRITICO (i. e. BRACHYPODIO) *gracili;* valvula corollina interior dorso serie duplici ciliarum brevissimarum, exterior obtusa, aristâ terminali satis brevi." In *Cat. H. monsp.* 1813 p. 153 et *Fl. fr. Suppl.* p. 284, de TRITICO suo *cespitoso* vero haec habet: „TRITICUM *cespitosum*, spiculis 1-5 alternis teretiusculis 6-12floris, culmo basi ramosissimo, radice repente, foliis convolutis glaucis rigidis tenuissimis patentibus. FEST. *cespitosa Desfont. Atl.* I. t. 24.

Digitized by Google

Scheuchz. Agrostogr. p. 38. „Gramen junceum corniculatum velut frutescens, glabrum orientale.“ IV. *Plukn. Alm.* p. 173. t. 33. f. 1. „Gramen spicâ Brizae minus.“

BROMUS *pinnatus β. Linn. S. P.* 115. BROM. *Plukenetii Allion.* n. 2233. BROM. *retusus Pers. Syn.* I. p. 96. Foliorum limbo patente nec erecto distinguitur a TRIT. *phoenicoide*, quod etiam circa Monspelium, sed in maritimis.“ In *Suppl.* l. c. monet BR. *ramosum* esse spiculis 6-12floris, *phoenicoidem* vero 10-20floris. — Jam cl. *Host Gram. austr.* T. IV. p. 11. t. 19 ad suum BROMUM *Plukenetii*: „spicâ simplici distichâ erectâ, spiculis alternis scabris aristatis, culmo basi ramoso, foliis vaginisque scabris“ citat *Allion. ped.* II. p. 250. BROMUM *retusum Pers. Syn.* I. p. 96. Gramen spicâ Brizae minus *Plukn. phytogr.* t. 33. f. 1. et sequentem exhibet descriptionem.“ Rad. teres, geniculata, ramosa, repens, perennis. Culmi teretes, aculeis minutissimis deorsum versis exasperati, ad genicula villosi, inferiore parte perennantes et ramosissimi. Folia disticha patentia scabra dorso, facie setulis brevibus inspersa. Vaginae scaberrimae. Ligula truncata scabra apice ciliata. Spica erecta simplex, rhachis scabra, inter internodia uno latere convexa, altero concava, ad pedicellorum insertionem ad oras ciliata. Spiculae a 2 ad 4 circiter, oblongae, subteretes, multiflorae; pedicellis brevibus ad oras ciliatis, saepe bracteâ oblongâ membranacea suffultis. Calycis valvulae oblongae scabrae inaequales acuminatae; interior nervis 3-5, exterior 7 notata; corollae valvula exterior dorso convexa, scabra, nervis 7, in uno alterove flore inferiore mutica, in reliquis aristâ brevissimâ; interior oblonga, apice obtuso, ad flexurae angulos ciliata. Germen compressum; styli breves; stigmata plumosa. *In herbidis sterilibus Dalmatiae.* 2. — *Allionii*, toties citati, descriptio haec est: „Rad. repens culmos plures emittit rigidos, ad basin ramosos. Folia convoluta rigida, linearia, glauca, pungentia; culmus spithamâ longior subnudus exceptâ inferiore parte. In erecto culmo ad basin suam nodus fuscus, ex quo vagina folii caulini erumpit. Locustae 2 distichae teretes, sed tamen utrinque compressae, glabrae, floribus non multum appressis. Locusta inferior subsessilis 10flora sine impari, superior 16flora, quae longe pedunculata. Gluma folliculi evidenter ex dorso aristâ brevi; glumae caeterum ovato-oblongae, obtusae.“ *Bauhini Prodr.* p. 19 non huc spectare monet *Allioni.*

Patere ex dictis videtur: 1. BROMUM *ramosum Linn.* et *Plukenetii gramen* t. 33. f. 1., fide *autopsiae Vahlii*, unam eandemque esse plantam, ut, qui unam citat, et alteram adducat sit necesse. 2 BR. *ramosum Linn.* et F. *phoenicoidem* diversas esse species. 3. BROMUM *Plukenetii Allioni* multo magis convenire cum *ramoso Linn.* et *Vahl*, quam cum illo *Hostii.* 4. BROMUM *Plukenetii Host*, et *retusum Persoon*, (quem *P. de Beauv.* cum? ad BRACHYPODIA ducit) si uterque idem, distinctam sistere speciem. FESTUCAM *Gerardi* esse BROMUM *pinnatum* Botanicorum Galliae meridionalis monuit cl. *Rhode* apud *Schrader neues Journ.* III. p. 40., qui a *pinnato* glabritie, foliis rigidis radicalibus longis, inflorescentiâ etc. diversam ait esse plantam. Anne B. *cespitosum* praecedens *P. de Beauvois* BROMUM *ramosum* et *phoenicoides* pro eodem BRACHYPODIO *Plukenetii* habet et nec FESTUCAM nec BROMUM *cespitosum* adducit; BRACHYPODIUM vero *retusum* cum?

Digitized by Google

In *Orientis*, *Barbariae et Europae australis arenosis saxosis maritimis*. 4. Huc quoque F. *cespitosa Lois. Deslongchampt Notic.* p. 18.

5. * B. *phoenicoides;* culmo simplici, foliis demum involutis subulatis, vaginis margine ciliatis, racemo spicato erecto elongato, spiculis remotis aristatis. FESTUCA *phoenicoides* et hac teste: *Linn. Mant.* n. 33.: „FESTUCA *phoenicoides*, racemo indiviso, spiculis alternis subsessilibus teretibus, foliis involutis mucronato-pungentibus." *Gouan Illustr.* p. 4.

Gouan vero citat: *Gerard* t. 2. f. 2. et *Plukn.* t. 33. f. 4 ad *Linn. Mant.* 33. et addit: „radix arundinacea stolonifera; culmi bipedales et bicubitales; spica bipollicaris-pedalis longiorve." *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 707., qui FESTUCAM *cespitosam Desfont.* ut speciem agnoscit nomine BROMI *cespitosi*, BROMUM *ramosum Linn.* non ad FESTUCAM *cespitosam*, sed ad BR. *phoenicoides* citat. POA *phoenicoides Hoel. Gram.* p. 201. (excl. plurim. synonym.) In *Gallia meridionali.* 4.

6. B. *littorale;* culmo simplici, foliis complicatis linearibus rigidis subpungentibus, vaginis margine glabris, paniculâ subcoarctatâ, spiculis compressis.

Tulimus sub nomine FESTUCAE *phoenicoidis*, a quâ charactere dato satis distinctum. Rad. longissime repens. Culmus 4pollicaris, longitudine fere foliorum 3-4 caulinorum, (radicalia in nostris desunt) vaginis ad paniculam fere usque tectus glabris, striatis; vaginae ore et fauce membranaceae, maculâ fuscâ ad basin folii glaberrimi, profunde striati. Rhachis flexuosa, nonnisi ad ortum ramulorum et pedunculorum scabra ut pedicelli subincrassati. Spiculae dimidii fere pollicis, sub-5-florae. Calycis valvulae subaequales, carinâ scabrae, margine membranaceae, laeves; valvulae corollinae mucronato-aristatae, margine et carinâ subciliatae, glabrae, nonnisi apice subpubescentes. *Ad littora maris prope Finisterrè in sabulosis* amiciss. *Bonnemaison.* 4.

7. B. *loliaceum;* culmo simplici, foliis involuto-subulatis distichis, vaginis margine glabris, racemo spicato erectiusculo, spiculis approximatis aristatis, aristis longitudine valvulae. BROMUS *loliaceus Tenore.*

Adeo eminus BR. *ramoso* s. BROMO *Plukenetii Host* simile, ut jurares esse unam eandemque speciem, sed differt, praeter characteres datos, culmo in nostris saltem speciminibus duobus simplici, altiori, laevi, ad genicula fere glabriusculo; foliis quidquam latioribus, scabris quidem, sed longe minus; vaginis striatis quidem, sed laevibus. Spiculae in nostris 4-5. Reliqua in descriptione BR. *Plukenetii* supra a clo. *Host* data ac si ad nostra fuissent facta exemplaria; nulla vero cum LOLIO affinitas. In *monte Pausilippo.* Radix nostris deest: hinc utrum ⊙ vel 4, nescimus.

Digitized by Google

8. B.? *Barrelieri;* spicâ simplici distichâ, spiculis subsessilibus 2ofloris remotis muticis. Annua. FESTUCA *Barrelieri Tenore Fl. Neap. Prodr.* pag. IX.

A BROMO *ramoso* differt: paniculâ compactâ simplici, non effusâ ac ramosâ, foliis glabris non asperis hispidisque, denique toto habitu. A FESTUCA *caespitosa* differt, foliis lanceolatis planis, non capillaribus et convolutis, culmo erecto, superne folioso non nutante aphyllo. In *antiqua Lucania, hodie Basilicata.* ☉.

9. B. *longifolium P. de Beauv.;* culmo basi ramoso, foliis involuto-subulatis culmum aequantibus, spiculis teretibus recurvatis. BROMUS *longifolius Schousb. Maroc. ed. germ.* I. p. 31. *Pers. Syn.* I. p. 96.

Affinis BR. *ramoso*, sed habitu foliisque longioribus differt. Culmi basi ramosissimi, laeves, 11/2pedales; folia aspera, pubescentia, ad minimum longitudine culmi. Panicula racemosa, spiculis 10-12 sessilibus, subulatis, 6-7floris; valvulae calycis et corollae inaequales. In *planitie ad mare circa Tanger.*

10. B. *sylvaticum;* racemo spicato disticho simplici subnutante, spiculis remotiusculis erectis, aristis supremis glumâ longioribus, glumis acuminatis, radice fibrosâ. BROMUS *sylvaticus Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 281. *Smith Fl. brit.* I. p. 136. *Engl. bot.* t. 729. *Prodr. Fl. graec.* I. p. 63. n. 222. *Host Gram. austr.* I. t. 21. FESTUCA *gracilis Schrad. Flor. germ.* I. p. 343. TRITICUM *sylvaticum Moench* n. 103. *Spreng. Fl. hal.* n. 44. *Decand. Fl. franc.* n. 1665. *Supplem.* p. 283. (ubi: α. spiculis villosis; β. spiculis glabris). BROMUS *dumosus Vill. delph.* II. p. 119. BROMUS *gracilis Willd. Spec.* I. p. 438. *Pers. Syn.* I. p. 96. *Sut. helv.* I. p. 64. α. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 74. α (*Buxb. Cent.* III. p. 32. t. 56. f. 2.) BROMUS *pinnatus Pall.* et *Flor. Dan.* t. 164. BROMUS *pauper Schrank.* TRITICUM *teretiflorum Wib. werth.* p. 104. FESTUCA *sylvatica Hnds.* ed. I. 38. *Mart. Fl. rast.* t. 114. FESTUCA *pinnata* β *Huds.* 48. Triticum *Hall. Helv.* n. 1432.

Cubitalis et ultra; folia plana lata mollia; spiculae subsessiles ex tereti-subulatae, 6-10florae. In *dumetis ad sepes in nemoribus Europae, agri byzantini, et Caucasi* 4. *P. de Beauv.* BRACHYPODIUM *gracile* et *sylvaticum* ut distinctas species adducit. Confer BR. *rupestre.*

11. * B. *distachyon;* spiculis geminatis terminalibus oblongis, flosculis lanceolatis distichis aristatis (sub) triandris, culmo binodi glabro, aequali. FESTUCA *distachya Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 118. *Roth Catal. bot.* I. p. 11. *Koel. Gram.* p. 269. (excl. syn. *Barrelier*). *Schrad.*

Digitized by Google

Fl. germ. I. p. 346. FESTUCA *diandra Moench meth.* p. 191. FESTUCA *ciliata Gouan H. monsp.* p. 48. BROMUS *distachyos Linn. Amoen.* IV. p. 304. *Sp. Pl.* p. 115. *Willd. Spec.* I. p. 439. *Desfont. Atl.* p. 96. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 64. *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 146. (excl. *Weigel*). *Host Gram. austr.* I. t. 20. BROMUS *ciliatus Lam. Flor. franç.* III. p. 609. BROMUS *platystachyos Lam. Illustr.* I. p. 195. BROMUS *pauper Gmel.* teste *Rudolphio.* TRIT. *ciliatum Decand. Fl. franç.* n. 1661. *Suppl.* p. 284. (cui β. flosculis pilosis; γ. spiculis subsolitariis, caule gracili elongato. FEST. *monostachya. Poiret it.* II. p. 98. *Desfont. Atl.* I. p. 92. t. 24. f. 2. (quae vix hujus loci). δ. spiculis subsolitariis, caule humillimo. In *Cat. H. monsp.* 1813. habuit pro α TRIT. *monostachyum Lam.*; pro β *distachyum Linn.*; γ *polystachyum Lam.*; δ *villosum.*) BROMUS *Buxbaumii Tenore.* FESTUCA *pseudodistachya Koel. Gram.* p. 270 ex *Weigeliano distachyo* et *Linneana* planta composita *Schradero* delenda videtur.

Culmus 1-2pollic.-1/2ped., erectus aut procumbens, nodis pubescentibus. Folia parva, lineari-lanceolata patentia pilis sparsis; vaginae glabrae; ligula brevis truncata ciliata, serius laciniato-multifida; spiculae 1-2, rarius tres, (in culta 4-5) virides, 7-11florae. Rhachis glabra, laevis; glumae calycinae lanceolatae, exterior septemnervis, interior nervis 3-5. Arista valvulâ longior. Stamina saepe 2. In *Europa australi, Barbaria, Oriente. Omnes* ⊙. *Smith* 4.

Obs. P. de Beauv. BRACHYPODIUM *ciliatum* et *distachyum* ut distinctas species habet. Cave ne confundas cum BR. *aspero.*

12. B. *genuense*; spiculis 2-3, alternis, 8-10floris, flosculis breviter aristatis, culmo laevi, radice repente, foliis inferioribus planis, superioribus convolutis, tenuissimis, omnibus subtus et margine-pilosis. TRITICUM *genuense Decand. Fl. fr. Supplem.* p. 284. in annotat.

Habit. in monte Scaggia prope Genuam. 4.

13. B. *brevisetum*; spiculis 5-6 alternis teretiusculis 20-30floris, flosculis breviter aristato-mucronatis, culmo ab apice ad basin scabro, foliis glaucis subconvolutis. TRITICUM *brevisetum Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 153.

Affine BR. *ciliato Fl. franç.* s. BRACHYPODIO *distachyo*; distinctum culmo non laevi, flosculis brevissime aristatis, 20-30, non 5-6. etc. *Patria?* ⊙.

14. B. *asperum*; spiculis 1-3 alternis teretiusculis (lineari-oblongis) 6-8floris, flosculis (ovato-oblongis diandris) spiculae superioribus longe aristatis, inferioribus muticis, radice fibrosâ, foliis planis, culmo (uninodi) a basi ad api-

Digitized by Google

cem scabro. TRITICUM *asperum Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 153. FESTUCA *rigida Roth Catal.* I. p. 12. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 119.

A TR. *ciliato* s. BRACHYPODIO *distachyo* differt culmo scabro, et a BR. *breviseto* culmo a basi ad apicem nec ab apice ad basin scabro. In *Hispania.* ⊙.

15. B. *fragile;* spicâ tetragonâ, calycibus sexfloris muticis subacutis, corollis obtusissimis, foliis radicalibus planis tomentosis, culmeis demum involutis, caule fragili. *Roth Neue Beytr.* p. 138. Gramen maritimum, spicâ loliaceâ, foliis pungentibus, nostras. *Plukn. Phyt.* t. 33. f. 4. TRITICUM *fragile Pers. Syn.* I. p. 109.

Synonymon *Plukenetii* olim ad FESTUCAM (BRACHYPODIUM) *phoenicoides Mant.* p. 33 a *Linnaeo* adductum, dein omissum, a clo. *Smith* vero ad TRIT. *junceum Fl. brit.* p. 157 ductum fuit. „Statura AGR. *repentis;* rad. fibrosa, nec repens; culmi altiores, solidi; folia linearia rigida sulcata, radicalia constanter plana, villosa, mollia, superiora piloso-scabra; vaginae infimae densissime tomentosae, reliquae nitidae; spica oblonga densa, spiculis alternis distichis compresso-planis, ovatis; calycis valvulae aequales, glabrae, subacutae; corollae valvula exterior duplo longior et latior mutica, obtusissima, apice pilis brevibus.“ *Habitat?* — 4.

16. B. *nigricans;* spicâ tetragonâ (subturgidâ) glumis margine villosis nigrescentibus, aristis longis. TRITICUM *nigricans Pers. Syn.* I. p. 110.

In *Normandiae maritimis Bory St. Vincent.* SECALE aut HORDEUM refert.

Cum? huc retulit *P. de Beauv.* sed quomodo hujus loci sit, si SECALE refert, aut HORDEUM, non intelligimus.

17. * B. *maritimum;* calycibus multifloris, flosculis mucronatis, spicâ ramosâ. TRITICUM *maritimum Linn. Sp. Pl.* p. 128. *Willd. Spec.* I. p. 481. *Vahl Symb.* II. p. 26. *Cyrill. Pl. Neap.* Fasc. II. p. 2. t. 2. FESTUCA *lanceolata Forsk. descr.* p. 22. et FESTUCA *dichotoma Forsk. descr.* p. 22. (quae junior planta). FEST. *maritima Decand. Fl. franç.* n. 1575. TRIT *maritimum Viviani:* culmo spicâque ramosis, spicis sessilibus compressis lineari-lanceolatis, flosculis muticis. *Vivian. Fragm.* p. 27. *Boccone Mus.* II. p. 135. t. 95.

P. de Beauvois in textu huc, in tabula AGROPYRIS interposuit. Culmus spithamaeus subramosus; folia longitudine culmi vaginis purpurascentibus. Spica ramosa, fere paniculata, ramis angulatis. Spiculae (7) 8-10florae, alternae, compressae, basi crassiusculae, sessiles, ut etiam solitariae in ramificationibus. *Linn.* „Glumae omnes ovato-acutae, panicula rigidula.“ *Vivian.* In *Angliae et Galliae maritimis Linn. Willd.* et

Digitized by Google

Pers. Sed cls. *Smith* non adducit, et *Decand.* cum? tantum ad Br. *tenellum* ducit, a quo toto coelo diversum. In *Italiae*, *Barbariae*, *Arabiae maritimis.*

18. B. *Halleri;* spiculis multifloris (5-9floris) muticis, valvulis glumisque obtusiusculis, foliis subsetaceis, radice annua. Triticum *Halleri:* spicâ simplici, spiculis alternis lincaribus teretiusculis muticis, 5-9floris. *Viviani Annal. Bot.* I. 2. p. 155. *Fragm. Flor. ital.* p. 24. Tab. XXVI. f. 1. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 349. Trit. *tenellum Willd. Spec.* I. p. 482. (excl. *Gerard* et *Moris.*) Tr. *tenellum* β. *Lam. Enc. meth.* I. p. 561. *Hall. Helv.* n. 1430. app. ad *Scheuchz. Agrost.* p. 46. n. 26. β. Spicâ inferne ramosâ *Schrad. N. Journ.* IV. p. 71. qui jubet excludi synonym. in *Haller*, additque: Triticum *festuca Decand. Fl. fr.* n. 1670, (excl. in synopsi Poa *lolioide Pers.*) et Triticum *Lachenalii Gmel. bad.* n. 199.

Decandolle quidem in *Fl. gall.* n. 1668. p. 285 ad suum Triticum *Poam* ait: „hoc est: Triticum *Halleri Viviani Fragm.* t. 26. f. 1. Attamen Triticum *Poa Decand.* quod ex herbario clarissimi auctoris possidemus, omnino diversum ab icone *Viviani*, ut vel ex descriptione patet. — Culmi 1-2ped., laeves; folia vix 1/2 lin. lata; ligula brevis spartita; spiculae remotiusculae, glaberrimae (glumâ calycinâ majore obtusissimâ trinervi *Schrad*). In *plateis ad vias*, *in agris. Circa Wyl et aux Ferrières d'Erguël*, *Hall. Locarni*, *Viv. et in tota Europa australi.*

Obs. Hic monet *Gaudin* ignorare se plane, quid Triticum *caudatum*, spicâ parvâ, aristis longissimis quadruplo breviore *Scheuchz. Agrost.* t. f. 4. *Pers. Syn.* I. p. 110. (qui addit: glumae calycinae brevius aristatae, corollinae vero aristae fere bipollicares). *P. de Beauvois* illud Agropyris inseruit et ill. *Marsch. a Bieberst.* ducit ad Secale *villosum.*

19. B. *tenuiculum;* culmis tenuiculis erectis, foliis involutis subulatis, spicâ simplici strictâ, spiculis subsessilibus alternis ovato-oblongis subseptemfloris, corollis aristatis. Triticum *tenuiculum Lois. Deslongch. Not.* p. 27. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 285. n. 1671. a. Trit. *hispanicum Viviani Fragm. Fl. ital.* p. 21. t. 23. f. 2. (folia in icone nimis lata!) Tr. *maritimum Viv. Ann. bot.* I. 2. p. 152. Tr. *festucoides Bertol. Pl. gen.* p. 25. (fide herbar. ejus).

Rad. gracilis, ut culmus 4-10poll., glaber, nodis saturate purpureis; folia brevia, tenuia; spiculae 6-10, erectae, longitudine interstitiorum; valvulae calycis inaequales, obtusae, arista lineam fere longa. Differt a Br. *tenello* glabritie, spiculis alternis paucioribus, sed magis multifloris. In *tenuiculo* folium supremum longo intervallo distat, in *tenello* folium spicae basin fere tangit. *Decand.* Affinitas summa cum Br. *Halleri*, et eadem *tenuiculi* ad Br. *Halleri* ratio, qualis *tenelli* ad *unilaterale.*

Digitized by Google

Differt a BR. *Halleri* spiculis minus numerosis, magis elongatis, aristis longitudine valvulae. *Loiseleur.* In *campis circa Nanetum, et in Italia (in littore Ligustico, Sestri di Ponente).* ⊙. An hoc BR. *festucoides P. de Beauv.?*

20. B. *tenuiflorum;* racemo spicato erecto secundo, spiculis remotiusculis erectis subaristatis, radice fibrosâ. *Schrad.* BRACH. *tenellum Tratt. Flor.* Fasc. 8. *Ejusd. tabul.* t. 567. FESTUCA *tenuiflora Schrad. Fl. germ.* I. p. 345. (quae a *P. de Beauv.* ad FESTUCAS cum quoque ducitur). TRIT. *tenellum Host Gram. austr.* II. p. 20. t. 26. β. valvulis omnibus aristatis. TRIT. *tenellum* spicâ simplici, spiculis alternis lanceolatis compressis scabris, flosculis aristatis. *Viviani Fl. ital. fragm.* p. 23. t. XXV. *Annal. bot.* I. part. 2. p. 154. Gramen loliaceum, foliis et spicâ tenuissimis. *Morison Hist.* III. p. 182. sect. 8. tab. II. f. 3. *Tournef. Inst.* p. 517.

„Rad. fibrosa, paucos culmos „(in α semipedales et ultra, in β pedales et ultra)" foliorumque fasciculos emittens. Culmi erecti, subtrigoni, in α glabri, superne tantum scabriusculi, simplices, aut ad genicula inferiora subramosi. Folia tenuia, culmea tamen superiora lineam fere dimidiam lata, brevia, dorso glabra, facie villo minutissimo, ad oras aculeolis exasperata, adultiora canaliculata. Vaginae in α glabrae laeves. Ligula minutissima, truncata. Spica oblonga secunda erecta; rhachis flexuosa margine scabra, altero latere convexiuscula, altero sulcata, alternatim denticulata; rami „(i. e. spicularum pedunculi brevissimi)" simplices, erecti, dorso convexi, margine scabri, rarius inferiores bini. Spiculae oblongae, lanceolato-ovatae, 5-10florae. Calycis valvulae inaequales dorso scabrae et carinatae, superior major lineis 3, inferior unica. Corollae valvula exterior oblonga, acuminata aut aristâ brevi, dorso convexiuscula, scabra; interior oblonga, lanceolata, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. Stamina inclusa, antheris minimis. Germen stylique glabri. Semen oblongum, apice fissum. — β plerumque duplo triplo altius, ut facile aliam speciem mentiatur, oculatissimumque falleret Botanicum, qui BROMUM *Micheli Savi* proximum illum habuit pro B. *tenuiflori* s. TRITICO *tenello* suo. In specimine culto in Horto Parisino aristas longissimas fere vidimus. In Herbariis occurrit nomine FESTUCAE *tenellae.* In *Europa meridionali, ad littora mediterranei.* ⊙.

21. B. *tenellum;* spicâ simplici rectâ, spiculis 5-7floris subglabris, subaristatis acutissimis secundis sessilibus. TRITICUM *tenellum* verum *Linn? Spec.* p. 127. TRIT. *tenellum Lam. Enc. meth.* p. 561. TRIT. *Nardus Decand. Fl. fr.* III. p. 87. n. 1671. (excl. synon. cum? allatis TRIT. *hispanici Willd. Spec.* I. p. 479? TRIT. *maritimi Linn. Spec.* 110?) β. totum pubescens. γ. aristatum. (Nomine BRACHYPODII *Nardi* cum? huc retulit *P. de Beauv.*)

Digitized by Google

Culmi raro 6pollicares, saepe bipollicares, ad basin usque spicae vaginis foliorum inclusi, nodulis 2-3 purpureis, basique subinde violacei. Folia lineari-subulata, in *a* glabra. Spiculae sessiles, 5-20, nunc muticae, nunc aristatae, oblongae, flosculis acutissimis. In *Europa meridionali.* ⊙.

22. B. *loliaceum;* calyce multifloro, spicâ simplici compressâ, spiculis ovatis unilateralibus, glumis calycinis trinervibus, flosculis muticis, radice fibrosâ annuâ. TRITICUM *loliaceum Smith Fl. brit.* I. p. 159. *Engl. bot.* t. 221. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 395. *Willd. Spec.* I. p. 111. *Bertolon. pl. genuens.* p. 26. *Roemer Fl. Europ.* Fasc. X. TRITICUM *unilaterale Vill. delph.* II. p. 165. *Ait. H. Kew.* I. p. 122. TR. spiculis ovato-lanceolatis compressis unilateralibus, calycibus obtusis muticis *Viviani Annal. Bot.* I. 2. p. 22. 149. *Flor. ital. Fragm.* p. 19. Tab. XXIII. fig. 1. *Host Gram. austr.* II. p. 21. t. 27. (excl. syn.) TRITICUM *Rottboella Decand. Fl. franç.* n. 1669. POA *loliacea Huds. Fl. angl.* p. 43. *Pers. Syn.* I. p. 92.

Cespitosum; culmi 1½-poll.-½pedal., ex procumbente erecti, ramosi rigidi subcompressi glabri. Folia lineari-lanceolata acutiuscula plana, demum involuta. Vaginae parum inflatae glabrae; ligula brevis, obtusa, erosa. Spica rigida ½-1½-pollic., rhachi glabrâ, spiculae inferiores saepe binae ternae, quaternae. Glumae calycinae obtusae *Smithio*, acutae *Schradero*, magnitudine flosculorum glabrorum, gluma corollina exterior trinervis. Variat culmo toto vaginis tecto, et colore fusco-violaceo in apricis. Habitus fere POAE *rigidae.* In *arenosis maritimis Angliae, Galliae, Italiae.* ⊙.

23. B. *Poa;* spicâ elongatâ attenuatâ, spiculis ovatis distantibus, inferioribus pedunculatis. TRITICUM *lolioides Pers. Syn.* I. p. 110. TRITICUM *Poa Decand. Fl. franç.* n. 1668. ubi cum? TRITICUM *tenellum Linn. Spec. Pl.* 127 et TRIT. *bianciale Vill. delph.* II. p. 167 (quae, monente *Poiret*, excludenda). *Plukn. Phyt.* t. 32. f. 7. fide *Poir.*

Viridis et saepe violacescens, culmi graciles simplices, nodis 2-purpureis (plerumque geniculati); folia parva, recta, supremum vix culmi medium attingens; spica recta, spiculis 5-6 sessilibus, distantibus, rectis, ovatis, obtusis alternis, 4-6-floris, flosculis oblongis obtusis. *Circa Mans in Gallia.* ⊙.

Obs. TR. *lolioides Pers.* et TR. *Poa Decand.* fide herbarii *Decand.* et *Gochnat* eadem planta. *P. de Beauv.* BRACHYPOD. *Poam* cum? huc retulit. *Decandolle* in *Suppl.* p. 285 monet suum TR. *Poam* esse TRIT. *Halleri Viviani fragm. Fl. ital.* p. 14. t. 26. f. 1.

24. B. *biunciale;* spicâ simplici imbricatâ, spiculis sessilibus lineari-acutis compressis inermibus. TRITICUM *biunciale Vill. delph.* II. p. 167. (excl. synon. *Raji* et *Scheuch-*

Digitized by Google

zeri et *Gerard.*). *Viviani Annal. Bot.* I, 2. p. 157. *Flor. ital. fragm.* p. 26. tab. XXIV.

Spiculae 3-5florae, omnes acutissimae. In *Delphinatu et Galloprovincia circa Vienne et Avignon.*

Obs. Varietas *hispanici* sub hoc nomine in hortis occurrit, et nos quoque nomine TRITICI *hispanici* ex herbario cli. *Zeae* specimen possidemus exactissime iconem *biuncialis Viviani* referens. Major certe *biuncialis* cum BR. *Halleri* affinitas, quam cum *tenuiculo* s. *hispanico*, ut aegre in icone *Vivianii*, ubi non *biunciale*, sed *spithamaeum*, distinguatur. In *biunciali* culmus superne nudus, in *Halleri* folium supremum spicae basi magis approximatum.

25. * B. *unilaterale*; calycibus unilateralibus alternis muticis. TRITICUM *unilaterale Linn. Mant.* p. 35. (excl. syn. *Bauh.*) *Willd. Spec.* I. p. 483. *Loisel. not.* p. 27. *Decand. Cat. Hort. monsp.* (1813.) p. 154. *Fl. fr. Suppl.* p. 285. n. 1668a. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 75. n. 262. *Bocc. Mus.* t. 57. f. 2. FESTUCA *unilateralis Schrad. Cat. gott.* 1814.

Iconem *Boccon. mus.* II. t. 57. huc duci solitam aequo jure et ad BR. *Poam* referri posse monuit cls. *Decandolle.* Differt a simillimo BR. *Poa* spiculis verius unilateralibus et glumis corollinis acutissimis; a BR. *Nardo* glumis muticis. Varietas quidem glabra et pubescens habetur, sed haec frequentior, et facilius inde dignoscitur ab agnatis. *Linnaeus* haec tantum definitioni suae adjecit: „Flores facie POAE in spica unilaterali.“ *P. de Beauv.* et huc cum? retulit, et AGROPYRIS inseruit. In *aridis et maritimis Galliae meridionalis et Italiae.* ⊙.

26. B.? *interruptum*; culmo filiformi; spicâ secundâ interruptâ; pedicellis brevibus adpressis; spiculis subquinquefloris, glumis acutis. FESTUCA *interrupta Desfont. Atl.* I. p. 89. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 637.

Neglexere omnes. Culmi recti graciles 2ped. glabri substriati superne tetragoni; folia glabra plana; superiora angusta; spica gracilis, 6-8poll., laxa; spiculae glabrae oblongae distantes sessiles aut subpedicellatae, rhachi adplicatae; valvulae calycinae subulatae subaequales, corollae acutae, exterior longior. In *campis Barbariae.*

346. LOLIUM.

1. * L. *perenne*; spicâ muticâ, spiculis calyce longioribus, radice perenni. *Willd. Spec.* I. p. 461. *Hoel. Gram.* p. 359. *Roth germ.* T. II. P. I. p. 153. *Schrader Fl. germ.* I. p. 397. *Gaud. Agrost. Helv.* p. 329. *Hall. Hist.* n. 1537. *α. vulgare.* L. *vulgare Smith Fl. brit.* I. p. 148. *Engl. bot.* t. 315. *Martyn Fl. rust.*

Digitized by Google

t. 4. *Flor. Dan.* t. 747. *Schreb. Gram.* II. p. 79. t. 37. *Host Gram. austr.* I. t. 25. *Svensk bot.* 71. β. *tenue*, culmo gracili, foliis angustis, spiculis 3-4floris. β. *Smith* l. c. * Lol. *tenue Linn. Sp. Pl.* p. 122? *Willd. Spec.* I. p. 462. et omnium fere auctorum Flor. germ. Lol. *Halleri Gmel. Flor. bad.* I. p. 271. Lol. *agreste hortulanor.* γ. *compositum*, spiculis compositis, brevioribus, 7-9floris. δ. *Smith*; β *Roth* L. *cristatum Pers. Syn.* I. p. 110. *Schenchz. Agr.* t. 1. f. 7. D. *Prodr.* t. 2. δ. *ramosum:* spicâ ramosâ, culmis crassiusculis, vix semipedalibus. γ. *Smith* et *Roth*; β. *Pollich* et *Leers* t. 12. f. 1. (teste *Schrader*, *Gaudin* ad γ.) ε. *humile:* culmis adscendentibus humilibus basi ramosis, spiculis 3-4floris, radice annua. ζ. *viviparum. Decand. Fl. franç.* n. 1574. Lolium *compositum Thuill. Fl. paris.:* altissimum, racemo longissimo inferne composito, spiculis numerosis 16-20floris subaristatis l. c. p. 62. β fecit Lolii *perennis*; *Persoon* vero in *Synops.* I. p. 110. α. *multiflori.* Variat adhuc: rhacheos angulis scabris; spiculis e viridi purpurascentibus; flosculis brevissime aristatis.

Rad. repens; culmi ascendentes 1-1½ped., subcompressi; folia linearia acuminata patentia, margine scabra; vaginae compressae, glabrae; ligula brevis truncata; spiculae in a 7-9florae. Cal. in flosculo extremo bivalvis; gluma corollina exterior 5-, calycina exterior 7nervis. β. differt: culmis tenuioribus, pedalibus et sesquipedalibus; spicis longe tenerioribus, 1-2poll., spiculis semper trifloris, remotioribus, muticis, glumâ calycinâ duplo longioribus. In *Europa et Caucaso ad agrorum versuras.* 2. β Culturâ perstare *Gmel.* l. c.

2. L. *multiflorum Lam.*; spiculis 20-25floris compressis, superioribus aristatis, culmo sublaevi. *Decand. Syn.* p. 137. *Fl. franç.* n. 1677. *Lam. Fl. franç.* 3. p. 621. *Koel. Gram.* p. 356. L. *remotum Hoffm.* 2. l. p. 63? *Vaill. paris.* t. 17. f. 2? β. muticum *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 286.

L. *arvense With.* hujus loci esse nequit, ob radicem a clo. *Poiret Enc. meth.* VIII. p. 828. *perennem* dictam. Ab *arvensi*, *temulento* et *perenni* characteribus datis satis distinctum. *Ad margines agrorum arvoramque.*

3. L. *arvense With*; spicâ submuticâ, spiculis calycem aequantibus, radice annuâ. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 399. *Withering brit.* III. p. 168. *Smith Fl. brit.* I. p. 150. *Engl. bot.* t. 1125. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 333. *Host Gram. austr.* III. t. 25. Lolium *temulentum Huds.* 55. Lol. *annuum Bernh. sem. hort. Erford.* 1801. Lol. *temne M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 80. *Hall. Hist.* n. 1420. β. α. culmo laevissimo, foliis scabriusculis. *Gaud.*

Digitized by Google

l. c. β. tripedale et ultra, foliis, culmo, rhachique asperrimis. *Gaud.* l. c.

Medium *perenne* inter et *temulentum:* cum illo habitu convenit; sed, praeter characteres datos, differt: culmis erectis vaginisque teretibus, flosculis brevissime aristatis. A proximo *temulento* differt: vaginis foliisque glabris. In solo fertiliori flosculi 3-4 superiores calycem excedunt et aristae glumas aequant aut superant. Utrum huc L. *remotum Schrank* (et ex illo *Hoffmann*) ut *Schradero* videtur, difficile dictu. L. *tenue M. a. Bieberst.*: spicâ tereti subaristatâ, spiculis paucifloris et de quo monuit: „non est varietas L. *perennis;* flosculi subaristati, aristis in supremâ spiculâ evidentioribus lineam longis" pro veri Lolii *tenuis Linn.* („spicâ muticâ tereti, spiculis trifloris") habuissemus varietate, nisi cls. *M. a. Bieberst.* nos monuisset omnino ad L. *arvense* spectare. Lolium *tenue Linn.* a clo. *Smith* quidem β factum est Lolii *perennis:* sed annuum est monente *Gmelin Fl. bad.* p. 271, in Gallia et Hispania tantum obvium, et differt a *perenni* β. *tenui:* „culmo stricto, spiculis non remotis, subquadrifloris, obesis, muticis. In *arvis Europae et Asiae occidentalis.* ⊙.

4. L. *rigidum Gaud.;* spicâ muticâ, spiculis calyce multo longioribus, corollis elongatis, culmo superne scaberrimo. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 334. Lol. *complanatum Schrad. N. Journ.* IV. B. p. 73, qui recte huc ducit Lol. *asperum*, *multiflorum*, vero auctore *Gaudin* hujus non est loci. Lol. *complanati* varietatem *subaristatam* enumerat *Schrader Cat.* 1814.

Culmi pauci in ramos plures longos basi divisi, vix 1½ped., inferne purpurascentes, laeves, superne striati, scaberrimi; spica plerumque incurvata, pauciflora, spiculis ovalibus, disticho compressis, 7-10floris, albo virentibus. In *Helvetia australi.* (*Augustae Praetoriae, ad vias.*) ⊙.

5. * L. *temulentum;* spicâ aristatâ, spiculis calyce minoribus, radice annuâ, culmo superne scabro. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 400. *Willd. Spec.* I. p. 462. *Koel. Gram.* p. 363. *Smith Fl. brit.* I. p. 150. *Engl. bot.* t. 1124. *Gaud. Agr. Helv.* p. 331. *Flor. Dan.* t. 160. *Schreb. Gram.* II. t. 36. *Bulliard* t. 107. *Svensk bot.* t. 192. *Host Gram. austr.* I. t. 26. Lolium *annuum Lam. Fl. franç.* 3. p. 620. Bromus *temulentus Bernh. Erford.* p. 49. Crepalia *temulenta Schrank bav.* n. 255. *Hall. Hist.* 1420. β. spiculis muticis. γ. glumâ calycinâ internâ multo minore.

Rad. fibrosa; culmi 2-3ped., duri, superne scabri, nodis 4-5; folia lineari-lanceolata, acuminata, laxa, margine scabra; vaginae teretes, saepius glabrae ligula brevissima truncata crenulata; rhachis scabra; spica ut in *perenni*, sed rigidior; spiculae minus compressae, 5-7florae; flosculi saepe longitudine

Digitized by Google

calycis; glumae corollinae calycinis duplo breviores, exterior quinquenervis, arista glumâ duplo longior scabra. (cf. *Franc. Silvano*, osservazioni sopra il *Lolium temulentum*. *Mem. soc. d'emulaz.* I.) In *agris inter segetes Europae, et in Japonia et Botanybay*. ⊙.

6. L. *maximum Willd.*; calyce longitudine spiculae multiflorae compressae, flosculis summis aristatis. *Willd. Spec.* I. p. 462. Occurrit quoque in hortis nomine L. *gigantei*.

Simile *temulento*, sed omnibus partibus duplo majus. Corollae summae longe aristatae, reliquae muticae. An *temulenti* varietas? In *Jamaica*. ⊙.

7. L. *speciosum Steven*; spicâ subaristatâ, calyce multifloro flosculis longiore. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 80.

Vegetum, bipedale, latifolium. Spiculae magnitudine FEST. *flaitantis*. Cal. latus patentiusculus obtusus. Flosculi circiter sex: glumis obtusis, aristâ sub apice brevissimâ. In *Tauria Iberia*. *Steven*. 4.

8. * L. *distachyon*; spicâ binatâ, calycibus unifloris, corollis lanatis. *Linn. Mant.* p. 187. *Willd. Spec.* I. p. 465.

Cum? *P. de Beauvois* huc posuit gramen hoc praeter *Linnaeum* nemini visum. Culmi decumbentes basi ramosi; floriferi assurgentes, pedales, filiformes, angusti, laeves. Folia graminea. Spicae pares aequales sessiles lineares angustissimae extrorsum secundae, floribus alternis, albo hirsutis. Calycis gluma 1valvis sublateralis linearis obtusa persistens uniflora. Corolla ovata lanata hirsutie alba. In *Malabaria*. *Koenig*.

Quid L. *appenninum hort. paris.* apud *Brouss. Cat. monsp.* 1804.

Quid L. *canadense Brouss. ibid.*; *hort. dorpat.* 1814. *Besser Enum.* 1812.

347. AGROPYRUM.

1. * A. *junceum P. de Beauv.*; glumis calycinis subnovemnervibus obtusis 4-5floris, flosculis muticis, rhachi laevi, radice repente. TRITICUM *junceum Schrad. Fl. germ.* I. p. 394. *Willd. Spec.* I. p. 480. (excl. syn. *Hall. Gmel. Vaill. Scheuchz. Moris. Bauh.*) *Roth germ.* T. II. P. 2. p. 566. *N. Beytr.* I. p. 134. (ubique excl. varietate). Tr. calycibus corollisque truncatis muticis, radice repente articulatâ, culmo adscendente, foliis involutis, mucronato-pungentibus *Roth Catal.* III. p. 22. *Decand. Fl. fr.* n. 1662. (excl. var. et syn. *Koel.* et *Moench*). *Suppl.* p. 281. *Smith Fl. brit.* I. p. 157. *Engl. bot.* t. 814. *Desfont. Fl. Atl.* I. p. 114. *Flor. Dan.* t. 916. *Sibth. Flor. graec.* I. p. 80. t. 99. *Host Gram.*

Digitized by Google

austr. III. t. 33. Bromus *truncatus Scop. Carn.* n. 121. (fide *Wulfen*). Tr. *glaucum Decand. Synops.* n. 1662. T. *farctum Viviani fragm.* I. p. 28. t. 26. f. 1. Teste *Smith* hujus β est gramen loliaceum maritimum supinum, spicâ crassiore. *Dillen* in *Ray Syn.* 391. et γ. Gr. caninum maritimum spicâ foliaceâ. *Ray* l. c.

Glauca; culmi 1½-2pedales, glabri, saepius purpurascentes, basi decumbentes; folia linearia acuminata, rigida, supra profunde striata et scabriuscula, subtus pubescentia, apice subinvoluta; vaginae glaberrimae; ligula brevissima denticulata; spica disticha, 2-3pollicaris, recta aut quidquam incurvata. Rhachis glabra, maturo semine fragilis. Spiculae ovato-lanceolatae. Glumae corollinae quinquenerves. In *arenosis maritimis ad balthicum et mediterraneum, et in Tauria et Caucaso.* 4.

2. A. *acutum*; spicâ distichâ continuâ, glumis acutis quinquenerviis, flosculis acutis, rhachi laevi, foliis convolutis, radice repente. Triticum *acutum Decand. Cat. Hort. monsp.* 1813. p. 153. *Fl. fr. Supplem.* p. 282. n. 1662a.

Differt ab A. *junceo:* glumis 5-, nec 9nerviis, flosculis minoribus magis approximatis acutioribus; ab A *pungente* affini, praeter rhachim laevem, foliis convolutis. An hujus varietas? In *maritimis Galliae occident. et merid.* 4.

Obs. Ab hac vix videtur diversum: Triticum *littorale;* spicâ oblongâ distichâ, spiculis muticis aristatisve, rhachi laevi foliis facie scabris, radice repente. *Host Gram. austr.* IV. p. 5. t. 9.

Culmi erecti laeves; folia angusta rigida crassa apice convoluta et pungentia, dorso viridia laevia, facie glauca scaberrima ad oras aculeata; vaginae laeves margine ciliatae; ligula brevissima, brevissime ciliata; spiculae compressae subsexflorae; calycis valvulae oblongae, acuminatae, muticae, scabrae, carinâ aculeatae, inferior minor nervis 5-6, superior 7. Cor. valvula exterior scabra, apice aculeata, margine ciliata, quinquenervis, mutica aut aristâ brevi. Antherae flavae. *In littoribus Adriae.* 4.

3. A. *attenuatum;* spiculis trifloris, flore superiore saepius sterili; glumis calycinis lanceolatis obtusiusculis quinquenerviis scabriusculis; valvulâ inferiore brevissime aristatâ. Triticum *attenuatum Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 115.

Rad. fibrosa; culmi erecti, simplices 3 4ped., teretes striati nodique glabri. Folia linearia plana striata externe glabra interne scabriuscula. Vaginae striatae glabrae. Ligula brevis glabra. Spica stricta, 5-6poll.; spiculae distantes oblongae sessiles, floribus approximatis, terminali univalvi. Rhachis compressa articulata margine scabra. Glumae calycinae concavae subquinquenerviae virentes, superior paullo longior, spiculâ brevior; valvulae corollinae lanceolatae concavae, inferior paullo longior, quinquenervia, apice subbidentata, inter

Digitized by Google

dentes brevissime aristata viridis scabriuscula, superior enervis tenuior albida apice bidentata mutica. In *temperatis apricis siccis propter Burropotrero et Chillo Quitensium.* 4.

4. A. *rigidum;* spicâ interruptâ, rhachi hispidâ, spiculis alternis inferioribus patentibus, superioribus appressis, glumis calycinis obtusis inaequalibus 5-7nervibus, breviter mucronatis, foliis margine subconvolutis, radice repente. TRITICUM *rigidum Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 282. n. 1662. b. α. valvulis calycis et corollae scabris. TRIT. *rigidum Schrad. Fl. germ.* I. p. 392. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 345. TR. *pilosum? Seenus Reise Istr.* p. 71. β. valvulis calycis et corollae laevibus striatis. TRIT. *junceum Lam. Enc. meth.* n. 11. (excl. β.) γ. valvulis calycis et corollae laevibus, foliis superne pilosis. δ. valvulis calycis et corollae subenervibus, foliis glabris. TRIT. *intermedium* α. *Gaud. Agr.* I. p. 345. *Host Gram. austr.* II. t. 22. (nomine *juncei*, sed *intermedium* esse monet *Gram. austr.* III. p. 23 excl. omn. synon.) TRIT. *junceum Sut. Helv.* I. p. 76. *Hall. Helv.* n. 1428. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 17. n. 4.

Affine A. *repenti*, sed caulis firmior, folia acutiora facie magis scabra, profundius sulcata, sed non ut in *junceo* et ELYMO *arenario* inter strias hispidula; spiculae majores obtusiores nunquam aristatae; glumae calycinae sulcatae, fere truncatae, glaucescentes; spiculae 6-7florae. In asperis aridis non raro pubescit. δ. seu A. *intermedium* et a *P. de Beauv.* ut distincta species adducitur; *rigidum* ipsum cum? In *asperis siccis a Bohemia ad Mediterraneum.* 4.

Obs. TR. *pilosum Seen.*, glumis et corollae valvulâ exteriore truncatis pilosis, *Seenus It. dalm.* p. 71. a *Schradero* huc adductum diversum videtur quoad descriptionem. Culmi plures nudi erecti 2-3-ped.; folia convoluta mucronata, scabra ligulae loco margo brevis truncatus; vaginae striatae nudae; spica terminalis digitalis; receptaculum flexuosum nudum; spiculae alternae distichae subcoloratae 3-4florae latere plano receptaculo obversae; calycis valvulae nervosae truncatae; corollae oblongae calycem superantes, valvulâ exteriore quinquenervi, interiore nudâ. „An *Istriae vel Dalmatiae civis* auctor nescire se fatetur."

5. A. *glaucum;* spicâ interruptâ, rhachi hispidâ; spiculis alternis distichis, glumis calycinis obtusis subinaequalibus septemnervibus, flosculis fertilibus longe aristatis, sterilibus muticis, foliis planis glaucescentibus, radice subrepente. TRITICUM *glaucum Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 281. n. 1661. α. foliis superne pilosis. TR. *glaucum Desf. Cat. H. paris.* p. 16. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 678. TR. *junceum* β. *Lam. Enc. meth.* II. p. 562. β. foliis superne glabris. TR. *intermedium* γ. *Gaud. Agr.* I. p. 346. TRIT. *glaucum Host Gram. austr.* IV. p. 6. t. 10?

Digitized by Google

Var. α. colitur in hortis botanicis β. in Helvetia et Vallesia, fors et in Gallia. 2.

* *Hostii* TRITICUM *glaucum* hujus nobis videtur esse loci; sed, donec *Decandollii* plantam viderimus, non audemus aliquid affirmare. *Hostii* descriptio sequens: TR. *glaucum*, spicâ oblongâ, spiculis muticis, rhachi ad spicularum originem scabrâ, foliis facie laevibus, radice repente. *Host Gram. austr.* IV. p. 6. t. 10.

Rad. geniculata, squamosa; culmi laeves, glabri; folia plana, tantum ad oras scabra, facie glauca, dorso pallide viridia; vaginae laeves, margine exteriore ciliatae, ligula brevissima, brevissime ciliata; spica erecta, aut parum inclinata 2-4poll.; rachis plana; spiculae oblongae compressae, 6-7florae; calycis valvulae subaequales, subcompressae, nervis 7-8 scabris, carinâ aculeatae, superne ad oras brevissime ciliatae; corollae valvula exterior 5nervis brevissime ciliata. Antherae flavae. *In asperis Littoralis.* 2.

6. A. *obtusiflorum;* spicâ distichâ subcontinuâ, glumis obtusissimis novemnerviis, flosculis exaristatis obtusis submucronulatis, rhachi scabrâ, foliis plano-subconvolutis glaucis. TRITICUM *obtusiflorum Decand. Cat. Hort. monsp.* 1813. p. 153.

A TR. *junceo* differt: rhachi margine scaberrimâ. Variat spiculis mediis 2-3ve. *Patria?* 2.

7. A. *pungens;* spicâ continuâ, rhachi hispidâ, spiculis alternis distichis, glumis calycinis aequalibus acutis 5-7nervibus, corollinis brevissime mucronatis, foliis basi planis apice margine convolutis rigidulis pungentibus, radice repente. TRIT. *pungens Decand. Fl. franç. Suppl.* p. 283. n. 1662. α.) foliis superne glabris. TRIT. *glaucum Bast. Essai* n. 45. TRIT. *pungens Lois. not.* p. 29. β.) foliis superne pilosis (planioribus, valvulis acutiusculis). TRIT. *pungens Pers. Syn.* I. p. 109. TRIT. *intermedium* β. *Gaud. Agr.* I. p. 345. TRIT. *repens* γ. *Smith Fl. brit.* I. p. 159. TRIT. *repens glaucescens.* γ? foliis glaucis superne pilosis.

Differt a TRIT. *junceo* spiculis duplo minoribus, spicâ graciliore minusque compactâ et rhachi margine scabrâ; a TR. *repente* foliis involutis, apice pungentibus glaucis; a TR. *rigido* characteribus datis. In *Europae mediae et meridionalis arenosis,* γ *in Hispania.* 2.

8. A. *densiflorum;* spicâ distichâ, spiculis linearibus, calycibus aristatis carinatis subdecemfloris, flosculis brevissime aristatis, rhachi laevi, radice subrepente. TRITICUM *densiflorum Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 135.

Species A. *intermedio* affinis. In *Sibiria.* 2.

9. A. *giganteum;* spiculis lanceolatis octofloris muticis, glumis truncatis nudis, foliis nervosis. TRITICUM *giganteum Retz Obs. bot. pug.* p. 7. TR. calycibus corollisque trun-

Digitized by Google

catis muticis, radice fasciculatâ fibrosâ, culmo stricto, foliis planis. *Roth Catal.* I. p. 22. TRIT. *junceum β giganteum Roth N. Beytr.* I. p. 135. TR. *elongatum Host Gram. austr.* II. p. 18. t. 23. AGROP. *elongatum P. de Beauv.* cum?

Rad. minime repens; culmi 5pedales, laeves; folia linearia longe acuminata, dura, plana, nuda, supra sulcata nervosa, retrorsum et margine scabra, subtus laevia, 1½pedalia; spica 6-10pollic., stricta; spiculae lineari-lanceolatae, 10 lineas longae, extus planae, intus convexae, basi arcte rhachi dimidiatae appressae, apice divergentes, nudae, pallide virides. Calycis et corollae glumae exteriores truncatae, fere cymbiformes, virides, albo marginatae. Corollae gluma exterior calyce longior, quinquenervis, nervorum viridium striâ mediâ candicante; interior paullo brevior, truncata. Antherae caerulescentes. (flavae *Host*) *Retz. jun.* Differt a TR. *junceo:* radice fasciculatâ fibrosâ, nec repente articulatâ; culmo 3-5ped., strictissimo, nec multo breviore adscendente; foliis planis siccitate tantum involutis; ligulâ nullâ. *Roth. Decandolle* TRIT. *junceum β giganteum Roth* fecit *β rigidi* sed vix hujus erit loci. In *Europae maritimis.* 4.

10. A. *repens P. de Beauv.;* radice repente albâ articulatâ soboliferâ: *α. repens arvense;* spiculis oblongis subquadrifloris; glumis calycinis muticis, corollinis acuminatis longitudine calycinarum. TRITICUM *arvense Schreber* in *Koerte* et Schweigger *Flor. Erlang.* T. I. p 143. A. *repens Trattin. tabular.* t. 566. BROMUS *glaber Scop. Carn.* I. p. 84. TRITICUM *repens Schreb. Gram.* t. 26. f. III. 1. *Willd. Spec.* I. p. 481. *Koel. Gram.* p. 346. *Smith Fl. brit.* I. p. 158. *Engl. bot.* t. 909. TRIT. *repens β. Schrad. Fl. germ.* I. p. 390. *Gaud. Agr.* I. p. 343. TR. *repens α. Decand. Fl. fr.* n. 1427. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 33. *Gmel. Fl. bad.* I. p. 294. *Leers Fl. Herborn.* t. 12. f. 3. *Svensk bot.* t. 38. *Host Gram. austr.* II. t. 21.

Varjat magnitudine, colore glauco (TR. *glaucum*, totum amoene glaucum foliis planis, spiculis majoribus aristatis aut muticis. TR. *repens α Pers. Syn.* I. p. 109) foliorum et glumarum pubescentiâ (*hirsutifolium Hall. Helv.* n. 1427. TR. repens *γ Decand. Fl.* franç. n. 1661. BROM. *villosus Scop. Carn.* n. 119.) et staturâ. *f* In *agris et pratis.* 4.

β. A. *repens subulatum;* spiculis oblongis subsexfloris; glumis calycinis subulatis, corollinis brevissime mucronatis calyce longioribus. TRITICUM *subulatum Schreb.* ap. *Schweigg.* et *Koerte* l. c. TRIT. *repens Schreb. Gram.* l. c. f. 2. TRIT. *repens Smith Fl. brit.* l. c. et *Schrad.* l. c. *α.*

In *agris, pratis.* 4.

Digitized by Google

γ. A. *repens dumetorum*; spiculis solitariis geminis ternisve oblongis 5-8floris, glumis calycis corollaeque aristis brevissimis. TRITICUM *dumetorum Schreber* l. c. apud *Schweigg.* *Hoffmann Germ.* p. 64. *Honckeny Verzeichn.* n. 314. TRIT. *repens Schreb. Gram.* l. c. f. II. IV. f. 3. *Gmel. Fl. sib.* I. t. 24. *Dillen Giessen.* t. 15. TRIT. *repens* γ. *Schrad.* p. 253. TRIT. *repens* β. *multiflorum Pers. Syn.* I. p. 109.: altum, totum viride, spiculis octofloris subaristatis, foliis latis, spicâ fere spithamaeâ. *Hall. Hist.* n. 1427. (Aristae vix lineam longae.)

Ad sepes, in dumetis. 2. *P. de Beauvois* est distincta species.

δ. A. *repens Vaillantianum*; spiculis ovato-oblongis subquinquefloris; glumis calycis et corollae aristis brevibus, aristâ corollae longiore quam illa calycis. TRITICUM *Vaillantianum Wulfen* et *Schreb.* l. c. ap. *Schweigg.* p. 144. TRIT. *repens Schreb. Gram.* f. 6. *Schrad.* l. c. et *Fl. franc.* n. 1661. β. Gramen loliaceum radice repente, seu gramen officinarum aristis donatum. *Vaill. paris.* p. 81. t. 17. f. 2.

Arista valvulae calycinae 1 lin., corollinae 2 lineas longa. In *pomariis pratis.* 2.

ε. A. *repens Leersianum*; spiculis oblongis subquinquefloris: glumis calycis et corollae aristatis, aristâ corollae duplo fere longiore quam illa calycis. TRITICUM *Leersianum Wulfen* et *Schreber* apud *Schweigg.* l. c. TRITICUM *repens Schreb. Gram.* l. c. f. 7-8. *Leers Fl. Herborn.* t. 12. f. 4. *Flor. Dan.* t. 748. *Vaillant* l. c. f. 3. TRITICUM *sepium Thuill. Fl. paris.* p. 67. ELYMUS *caninus* β. *Roth germ.* T. II. P. I. p. 151. β.

Etiam in hac spiculae subinde geminae ternaeve. Arista calycis 2 lin., corollae 4 5 lin. longa. In *hortis ad sepes, et in Lapponia quoque.* 2.

ζ. A. *repens capillare*; spiculis subtrifloris, basi in pedicello flosculoso-villosis, aristis capillaribus, glumis duplo fere longioribus. TRITICUM *repens* γ. *capillare Pers. Syn.* I. p. 109.

Passim in pratis. A. *canino* affine. 2. Tanquam distincta species adducitur a *P. de Beauv.*

η. A. *repens imbricatum*; spiculis confertis imbricatis muticis quinquefloris; calyce mucronato *Lam. Illustr.* n. 1175. sub tritico *imbricato.*

Nil nisi *repentis* varietatem videri *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 676.

Digitized by Google

11. A. *sibiricum*; spicâ distichâ, glumis calycinis trinerviis sexfloris, flosculis muticis, radice fibrosâ. TRITICUM *sibiricum Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 135. TRIT. *imbricatum Hort. vind.* fide *Balbis Cat. taur.* 1814.

Simile *repenti*, sed radix fibrosa, minime repens. *Willd.* — In nostro radix subrepens, et ad A. *intermedium Host.* accedens; culmi teretes, in olla culti tripedales; folia linearia, glauco viridia, supra pubescentia. Vaginae inferiores pubescentes, ad internodia pilosiusculae. Ligula parva truncata. Rhachis compressa, ad latera hispida. Valvula calycina ovata, compressa, breviter aristata, margine membranaceo, carinâ scabra; corollina exterior similis, aristâ breviore mucronatâ, subinde tridentata, interior ovata, angulis muricata, bifida. In *Sibiria*. 4.

12. * A. *caninum*; glumis calycinis brevius aristatis (sub) trinervibus subquinquefloris, flosculis aristatis, radice fibrosâ perenni. TRITICUM *caninum Linn. Sp. Pl.* I. p. 86. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 389. *Smith Fl. brit.* I. p. 159. *Engl. bot.* t. 1372. *Wahlenb. lapp.* n. 75. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 347. *Gmelin Sib.* I. p. 122. t. 27. *Host Gram. austr.* II. p. 20. t. 25. TRITICUM *sepium Lam. Enc. meth.* II. p. 563. ELYMUS *caninus Linn. Fl. suec.* II. p. 112. *Willd. Spec.* I. p. 469. *Roth Fl. germ.* I. p. 51. II. p. 151. FESTUCA *nutans Moench meth.* p. 191. *Hall. Hist.* n. 1429. β. *ustulatum*, foliis glabris, ad ligulae ortum atropurpureis.

Culmi 1-4ped., erecti, saepe ad genicula flexuosi, glaberrimi; folia linearia aut lineari-lanceolata, dorso et margine scabra, in α superne pubescentia. Ligula brevissima, truncata, denticulata; spica 2-3poll. et ultra, disticha, primum recta, dein plus minus apice cernua. Spiculae teretes Glumae calycinae 3-5nerves, in β constantius 3nerves. Arista purpurascens, glumae longitudine, aut duplo longius. β culturâ perstat. In *Europae a Lapponia usque et Sibiriae graminosis, sepibus, dumetis*. 4.

A. *sepium* et *caninum* ut species distinctae a *P. de Beauv.* adducuntur.

13. A. *vaginans*; foliis vaginâ subventricosâ spicam basi includente, spiculis trifloris aristatis. TRITICUM *vaginans Pers. Syn.* I. p. 109.

In *America meridionali*.

14. A. *distichum*; calyce subquadrifloro glabro mutico, floribus distichis, foliis filiformibus. TRITICUM *distichum Thunb. Prodr.* I. p. 23. *Flor. cap.* p. 440. *Willd. Spec.* I. p. 481.

Rad. repens; culmi assurgentes striati glabri pedales; folia convoluto-filiformia incurva glabra, longitudine fere culmi, vagi-

Digitized by Google

nis striatis; spiculae distichae patulae glabrae unguiculares; valvulae corollae muticae exteriore majore. In *littore extra Cap.*

15. * A. *prostratum*; spicâ ovatâ compressâ bifariâ, glumis calycinis corollinisque glabris, aristis flosculo brevioribus. TRITICUM *prostratum Ait. Kew.* I. p. 121. *edit.* 2. I. *Linn. Suppl.* p. 114. *Willd. Spec.* I. p. 480. TR. spicâ ovatâ compressâ glabrâ, spiculis subquadrifloris basi hinc gibbis, glumis omnibus subulato-aristatis, culmis procumbentibus, vaginâ summi folii tumidâ. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 86. n. 219. SECALE *prostratum Pall. It.* I. p. 485. *Pers. Syn.* I. p. 109. *Jacq. Hort.* III. p. 25. t. 44. AGROPYRUM *triticeum Gaertn. Nov. comment. petrop.* XIV. P. I. p. 540. t. 19. f. 4. β. * TRITICUM *pumilum*: spicâ ovatâ, glumis subaristatis, calycinis bisulcatis. *Linn. Suppl.* p. 115. *Willd. Spec.* I. p. 480. SECALE *pumilum Pers. Syn.* I. p. 109. AGROPYRUM *pumilum P. de Beauv.*

Matura spica integra cadit et germinat tot culmis, quot spiculae. Ipsa spica vicem radicis agit. Spiculae multiflorae. *Linn.* In *desertis aridissimis caspicis circa Kisljar et Astrachan.*

Obs. „In hoc et sequente *orientali* spica matura integra decidua, ex singulis glumis germinat densoque cespite radiculas agit." TR. *pumilum Linn. Suppl.* p. 115 est hujus varietas pygmaea. *M. a Bieberst.* l. c. In *prostrato* culmi subpedales, in *pumilo* digitales.

16. * A. *orientale*; spicâ ovato-oblongâ compressâ hirsutâ, spiculis subquadrifloris, glumis omnibus subulato-aristatis, culmis basi procumbentibus vaginâ summi folii tumidâ. TRITICUM *orientale Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 86. SECALE *orientale Willd. Spec.* I. p. 471. *Nov. act. Soc. am. nat. Cur.* II. p. 417. t. IV. f. 3. β. *archipelagicum*, foliis spicisque longioribus, glumis calycinis quinquenerviis, corollâ minus pilosâ.

α. Culmi teretes sub spica, pubescentes; folia lineari-lanceolata plana striata; vaginae ventricosae, inferiores pilis reversis; ligula lacera; spica disticha; calycis valvulae nervis tribus albicantibus, interne villosae, superne hispidae; corollae valvulae villosae longitudine calycis. *Willd.* α *in Tauria caucasica circa oppidum Kisljar*; β *in Oriente et Archipelago.* ⊙.

Obs. Poiret Enc. meth. VII. p. 55. cum hac plantâ jungit S. *hirtum Lam.* spicâ brevi ovatâ distichâ; floseulis villosissimis breviter aristatis *Lam. Illustr.* p. 810. n. 1160, cujus β., cum?, fecit S. *orientale Linn.* additque, *Lamarckium* plantam suam a *Vahlio* accepisse *ex Hispania.* Culmi S. *hirti* recti glabri teretes mediae altitudinis, foliis glabris alterais, angustis acutis; spicae parvae, compressae.

17. A. *imbricatum*; spicâ ovato-oblongâ compressâ hirsutâ, spiculis subtrifloris, glumis omnibus subulato-aristatis,

Digitized by Google

culmis erectis pubescentibus. TRITICUM *imbricatum Stev. Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 88. *Gmel. Sib.* I. p. 115. n. 51. t. 23.

Habitus *pectiniformis.* Spiculae villis albis longiusculis erectis maxime hirsutis utrinque 12-15. In *Iberia. Steven.* 4. — An huc quaerit *M. a Bieberst. l. c.* p. 420:

TRIT. *caucasicum Spreng. Mant.* I. p. 35.: spicâ compositâ, spiculis distiche imbricatis subquinquefloris, flosculis villo connexis." — Culmus cubitalis, strictus, foliosus; folia setacea linearia vaginis ore pilosis. Spica terminalis cylindrica; glumae lineares. In *Caucaso.*

18. A. *pectiniforme;* spicâ ovatâ (compresso-planâ) distichâ glabrâ, calycibus subseptemnerviis aristatis suboctofloris, glumis omnibus subulato-aristatis, culmis erectis glabris. TRITICUM *pectinatum Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 135. ex *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 87. TRITICUM *cristatum Pers. Syn.* I. p. 109. *Buxb. Cent.* I. p. 32. t. 50. f. 3.

„Nimis sequenti *cristato* affine. Spicae latae subquadratae. Spiculae longae utrinque circiter 12; glumae subulato-lanceolatae latiores quam in *cristato*, acumine minus elongato. Culmi cum rhachi glabri. *Cum* A. *cristato in Taariae rupibus rarius.*" 4.

19. * A. *cristatum;* calycibus quadrifloris aristatis, spicis lanceolatis imbricatis, culmis pubescentibus TRITICUM *cristatum Schreb. Gram.* I. p. 12. t. 23. f. 2. *Host Gram. austr.* II. t. 24. (excl. syn. *Gmelin?*) TR. spicâ lanceolatâ compressâ, spiculis subquadrifloris glabris, glumis omnibus subulato-aristatis, culmis erectis pubescentibus. BROMUS *cristatus M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 87. *Linn. Amoen.* II. p. 339. *Willd. Spec.* I. p. 439. (excl. syn. *Gmelin* et *Buxb.?*) *Habl. taur.* p. 126. Quibusdam AVENA *cristata.* β. spiculis villosis.

Rad. repens; culmi erecti, basi procumbente radicantes, ramosi; folia erecta, striata; vaginae glabrae; ligula brevis, truncata, argute incisa; rhachis villosa, utrinque albida, canaliculata, alternatim dentata. Spiculae compressae, pallide virides, 3-5-florae, in solo fertiliore multiflorae; valvae calycinae apice breviter aristatae, ut gluma corollina exterior 5nervis. „Spiculae ad 30 ex utroque rhachis latere, glumis angustissimis, aristis subtilissimis. Culmi apicem versus cum spicae rhachi pubescentes." *M. a Bieberst.* l. c. In *Taariae et Caucasi graminosis; in aggeribus, graminosis siccis salsis Pannoniae. Hitaib.* β. *in Castilia.* 4. In horto monspeliensi colitur varietas major.

Obs. Smith Prodr. Fl. graec. I. p. 664. citat omnino iconem *Gmelini Sib.* I. t. 23. ad BROM. *cristatum Linn. Sp. Pl.* p. 115. aut ergo haec et praecedens species (*pectiniformis*) mera varietas, aut BROMUS *Gmelini* et *Buxbaumii* diversa species.

Digitized by Google

An haec, de qua cls. *Kitaibel* nobis scripsit: In comitatu *szabolcsiensi* TRITICUM inveni mihi ignotum: radix perennis? culmi sulcato-striati, superne angulati pubescentes; folia sulcato-striata, subtus glabra, supra pubescentia; vaginae sulcato-angulatae glabrae; ligula truncata brevissima; spica oblongo-ovata compressa; spiculae distichae 5-6-florae; glumae calycinae subulatae carinatae glabrae breviter aristatae; flosculis infimis duplo breviores subaequales; gluma corollina exterior subulata carinata sexnervis, breviter aristata, glabra, interior membranacea obtusiuscula.

20. A. *scabrum*; spiculis sessilibus multifloris aristatis remotis subadpressis. FESTUCA *scabra Labill. Specim. nov. Holl.* I. p. 22. t. 26. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 636. TRITICUM *scabrum* spicâ elongatâ, spiculis distinctis appressis 5-6floris, glumis lanceolatis nervosis, flosculis duplo brevioribus, aristis perianthium scabrum superantibus, foliis planiusculis striatis utrinque scabris, vaginis culmisque laevibus. *R. Brown Prodr.* I. p. 178.

Culmi recti, rudiusculi, substriati, basi geniculati; folia plana, distantia, acuta, pilis hirsuta; spiculae 5-10florae; valvulae calycinae lanceolatae subaequales, corollina exterior aristâ longâ asperrimâ, interior plana subciliata obtusa subemarginata; semina oblonga pilosa. In *Cap. van Diemen.*

21. A. *pectinatum*; spiculis distichis divaricatis sessilibus multifloris mucronatis, muturis retroflexis. FESTUCA *pectinata Labill. Specim. nov. Holl.* I. p. 21. t. 25. TRITICUM *pectinatum* spiculis distinctis divaricatis 5-6floris, fructiferis reflexis, glumis acuminatis, aristis perianthio brevioribus, foliis planis ciliatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 179.

Culmi simplices teretes superne subtomentosi; folia linearia pilosa acuta; spiculae patentissimae, 4-6florae; valvulae calycinae rigidae subulatae subaequales, glabrae striatae persistentes; corollina exterior calyce longior, 5-7nervis, pilosa, acutissima, interior plana pectinatim ciliata; squamae duae oblongae ad basin ovarii; semen gracile, superne pilosum. In *Cap. van Diemen.*

22. A. *variegatum*; radice perenni repente, spiculis glabriusculis suboctofloris muticis, valvulâ exteriore quinquenervi, ligulâ truncatâ, foliis glaucescentibus. TRITICUM *variegatum Fischer* in *litt. ap. Sprengel pug.* II. p. 24. β. muticum *Besser Cat. H. Krzemien.* 1814.

Culmus erectus cubitalis geniculatus glaber ut vaginae glabrae. Ligula brevissima obtusa cartilaginea. Folia spithamaea linearia glabra. Spica composita, spiculis distichis sessilibus 8-10-floris. Gluma calycina bivalvis, acuta, flosculis brevior; valvulae corollinae apice virides, muticae glabrae, exterior quinquenervis apice scabra, interior binervis. *Habitat?*

Digitized by Google

Anne huc ut AGROPYRA:

23. A.? *filiforme Poiret;* spicâ angustâ lineari; spiculis distichis bifloris aristatis; foliis culmoque filiformibus radice repente. TRITICUM *filiforme Poir. Enc. meth. Suppl.* II. p. 677. FESTUCA *Commers.*

Rad. per intervalla cespites foliorum tenuium brevium acutorum glabrorum emittit. Culmi 6-8poll. simplices fere capillares, foliis 2-3 distantibus, parvis; spica pollicaris; spiculae minimae alternae compressae; valvulae calycinae acutissimae; flosculi glabri, calyce quidquam longiores; arista vix longitudine valvulae. In *insula Bourbon. Commerson.* ⊙.

24. A.? *bicorne;* calycibus striatis bicornibus 2-3floris; flosculis lateralibus fertilibus aristatis; medio fertili. TRITICUM *bicorne Forsk. aegypt.* p. 26. *Descript. de l'Egypte* t. 15.

Culmi debiles recti pollicares; folia alterna plana angusta pilis sparsa tenuissimis; vaginae striatae pilosae ore fasciculo pilorum albórum; spica angusta, 3poll., compressa, affinis SECALI; valvulae calycinae nervosae striatae obtusissimae, apice parum bifidae, duabus lateralibus fertilibus, aristâ longissima adhaerente; valvulae corollinae glabrae. *Circa Alexandriam.* ⊙.

25.? *biflorum;* glumis calycinis brevissime aristatis, trinervibus, bifloris; flosculis aristatis, radice fibrosâ, annuâ. TRITICUM *biflorum Brignoli Fasc. Forojul.* p. 18.

Rad. fibrosa, cespitosa. Culmi sesqui-bipedales, erecti, teretes striati, glaberrimi. Folia linearia, acuta, plana, viridia, glabra, dorso et ad oras scabriuscula. Vaginae teretes, striatae, glabrae. Ligula brevissima, truncata, denticulata. Spica bitriuncialis, disticha, primo erectiuscula, dein apice magis vel minus nutans. Rhachis flexuosa, ad oras hispida, alternatim hinc convexiuscula et striata, inde concaviuscula et laevis. Spiculae sessiles, solitariae, oblongo-lanceolatae, aristatae, binos constanter flosculos ecarinatos continentes. Glumae membranaceae, calycinae subaequales, oblongo-lanceolatae, brevissime aristatae, dorso convexae, trinerves, scabrae: corollina exterior lanceolata, superiori parte nervis quinque scabriusculis percursa, apice in aristam rectam brevem attenuata; interior exteriorem longitudine aequans, oblongo-linearis, apice bifida, utrinque inflexa, ad flexurae angulos tenuissime ciliata.

Unicus mihi hujus plantae cespes 1807 sese obtulit. Novam esse speciem primo intuitu dubitavi, sed posterioribus subjecta observationibus specimina, absque ullo dubio certiorem me de novitate fecerunt. Frustra enim Tritici species aliqua apud auctores hucusque mihi visos quaeritur, quae duos tantum in spiculis flores gerat. *Brign.* In *rupestribus altissimis montis Matajurae.* ⊙.

Digitized by Google

26. A.? *subulatum Russ.;* calycibus unilateralibus subulatis subtrifloris, corollis calyce brevioribus aristatis. TRITICUM *subulatum Russel Beschr. v. Aleppo.*

27. A.? *peruvianum;* spiculis 10floris muticis confertis subspicatis; culmo ramoso repente. TRITICUM *peruvianum Lam. Illustr.* I. p. 212.

In Peruviae aquis stagnantibus. 4. *Poiret Enc. meth. Sappl.* II. p. 678 descriptionem nullam exhibet, et inter dubia reposuit.

348. TRITICUM. *

A. *Semen maturum valvulis denudatum; rhachis flexilis.*

a. Glumae coriaceae:

1. T. *aestivum;* spicâ parallele compressâ aristatâ, glumis gibbosis aristatis truncatis basi coarctato-plicatis, exinde nervo longitudinali obtuse prominente percursis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* n. 87. *Willd. Spec.* I. p. 476. TRITICUM *vulgare* spiculis quadrifloris ventricosis glabris imbricatis, duobus internodiis rhacheos margine pilosae spiculâ brevioribus. *Vill. delph.* II. p. 153. *Host Gram. austr.* III. t. 26. *Tratt. tabular.* t. 366. TRIT. *vulgare α aestivum Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 133. *Haller nov. Comm. Gott.* T. V. t. 1. f. 1. TRIT. *sativum Lam. Enc. meth.* II. p. 554. *Koel. Gram.* p. 336. TRIT. *cerεale Schrank.* α. spicis glabris. β. spicis pubescentibus.

Specie omnino a sequente distinctum; perstat enim cultura. *Apud Baschkiros in campis.* ☉. — Hispanorum: *Trigo candeal.*, *Xexa*, *Hembrilla*, *Barbilla*, *Periñan*, *Pichi* et *Pichon.*

Liceat hic in usum Oeconomorum quaedam de TRITICI *vulgaris* varietatibus commemorare; plura alio loco, nisi solertissimus Cerealium cultor, *F. B. Schmidt*, *ὁ δενδρολογος*, quod speramus et optamus, laboros nostros inutiles reddet observationibus suis et doctissimis et utilissimis circa Cerealia. Plures, sub α et β olim ut varietates, et nequidem ut varietates! comprehensas species *genuinas* esse *species* cli. *Host* industria, SCHMIDTII experimentis fulta, jamjam evicit. TRITICI *vulgaris* varietates sequentes olim jam enumeravit *Lamarck Enc. meth.* p. 555.

---

* Confer *G. Bayle-Barelle*, Monografia agronomica dei Cereali. 8. Milano 1809. etiam in *Brugnatelli Giorn.* I. *Ejusd.* Esperienze su diversa specie e varietà di Frumento. *Ibid.* IV. — *Carlo Bellardi*, Saggio botanico-georgico intorno l'ibridismo delle piante, e tre nuove razze di formento ottenute mediante artificiale spuria fecondazione. 8. Milano. 1809. — Trattato botanico-georgico sopra i Frumenti. 8. Udine 1813. et in *Brugnatelli Giorn.* VI. p. 13. 73. 178. *Ejusdem:* Triticorum definitiones atque Synonyma. 8. Utini 1812. *Ejusd.* Sopra alcune specie di Frumenti memorie botanico-agraria. 8. Padova 1807.

Digitized by Google

I. *Spicis glabris maticis:*

a. TR. *vulg. autumnale* spicâ albâ, seminibus aureis. *Tessier* n. 1. (Spiculae parum coarctatae.)

b. TR. *vulg. autumnale* spicâ rufâ, seminibus aureis. *Tessier* n. 2. (Seminà majora quam in *a*, magisque rufescentia.)

c. α. TR. *vulg. autumnale* spicâ albâ, seminibus albis. *Tess.* n. 3. (Semina fere rotunda.)

c. β. seminibus longioribus. (Semina fere transparentia.)

d. α. TR. *vulg. vernum*, spicâ rufâ. (Minus quam *b*, quocum caeterum convenit.

d. β. seminibus quidquam majoribus, culmo graciliore. *Tessier* n. 5.

e. α. TR. *vulg. vernum*, spicâ brevi quadratâ subrufâ. *Tess.* n. 4.

e. β. spicâ albida. (Videtur TRITICUM *compactum*.)

II. *Spicis glabris aristatis:*

f. α. TR. *vulg. autumnale* spicâ rufâ, aristis maturitate deciduis. *Tessier* n. 11. (Semen grande, culmus farctus, glumae glaucae pruinosae.)

f. β. spicâ albâ breviori, culmo minus farcto.

g. α. TR. *vulg. autumnale* spicâ albâ crassâ subquadratâ, aristis partim deciduis. *Tess.* n. 14. (Semen grande, culmus farctus.)

g. β. *vernum* aristis longis rectis, spicâ breviore.

h. α. TR. *vulg. autumnale*, spicâ albâ et rufâ, (latâ) aristis divaricatis persistentibus. *Tess.* n. 8. Variat spiculis pubescentibus.

h. β. aristis rubris divaricatis.

h. γ. *vernum*, spicâ breviore.

i. α. TR. *vulg. autumnale*, spicâ rufâ compactâ, aristis coarctatis rufis. *Tess.* n. 18. (Glumae glaucae pruinosae. Semina magna. An TR. *hordeiforme Host*, quod vernum?)

i. β. spicâ breviore crassiore (simili *composito*).

k. TR. *vulg. autumnale*, spicâ albâ crassâ, aristis nigris, seminibus albis magnis et turgidis. *Tess.* n. 12. (Culmo subfarcto.)

l. α. TR. *vulg. autumnale*, spicâ albâ subgracili, aristis nigris, culmo tenui farcto. *Tess.* n. 13.

l. β. spicâ albâ mediocri, aristis nigris, culmo tenui fistuloso; (glumae nitentes).

III. *Spicis villosis muticis:*

m. TR. *vulg. autumnale*, spicâ muticâ, glumis villosis cinereis, culmo fistuloso. *Tess.* n. 7. (Semina aurea, alterâ extremitate barbata.)

IV. *Spicis villosis aristatis:*

n. α. TR. *vulg. autumnale*, spicâ cinereo-caerulescente villosâ, aristis nigris. *Tess.* n. 10, (Spica gracilis, culmus farctus, semina convexa, aristae saepe maturitate deciduae.)

n. β. aristis griseo-rufis, spicâ minus caerulescente.

n. γ. spicis aristisque cinereo-albicantibus.

o. α. TR. *vulg. autumnale*, spicâ brevi crassâ turgidâ aristatâ rufescente, culmo farcto. *Tess.* n. 15. (TRIT. *turgidum*.)

o. β. spicâ aristisque albicantibus.

Digitized by Google

p. TR. *vulg.*, spicâ crassâ maximâ subsinuatâ longe aristatâ, seminibus duris corneis, culmo farcto. *Tessier* n. 27. (TRIT. *durum.*) Confer etiam *Koeler Gram.* p. 340.

TRIT. *vulgare aestivum textile* in *hort. monsp.* 1813 tanquam notabilis varietas adducitur.

2. T. *hybernum;* spicâ parallele compressâ submuticâ; glumis gibbosis truncatis mucronatis basi coarctato-plicatis, exinde nervo longitudinali obtuse prominente percursis. *Lagasc.* l. c. n. 86. *Willd. Spec.* I. p. 476. *Hall.* l. c. f. 2. TRIT. *vulgare* β *hybernum Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 133. *Host Gram. austr.* III. t. 26. f. 8.

Patria ignota. ♂. Hispanorum: *Trigo chamorro*, *Pelon*, *Toseta* etc.

3. * T. *compositum;* spicâ basi compositâ, spiculis trifloris (turgido-) ventricosis scabris imbricatis aristatis, flosculo terminali sterili mutico. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 133. *Sp. Pl.* p. 477. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 339. *Hall. Hist.* n. 1422. γ. *Host Gram. austr.* III. t. 27. *Trutt. tabular.* t. 368. TRITICUM *Linnaeanum* β. spicâ ramosâ *Lagasca.*

Affine TR. *aestivo*, sed spica crassior, minime disticha, plerumque villosa; aristae longae coloratae. Culmus superne farctus, folia laevia, flaccida. In *Aegypto.* ⊙.

Obs. Sub hac specie plures fere alias in Italia cultas latitare, verisimile est.

4. T. *Linnaeanum;* glumis ventricosis glabris brevibus parvis acutiusculis breviter mucronatis anguste carinatis. *Lagasc. Gen. et Spec. nov. diagn.* n. 88.

Spica plerumque simplex, non raro ramosa (TRITIC. *compositum Linn.*) Glumae ovatae, à basi ad apicem vere carinatae, acutiusculae, nec truncatae, basi minime coarctato-plicatae, quibus notis ab *aestivo* et *hyberno* praecipue differt. *Colitur in Catalaunia praecipue*, *Arragonia*, *Castella veteri*, *et alibi.* — *Redondillo*, *Rodonell*, *Pisana vulgo.* In hâc, et turgido, varietates spicâ compositâ *Racimales* et *Trigos del milagro* vulgo nuncupantur.

5. * T. *turgidum;* spiculis quadrifloris ventricosis pubescentibus imbricatis aristatis, flosculo terminali sterili, calycibus obtusis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 133. *Spec.* I. p. 478. *Hall.* l. c. t. 1. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 338. *Host Gram. austr.* III. t. 28. *Descript. de l'Égypte* t. 14.

Haller pro varietate TR. *aestivi* habuit. Variat calycibus aristatis et muticis. Folia laevia pilis sparsis. Spiculae sericeo-villosae saepius tandem purpurascentes, biseriales. Aristae rutilantes. Habitat? ⊙

Digitized by Google

Obs. In *Descript. de l'Égypte* depingitur TRITICUM *turgidum* β parvis spiculis villosis t. 16. Anne hoc TRITICUM *turgidum* glumis ventricosis pubescentibus brevibus parvis acutiusculis breviter mucronatis anguste carinatis. *Lagasc. Gen. et Spec. nov. diagn.* n. 89. quod Hispanorum *Redondillo* et *Rodonell?* *

6. T. *fastuosum Lagasc.*; glumis utrinque compressis late carinatis mucronatis pubescentibus, spicâ longâ subpyramidatâ: semine tumido. *Lagasca* l. c. n. 90.

Colitur in Hispania meridionali praecipue. Fanfarron. Leucostachya Trecheles, Arisprietos, Arisnegros, Raspinegros, Alonsos, Salmerones, Cascalvos, Finnanos. Chrysostachya Trecheles et Rubiones vulgo audiunt.

7. T. *Gaertnerianum Lagasc.*; glumis utrinque compressis late carinatis glaberrimis mucronatis, spicâ longâ pyramidatâ, semine tumido. *Lagasca* l. c. n. 91.

Colitur in Hispania, praecipue in Estremadura, Baetica, Murcia et Valentia. — Leucostachya Blanquillos, Alagas. Cynostachya Azulejos, Moratos et Xijonas. Chrysostachya Rojales vulgo inter Hispanos audiunt.

8. T. *platystachyum Lagasca*; spicâ opposite compressâ confertissimâ abbreviatâ glabrâ, glumis utrinque compressis late carinatis. *Lagasca* l. c. n. 92.

Colitur in Regno Granatensi. Chapado et Patianchuelo vulgo. Sequenti *cochleari* simillimum: glabritie, immo nitore quodam diversa.

9. T. *cochleare Lagasc.*; spicâ opposite compressâ confertissimâ abbreviatâ pubescente, glumis utrinque compressis late carinatis. *Lagasc.* l. c. n. 93.

Colitur in Granatensi Regno. — Trigo Cuchareta et Patiancho. Spica densissime imbricata, saepe concava, latitudine longitudinem fere aequante. — Aristae secundae.

10. T. *Cevallos Lagasc.*; spicâ pyramidato-teretiusculâ longissimâ glaberrimâ: glumis utrinque compressis late carinatis bidentatis, semine longissimo. *Lagasc.* l. c. n. 94.

Colitur in Regno Granatensi, et alibi per Baeticum. — Trigo Moro vulgo. Spica omnium longissima, 5-7pollicaris, laxiuscula, saepe subarcuata: rhacheos dentibus totis aequaliter lon-

---

* Utrum villi praesentia characterem vere specificum semper et ubique ad Tritici species distinguendas praestet, nondum satis compertum est, cum observationes à nobis hucusque institutae id suadere videantur. Dum vero experimentorum longior series rem in aperto ponit; an TRIT. *Spelta, monococcum* et *aestivum* L. in duas unumquodque sit species dispertiendum, an TRIT. *Linnaeanum* T. *turgido, fastuosum* à *Gaertneriano platystachyum* à *cochleare, Cevallos* à *duro* in Naturae typo probe distincta necne, negotium aleâ plenum, pronuntiamus. *Lagasca.*

Digitized by Google

geque barbatis, barba a sesquilinea ad duas lineas longa. Gluma oblonga, calyce adjacenti 1-2 lineas brevior. Semen oblongum, durum, sex circiter lineas longum, sesquilineam circiter crassum.

11. T. *durum Desfont.*; culmo farcto, glumis pubescentibus aristatis, seminibus duris, spiculis quadriflor s. *Fl. tl.* I. p. 114. Tr. spicâ pyramidato-teretiusculâ longissimâ pubescente, glumis utrinque compressis late carinatis bidentatis, semine longissimo. *Lagasca* l. c. n. 95. Tr. *ativum* β. *durum Pers. Syn.* I. p. 109. Tr. *villosum Host Gram. austr.* IV. t. 6.?

Substantia grani cornea, farinosa fere nulla. Prior panem optimum, haec nigrum, vilem et neglectum suppeditat. *Desf.* In *Barbaria colitur.* ⊙.

Obs. 1. Trit. *villosum Host*; „spicâ distichâ, spiculis aristatis villosis, calycis valvulâ carinâ pilosâ, foliis glabris laevibus" vix diversa videtur. culmi vaginaeque glabri laeves; folia mollia; ligula brevis membranacea denticulata; spiculae longiores internodiis rhacheos tribus, 5-6florae. *Colitur in Austria.*

Obs. 2. Triticum *durum* in regno Granatensi *Trigo Moruno* audit. Vix diversum esse a Trit. *Cevallos*, si villositatem demis.

12. T. *siculum*; spicis undique imbricatis, aristis spicâ triplo longioribus divaricato-patentibus, foliis glabris.

Longitudine aristarum simile sequenti *hordeiformi*, directione vero earumdem (saepe enim aristarum apices pede integro a se distant) et spicâ undique imbricatâ satis diversa. Hujus varietates innumeras colit venerandus senex *Schmidt*, et suo loco fusius describet. *Colitur in Sicilia et per Asiam.* ⊙.

13. T. *hordeiforme Host*; spicâ distichâ, spiculis aristatis, aristis spicâ triplo longioribus, foliis glabris laevibus. *Host Gram. austr.* IV. t. 5. *Tratt. tabular.* t. 367. Tr. *rphinum Dodonaei Hist.* p. 25.

Culmi geniculis tantum subpilosi; folia mollia; vaginae glabrae, spiculae ovatae latae, subquinqueflorae, internodiis duobus rhacheos triplo longiores. *Colitur in Austria.* ⊙.

14. T. *compactum*; spicâ compactâ, spiculis aristatis, internodiis rhacheos brevissimis, foliis vaginisque inferioribus scaberrimis. *Host Gram. austr.* IV. t. 7. *Trattin. tabular.* t. 370. An Trit. *sativum pyramidale Descr. de Egypte* t. 14? ubi et spiculis villosis.

Culmi ad nodos villosi; folia canaliculata laxa; ligula brevis utrinque fasciculo pilorum; spiculae ovatae, latae 3-4florae, nunc brevius, nunc longissime aristatae. *Colitur in Styria.* ⊙.

Digitized by Google

15. T. *atratum;* spiculis bifloris imbricatis pubescentibus aristatis, rhacheos internodiis ad oras pilosis, foliis basi ciliatis. *Host Gram. austr.* IV. t. 8.

Culmi ad nodos tantum pubescentes; folia pubescentia laxa margine aculeolata; vaginae laeves glabrae; spica primum glaucescens, dein purpurascens, serius nigricans. Glumae calycinae pilosae. *Colitur in Austria.* ⊙.

16. T. *Zea Host;* spiculis subquadrifloris remotis muticis aristatisve, duobus rhacheos margine pilosae internodiis spiculâ longioribus. *Host Gram. austr.* III. t. 29. TRIT. *dicoccon Schrank bav.* 389. β. TRIT. *elymoides Hornem.* fide *Balbis Cat. taur.* 1814.

Folia subcanaliculata, superne scabra, margine aculeolata, basi tantum villosa, margine ciliata, ut ligula. Semen dorso impressum. *Colitur in Austria.* ⊙.

β. *Glumae foliaceae:*

17. * T. *polonicum;* spiculis subquadrifloris ventricosis scabriusculis imbricatis aristatis, flosculis binis intermediis sterilibus muticis; corollae valvulis inaequalibus, exteriore ciliatâ. *Linn. Sp. Pl.* I. p. 478. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 133. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 341. *Hall. Hist.* n. 1423. *Host Gram. austr.* III. t. 31. *Trattinick tabular.* t. 372. TRIT. *glaucum Moench.*

Spica inordinata, cinerea, spiculis subtrifloris elongatis longissime aristatis; glumae longiores quam in praecedentibus, fere foliaceae; gluma corollina interior duplo major; semen magnum, longum apice pubescens. *Habitat?* ⊙. AGROPYRUM cum? inseruit *P. de Beauv.*

Obs. Lagasca l. c. n. 96 observat in TRIT. *polonico* (Trigo de Polonia *Hispan.*) Spicam esse subpyramidatam villosam, glumas compressas oblongo-lanceolatas, angustas, carinatas, quinquestriatas, obtusas, brevissime mucronatas, circiter pollicares, duas lineas prope basin latas, valvulâ alterâ spiculam superante; dentes rhacheos tribarbatos, barbam lineam longam. Semen TRITICO *Cerealloe* simillimum, sed paulo brevius.

B. *Semen maturum valvulis calycinis corticatum; rhachis fragilis.*

α. *Spica opposite compressa.*

18. * T. *monococcon;* spiculis bifloris ventricosis imbricatis aristatis, flosculo altero sterili brevissime, fertili longe aristato, valvulis calycinis tridentatis, rhachi barbata. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 85. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 134. *Spec.* I. p. 479. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 340. TR. glumâ monospermâ, valvulis bidentatis, dentibus rectis, semine utrinque compresso. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* n. 82. *Hall. Hist.* n. 1425. *Gott.* I. c.

Digitized by Google

t. 1. f. 17. *Host Gram. austr.* III. t. 32. *Trattin. tabular.* t. 371.

Culmi ad nodos subvillosi, folia superne scabra, ad ligulae ortum ciliato-villosa; vaginae extus ciliatae; ligula brevissima denticulata; spica compresso-disticha aristata, spiculis monospermis subtrifloris; semen arcte corticatum. Variat: spicâ albâ glaberrimâ (*Tess.* n. 24.) et pallide rubrâ pubescente. In *Tauriae campis apricis et ad latera collium Caucasi.* ⊙ et ♂. *Esprilla, Carraon, Escanna Hisp.*

Obs. *Spicam parallele compressam* dicimus, cui ampliora latera rhacheos, idioque spicularum plano parallela: cujus vero ampliora latera spicularum plano contraria glumas depressè imbricatas exhibent, *oppositè compressa* nobis est. *Lagasca.*

19. T. *Cienfuegos Lagasca;* glumâ dispermâ: valvulis subbidentatis, dentibus unguiculatis, semine tumido. *Lagasca* l. c. n. 83.

Colitur in Asturum Principatu una cum TR. *Spelta.*

20. T. *Bauhini Lagasc.;* glumis truncatis dense imbricatis; semine tumido. *Lagasca* l. c. n. 84.

Spica sericea. Spiculae 4-5florae, 2-3spermae. Glumae mucro brevissimus. Rhachis eximie fragilis. *Colitur, in Burgalensi Provincia?*

β. *Spica parallele compressa.*

21. * T. *Spelta;** spiculis trifloris ventricosis scabriusculis aristatis imbricatis, flosculo intermedio sterili mutico, calycis valvulis ovatis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 134. *Spec.* I. p. 478. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 339. TR. glumis valde truncatis striatis distinctis, semine tumido. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagnos.* n. 85. *Hall. Hist.* n. 1424. *Kerner* t. 290. *Host Gram. austr.* III. t. 30. *Trattin. tabular.* t. 369.

Culmi nodis pubescentes; folia sericea; vaginae superne, ut ligula, villosulae; rhachis margine glabra. Spica disticha, spiculae laeves sub-4-florae, rhachis margine glabra. Semen arctissime corticatum. Habitat? ♂. *Willd. Sp. Pl. l. c.* Nos semper ⊙, ut *Host. Escanda Hisp.*

---

* Varietates sequentes enumerat *Lamarck Enc. meth.* II. p. 559. *a.*) spicâ subgracili, glumis laxis et aristatis. — *aa.* spicâ aristisque albis, glumis patentibus, semine longo, culmo fistuloso. *Tess.* n. 21. *aβ.* spicâ barbisque rufescentibus. *Tess.* n. 22. — *b.*) spicâ subgracili, glumis laxis et muticis. *ba.* spicâ albâ. *Tess.* n. 19. *bβ.* spicâ rufescente. *Tess.* n. 20. — *c.*) spicâ compactiore, albâ, planiusculâ, glumis confertis et aristatis, semine longo, culmo gracili. *Tess.* n. 25.

Digitized by Google

C. *Agrestia:*

22. * T. *hispanicum Willd.*; spicâ lineari secundâ rectâ, floribus 6 adpressis subaristatis. *Willd. Spec.* I. p. 479. *Bertolon. pl. Genuens.* p. 25. n. 49. TR. spicâ simplici secundâ, spiculis ovato-acutis sexfloris aristatis alternis. *Viviani Fragm. Fl. Ital.* I. p. 21. tab. XXIII. f. 2. TRIT. *maritimum Linn. Mant.* p. 325 (non *Lamarck*). *Viviani Annal.* I. 2. p. 152. FESTUCA *maritima Linn. Sp. Pl.* 2. p. 110.

„Gramen glaucescens, vix spithamaeum; flores spicati secundi aristis capillaribus. Folia subulata vaginis striatis. In *Hispania. Loefft. It.* p. 44." In *Liguria Bertol.* et *Viviani.*

Obs. Differre a TRIT. *Valleri* spiculis non linearibus, sed ad figuram ovatam etiam immaturo semine tendentibus, flosculorum numero longe minori, spiculis constanter aristatis, staturâ duplo-triplove minore; a *tenello* spiculis non lineari-lanceolatis, valvularum et totius plantae glabritie, aristis longe brevioribus. ⊙. Anne potius BRACHYPODIUM?

23. T. *squarrosum Roth*; spicâ distichâ, spiculis (sub) quadrifloris muticis, approximatis, flosculis binis intermediis sterilibus, fertilibus cuspidatis, calycinis valvulis lineari-lanceolatis margine cartilagineo-incrassatis, culmo adscendente, radice fibrosâ. *Roth N. Beyträge* I. p. 129. TRITICUM *patulum Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 134. TR. *Buonapartis Spreng. I. Nachtr. b. Gart. Halle* 1801. p. 40. TR. *planum Desfont. Cat. paris.* p. 16. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 676. SECALE *pungens Pers. Syn.* I. p 108.

Gramen pedale, spica ovalis squarrosa. Calyces 3-6flori, valvulis lineari-subulatis scabris rigidis. Differt a *prostrato*: vaginis culmum arcte investientibus, nec laxis; ligulâ ovatâ brevissimâ nec oblongâ, lineae fere longitudinis; spicâ majore squarrosâ persistente; spiculis patulis, nec compactis, imbricatis; calycibus patentissimis horizontalibus scabris, nec adpressis glabris. Anne potius BRACHYPODIUM? In *Aegypto.* ⊙.

24. * T. *villosum P. de Beauv.*; spiculis subtrifloris, calycis costis fasciculato ciliatis (glumarum ciliatis villosis, squamis calycinis cuneiformibus). *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 85. SECALE *villosum Linn. Sp. Pl.* I. p. 124. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 132. *Spec.* I. p. 471. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 388. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 73. n. 255. *Sibthorp Fl. graec.* I. t. 97. *Host Gram. austr.* II. p. 35. t. 47. *v. Seenus Reisen nach Istrien* p. 75. HORDEUM *ciliatum Lam. Enc. meth.* IV. p. 604. TRITIC. *caudatum Pers. Syn.* I. p. 110? β. Gramen creticum spicatum secalinum, glumis ciliaribus. *Tournef. cor.* p. 39. *Buxb. Cent.* V. p. 21. t. 41.

Culmi bipedales et ultra glabri; folia lineari-lanceolata, plus minus pubescentia; vaginae glabrae; ligula brevissima, crenulata; spica disticha 1-1½poll., spiculis sessilibus compressis, flosculis 2 inferioribus pedunculatis; glumae calycinae aristâ praelonga, corollinâ exteriore quinquenervi longissimâ. In *Ungariâ*, *Istriâ*, *Galliâ meridionali*, *Taurîâ*, *in Cretae et Zacynthi agris*. ⊙.

Obs. Ill. *Marsch a Bieberst.* β. non ut varietatem distinguit, et monet *Buxbaumii* figuram malam esse, nec plantam hanc ob flosculos alternatim receptaculo proprio impositos sub SECALI militare posse. In herbariis suecanis plantam hanc Sueciae indigenam vidimus nomine ALOPECURI *ruthenici* asservatam.

25. T. *campestre Kitaib.*; spicâ erectâ, glumis calycinis aristatis, rhachi margine pilosâ. SECALE *campestre Schult. Oestr. Flor.* II. 1. n. 437. *Host Gram. austr.* IV. t. 2. sub SECALI *sylvestri*.

In *campis* (*Pusztis*) *Ungariae circa Ketskemet et Kis-Telék*, *nunquam in sylvis*. Rad. biennis; culmi quadruplo minores quam in SECALE *cereali*, superne pilis brevibus; folia supra pubescentia; vaginae superiores dilatatae, iuferiores pilosae; ligula brevissima, erosa pubescens; spica disticha; gluma calycina perangusta, uninervis, margine ciliata longissime aristata; corollina trinervis, carinâ glabrâ, longius aristatâ. Squamae duae late ciliatae circa germen sericeum ♂. nec ⊙.

26. * T. *creticum*; glumis extrorsum ciliatis. SECALE *creticum Linn. Sp. Pl.* 125. *Willd. Spec.* I. p. 472.

Gramen creticum spicatum secalinum altissimum, tuberosâ radice. *Tournef. Cor.* p. 39. hic adduci solitum non huc sed ad HORD. *strictum* pertinet (quod confer) teste *Desfontaines*. Radices nodosae tuberosae; culmi altissimi graciles teretes glabri, foliis alternis angustis acutis striatis; spica solitaria, spiculis sessilibus compressis. In *Creta*, *Corsica*.

27. T. *spinulosum Lagasc.*; glumis aristatis 4-5floris: flosculis inferioribus hermaphroditis aristatis: culmo frutescente. *Lagasc. Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 7. n. 97.

Culmus frutescens, rigidus inferne vaginis foliorum distiche equitantibus vestitus. Folia rigidula, plana, acuminato-subpungentia, denticulato-spinulosa, superiora edentula. — Spica TRIT. *aestivi* similis, subbipollicaris. *Hab. in Hayana. Cl. D. Balth. Boldo legit.* ♄

28. * T. *Aegilops P. de Beauv.*; spicâ cylindricâ, calycibus bidentatis muticis, corollis uniaristatis. AEGILOPS *squarrosa Willd. Spec.* IV. p. 944. *Schreb. Gram.* II. p. 44. t. 27. f. 2. *Buxb. C.* I. t. 50. f. 1? (a clo. *Smith* ducitur ad AEG. *cav[illam]*).

Culmi pedales in[fe]rne procumbentes folia linearia 1½-2 lin., margine et me[di]o incrassata nervo albido, utrinque, supra

magis, pilosa. Ligula brevissima crenulata. Vagina suprema ventricosa. Spica spiculis 10-12 appressis, trifloris. Glumae calycinae ovatae, oblique truncatae, corneae. Aristae glumarum corollinarum in basi spicae minimae, in apice glumâ duplo-triplove longiores. In *Oriente*, *in Georgia*. ☉.

Quid TRITICUM *cinereum Hort. matrit. h. Gorenki.*
— *compressum ejusd. ibid.*
— *molle Host Hort. Gorenk.*
— *Tumonia Schrad.* in *Cat. taur.* 1813-13.

349. AEGILOPS.

1. * A. *caudata;* spicâ aristatâ, calycibus omnibus biaristatis. *Linn. Spec.* II. p. 1489. Gramen creticum spicâ gracili in duas aristas longissimas et asperas abeunte. *Tournef. cor.* p. 29.

Glumae omnes, exceptâ ultimâ, bidentatae. In *Creta*.

Obs. Haec *Linnaeus*. *Willdenow* vero *Spec.* IV. p. 944 definitionem *Linnaei* mutavit in sequentem: „A. spicâ cylindricâ, calycibus bidentatis, dentibus inaequalibus, corollis muticis, floris terminalis valvulis calycinis uniaristatis, aristis spicâ longioribus;" quae definitio, multoque magis a *Willdenow* l. c. subjecta diagnosis: „Ab omnibus speciebus abunde diversa: calycibus spicae bidentatis, dente unico longiore subaristato et flore terminali in aristas spicâ longiores abeunte, quum in reliquis floribus nullae aristae appareant," omnino in A. *cylindricam Host* quadrat, in qua non raro arista valvulae calycis, praesertim in spicae parte inferiore, in dentem fere abit, aristae vero terminales saepe eximie elongantur. Dubiis hisce accedit, quod, in *K. Rec* ed. 2. V. p. 433., AEGILOPS *cylindrica Florae graecae* ducatur ad *caudatam*, nec ad *cylindricam Host*, quae ibidem quoque colitur; quod demum synonymon *Tournefortii* a *Linnaeo* ad *caudatam* allatum a clo. *Smith*, qui huc refert *Burb. Cent.* I. t. 50. f. 1. ad AEGILOPEM *squarrosam* duci solitam, laudetur ad *cylindricam*. Definitio a clo. *Lamarck* data *Enc. meth.* II. p. 346: „A. spicâ elongatâ, calycibus muticis, terminali aristis duabus longissimis rectis," et recepta a *Pers. Syn.* I. p. 107. dubiis dubia addit potius. Confer *cylindricam*.

2. A. *cylindrica Host;* spicâ oblongâ cylindricâ, rhachi margine aculeis scabrâ, corollae valvulâ exteriore submuticâ, calycis valvulis uniaristatis. *Host Gram. austr.* II. p. 6. t. 7. *Willd. Spec.* IV. p. 943. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 352. AEG. *squarrosa Decand. Fl. fr.* III. n. 1655.* (excl. syn. *Schreb.* et *Linn.*) ARG. *caudata Balb. addit.* p. 98. AEG *cylindrica* spicâ cylindraceâ strictâ multiflorâ, floribus inferioribus dentato-emarginatis, summo biaristato. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 72. n. 252. *Sibthorp Fl. gr.* I. p. 79. t. 95. Gramen creticum, spicâ gracili in duas aristas longissimas et asperas abeunte. *Tourn. Cor.* p. 39.

Rad. fibrosa, culmorum foliorumque fasciculos emittens; culmi teretes striati glabri laeves erecti aut basi decumbentes, geni-

Digitized by Google

culati, subinde infracti, pedales et ultra. Folia plana striata scabra, facie pilis raris; vaginae teretes striatae laeves margine ciliatae, ciliis superioribus longioribus, ligulâ brevissimâ truncatâ glabrâ. Rhachis opposite excavata, laevis, alternatim convexa et scabra. Spiculae oblongae, trifiorae, duabus inferioribus hermaphroditis, tertio sterili. „(Spicula summa biflora, flosculo altero masculo *Hit.*)“ Calycis valvulae binae aequales truncatae convexae lineis eminentibus scabrae, inter lineas pilis brevibus inspersae, apice aristâ unicâ, spicularum inferiorum brevi, superiorum glumâ longiore. Cor. valvula exterior oblonga, dorso convexa, lineis quinque scabris, apice trifida, laciniâ intermediâ acuminatâ scabrâ, reliquis 2 obtusiusculis laevibus, in flosculo imperfecto bifida; valvula interior oblonga, apice bifida, margine inflexa, ibique viridis et ciliata. Semen oblongum, facie sulcatum. *Host.* In *apricis ad vias vinearum et agrorum margines Pannoniae, Italiae.* ⊙. In *H. Gorenk.* colitur varietas *taurica* ad ROTTBOELLAS referenda videtur *P. de Beauv.*

3. * A. *ovata;* spicâ ovatâ, glumis calycinis 3-4aristatis. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 408. *Willd. Spec.* IV. p. 942. *Hoel. Gram.* p. 356. *Host Gram. austr.* II. t. 5. *Sibth. Fl. graec.* I. p. 74. t. 93. PHLEUM *Aegilops Scop. Carn.* n. 78. β. A. *geniculata*, culmis prostratis geniculatis, foliis acutis hirsutis, calycibus omnibus 4aristatis. *Roth Catal.* I. p. 121. A. *ovata Brotero Flor. lusit.*

Culmi cespitosi, ½-1pedales, inferne infracti, glabri, simplices, raro ramosi. Folia linearia acuta, plana, glauco- aut pallide viridia, plus minus pilosiuscula, ut vaginae laxae, teretes. Ligula brevissima, pilis longis. Spiculae in spica 3-4; rhachis lata, alternatim plana et flavescens. Spiculae ovatae ventricosae sessiles appressae, tri- rarius quadrifiorae, terminalis plerumque biflora. Glumae calycinae scabriusculae pubescentes nervis albidis, apice aristis tribus, rarius quatuor, pollicaribus. Gluma corollina exterior pubescens, apice aristis duabus, rarius tribus. In *Europa meridionali.* ⊙ et ♂. *Willdenow* AEG. *geniculatam* nec pro varietate quidem habet, ut *Schrader l. c.*

4. A. *triaristata Willd.;* spicâ oblongâ, calycibus omnibus triaristatis, culmis erectis. *Willd. Spec.* IV. p. 943. et hoc teste: AEG. *ovata*, spicâ aristatâ, calycibus omnibus triaristatis *Roth* in *Usteri Annal.* IV. p. 41. AEG. *triuncialis Host Gram. austr.* II. p. 6. t. 6. Spicâ oblongâ aristatâ, calycis aristis binis tribusve longissimis, corollae valvulâ exteriore brevissime aristata. *Lob. Icon.* 34. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 11. t. 1. f. 2.

„*Habitat in Hispania, Gallia, Italia.* Distinguitur facile numero aristarum et forma spicae a praecedente, sequenti adhuc similior, sed aristis aequalibus omnibus triaristatis spicâque oblongâ diversâ. *Willd.*“ ⊙.

5. * A. *triuncialis*; spicâ cylindricâ calycibus inferioribus biaristatis, reliquis triaristatis, aristis florum binorum terminalibus reliquorum duplo longioribus *Willd. Spec.* I. p. 943 et, hoc teste: *Linn. Sp. Pl.* p. 1489. *Gouan monsp.* p. 515. *Kniph. Cent.* XI. n. 1. *Schreb. Gram.* p. 80. t. 10. f. 1. spicâ oblongâ aristatâ, aristis geminis ternisve. *Bauh. pin.* p. 10. *Tournef. Inst.* p. 519. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 12. *Vaill. paris.* t. 17. f. 1. (nec 9.)

„*Habitat in Monspelii, Massiliae, Smyrnae aridis.* ♂. Spica oblonga, aristis flore multo longioribus. Calycis valvulâ alterâ aristis tribus, alterâ duabus. Corollae valvulâ alterâ aristis tribus, altera unicâ. Rad. biennis." *Willd. l. c.* — *Schrader* et *Host* Aegilopem *triaristatam* et *triuncialem* in unam eandemque speciem conjungunt. Citat enim *Schrader Flor. germ.* I. p. 409 ad *triuncialem* suam et Aegilopem *triuncialem Host*, (quam *Willd.* ad *triaristatam* ducit) et *triuncialem Schreb.* cum *Vaillant* t. 17. f. 1. *Host* quoque ad *triuncialem* suum et *Linnaei triuncialem*, et *Schreberi* cum omni synonymia *Schreberianâ* (praeter *Vaillant*) adducit. Et certo *Hostii* et *Schreberi* icones et descriptiones unam eandemque plantam exhibent. Ergo, aut Cl. *Rothii* Aeg. *ovata*, quae a *Willd.* ad *triuncialem Hostii* ducitur, propria est species, et tunc in synonymia excludendus est *Host*, aut Aeg. *triaristata Willd.* et *triuncialis Linn.* (ad quam et Aeg. *elongata Lam. Fl. fr.* n. 1655. et *Koeler Gram.* p. 358 pertinet) jungendae. — Plantae *Hostianae* est habitus Aegilopis *ovatae*, sed culmi altiores, spicae majores cylindraceae, spiculis 5-7 scabrioribus. Ligula brevissima crenulata, haud ciliata. Spiculae oblongae, 3-4florae, flosculi 2 inferiores sessiles, hermaphroditi; ♂ pedicellatus. Arista intermedia saepe minor. Corollae majores, glumâ exteriore fertilium aristis 2 brevissimis, et dente unico laterali. In *agris, vineis, muris Europae australis et occidentalis.* ☉. In *Flora gallica Lamarckii* et *Decand.* tantum Aeg. *triuncialis* adducitur.

6. A. *comosa Sibth.*; spicâ cylindraceâ triflorâ, floribus inferioribus dentato-emarginatis: summo multiaristato. *Sibth. Fl. gr.* I. p. 94. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 72. n. 251.

In *insulis Graeciae frequens.* ☉.

7. A. *ciliaris Koenig*; Genus proprium Manisuri proximum, *Rottlero*, nil contrâ monente *Willdenow act. am. n. c. berol.* IV. p. 210.

Calyx gluma biflora hermaphr. et masc., bivalvis, valvulâ exteriore majore, striatâ, acutâ, alis bifidis retusâ; alae obliquae utrinque valvulae apice adnatae, semilunares rigidae; valvulae margo ciliatus, ciliis rigidis, patentissimis; valvula interiore

Digitized by Google

minore, oblonga, acuta, plana, carinata, marginibus concavis, laevi, rigida. Hermaphr. corolla gluma bivalvis, membranacea, diaphana calyce minor, inclusa. Nectar. squamulae geminae. *Filam.* 3. *Styl.* 2. Masc. coroll. ut in hermaphr. Spurii flores rhachis margini adnati, alterni, oblongi, acuti, appressi, apice prominulo plani, pagina exteriore striati, colorati, interiore inflati, indivisi, longitudine florum fertilium. — Culmi erectiusculi, basi decumbentes, ramosi, gregatim cespitosi, foliis irregulariter implicatis, sanguineis. In *collinis Ind. or.*

350. SECALE.

1. * S. *cereale;* calycibus aristisque scabris, glumis floralibus glabris, orâ denticulatâ. *Willd. Spec.* I. p. 471. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 143. *Hall. Hist.* n. 1421. α. *hybernum Blackw.* t. 424. *Plenck off.* t. 46. β. *vernum Host Gram. austr.* II. t. 48. *Trattin. tabular.* t. 365. γ. *compositum Koel. Gram.* p. 308.

Varietates innumerae culturâ natae, quarum, biennes inter, utilissima S. *cereale Sti Johannis* de qua vide dissert. ill. Comitis *Malabaila de Canal*, et *multicaule.* „*In arena mobili deserti caucasicocaspici, etiam in arena litorali Tauriae prope portum Theodosianum, nec non ad Wolgam circa coloniam Sareptanam, certissime spontaneum, nec aufuga ex cultis.*“ ☉. ♂. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur.* p. 84 qui sic describit plantam spontaneam: „Culmi saepe dodrantales, raro pede altiores; folia inferiora cum vaginis molli villo pubescentia; rhachis utrinque villis candidis barbata; Cal. flosculis cum aristis brevior: glumis subulatis ciliato-scabris; corollae valvulae exteriores conduplicatae carinatae longissime aristatae trinerviae, nervis duobus aristisque scaberrimis.“ An re verâ eadem species cum S. *cereali?* An culta in nostrum vulgare et bienne mutata? Anne hoc SECALE *spontaneum Hort. Gorenk.?* In *Roggeveld*, quod ab illo nomen accepit, sponte nasci, *Thunberg Fl. cap.* I. p. 440. Embryonis evolutionem vid. *Ann. Mus.* XIII. p. 164. t. 13. et s.

Quid? S. *triflorum; P. de Beauvois* invenit *prope Dunkerque.* *P. de Beauvois* et TRITICUM *orientale* huc duxit.

351. ELYMUS.

1. * E. *arenarius;* spicâ erectâ arctâ, spiculis subtrifloris pubescentibus, inferioribus et superioribus geminatis, intermediis ternis calyce ciliato (vix) brevioribus, flosculis muticis, foliis involutis rigidis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 130. *Spec.* I. p. 467. *Koel. Gram.* p. 330. *Smith Fl. brit.* I. p. 152. *Prodr. Flor. graec.* I. p. 72. n. 253. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 401. *Schreb. Gram.* II. p. 85. t. 40. *Flor. Dan.* t. 847. *Mart. Flor. rust.* t. 31. *Engl. bot.* t. 1672. *Svensk bot.* 60. *Host Gram.*

austr. IV. t. 12. TRITICUM *Gmel. Sib.* I. p. 119. t. 25. HORD. *villosum Moench meth.* p. 199. β. spiculis glabris. In *Linn. Fl. suec.* p. 106. 111. SECALE fuit.

Rad. late repens; culmi 3-4pedales glaberrimi; folia erecta, longe acuminata, pungentia, supra sulcata, glaucescentia, subtus viridia glabra, aetate convoluta; ligula brevissima ciliata; spica 1½-2poll.-1ped., compressa, glaucescens, spiculis appressis, rigidis compressis, 3-4-5floris, flosculo supremo plerumque masculo. Valvulae calycinae corollinis majores, lanceolatae, acuminatae, carinâ scabrae, pubescentes, 4-5nerves, ciliatae. Valvula corollina exterior calycinâ latior, magis pubescens, nervis 5-7. In *arenosis Europae ad Lapponiam usque et Sibiriae, inque maritimis insularum Graecarum, ut et Ponti Euxini prope Fanar.* 4.

2. E. *geniculatus Curt.*; spicâ laxâ erectâ demum infractâ, spiculis subtrifloris pubescentibus, inferioribus remotis calyce glabro brevioribus, foliis involutis rigidis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 130. *Linn. Amoen.* VII. 192. t. 2. f. 5. *Curtis Obs.* 46. *With.* I. 134. t. 2. f. 26. *Smith Fl. brit.* I. p. 153. *Engl. bot.* t. 1586. *Descript. de l'Egypte* t. 13.

Affinis E. *arenario*, quocum a *Linnaeo* confusus videtur, et quo altior, gracilior est, foliis angustioribus. Spica 1½-2ped., laxa, floribus distantibus, ad primum vel secundum florum fasciculum angulo acuto demum inflexa et perpendiculariter dependens. Spiculae 4florae. Flosculi mucronati. In *littoribus maritimis Angliae prope Gravesend.* 4.

3. E. *sabulosus M. a Bieberst.*; spicâ erectâ arctâ, spiculis quadrifloris a medio ad basin pubescentibus, ternis quaternisque calyce glabro brevioribus, foliis involutis rigidis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 130. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 81. E. *arenarius Pall. Ind. taur. Habl. taur.* p. 148.

Facies E. *arenarii:* differt foliis spicisque latioribus, spiculis ad singulos rhachis dentes pluribus minus tomentosis, ipsâ rhachi cum calycibus glabrâ. In *arena mobili Tauriae et ad Caucasum.* 4.

4. E. *giganteus Vahl;* spicâ erectâ arctâ, spiculis 6-7-floris pubescentibus senis, summis ternis geminisve calyce glabro brevioribus, foliis involutis rigidis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 130. *Spec.* I. p. 467. *Vahl Symb.* III. p. 10. *Hedwig adumbrat* in *Roem. Collect.* p. 23. E. *racemosus Lam. Illustr.* I. p. 207. (? fide *Pal. de Beauv.*, et *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 546. sine dubio) E. *mexicanus* Dentibus rhachidis tridentatis, bi-tristachyis, corollis muticis. *Cavan. descripc.* p. 314. (fide speciminis missi ab amiciss. *Zea*). E. *macrostachys*, spicâ longissimâ, spicu-

lis quaternis trifloris, flosculo imo sessili, reliquis? pedunculatis, involucro octophyllo subulato floribus longiore. *Sprengel* apud *Schrad. Journ.* 1800. 2. B. p. 196. 4.

Culmus crassitie digiti intermedii; folia stricta; spica 1½ped., inferne crassitie fere 2poll., superne attenuata imbricata, spiculis numerosis. Spiculae pollicares. Calycis valvulae subulatae, spiculis parum longiores glabrae carinatae intus cavae. Flosculus terminalis sterilis, valvulâ exteriore lanceolatâ superne striatâ, medio, ut rhachis, villosa. Dedit D. *Schumacher.*" *Vahl.* Patria, ut nunc scimus, *ex Mexico.* 4.

5. * E. *sibiricus;* spicâ pendulâ arctâ, spiculis (sub) binatis calyce longioribus. *Hort. ups.* p. 22. *Willd. Spec.* I. p. 468. *Schreb. Gram.* I. t. 21. f. 1. *Gmel. Sib.* I. p. 123. t. 28. β. Spiculis ternis. *Gmel.* l. c.

Rad. fibrosa; culmi 4-6ped., teretes, glabri; folia latiuscula acuminata supra et margine scabra, subtus, ut vaginae, glaucescentia; ligulae truncatae; rhachis compressa, pulverulenta, rarius pilosa; spiculae inferiores geminae, mediae ternae, supremae solitariae, subinde fuscescentes; glumae calycis angustae, obliquae, acutae, laeves, costis 3 asperis, aristâ brevi; valvula corollina exterior oblonga, quinquenervis, scabra, acuta, aristâ longiore. In *Sibiria.* 4.

6. E. *racemosus H. paris.;* spicâ pendulâ racemosâ; spiculis subbinatis; foliis striatis glabris. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 546.

Fors tantum *sibirici* varietas; sed differt: spicis longissimis, latioribus, subramosis, ramis brevibus approximatis; spiculae glabrae, pallidissime flavae, 2-3florae, aristâ scabrâ subtortili. *Habitat?*

Obs. P. de Beauv. non recepit. In speciminibus nostris, quorum alterum nomine *philadelphici*, spiculae subquinqueflorae, glumae calycinae lineares, corollinaeque ventricosae aristatae glaberrimae.

7. * E. *tener;* spicâ pendulâ, spiculis trifloris, aristatis, geminatis; foliis planis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 131. *Spec.* I. p. 468. *Linn. Suppl.* p. 114.

Culmus 2ped., laevis, geniculis rubris. Folia laeviuscula s. parum scabra, vaginae laevissimae. Spica E. *sibirico* similis, sed multo tenuior. Involucra alterna tetraphylla, flosculis (praeter aristas) breviora, subulata. Aristae terminales flosculis fere longiores, saepe flexuosae. *Linn.* In *Sibiria.* 4.

8. * E. *philadelphicus;* spicâ pendulâ patulâ, spiculis 6floris aristatis ternatis, foliis planis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 131. *Spec.* I. p. 468. *Pursh Flor. Amer. Sept.* I. p. 89. *Linn. Amoen. acad.* IV. p. 266. *Pers. Syn.* I. p. 107. dubitat, anne *canadensis* β. sit haec species: at *Linnaeus Amoen.* l. c.

Digitized by Google

„Habitus et tota structura simillima E. *canadensi*, sed spica in „hoc omnino apice nutat ultra basin, et in illo spica parum „obliqua persistit. Spiculae in hoc 6- in illo 4florae, et in- „primis spiculae et praecipue intermedia, in hoc latus planum, „uti TRITICUM culmo obvertit, in illo et reliquis latus angu- „latum. Hic aristas minus rectas et parum flexuosas, etiam „tum floret; ille vero rectas habet. Hic spicas magis villosas „quam ille, patulas. Calyx spiculâ dimidio brevior." In *sylvis umbrosis Canadae et Noveboraci.* 4.

9. * *canadensis;* spicâ nutante patulâ, spiculis sexfloris aristatis, inferioribus ternatis, superioribus binatis, foliis planis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 131. *Spec.* I. p. 468. *Linn. Amoen.* III. p. 20. *Moris. Hist.* III. p. 118. S. VIII. t. 2. f. 10.

Differt ab E. *sibirico*, quocum in plurimis convenit: spiculis villosis nec nudis; involucris in aristam exeuntibus longioribus ipsâ spiculâ, demtis aristis, quum in *sibirico* involucrum minus subulatum, sed fere lanceolatum in aristam desinens spiculâ suâ longe breviorem; spicis inferne ternis, in *sibirico* semper binis; spiculis, tum florent, a scapo patulo dehiscentibus, in *sibirico* scapo approximatis. Ad singuli flosculi basin a latere interiore spicularum est punctum s. macula rufo-fusca. Folia hujus rore coerulescente; praesertim subtus, obducta, quod non in *sibirico*. Aristae corollinae fructu maturescente patenti-reflexae, contra ac in *sibirico*. *Linn.* In *Canada*. *Halm.*

10. E. *glaucifolius Muehlenb.;* spicâ nutante patulâ, spiculis sexfloris aristatis geminatis, folii- planis subtus glaucis. *Muehlenb.* ap. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 131. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 89.

Folia latissima, subtus saturate glauca, basi, ut rhachis ad dentes, plerumque e fusco purpurascentia. Glumae corollinae pilosae. In *Virginia*, *Pensylvania* etc. 4.

11. E. *villosus Muehlenb.;* spicâ erectâ, spiculis trifloris aristatis villosis ternatis, calycibus aristatis spiculas superantibus, foliis planis. *Muehlenberg* ap. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 131. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 89. E. *hirsutus Schreb. Herb.* E. *hirtus Hortulan. Mart. erlang.* p. 42.

Rad. fibrosa; culmi 2ped. et ultra, rigidi, glabriusculi; folia scabriuscula; vaginae teretes, pilosae; ligula brevis; spica 1½poll.; valvulae calycinae lineares, sursum pilosae; corollina exterior major piloso-scabra, quinquenervis, aristâ scabrâ calyce longiore. In *aridis petrosis Pensylvaniae*, *Virginiae* etc. 4.

12. * E. *virginicus;* spicâ erectâ, spiculis trifloris aristatis glabris geminatis, calycibus lanceolatis nervosis spiculas aequantibus, foliis planis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 131.

Digitized by Google

Spec. I. p. 469. *Hort. ups.* p. 22. E. flosculis omnibus hermaphr., involucris flosculos crassitie et longitudine superantibus. *Gronov. virg.* p. 13. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 89.

Spica 9poll.; involucrum striatum 4phyllum; aristae spiculâ longiores subpatulae. Facies HORDEI. Spica basi folii vaginâ inclusa? addit *Pers. Syn.* I. p. 107. In *montosis Americae borealis ubique.* 4.

13. E. *striatus Willd.;* spicâ erectâ, spiculis bifloris aristatis, hispidis geminatis, calycibus linearibus nervosis aristatis spiculas fere superantibus, foliis planis vaginisque glabris. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 131. *Spec.* I. p. 470. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 89. β. minor, foliis angustioribus, spicâ aristisque brevioribus. E. *hordeiformis var. Hort.*

Similis *europaeo*, sed involucrorum longitudine satis distinctus. Differt a *virginico:* foliis angustioribus, spicâ breviore et tenuiore, involucris angustioribus elevato-striatis. In *umbrosis Pensylvaniae, Virginiae* etc. 4.

14. * E. *europaeus;* spicâ erectâ, spiculis ternis, 1-2-floris, aristatis, scabris; calycibus lineari-subulatis aristatis spiculas aequantibus, foliis planis glabris, vaginis pilosis. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 132. *Spec.* I. p. 402. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 402. *Smith Fl. brit.* I. p. 154. *Engl. bot.* t. 1317. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 141. *Host Gram. austr.* I. t. 28. *Mart. Flor. rust.* t. 45. TRITICUM *sylvaticum Salisb. Prodr.* p. 27. SECALE *villosum Huds.* ed. I. p. 46. CUVIERA *europaea Koel. Gram.* p. 328. HORDEUM *cylindricum Murr. goetting.* p. 43. HORDEUM *sylvaticum Vill. delph.* II. p. 175. HORD. *europaeum All. ped.* II. p. 60. HORD. *montanum Schrank. Hall. Hist.* n. 1537.

Culmi bipedales, erecti, rigidi, glabri aut scabriusculi, geniculis 3-4. Folia acuminata scabra. Vaginae teretes pilis deorsum versis. Ligula brevissima, glabra, saepius crenulata. Spica 1½-2pollic., viridis, rhachi flexuosâ, haud striatâ. Spiculae pedicellatae, lanceolatae, acutae. Glumae calycinae cujusvis spiculae 2, lineari-lanceolatae, obsolete trinerves, rigidae, in aristam brevem attenuatae. Glumae corollinae lanceolatae inaequales, exteriori majori acutiori, obsolete quinquenervi, aristâ glumâ multo longiore. Variat foliis omnibus nudis, et nonnisi ad oras scabris. „Habitus omnino HORDEI, et involucra hexaphylla, sed flosculi duo." *Marr.* In *sylvis, montanis subalpinis totius Europae, et Caucasi.* 4.

15. E. *crinitus Schreb.;* spiculis unifloris scabris, involucris erectis. *Schreb. Gram.* II. p. 15. t. 24. f. 1. (nec 3). *Host Gram. austr.* I. t. 27. (excl. HORDEO *jubato*).

E. spicâ erectâ ovatâ, spiculis geminis unifloris, involucri foliolis setaceis erectis basi liberis aristâ divaricatâ duplo brevioribus *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 81. n. 209. (excl. syn. HORD. *jubati Willd. Spec.* I. p. 476.) E. spicâ erectâ, spiculis subbifloris scabris longissime uniaristatis, involucro erecto setaceo scabro. *Smith* in *Sibthorp Fl. graec.* I. p. 72. t. 96. E. *Caput Medusae Pall. ined. Schult. Oestr. Flor.* ed. 2. I. p. 234. *Buxb. Cent.* I. p. 33. t. 52. f. 1. HORDEUM *jubatum Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 286. n. 1686ª. H. *crinitum Desfont. Atl.* I. p. 113. Gramen hordeaceum, spicâ aristis longissimis circumvallatâ. *Scheuchz. Agrostogr.* p. 20.

Willdenow videtur in *Enum. H. Berol.* ELYMUM *crinitum* junxisse cum E. *caput medusae*, ut partim ex definitione E. *cap. medusae*, quam dedit: „spicâ erectâ, spiculis bifloris, aristatis, geminatis, calycibus setaceis basi cartilagineo-connexis, aristis rectis duplo brevioribus" partim ex eò patet quod adjecerit: „specimina hispanica ab hungaricis non differunt." Sed differunt certe. In ELYMO *crinitô Schreb.* est: Rad. fibrosa; culmi teretes graciles, glabri, spithamaei; folia lata, supra pilosa, infra glabra, margine scabra; vaginae glabrae, ligula brevis, alba; rhachis compressa carinata, margine scabra; involucrum e foliolis 4 basi coalitis appressis, hirtis, albicantibus, 7 lin. long.; valvula corollina exterior hispida, aristis 3-4pollicari. In *campestribus Tauriae, Pannoniae et circa Smyrnam.* ⊙. Etiam cls. *P. de Beauv.* junxit E. *crinitum* cum HORDEO *jubato* pessimo connubio.

16. E. *intermedius MB.*; spicâ erectâ oblongâ; spiculis geminis unifloris; involucri foliolis setaceis rectis basi cartilagineâ connexis; aristis rectis multoties brevioribus. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 82. n. 210. *Hornem. Hort. Havn.* II. p. 954. Gramen hordeaceum, spicâ aristis longissimis circumvallatâ. *Buxb. Cent.* I. p. 33. Tab. LII. E. *hordeiformis Hortorum.*

Distinctus ab E. *Caput Medusae*, cui proximus, involucris multo brevioribus rectis, nec basi patentissimis; ab E. *crinito* involucris brevioribus basi cartilagineâ connexis, et aristis rectis. Spiculae pubescenti-scabrae et in hoc, et in E. *crinito* et in *capite Medusae.* In *Iberiae deserto Karajocs.* ⊙.

17. E. *pauciflorus Lam.*: spicâ brevi erectâ pauciflorâ; calycibus unifloris aristis longissimis. *Lam. Illustr.* I. p. 207.

Olim colebatur *in horto Trianonensi prope Versailles.* An idem fors cum *intermedio?*

18. * E. *caput Medusae*; spiculis bifloris, involucris setaceis patentissimis. *Schreb. Gram.* II. p. 17. t. 24. f. 2. *Linn. Spec.* I. p. 123. *Willd. Spec.* I. p. 470.

Digitized by Google

Culmus angustus pedalis; spica oblonga, involucra partialia quadriphylla patentissima s. reflexa, setacea, longitudine flosculorum cum eorum aristis. Flosculus uterque aristatus, sed interior omnibus partibus minor. *Linn.* Differt ab ELYMO *crinito Schreb.*: culmo ramoso, foliis subtus pilis tenuissimis aspersis, ligulâ fuscâ; foliolis involucri horizontaliter patentibus, 11/2 poll. longis; valvulis corollinis polline aspersis, nec hispidis; aristâ 21/2 poll. In *Lusitaniae*, *Hispaniae maritimis*, *et in Sta. Fé de Bogotà Americ. meridion.* ⊙.

19. * E. *Hystrix*; spicâ erectâ, spiculis involucro destitutis patentibus. *Linn. Sp. Pl.* p. 124. *Willd. Spec.* I. p. 471. *Jacq. Ic. rar.* II. t. 305. HYSTRIX *patula Moench meth.* p. 295.

A genere ELYMI separandum esse monuit jam *Cavanill. descripc.* p. 50. Genus inde nomine ASPRELLAE (minus fausto, cum *Host. Gram. austr.* IV. p. 17. t. 29 iterum ASPRELLAM dixisset NARDUM *aristatam*) constituit charactere sequente: „spiculae geminatae triflorae. Cal. o. Cor. bivalvis, valvulâ exteriore apice aristatâ. *Sem.* corollâ corticatum. Aptius nomen generi huic *Schreber Gram.* t. 43 dedit: GYMNOSTICHUM *Hystrix* illud dicendo.“ Spica composita ex spiculis 2 ad singulum dentem rhacheos. Spiculae quadriflorae aristis longis. Involucra nulla, sed horum loco calli duo.“ *Linn.* In *Oriente.* ⊙ in *S. P. l. c.* ♂ et 24 *Willd.* in *Enum. H. Berol. l. c.*

20. E. *junceus Fisch.*; foliis brevibus involutis curvis, spicâ erectâ scabrâ, spiculis ternis bifloris, involucro angustissimo subaristato longioribus, calycum valvulâ exteriore breviter aristatâ. *Fischer Mém. de la Soc. des Naturalistes de Moscou* T. I. p. 45. cum fig.

In *Sibiria.*

21. E. *hordeiformis H. paris.*; spicâ disticha brevi, calycibus subtrifloris setaceis flosculis duplo longioribus, flosculis lateralibus hermaphroditis masculisque muticis, intermedii glumâ exteriore longissime aristatâ.

Intermedius ELYMUM inter et HORDEUM, cujus *disticho* maxime affinis, sed parum tenuior, et involucellis longioribus distinctus. Rad. exemplaribus nostris bipedalibus in H. parisino et taurinensi cultis deest. Culmus crassitie H. *distichi.* Vaginae striatae glabrae glaucescentes ut folia utrinque scaberrima, basi ad ligulam brevem truncatam fuscescentia. Rhachis subvillosa. Calycis glumae basi parum dilatatae, pubescenti-ciliatae. Subinde ad basin spicae 4 adsunt flosculi, et tunc intermedii 2 quoque masculi mutici. Gluma corollina exterior glabra, laevis, nonnisi carinâ et margine scabra. *Habitat*?

Quid: 22. E. *pilifer Russ.*; spicâ erectâ, spiculis subquadrifloris; valvulis calycinis rugosiusculis pilosis, involucris diphyllis setaceis. *Russel Beschr. v. Aleppo* II. p. 149.

Quid: 23. E. *carolinianus Walt.*; spicâ erectâ laevi, spiculis involucro aequalibus trifloris, flore intermedio pedicellato sterili, aristis longitudine florum. *Walt. Fl. carol.* p. 82. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 198.

Quid: 24. E. *subulatus Forsk.*; spicâ subulatâ, spiculis unifloris distichis alternis adpressis. *Forsk. arab.* p. 26. *Gmelin Syst. Veg.* I. p. 198.

Calyx corollâ major, unilateralis. In *Aegypto.*

352. ISCHAEMUM.

a. *Spicis geminatis:*

1. * I. *muticum*; foliis lanceolatis, floribus muticis. *Retz Obs.* VI. p. 34. *Linn. Spec.* p. 1487. *Willd. Spec.* IV. p. 939. *Lam. Illustr.* t. 839. n. 1. *Rheede malab.* XII. p. 91. t. 49.

Spica bipartita imbricata pedunculis alternis simplicibus bifloris angulatis culmo adpressis. Flos alter singulum pedunculum terminans hermaphr. ex calyce biglumi unifloro; alter s. inferior androgynus, basi exteriori unicuique pedunculo sessilis insertus ex calyce bivalvi, duriusculo, longitudine flosculorum, continente alterum masc., alterum foem. Pistillorum stigmata crassa, barbata. Pedunculus spicae foliis vestitus. *Linn.* In *India orientali.* ♃.

2. I. *filiforme Willd.*; foliis filiformibus, corollae aristâ tortili elongatâ. *Willd. Spec.* IV. p. 940. et, hoc teste, I. *aristatum Thunb. Prodr.* I. p. 21.

Poiret I. *filiforme Willd.* et *aristatum Thunb.*, ut species, dubias licet, distinguit. *Thunberg* in *Flora cap.* I. p. 418 praeter: „seminibus aristatis" nihil addit, et citat tantum: I. *aristatum Linn. Syst. Veg.* XIV. p. 906. et *Spec.* p. 1487, neque monet, utrum in *Syst. Veg.* XV. p. 947 rite sit cum I. *imberbi Retzii Obs.* VI. p. 35 junctum, aut utrum, quod vix videtur, *Willdenow*, cui dubia planta, in *Spec.* IV. p. 940 recte ab ISCH. *aristato Retzii*, ad quod tamen ISCH. *aristatum Spec.* p. 1487 ducit, illud disjunxisset. Jam quomodo *Willdenow* in *Spec. plant.* IV. p. 940 definitionem plantae, quam non viderat, permutare, novumque nomen eidem indere, et plantam aliam, quam pariter non viderat, eidem sine dubio adjungere poterat, non intelligimus: neque *Thunbergii* in re tam dubia silentium. *P. de Beauv.* ISCH. *aristatum* (quod confer) MEOSCHIIS inseruit. ISCHAEMO *filiformi Willdenow promontorium b. spei* pro patria assignat, ut *Thunberg* ISCHAEMO *aristato*, quod, fide *Linnaei*, *in China* habitat.

3. I. *rugosum Salisb.*; foliis lanceolatis, glumis sterilibus intermediis exterioribus transversim rugosis, fertilibus,

Digitized by Google

masculis, femineâque alterâ aristatâ, rhachi ciliatâ. *Willd. Spec.* IV. p. 940. *Salisbury Ic.* p. 1. t. 1.

In *India orientali*, *Onosae*, *ad margines oryzetorum.*

4. I. *murinum Forst.*; foliis lanceolatis, calycibus aristatis, corollis masculis muticis, femineis aristatis, aristâ geniculatâ, rhachi ciliatâ. *Willd. Spec.* IV. p. 940. I. spicâ bipartitâ calyce seminibusque aristatis. *Forst. prodr.* n. 384. *N. Act. Ups.* III. p. 185.

In *insula Tanna.*

b. *Spicis simplicibus:*

5. I. *fragile Br.*; spicâ tereti, solitariâ, simplici, aristatâ; rhacheos articulis pedicellisque obovatis ventricosis intus concavis membranâque scariosâ tectis; aristâ glumae interioris setaceâ brevi; perianthii geniculatâ elongatâ; foliis pubescentibus, geniculis barbatis. *R. Brown Prodr.* I. p. 205.

In *novae Hollandiae littore orientali septentrionali intra Tropicum.*

6. I. *laxum Br.*; spicâ solitariâ simplici aristatâ subnutante, rhacheos pedicellique angulis barbatis; glumis submembranaceis nervosis glabris; pedicellatâ biflorâ; flosculis majusculis muticis. *R. Brown Prodr.* I. p. 205.

Cum *fragili.*

7. I. *Rottboellioides*; spicis filiformibus glaberrimis laevibus alternatim fasciculatis; foliis ciliatis, geniculis imberbibus. *Brown Prodr.* I. p. 205.

Planta media ISCHAEMUM inter et ROTTBOELLIAM, huic tamen habitu propius accedens; forsan distinctum genus efformare debet, omnia enim ISCHAEMA genuina aristata. *Hab. cum fragili.*

8. I. *melicoides Koenig*; spicâ simplici secundâ multiflorâ, corollis basi barbatis aristatis, aristis rectis. *Willd. Spec.* IV. p. 941.

Caulis 1-*2*ped. basi ramosus; folia angusta graminea. Vaginae striatae orificio barbatae. Spica 3-4poll., terminalis tenuis. Cal. sessilis bivalvis triflorus, valvulis lanceolatis nervo viridi. Corollae masculae et hermaphroditae bivalves, valvulâ exteriore apice bifidâ. Flos intermedius sterilis lanceolatus apice aristatus. In *India orientali.*

Obs. Hottler apud *Willd. act. am. nat. curios. berol.* IV. p. 213. CHLORIDIS speciem esse credit, spicis secundis, spiculis sessilibus, alternis, appressis, omnibus aristatis. Calyces bifiori hermaphrod. et masc., cum rudimento intermedio pedicellato. Gluma bivalvis, valvulae membranaceae, exterior interiore plus duplo major, corollae basi pilosae. Flos hermaphrod. interior sessilis, masc. breviter pedicellatus. Valvulae corollarum rigidae, scabrae, praesertim exteriores aristatae. Rudimentum e valvulis duabus parvis.

Digitized by Google

9. I. *hispidum H.* et *B.;* foliis vaginisque piloso-scabris; paniculâ verticillatâ coarctatâ strictâ ramis fasciculatis, inferioribus distantibus; glumis calycinis trinerviis; flore hermaphrodito aristato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 165. ANDROPOGON *hispidus Willd. Spec.* IV. p. 908.

Rad. fibrosa; culmus erectus, 3-(5 *Willd.*) ped., striatus, glaber (inferne ramosus *Willd.*). Nodi pubescentes. Folia linearia acuminata plana rigida striata utrinque piloso-scabra, (1½ped. et ultra. *W.*) Vaginae praecipue apicem versus pilosae, (striatae *W.*) Ligula brevissima, pilosa. Panicula 9-10poll., (6poll. *Willd.*) ramis verticillatis adpressis triquetris glabris spicaeformibus, (spicis 1-2poll. *Willd.*) verticillis approximatis inferiore distante, internodio inferiore 3poll., superioribus pollicaribus. Rhachis sulcato-angulata, glabra. Spiculae breviter pedicellatae. Glumae calycinae lanceolatae acuminatae trinerviae concavae scabrae purpurascenti-virides, dorso scabrae, inferior triplo brevior. (Pedicelli et calyces asperi dorso, nec barbati *Willd.*) Hermaphroditi valvulae duae, convolutae ut in STIPA, hispido-scabrae, basi pilis brevibus, fuscescentes, subaequales, inferior aristâ tortili geniculatâ, valvulâ quintuplo, glumâ calycinâ superiore duplo longiore. Masculus hermaphrodito duplo longior; valvulae 2 corollae lanceolatae obtusae trinerviae membranaceae virides inaequales, inferior glumam inferiorem subaequans, superior duplo brevior. In *temperatis novae Andalusiae prope Cumanacoa et coenobium caripense; in frigidis Antisanae prope rupem Chussulongo.* 2.

10. I. *importunum Lour.;* paniculâ coarctatâ, corollis univalvibus. *Lour. Fl. cochin.* II. p. 749. *Poiret Enc. meth. Suppl.* II. p. 794.

An hujus generis? Radices simplices longissimae profunde descendentes articulatae albidae tenacissimae; culmi 3ped., recti, teretes, fistulosi, crassiusculi; folia brevia subulata alterna; panicula recta flosculis glabris ovatis minimis muticis. Cal. biflorus, bivalvis; flosculo altero hermaphrodito, altero masculo. *Pestis agrorum in Cochinchina.* 2.

Huc cum? retulit *P. de Beauvois:*

ISCHAEMUM *ciliare*, quod et cum? inter MEOSCHIA, et in textu sine dubio ARTHRAXIS inseruit.

ISCHAEMUM *imberbe*, quod iterum ad MEOSCHIA, ut

ISCHAEMUM *villosum*.

ISCHAEMUM *involutum* quod cum? huc retulit, est THUAREA *involuta*.

Quid: ISCH. *scariosum Walt.;* spicis filiformibus, floribus acuminatis extantibus laevibus. *Walt. carol.* p. 249. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 177.?

Digitized by Google

353. ROTTBOELLIA.

1. R. *laevis Retz*; pedunculis longissimis, spicâ flosculis binatis lateralibus, calycibus ovatis impunctatis laevibus. *Retz Obs.* III. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 465.

Culmi adscendentes, ad secundum tertiumve nodum tantum foliosi, reliqui nodi vaginis tecti unde pedunculi tres quatuor ultra pedales; folia brevia carinata ad vaginae faucem pilosa; spica simplex recta articulata, ad singulum articulum spiculae duae laterales alternae; valvula exterior calycis obliqua, ovata, cartilaginea, interior tenuis membranacea, ut corolla. In *Tranquebaria.*

2. R. *Thomaea*; spicâ filiformi rectâ utrinque imbricatâ *Willd. Spec.* I. p. 464. R. spicâ subulatâ rectâ compresso-planâ, culmo compresso, foliis bifariis pilosis. *Roxburgh Corom.* II. t. 133. ROTTBOELLIA *pilosa Willd. Spec.* I. p. 465. NARDUS *Thomaea Linn. Suppl.* p. 105. *Smith* in *Linn. Transact.* I. p. 116.

Planta dubia, a Linnaeo filio sequentibus descripta: Folia in cespitem nata, bipollicaria, setacea, alterna: Culmi bipollicares; spicae terminales, sessiles, solitariae, teretes, erectae, flavescentes, flosculis immersis, vix conspicuis. In *Tranquebariâ ad montem Sti. Thomae*, *Koenig. Willdenow* ROTTBOELLIAE *pilosae* suae, quae cum ROTTB. *Thomaea* pro eâdem specie habetur, sequentem dedit definitionem et descriptionem: „R. spicâ simplici subulatâ foliis pilosis breviore, culmo foliorum vaginis tecto.“ — Minutissima hujus generis species. Gramen totum pollicare, vix ultra. Culmi simplices foliorum vaginis dense tecti, plures e radice. Folia lineari-canaliculata, pilis sparsis, ratione plantae longis. Spica solitaria terminalis. In *Malabariâ*, *prope diversorium D. Andr. Ross. Koenig.* *

* *Obs.* Speciem sui generis esse inter MICROCHLOAM et HEMARTHRIAM ponendam ob spicam bifariam inarticulatam, flosculis excavationibus rhacheos immersis; ob glumam univalvem unifloram; ob perianthium inversum. *R. Brown Prodr.* I. p. 208. NARDUM *Thomaeam Enc. meth.* n. 6. esse eandem cum N. *pilosa Willd.* testatur *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 719.

3. * R. *compressa*; spicâ compressâ subulatâ, glumâ calycinâ lanceolatâ planâ indivisâ. *Linn. Suppl.* p. 114. *Retz Obs.* III. p. 12. *Willd. Spec.* I. p. 465. R. *tripsacoides Lam. Illustr.* p. 205. t. 48. f. 1. B. cum? *Pers. Syn.* I. p. 106, sine? *P. de Beauv.*, addens SACCHARUM *tripsacoides.* ROTTBOELLA *Tranchelli Gmel. S. V.* I. p. 197. HEMARTHRIA *

* HEMARTHRIAE genus, a clo. *R. Brown* constitutum differt a ROTTBOELLA, spicis compressis ad articulationes non fragilibus, valvulâ interiore calycis rhachi agglutinatâ. Jungit H. *compressae* aliam speciem, quae:

H. *uncinata*, acumine glumae interioris solutae hamato. *R. Brown Prodr.* I. p. 207.

Digitized by Google

compressa R. Brown, glumarum acuminibus strictis, *Prodr.* I. p. 207.

Poiret plantam *Linnaei* et *Retzii* cum? ducit ad R. *tripsacoidem Lam.* (spica subcompressâ secundâ, flosculis ad sinus rhacheos solitariis, folio acuto convoluto) ob calycem univalvem, monetque vix ad ROTTBOELLIAE genus spectare ob fructificationem PANICIS propinquiorem et habitum TRIPSACI. In *Suppl.* IV. p. 719 vero annuit, omnino eandem esse *tripsacoidem* et *compressam*. Culmi mediae altitudinis, foliis vestiti planis plicatis convolutisve, 2 lin. latis, fere distichis, acutis. Spica recta, subcompressa, solitaria aut plures simul, subulata, flosculis fere unilateralibus, sessilibus, solitariis. Calyx valvulis 2 acutis, tertiâ ad basin minimâ. — *Poiret* de *Lamarckiana*, quae in *Sierra Leona*. *Linnei* planta *in Indiis*.

4. R. *stolonifera*; culmis repentibus, articulis stoloniferis; spicis brevibus subincurvatis (fere planis) calyce bivalvi bifloro, glumis calycinis valde inaequalibus. *Poiret Enc. meth.* VI. p. 310.

Anne ad HEMARTHRIAS? (spica non tantum compressa, sed et plana. — Culmi toti quanti prostrati, longissimi, repentes, stoloniferi; folia ex articulationibus brevia, imbricata, mediocris latitudinis, acuta, complicata, caulina quidquam convoluta, e quorum medio culmi brevissimi, 1-2poll., firmi, compressi, fere angulati, terminati spicâ parvâ, fere planâ, rhachi articulatâ, subflexuosâ, angulatâ, spiculis alternis sessilibus immersis; calycis valvulae albidae transparentes; exterior brevis, fere rotunda, interior lanceolata, obtusa; flosculus alter major hermaphr., alter, ut videtur, sterilis, valvula corollina utraque dura coriacea concava laevis acuta. In *Porto-Ricco*. *Ledru*.

5. R. *hirsuta Vahl*; spicâ subulatâ hirsutâ, flosculis hermaphroditis patentibus, sterilibus pedicellatis adpressis. *Vahl Symb.* I. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 465. *Descript. de l'Egypte* t. 14. TRITICUM *Aegilopoides Forsk. descr.* 26. n. 94.

P. de Beauv. cum? huc posuit, cum flos sterilis pedicellatus sit. Culmus pedalis et ultra, rami floriferi interdum plures ex uno geniculo. Folia involuta rigidiuscula 2poll., apice flavescentia, ultimum spathaceum, vaginis subsulcatis, fauce barbatis. Spica solitaria, 3-4poll., hirsutie sericea tecta, excepto latere cavo, dentibus bifloris rarius trifloris, flore sessili patente, pedicellato appresso. Glumae calycinae ovatae bifloras, valvula exterior plana ovata, pilis longis ciliata, acumine bifido, laciniis inaequalibus; interior dorso et apice pilosa. Corolla altera masc., altera hermaphr. In *Aegypto*. 2.

6. R. *villosa Poiret*; foliis margine scabris, glumâ calycinâ bivalvi, biflorâ; flosculis sterilibus pedicellatis; fer-

Digitized by Google

tilibus sessilibus aristatis; rhachi basi articulorum villosâ. *Poiret Enc. meth.* IV. p. 312.

Affinis quidem R. *hirsutae*, sed differt, praeter characteres datos, foliis planis, pilis rhacheos brevioribus. Culmi graciles, 1-2-ped., laeves, teretes, ramosi, foliis toti vestiti planis angustis acutis glabris 1 lin. latis; vaginae longae acutae, ligulâ fuscâ, obtusâ bifidâ. Spicae 3-4poll., graciles; flosculus alter sterilis rhachi appressus, alter patens. Calycis valvulae ovatae subaequales rigidae, exterior patens. Valvulae corollae flosculi fertilis inaequales, exterior aristata; semina fere cylindrica. In *India Commerson.*

7. R. *pilosa Roth;* calyce bivalvi, spiculis subtrifloris submuticis, flosculis basi pilosis, foliis convoluto-setaceis vaginisque pilosis, culmo setaceo. *Roth nov. plant. Spec. Ms.*

Habitus LOLII, sub quo nomine accepit cls. *Roth.* An proprii generis ob corollas basi pilosas? In *India orient. Heyne.*

8. R. *Coelorhachis Forst.;* spicâ tereti unilaterali, flosculis geminis, altero pedicellato, calyce bivalvi. *Forst. Prodr.* n. 49. *Willd. Spec.* I. p. 466.

Exaltatâ major, caeterum vix diversa. In *Insulâ Tanna.*

9. * R. *complanata Swartz;* spicâ dimidiatâ compressâ, sinubus rhachidis 5floris. *Swartz* in *Mag. amic. nat. cur. berol.* IV. 1810. p. 89. t. 5. PANICUM *dimidiatum* spicâ dimidiatâ secundâ, rhachi lineari membranaceâ, extus flosculis aggregatis. *Linn. Syst. Veg.* XIII. p. 90. *Willd. Spec.* I. p. 339. P. spicâ dimidiatâ secundâ, spiculis 5floris, rhachi excavatae alterne appressis. *Retz Obs.* VI. p. 23. *Burm. Ind.* p. 25. t. 8. f. 5. (t. 17. f. 3. huc refert *Swartz*).

„Rhachis dilatata, alternatim ad spiculas dente excisâ ac si folium esset adglutinatum. Spiculae flosculis 5. Cal. singuli flosculi lanceolatus, valvulâ extimâ minutâ obtusâ.“ *Linn.* „Hoc est P. *dimidiatum Equ. a Linné*, longe ab illo gramine diversum, ex quo ROTTBOELLIAE speciem fecit *Linnaeus* junior, monente dudum opt. *Hoenig* in *litt.* ad ill. *Schreber.* Hoc ergo in systemate vegetabilium restituendum.“ *Retz. l. c.* ROTTBOELLIAM esse, nec PANICUM *Swartz l. c.* (ubi plura de generis charactere *) evicit. Culmus altior et ramosior quam in R. *dimidiata* habitu simillimâ, vaginae fere laxiores, folia plerumque latiora; pedunculi spicarum minus incrassati; rhachis plana minus dilatata leviter flexuosa, matura subconvexa, articulis magis distinctis, denticulo adpresso marginali; flosculi 5 parum minores in sinubus marginalibus articulorum alternatim sessiles in rhachide partiali flexuosâ triquetrâ, angulis

* Characterem generis ROTTBOELLIAE sequentibus posuit: *Rhachis* articulata, articulis oblongo excavatis sinubus flosculos solitarios s. plures includentibus.

Digitized by Google

ciliatis praesertim ad basin flosculorum; flosculi in meo specimine obtusiusculi laeviores, in Retziano acutiores, valvulis striatis, apice ciliatis. Gluma 1flora. Hermaphroditum inter et masculum setula longitudine valvularum erecta compressa, apice subinde ciliata, quod non in R. *dimidiata;* partes floris hâc minores licet paullo. Rhachis minus crassa per articulos discedens, semina glumis inclusa foventes. In *India orientali, insula Franciae Borboniae.*

10. * R. *dimidiàta;* spicâ dimidiatâ compressâ, sinubus rhachidis bifloris. *Swartz Mag. am. nat. cur. berol.* IV. 1810. p. 89. t. 5. R. spicâ dimidiatâ compressâ lineari, latere exteriore aggregato flosculoso, interiore laevi nudo. *Linn. Suppl.* p. 114. *Syst. Veg.* XV. p. 129.

Rad. lignosa, torulosa repens, radiculis filiformibus rigidis. Culmus adscendens, saepe subdivisus, tereti-compressiusculus, foliosus; vaginae laxe distichae equitantes striatae glabrae; folia linearia, carinata, apice rotundato-obtusa, glabra; spicae e vaginis terminalibus et lateralibus pedunculatae, pedunculis saepe incrassatis; rhachis dilatato-subcompressa articulata, antice flosculosa, postice nuda. Articuli ad marginem rhachidis utrinque oblonge excavati. Flosculi bini, rarissime plures, trigoni, sinubus rhachidis excavatis insidentes, uno sessili, altero ad marginem extus pedicellato, pedicello trigono, denticulo minuto ciliato sub flosculo. Gluma bivalvis, valvula exterior brevis subretusa albida crenulata, interior ovata acuminata striata basi gibba. Cor. hermaphroditi gluma bivalvis, valvulâ lanceolatâ, concavâ interiore planâ. Antherae luteae. Stigmata plumosa purpurascentia. Cor. masculi gluma bivalvis, valvula exterior cartilaginea lanceolata concava striata, interior dimidio minor tenerior inclusa. Antherae interdum desunt. Rhachis post florescentiam incrassata, duriuscula, sinubus vacuis persistens. In *Africa, Guinea ad Cap. b. spei inque Jamaica in pascuis montium excelsorum, et Brasilia* unde nomine RADULAE legit *Commerson.*

Obs. Huc potius, quam ad praecedentem videtur spectare *Thunb. Prodr.* p. 23. *Fl. cap.* I. p. 439. R. radice repente, culmis decumbentibus, vaginis compressis, foliis obtusis, spicis solitariis, rhachi lineari flexuosâ, hinc tantum foveolato-floridâ. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 60. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 88. ISCHAEMUM *secundarium* spicis subsecundis, floribus receptaculo innidulantibus. *Walt. carol.* p. 249.

11. * R. *exaltata;* spicâ tereti-filiformi undique flosculosâ, glumis ovatis obtusis, vaginis punctato-hirsutis. *Linn. Suppl.* p. 114. *Willd. Spec.* I. p. 466. R. spicis teretibus undique flosculis imberbibus, glumis obtusis, exteriore hermaphroditâ enervi rhachibusque scaberrimis, masculâ nervosâ scabriusculâ, foliis vaginisque strigoso-pilosis. *R. Br. Prodr.* I. p. 206.

Eandem esse cum STEGOSIA *cochinchinensi Loureir. cochinch.* I. p. 206 affirmat *R. Brown* (fide speciminis auctoris in *Herb.*

Digitized by Google

Banks.) et CYMBACHNEN fors esse *Retzii P. de Beauv.* cum? — „Gramen altum, culmo solido farcto. Vaginae foliolorum sulcatae punctatae, punctis elevatis setâ terminatis, unde hispidae. Spicae solitariae laterales palmares et ultra.“ In *Indiis, et nova Hollandia.*

12. R. *fasciculata;* spicis axillaribus aggregatis teretisubulatis arcuatis, floribus quadrifariam dispositis. *Desfont. Fl. atl.* I. p. 110. t. 36. *Lam. Illustr.* I. n. 1139. ROTTBOELLA *altissima Poiret voy. en Barb.* II. p. 195. Hanc eandem speciem accepimus et a cel. *Thunberg* nomine ROTTB. *articulatae,* et a cl. *Tenore* R. *spathaceae* nomine. LODICULARIA *fasciculata P. de Beauv. Agrost.* p. 108. Tab. XI. f. 6. *

Certe distincta a ROTTBOELLA s. OPHIURO *cylindrica*, licet dubitet cl. *Schrader Journ.* 1799. B. I. p. 345. — Culmi recti, saepe basi ramosi, 2-4ped., laevissimi, nodosi, subflexuosi, subcompressi, angulati, fere canaliculati; folia glabra, flexilia, 2 lin. lata, vaginis laxis, internodiis brevioribus; spicae ex axillis foliorum superiorum 2-6, 4-5 poll. longae, glabrae; rhachis quadrangula sulcis 4 profundis; pedunculi singuli basi ochreâ. Valvula calycis dura, coriacea, ovata, acutiuscula, uniflora; corolla bivalvis brevior, valvulis membranaceis. Nectaria maxima, opposita, apice subtrilobata. In *Hispania, circa Malaccam vulgaris. In Africa boreali circa bastions de France.* 2.

13. S. *muricata Retz;* spicis longe pedunculatis teretibus, calycibus ciliato-aculeatis, foliis obtusis. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersb.* T. II. 1810. t. 7. *Willd. Spec.* I. p. 466. *Retz Obs.* III. p. 12. AEGILOPS *muricata Retz Obs.* II. p. 27.

Spithamaea. Rad. repens; culmus ascendens, glaber, angulatus, vaginis foliorum cinctus; folia unguicularia striata, patentia obtusissima glabra vaginis flaccidis. Spica secunda terminalis. Calyces glabri (leviter pubescentes *Retz.*) ovati margine horizontali latiusculo scarioso ciliato-aculeato, plerumque biflori: inferiores (steriles) bifidi vix ciliati. *Spreng.* In *India orientali.* ⊙.

14. R. *sanguinea Retz;* paniculae spicis aristatis alternis simplicibus pedunculatis, florum bracteâ laterali ciliatâ. *Retz Obs.* III. p. 25. *Willd. Spec.* I. p. 467.

---

* LODICULARIAE genus sequentibus constituit cel. *Palis. de Beauvois:* „Culmus ramosus: spicae plures simplices alternae aut fasciculatae, articulato-dentatae: Locustae sparsae. Glumae biflorae, floseulis longiores. *Flosc. inf. neut.* unipaleaceus, *super.* hermaphroditus. Palea inferior coriacea, superior membranacea. Squamae *maximae oppositae,* apici subtrilobatae. Ovarium squamis brevius, subbirostratum. Stylus bipartitus. Stigmata subaspergilliformia. Semen — — — *Pal. de Beauv. Agrost.* p. 108. t. 21. f. 6.

Digitized by Google

Habitus ANDROPOGONIS; culmi semicylindrici, foliosi, geniculis superioribus vaginis tantum dilatatis vestiti, e quibus spica filiformis pedunculo vaginâ incluso; spiculae alternae, sessiles; calyx uniflorus, valvulae obliquae laterales, exterior semicylindrico-subulata cartilaginea, interior tenuissima alba striis rubris. Valvula corollae exterior sanguinea, interior alba, lineis 2 sanguineis, bifida. Antherae et stigmata purpurea. In *China*.

15. R. *digitata Sibth.*; spicis terminalibus fasciculatis, rhachi angulatâ scabrâ, glumis acuminatis, foliorum vaginis pilosis. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 71. n. 249. *Sibth. Flor. graec.* t. 92.

Culmi 2-3pedales, ramosi, teretes, glabri. Folia pedalia, plana, glauca, supra scabra, vaginis punctato-scabris. Spicae pedales. Rhachis flexuosa, articulis striatis, bifloris. In *Bithynia, in itinere Olympum versus legit Sibthorp.* 2.

16. R. *formosa Br.*; spicâ tereti undique flosculosâ, articulis glumisque exterioribus hermaphroditi sericeis, neutris glabriusculis vacuis. *R. Brown Prodr.* I. p. 206.

Ad littora novae Hollandiae intra tropicum.

17. R. *perforata Roxb.*; spicâ tereti undique flosculosâ, rhachi perforatâ; vaginis foliorum tomentosis. *Roxb. Coromand.* t. 182.

Culmi tri-quinquepedales. Folia glabra, margine hispida, vaginis tomentosis. Spicae axillares longissime pedunculatae 3-6-unciales, flosculis inferioribus oppositis, superioribus alternis. In *graminosis Malabariae*. An hujus generis?

354. THELEPOGON.

1. T. *elegans Roth nov. pl. spec. Ms.*

Ne confundatur cum ISCHAEMO *rugoso Gaertn. de fruct. et sem. Suppl.* I. *p.* 1. t. 181. *fig.* 1. In *India orientali.*

355. XEROCHLOA. *

1. X. *imberbis;* spiculis subulatis parum curvatis, valvulâ interiore flosculi masculi glabrâ. *R. Brown Prodr.* I. p. 197.

In *novae Hollandiae littore orientali et septentrionali inter tropicum.*

2. X. *barbata*; spiculis lanceolatis strictis, valvulâ interiore flosculi masculi barbatâ. *R. Brown* l. c.

Cum imberbi.

---

* Gramina perennia juncea arida (unde nomen) glabra; folia subulata stricta, ligulâ brevissimâ; vaginae culmum terminantes alternae spathaceae, singulas includentes spiculas 2-4 abbreviatas pauciflorae. *R. Brown* l. c.

356. LEPTURUS.

1. L. *repens Br.*; foliis subdistichis, spicis filiformibus, ramis adscendentibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 339. *Brown Prodr.* I. p. 207. ROTTBOELLIA *repens:* spicâ tereti subulatâ, glumâ calycinâ univalvi indivisâ. *Forst. Prodr.* n. 151. *Willd. Spec.* I. p. 465.

Culmi repentes, articulati, ramosi; rami foliosi, folia linearia, margine parum involuta, ad oras vaginae villosa; spicae acutae glaberrimae, rhachi fragili ad genicula, recipiente ibidem spiculam parvam unifloram aut bifloram. Calycis gluma acuminata, internodiis longior, cartilaginosa, glaberrima; flosculus tertius abortivus aut in medio hermaphroditorum, ubi duo, aut ad latus, ubi unicus; valvulae corollinae muticae, calyci inclusae. In *sabulosis ad littora novae Hollandiae.* — Huc forte spectare R. *incurvatam* et *filiformem*

357. MEOSCHIUM.

1. * M. *aristatum P. de Beauv.*; foliis lanceolatis, flosculis nudis, calycis sessilis valvulâ exteriore utrinque binodulosâ, corollâque aristâ tortili elongatâ. ISCHAEMUM *imberbe Retz Obs.* VI. p. 35. *Pers. Syn.* I. p. 106. ISCHAEMUM *aristatum Linn. Spec.* 1487. *Willd. Spec.* IV. p. 939. Huc, et iterum cum? inter ISCHAEMA posuit *P. de Beauv.*

„Structura spicae et florum omnino eadem cum ISCHAEMO *mutico*, at culmus altior, spica longior et pedunculus spicae nudus. Semina aristâ intortâ, flosculis longiore.“ *Linn.* In *China et in India orientali.* ♃.

Obs. Thunberg Fl. cap. I. p. 418 citat ad ISCHAEMUM *aristatum* suum *Linn. Spec.* p. 1487 et *Syst. Veg.* XV. p. 947, sed silet de ISCHAEMO *imberbi Retz.* Huc ergo potius, ad ISCH. *aristatum Linn.* nempe, quam ad ISCH. *filiforme* (quod confer) planta *Thunbergii* spectare videtur. Huc, ut synonymon, duxit cls. *P. de Beauv.* nobis ignotum ISCHAEMUM *striatum Linn.*

2. M. *barbatum P. de Beauv.*; foliis lanceolatis, calycibus trifloris, (duobus sessilibus) basi barbatis margineque ciliatis, margine utrinque binoduloso, aristâ tortâ geniculatâ. ISCHAEMUM *barbatum Retz Obs.* VI. p. 35. (excl. syn. *Linn.*) *Willd. Spec.* IV. p. 940. ISCHAEMUM *aristatum Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XII. p. 786. t. 93. f. 4.

Culmo foliisque simile ISCH. *aristato*, sed folia breviora, spicae geminatae magis elongatae, barbatae, et dentibus axis ciliatae; flosculi sessiles nodis 2-3 ad marginem valvulae exterioris, valvulâ interiore utrinque ciliatâ, alter masculus, alter hermaphroditus, pedunculatus sterilis, aristâ basi fuscâ, apice albâ. Valvulae corollinae acutae transparentes, in sterili muticae. *Retz.* In *Java.*

3. M.? *australe P. de B.*; spicis conjugatis; rhacheos pedicellique angulis barbatis; glumis imberbibus laevibus; interioris carinâ subsimplici; perianthii hermaphroditi aristâ inclusâ brevissimâ; foliis vaginisque glabris. laevibus; culmo erecto, geniculis barbatis. ISCHAEMUM *australe R. Brown Prodr.* I. p. 205.

Affine M. *mutico*, ut sequens. *Circa portum Jackson.*

4. M.? *triticeum P. de B.*; spicis conjugatis; rhacheos angulis barbatis; glumis imberbibus laevibus; interioris carinâ supra alatâ, perianthii hermaphroditi aristâ exsertâ, foliis lanceolatis, vaginis imbs hirsutis, geniculis barbatis. ISCHAEMUM *triticeum R. Brown Prodr.* I. p. 205.

„Proximum I. *mutico Linn.*, in quo arista brevior, subinclusa et geniculi culmi imberbes. Ab I. *murino* differt: staturâ majore, et geniculis barbatis." *R. Brown.* In *novae Hollandiae littore orient. et septentr. intra Tropicum.*

5. M.? *villosum P. de B.*; spicis conjugatis; rhacheos pedicellique angulis barbatis: glumis laevibus, exteriore basi villosâ, perianthii hermaphroditi aristâ exsertâ; foliis scabris, vaginis laevibus, culmo erecto, geniculis barbatis. ISCHAEMUM *villosum R. Brown* l. c.

Cum triticeo.

Huc denique, retulit *P. de Beauvoie* ISCHAEMUM *ciliare*, quod inter ISCHAEMA cum? et dein ut ARTHRAXON proposuit.

358. ARTHRAXON.

1. A. *ciliare P. de B.*; foliis lanceolatis, (spicis 2) calycibus bifloris, pedicellis ciliatis, flore utroque femineo aristâ tortâ geniculatâ. ISCHAEMUM *ciliare Retz Obs.* VI. p. 36. *Willd. Spec.* IV. p. 940. *P. de Beauv.* in textu huc, in Tab. cum? inter ISCHAEMA et MEROSCHIA.

Culmi 1½ped., ramosi, prostrati, basi radicantes, nodis pilosi; folia brevia, ad vaginae oram pilosa; spicae 1½poll., angustae; flosculi feminei aristâ fuscâ dorsali, masculi mutici; pedicelli floris sterilis triangulares, angulis ciliatis. *Retz.* In *China.*

359. COLLADOA.

1. C. *distachya Cav.*; culmo ramoso, foliis cordatis lanceolatis acutissimis, vaginis cymbaeformibus. *Cavan. Icon.* V. p. 37. t. 460. *Willd. Spec.* IV. p. 946. *Pers. Syn.* I. p. 107.

ISCHAEMO *aristato* L. valde affinis, saltem non genere diversa. *Cavan.* et *Brown.* Culmus ramosus erectus quadripedalis, geniculis barbatis. Folia plana graminea 4poll., basi, ob vagi-

Digitized by Google

nam apice constrictam, rotundata, margine et subtus pilosa. Ligula setosa. Spicae geminatae terminales in apice culmi et ramorum. ANDROPOGONI *distachyo* habitu similis. *Willd.* In *humidis insulae Mindanao et in America.*

360. CHAMAERAPHIS.

1. C. *hordeacea R. Brown Prodr.* I. p. 194. *P. de Beauv.* l. c.

Gramen perenne. Folia disticha linearia stricta, ligulâ rotundatâ. Spica unica (Hordei) floribus imbricatis distichis, rhachi flexuosae parallelis, pedicellis brevibus, juxta apicem intus aristâ longissimâ instructis (unde nomen!) In *nov. Hollandia, in Endeavour Rivers's viciniâ, et Bay of Inlets.*

Affinitate proxima Panicis, praesertim ultimae sectionis a quibus vix differt nisi numero stylorum. *Br.*

361. HORDEUM.

A. *Genuina:*

1. * H. *vulgare;* flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus quadrifariam positis (ordinibus duobus oppositis erectioribus), culmis erectis. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1037. *Spec.* I. p. 472. *Koel. Gram.* p. 317. *Gaud. Agrost. Helv.* I. p. 100. *Hall. Hist.* n. 1533. *Host Gram. austr.* III. t. 34. *Trattin. tabular.* t. 543. HORD. *polystichon Hall. Comm. nov. gott.* VI. p. 5. t. 2. *Arduin Sagg. d. Acad. d. Padova* T. III. P. I. t. II. f. 1. β. HORDEUM *coeleste:* seminibus nudis. *Viborg cereal.* p. 32. t. 1. γ. *giganteum.*

Spica obscurius hexasticha. — β. culturâ perstat. γ. nonnisi staturâ duplo robustiore, culmo crassitie pennae fere anserinae in summo internodio, folio supremo dimidium fere pollicem, aristis 1/6 lin. latis differt. α *circa Marzameni Siciliae? Gen. Riedesel. Circa Samaram Rossiae.* γ. *in Aegypto.* Dedit cls. *Richard.*

Obs. HORDEI *vulgaris* patria non est Sicilia, testante Bar. de *Jacquin* filio. Occurrit ibi AEGILOPS *ovata*, quam vulgo HORDEUM vocant: hinc ille error. *Besser* in *litt.*

2. H. *nigrum Willd.;* flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus quadrifariam positis demum coloratis, culmis adscendentibus. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1035. H. *vulgare* γ. *Willd. Spec.* I. p. 472.

E seminibus constans. *Ad Teflin.* ♂.

3. * H. *hexastichon;* flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus sexfariam positis. *Willd. Spec.* I. p. 473. *Hall. Comm. gott.* l. c. p. 3. *Koel. Gram.* p. 319. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 103. *Hall. Hist.* n. 1534. *Vi-*

borg cereal. t. 2. *Host Gram. austr.* III. t. 35. *Trattin. tabular.* t. 544. *Ardnin* l. c. T. II. f. 2.

Differt a HORD. *vulgari:* foliis latissimis subinde glaucis, spicâ brevi crassissimâ, exacte hexastichâ, valvulis lanceolato-linearibus, seminibus patulis. *Habitat.* . . . . ⊙ et ♂.

4. * H. *bulbosum;* flosculis omnibus fertilibus ternis aristatis, involucris setaceis basi ciliatis. *Linn. Amoen. acad.* IV. p. 304. *Sp. Pl.* I. p. 125. *Willd. Spec.* I. p. 474. *Flor. graec.* I. p. 79. t. 98. H. *ciliatum Lam. Illustr.* n. 1152. *Poiret Enc. meth.* IV. p. 604. (quoad synonym; sed *Suppl.* 4. p. 184. HORDEUM *bulbosum Linn.* idem dicit cum *stricto Desfont.*) *Barr. Ic.* t. 112. f. 2. *Moris.* III. p. 179. S. VIII. t. 6. f. 7. *In Italia Oriente.* 4.

M. a Bieberst. aliam hujus speciei definitionem, retentâ eâdem synonymiâ, exhibet *Fl. taur. cauc.* p. 82, quâ ad ZEOCRITA amandatur: nempe: „flosculis lateralibus masculis muticis, intermedio fertili aristato, involucris setaceis scabris, radice tuberosâ.“ Culmi tripedales; spica elongata additque: HORD. *distichi* involucrum spiculis vix duplo longius. Spiculae subaequales, glumis acutis glabris: arista involucro multo longior. — Sic et *Host* HORDEUM suum *bulbosum* definit: flosculis ternis, intermedio fertili aristato, radice bulbosâ perenni. *Gram. austr.* IV. p. 8. t. 13. *Hostii* et *M. a Bieberst.* plantae omnino eaedem. An vere eaedem cum illa *Linnaei? Linnaeus* de sua planta *amoen. l. c.:* „radix bulbosa globosa; culmus triped.; spica HORDEI *marini;* flores flosculis tribus, rarius duobus, pedicellatis. Involucella propria sunt aristae duae basi subciliatae. Glumâ exterior in omnibus flosculis longa aristata. Vagina summi folii ventricosa est;“ quod non omni ex parte cum planta *Hostii* et *M. a Bieberstein* quadrat. Anne planta *M. a Bieberst* H. *bulbosum tauricam Hort. Gorenk.*? In *Europa australi, Tauria.* 4.

5. * H. *jubatum;* aristis involucrisque setaceis longissimis. *Linn. Spec.* I. p. 126. *Willd. Spec.* I. p. 476. (excl. ELYMO *crinito Schreb.* et *Buxb.*). *Pursh Flor. Amer. Sept.* I. p. 89. *Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 180.

„Habitus HORDEI *marini*“ (nec ELYMI *criniti* aut *capitis Medusae!*) „sed involucra et aristae setaceae quadruplo longiores, spica integra, unde singularis facies gramiuis“ *Linn.* — Mirum sane gramen hoc cum nullo alio commutandum, si ad *Linnei* verba attenderis, toties cum ELYMO *crinito* commutatum fuisse. In *America septentrionali, in insulis fluvii Missouri.* ♂.

B. ZEOCRITA: *floribus lateralibus masculis aut neutris. P. de Beauv.*

6. H. *strictum Desfont.;* flosculo hermaphrodito aristato; aristis utrinque adpressis; masculis duobus lateralibus

Digitized by Google

muticis subpedicellatis. *Desfont. Atl.* I. p. 113. t. 37. *Schousboe Maroc.* (germ.) I. p. 36. *Pers. Syn.* I. p. 108. HORDEUM *bulbosum Bertolon.* et *Viviani* fide *Savi duae centuriae*, cui HORDEUM *nodosum* et speciminum in Herb. nostro. Gram. creticum spicatum secalinum altissimum, tuberosa radice *Tournef. Cor.* p. 39 teste *Desfont.* non ad SECALE *creticum* sed huc pertinet.

Involucra aristata scabra, glabra. Affine H. *bulboso*. In *campis aridis Italiae tanetanis, maroccanis.* 2. — HORDEUM *nodosum Savi* differt a *pratensi Smith* seu *nodoso Linn.*; ligulâ lineae dimidiae, spicâ 4poll. et ultra, flosculis lateralibus masculis brevius pedicellatis, valvulis calycinis exterioribus reliquas excedentibus. Praeter involucra singulus flosculus emittit filamentum glumâ dimidio brevius nigricans ciliatum. Huc spectare *Scheuchzer* p. 19. male ad *bulbosum* tractum. *Savi.* Confer H. *bulbosum.*

7. * H. *distichum*; flosculis lateralibus masculis muticis, hermaphroditis distichis adpressis aristatis. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1038. *Spec.* I. p. 473. *Koel. Gram.* p. 320. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 103. *Hall. Hist.* n. 1535. *Comm. gott.* I. c. t. 3. *Arduin* I. c. t. II. f. 3. *Viborg cereal.* p. 35. t. 3. *Host Gram. austr.* III. t. 36. *Trattin. tabular.* t. 545. *Flora* p. 58. t. 42. β. HORD. *nudum*, seminibus angularibus imbricatis, decorticatis. *Arduin.* I. c. f. 4. γ. H. *imberbe.*

Spica revera hexasticha, sed valde compressa, ideoque quasi disticha. Aristae corollarum fertilium longissimae scaberrimae. Semina duo rhacheos internodia longitudine aequantia. *Ad Samaram, Tatariae fluvium.* ⊙. ZEOCRITON *distichum P. de Beauv.*

8. * H. *Zeocriton*; flosculis lateralibus masculis muticis, hermaphroditis distichis adpressis aristatis. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1038. *Spec.* I. p. 473. *Schreb. Gram.* p. 125. t. 17. *Viborg cereal.* 40. t. 4. *Host Gram. austr.* I. t. 37. *Trattin. tabular.* t. 546. *Arduin* I. c. t. 4. f. 1. HORDEUM *distichum* β. *Lam. Fl. franç.* 3. p. 624. ZEOCRITON *commune P. de Beauv.*

Semina angulata patentia in spica lata brevi compressa. *Colitur passim in Europa.* ⊙.

9. * H. *murinum*; glumis calycinis intermediis linearilanceolatis ciliatis, exterioribus setaceis scabris. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 404. *Willd. Spec.* I. p. 474. *Koel. Gram.* p. 322. *Roth N. Beytr.* I. p. 124. *Smith Fl. brit.* I. p. 155. *Engl. bot.* 1971. *Prodr. Fl. graec.* I. p. 74. n. 257. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 104. *Schult. baier. Flor.* n. 51. *Hall. Helv.* n. 1536. *Curt. lond.*

Digitized by Google

Fasc. V. t. 9. *Mart. Fl. rust.* t. 43. *Flor. Dan.* t. 629. *Host Gram. austr.* I. t. 32.

Vaginae glabrae, ut flosculi laterales mutici. Antherae flavae breves. Varietas ex *hort. matrit.* colitur *Gorenki*. *Ubique in Europa et australiori Oriente ad muros, vias.* ⊙.

10. H. *capense Thunb.;* flosculis lateralibus masculis, involucris scabris. *Thunb. Prodr.* p. 23. *Flor. cap.* I. p. 441. Zeocritum *secalinum P. de Beauv.*

Culmi plures erecti, pedales; folia lanceolato-ensiformia, glabra, brevissima. Differt a H. *marino* involucris scabris nec ciliatis. In *arenosis Swartland et Saldanha-Bay.*

11. H. *pratense Huds.;* flosculis lateralibus masculis brevius aristatis, glumis calycinis omnibus setaceis scabris. *Smith.* *a.* spiculis nudis *Schrad. Fl. germ.* I. p. 405. *Smith Fl. brit.* I. p. 150. *Huds.* p. 56. *With.* p. 171. *Engl. bot.* t. 409. *Mart. Fl. rust.* t. 108. * Hord. *nodosum Linn. Spec.* 126 (excl., monente *Smith*, syn. *Raji*). *Willd. Spec.* I. p. 474. (excl. syn *Raji*). Hordeum *murinum β. Linn.* l. c. ergo: Hord. *secalinum Willd. Spec.* I. p. 475. (excl. *Hord. capensi Thunb.*) *Enum. Hort. Berol.* II. p. 1038 (ubi fors lapsu calami glumae calycinae intermediae *lanceolatae* dicuntur). *Koel. Gram.* p. 324. *Roth germ.* II. P. I. p. 150. *N. Beytr.* I. p. 125. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 105. (*Hall. Hist.* n. 1538). *Host Gram. austr.* I. t. 33. *Moris.* S. VIII. t. 2. f. 6. *Vaill. paris.* t. 17. f. 6. *Schrader* his adjicit H. *maritimum Fl. Dan.* t. 630, quam *Smith* ad sequentem speciem: *maritimum* ducit. Zeocritum *secalinum P. de Beauv.* *β.* spiculis pubescentibus *Schrad.* l. c. H. *pratense Roth N. Beytr.* I. p. 124. (excl. syn.) H. *maritimum Koel. Gram.* p. 326. (excl. syn. praeter *Roth*). *Roth germ.* II. P. I. p. 150.

„Rad. fibrosa, in sterilioribus bulbosa. Culmus 1½ped. erectus, gracilis, foliosus, superne nudus, teres, tenuissime striatus, glaber; folia patentia linearia, acuta, scabriuscula; vaginae parum ventricosae, striatae, glabrae; stipula exiguâ; spica *marino* angustior, brevius aristata, rhachis minus fragilis; glumae calycinae omnes aequales, angustissimae, setaceae, scabrae, aristatae. Flosculi fere ut in *marino*, laterales vero longius pedicellati, multoque brevius aristati, plerumque masculi, subinde abortivi. Dignoscitur primâ facie culmo altiore, stricto, superne nudo, spicâ strigosiore.“ *Smith l. c.* — „Vaginae teretes, superiores minime ventricosae; spicae angustiores, plerumque purpurascentes vel e fuscescente virides. Variat: radice subbulbosâ; foliis vaginisque nudis et pubescentibus; spicis viridibus, ut saepissime in *β.*“ *Schrader l. c.* — Ad suum Hordeum *nodosum:* flosculis omnibus arista-

tis glabris, intermedio fertili, involucris setaceis, brevibus, scabris, foliis glabris, radice nodoso-articulatâ *Marsch a Bieberst. Fl. taur. cauc.* p. 82, citat H. *nodosum Willd.*, H. *secalinum Lam. Ill.* p. 1155 et *Marsch. casp.* p. 130. n. 6. *Hall. Hist.* n. 1538. *Gmel. sib.* I. p. 125. *Tournef. Inst.* p. 518. et *Vaill. paris.* t. 17. f 6., monens, *certissime* huc pertinere *Tournefort.* et *Vaillant*, de H. *pratensi Smith* tamen dubitare, an ad suum. Anne fors *strictum?* Descriptionem subjungit sequentem: „Rad. nodoso-articulata, ut in PHLEO *nodoso.* Folia laete viridia cum vaginis glabra. Spica gracilis, 1½poll., plerumque amethystina. Spiculae laterales lineari-lanceolatae, breviter aristatae, scabrae, nec hirsutae, intermedia major, aristâ longitudine valvulae. Involucra aristaeformia, scabra, omnia aequalia, longitudine spiculae fertilis demtâ aristâ. In *pratis pascuis ad vias in Europa et India, et in Caucaso.* 2. Cl. *Roth* HORD. *secalinum* suum ⊙ est.

12. H. *adscendens;* culmo adscendente, spiculis lateralibus sterilibus; glumis calycinis omnibus subulatis, scabris; valvulâ corollae inferiore quinquenerviâ; aristâ glumâ duplo longiore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener* et *spec.* I. p. 145. „Medium inter HORDEUM *pratense Schrad.* et *secalinum*“ (sed utrumque idem), a *pratensi* vix diversum nisi radice annua. Spicae in hoc virentes. In *convalle Mexicana inter montem Chapultepec et Carpio.* ⊙.

13. H. *maritimum With.;* glumis calycinis omnibus scabris; interiori flosculorum lateralium glumâ semi-lanceolatâ, reliquis setaceis, (foliis planis mollibus). *Schrad. Fl. germ.* I. p. 406. *Wither. brit.* III. p. 172. *Vahl Symb.* II. p. 25. *Smith Fl. brit.* I. p. 156. *Engl. bot.* t. 1205. (et, hoc teste, *Fl. Dan.* t. 630.) *Willd. Spec.* I. p. 475 (excl. *Roth, Hoffm., Huds.*) *Roth N. Beytr.* p. 127. *M. a Bieberst. casp. app.* p. 131. n. 7. *Mart. Fl. rust.* t. 44. *Host Gram. austr.* I. t. 34. H. *rigidum Roth Catal.* I. p. 24. * *Koel. Gram.* p. 327. H. *geniculatum Allion. pedem.* n. 2274. t. 91. f. 3. (fide *Herb. Allion.*) *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. p. 83. n. 214. H. *marinum Huds. angl.* II. p. 57.

---

* Cl. *Roth* l. cc. distinguit suum H. *maritimum* floribus lateralibus masculis brevius aristatis dorso glabris, flosculorum lateralium foliolo interiore semi-ovato a HORD. *rigido* suo: flosculis lateralibus spuriis aristatis, involucri lateralis foliolo altero margine exteriore alato. (Foliola involucri intermedia scabra nec ciliata. *Schrader* utramque speciem conjunxit). H. *geniculatum:* flosculis omnibus aristatis glabris, intermedio fertili, involucris setaceis scabris, foliis inferioribus vaginisque mollissime villosis, culmo genu procumbente, *M. a Bieberst. taur. cauc.* I. p. 83 omnino huc spectare cls. auctor in litteris nunc monet.

Duratione et spicarum colore convenit cum H. *murino*, spiculis brevius aristatis cum H. *pratensi:* ab utroque differt culmis digitalibus aut sesquidigitalibus, ad genicula infractis, plerumque procumbentibus; foliis minoribus laevioribus, glaucescentibus; spicâ duplo minori rigidiori, vix e folii superioris vaginâ egrediente. Germen non fungiforme ut in H. *Hystrice Roth.* *Ad littora maris in Europâ, et Asiâ occidentali, et nimis copiose in Ungariae salsis.* ⊙.

14. H. *chilense;* glumis calycinis omnibus scabris, exteriori flosculorum lateralium, utrâque flosculi intermedii fertilis, glumâ semilanceolatâ, foliis caulinis rigidis apice convolutis subpungentibus.

Rad. fibrosa videtur, e qua cespes culmorum semi et sesquipedalium strictorum ascendentiumve vel geniculatorum glabrorum, subrigidorum. Vaginae glabrae striatae culmi maximam partem obvolventes, ligulâ brevissimâ. Folia radicalia emarcida flaccida plana glabra ut caulina stricta striata. Spica fere *maritimi*, sed parum tenuior, aristae subpurpurascentes. In *Chili* Dedit amiciss. *Zea* inscriptum HORDEUM *Sp. nov.* e Chili. ⊙?

15. H. *Hystrix Roth;* flosculis lateralibus masculis brevius aristatis dorso glabris, involucris omnibus setaceis scabris rigidis patentibus, spicâ ovatâ subcompressâ. *Roth N. Beytr. Catal. bot.* I. p. 23. *Pers. Syn.* I. p. 108.

Exemplaribus 4 nostris *Neu. Beytr.* desunt *Corrigenda*, quae a clo. *Roth* citantur. Hinc addere descriptionem nobis non licet. In *Hispania.* ⊙.

Quid: H. s. ZEOCRITON *complanatum P. de Beauv.?*

H. *perversum Forsk.;* flosculo medio aristato. *Flor. aegypt.* p. XIX. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 199?

H. *imrinum Forsk.,* flosculo medio hermaphrodito aristato; aristis longis, lateralibus masculis muticis. *Forsk. ibid. Gmel. ibid.?*

Culmus pedalis. Affine *murino* esse, sed fors novam speciem.

362. MICROCHLOA.

1. M. *setacea R. Brown Prodr. nov. Holl.* p. 208. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 690. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 84. t. 22? ROTTBOELLA *setacea*, calyce bivalvi unifloro, flosculo mutico villoso, spicâ setaceâ secundâ subincurvâ, foliis planis cum vaginis margine subpilosis, culmo setaceo. *Roxb. Corom.* II. p. 18. t. 132. NARDUS *indica Linn. Suppl.* p. 105. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 430. *Vahl Enum.* II. p. 397. *Willd. Spec.* I. p. 315. („ad NARDUM ob calycem, corollam villosam et stylos duos referri nequit." *Roth Ms.*).

„Culmi digitales et minores" (subramosi *Linn.*) „Spica longitudine culmi" (imbricata, versus flores angustissima *Linn.*)

„Flosculi subulati glabri, uti totum gramen flavescens.“ *Vahl.* Rad. repens; folia lanceolata, integerrima, glabra, alterna sessilia, recta, apice reflexa, culmo bipollicari longiora; culmus rectus, foliosus, apice recurvus, setis longis, numerosis, rubro-fuscis. *Lam.* *Ad Tranquebariam.* *

363. OPHIURUS. **

1. * O. *incurvatus P. de B.*; spicâ tereti subulatâ incurvatâ, calyce bivalvi unifloro (glumâ calycinâ subulatâ adpressâ-bipartitâ. *Smith*) flosculo mutico, foliis planis, radice annuâ. Rottboella *incurvata Linn. Suppl.* p. 114. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 129. *Spec.* I. p. 463. *Smith Fl. brit.* I. p. 151. *Engl. bot.* t. 760. *Sibth. Fl. graec.* I. p. 72. t. 91. *Bertolon. pl. gennens.* p. 24. n. 43. *Desfont. Atl.* I. p. 110. excl. var. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 410. *Cavan. Ic.* III. p. 7. n. 235. t. 213. *descripc.* p. 53. *Cyrill. pl. rar. regn. neap.* Fasc. I. t. 6. f. A. *Flor. Dan.* t. 938. (fide *Smith* in *Hort. Kew.* 917.) *Lam. Illustr.* t. 48. f. 2. *Host Gram. austr.* I. t. 23. *Hayne term. bot.* t. 25. f. 1. Aegilops *incurvata Linn. Sp. Pl.* p. 1490. Agrostis *incurvata Scop. Fl. carn.* I. p. 62. n. 88.

Culmi subcompressi, laevissimi, nitidi, geniculati, basi procumbentes, ramosi. Folia linearia, acuta, brevia, patentia, plana, lineam fere lata, dorso glabra. Vaginae tumidiusculae compressae, glabrae, ligulâ brevissimâ truncatâ. Spica rhachisque glabra; calycis glumae duae foveam rhacheos arcte claudentes, sub anthesi vero patentes, subaequales, trinerves; gluma corollina exterior major inervis. In *maritimis Europae occidentalis, australis, Africae borealis.* ☉. An Lepturus quaerit *R. Brown?*

2. O. *filiformis*; spicâ tereti-subulatâ subcompressâ erectâ, calyce bivalvi unifloro, (glumâ calycinâ obtusâ ensi-

---

* *Obs.* Descriptio plantae Humboldtianae l. c. quam in Mexico juxta Omitlan et *Llano de las Tinaxas* legit, non parum differre videtur: „Radix fibrosa. Culmi cespitosi erecti 3-5poll., glabri, uti nodi. Folia linearia striata margine scabra pilis paucissimis sparsis. Vaginae striatae, glabrae. Ligula brevissima ciliata. Spicae terminales solitariae falcatae“ (spica unica! falcata ait *R. Brown*, floribus imbricatis!) „1½-2poll. Spiculae solitariae sessiles unilaterales uniseriatae. Glumae calycinae duae oblongae acuminatae concavae uninerviae aequales, corollinae calycinis dimidio breviores, subaequales, ovatae, obtusae, concavae albidae externe villosae. Antherae 3 lineares rubrae ut stigmata penicilliformia. Semen oblongum nitidum fuscum, corollâ inclusum.“ 4.

** *Obs.* Ophiuris culmi erecti ramosi, foliis vaginisque pubescentibus. Spicae graciles breves subfasciculatae, spathis foliaceis semiinclusae.“ *R. Brown.*

formi adpressâ bipartitâ! *Roth*) flosculo mutico, foliis canaliculatis, radice perenni. ROTTBOELLA *filiformis Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 129. *Spec.* I. p. 464. *Roth Catal. bot.* I. p. 21. *Neu. Beytr.* II. p. 119. ROTTBOELLA *erecta Savi Giorn. Pis.* IV. p. 230. f. 5. 6. *Due Centurie* p. 34. *Bot. etrusc.* I. p. 26. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 280. n. 1653a. R. *incurvata* β. *Fl. fr.* n. 1653. Gramen loliaceum spicis articulosis erectis. *Scheuchz. Agrost.* p. 43. Gramen loliaceum junceum minus. *Barrel. Ic.* t. 6. Gram. lol. marit., spicis articulatis. *Moris. Hist.* III. Tab. 2. f. 8.

Culmi semipedales, folia angusta glabra ligulâ subnullâ, obtusâ; spica 3-4poll., valvulae calycinae angustae, debiles, plus minus patentes, unillorae, corollâ paullo majores. Differt a simillima ROTTBOELLA *incarvata* s. OPHIURO *incurvato* (quocum a botanicis, praecipue Galliae meridionalis saepius confunditur): culmo tenuiore magis purpureo; foliis saturatioribus triplo brevioribus et angustioribus magis acuminatis canaliculatis, nec laete viridibus planis; supra magis striatis et scabris; ligulâ triplo fere longiore, nec brevissimâ vix lineae quadrantem aequante, retusâ; spicâ duplo tenuiore; flosculis magis approximatis et sibi fere contiguis minoribus; glumis duplo minoribus et obtusioribus, nec lanceolato-acuminatis. *Roth.* l. c. Variat caule maxime ramoso subrepente altiore, tum in maritimis humidis caule simplici humiliore. In *Europa australi.* 2.

Obs. P. de Beauv. ad NARDUM refert. An LEPTURUS quaerit *R. Brown.*?

3. O. *pannonicus P. de B.*; spicâ tereti-subulatâ, erectâ; calyce bivalvi bifloro, (glumis obtusis adpressis margine scariosis *Roth*) flosculis muticis, foliis planis, radice annuâ. ROTTBOELLA *pannonica Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 129. *Host Gram. austr.* I. p. 19. t. 24. ROTTB. *biflora Roth N. Beytr.* I. p. 121. *Pers. Syn.* I. p. 130. ROTTB. *salina* Botanicorum rossicorum et *Spreng. Erst. Nachtr.* 1801. n. 45. R. *salsa Fisch.*

Culmi laeves geniculati, primum erecti, dein decumbentes; folia brevia vaginaeque glabra; ligula oblonga acutiuscula; spica longissima, spiculis oblongis bifloris; glumae calycinae dorso aculeolis scabrae. In *salsis Ungariae, et Galliae maritimis, in lutosis deserti Cumani, etiam ad Wolgam.* ⊙.

4. * O. *corymbosus R. Brown*; spicis aggregatis lateralibus filiformibus, flosculis bifariis patentibus, foliis basi ciliatis. ROTTBOELLIA *corymbosa Linn. Suppl.* p. 114. *Willd. Spec.* I. p. 466. ROTTBOELLIA *punctata*; spicis teretibus pluribus fasciculatis subsessilibus, flosculis solitariis alternis, calycibus punctatis. *Retz Obs.* III. p. 12. AEGILOPS *exaltata L. Mant.* 575. *Retz Obs.* II. p. 27.

Culmi 6ped. recti, rigidi, teretes, basi tantum foliosi; folia angusta, fere pedalia, basi ciliata, laevia; spicae rigidae; calyces ovati obtusi, univalves, saepe biflori, flosculo altero hermaphr., altero masc., calyce breviores. In *Malabaria ad fossas agrorum.*

364. MONERMA.

1. M. *monandra P. de B.* — Rottboella *monandra*, spicâ tereti subulatâ erectâ, glumâ calycinâ univalvi indivisâ minutâ, flosculis aristatis. *Schrad. Flor. germ.* I. p. 413. *Cav. Ic.* I. t. 39. f. 1. *Roth N. Beytr.* p. 122. *Pers. Syn.* I. p. 106. Nardus *aristata* calycibus aristatis *Linn. Spec.* 78. *Willd. Spec.* I. p. 315. *Pers. Syn.* I. p. 72. *Poiret Enc. meth.* IV. p. 429. *Decand. Fl. fr.* n. 1652. *Vill. delph.* 2. t. 2. Nardus *incurvus Gouan monsp.* 33. (fide *Decand.*) Asprella* *nardiformis Host Gram. austr.* IV. t. 29. β. Rottboella *monandra Poiret Enc. meth.* VI. p. 312. n. 12. *Suppl.* IV. p. 719.

Culmi erecti graciles teretes (triangulares ad angulos scabri *Host*) 3-8poll., nodis rufescentibus, plerumque tribus et totidem foliis setaceis, 3-5 lin.; radicalia longiora, angustiora. Spicae aequali-teretes, filiformes, primo erectae, dein flexuosae, apice plerumque recurvato. Rachis scabra, flores alterni distantes, solitarii aut gemini, et tunc inferiore majore sessili, altero minore pedicellato, omnes monandri. Filamentum villosum. Anthera atropurpurea quadrisulcata *Cavan.*, flava *Host.* A Rottboellia *incurva* aristis facile dignoscenda. In *Europae meridionalis aridis.* — Confer *Savi Duae Centuriae.*

2. M. *subulata P. de B.;* spicâ tereti subulatâ erectâ, calyce univalvi ensiformi acuminato adpresso. Rottboellia *subulata Savi Cent.* 35. *Giorn. Pis.* Tom. 4. p. 230. f. 4. 8. *Bot. Etrusc.* I. p. 27. *Decand. Fl. franc. Suppl.* p. 281. n. 1653 b. Gramen loliaceum junceum majus. *Barrel. Ic.* n 1162. t. 5. R. *cylindrica Willd. Spec.* I. p. 464. (excl. syn. *Linn.* et *Poiret*). *Poiret Enc. meth.* VI. p. 310. (excl. β.) *Enc. meth. Suppl.* p. 719. sed non ut varietas *cylindricae!* R. *adscendens Brot.?* *Scheuchzer Barrelieri* t. 5. ad Oph. *incurvatum* ducit. *Monti* quoque a clo. *Savi* adductum synonymon dubium, et dubitat ipse *Savi*, anne eadem cum Ophiuro *cylindrico*, quod et nobis sic videtur.

---

* Generi hoc nomine a *Host* conditi *cal.* in spicula terminali bivalvis, valvulis inaequalibus, in reliquis univalvis, valvulâ ovatâ acutâ, carinâ aculeatâ. Cor. valvula exterior oblonga, dorso lineis tribus scabris, apice aristâ brevi; interior oblonga acuminata ad flexurae angulos aculeata. Stamen 1, antherâ utrinque bifidâ. Styli duo stigmatibus plumosis. Semen facie sulcatum.

Culmi cespitosi ramosi, basi patuli, 6-12poll., nodis fuscis, glabris; folia angusta acuminata brevia patentia striata glabra superne scabra. Vaginae glabrae striatae; ligula brevis, truncata; spica crassiuscula, plerumque recta, glabra; rhachis substriata; valvula calycina rigida nervosa acuta, sub anthesi patens; corollae valvula exterior magnitudine calycis, interna paullo brevior. In *maritimis et argillosis Italiae et Galliae meridionalis prope Mediterraneum.* ⊙.

Obs. P. de Beauv. ROTTBOELLIAM *cylindricam Willd.* OPHIURUM dicit, *subulatam Sevi* vero MONERMAM, ad quam certissime spectat ROTTBOELLA *cylindrica Willd.* plane delenda, cum ad illam ducta NARDUS *Gangitis Linn.* sit NARDUS *scorpioides Lam.*, et alia ad illam tracta ROTTB. *altissima Poiret* sit eadem cum *fasciculata Desf.* s. LODICULARIA *P. de Beauv.*

3. * M.? *Gangitis*; spicâ recurvâ. NARDUS *gangitis Linn. Sp. Pl.* p. 78. cujus auctoritate: Nardus spuria narbonensis. *Bauh. Pin.* p. 13. N. gangitis spur. narb. *Lob. Ic.* 84. *Moris. Hist.* 3. p. 257. S. 8. t. 13. ult. *Raj. Hist.* 1911. N. *scorpioides*, spicâ secundâ revolutâ aristatâ, florum duplici serie. *Lam. Illustr.* n. 760. *Poiret Enc. meth.* IV. p. 431. (quoad synonyma, excl. descr.).

Planta admodum dubia. *Murray obscuram* hanc speciem varietatem fors esse dicit NARDI *aristatae*, cui icon *Morisonii* repugnat; *Lobelii* in adversariis pessima. *P. de Beauvois* eandem ad ROTTBOELLAM *cylindricam Willd.* ducit, quae *subulata Poiret*; plantae suae, synonymiâ licet *Linnaeanâ* adductâ, ad quam Gallia narbonensis patria. Americam assignat ut patriam. Plantae *Linnaeanae* descriptio nullibi prostat botanica; *Vahl* in *Enum.* neglexit hanc speciem; *Poiret* illam eandem cum NARDO *scorpioide*, et quidem nunc ROTTBOELLAM esse affirmat *Enc. Suppl.* IV. p 61. *Flora gallica* silet. Descriptio NARDI *scorpioidis Lam.* et *Poiret*, quam *Smeathman* ex America attulit et clo. de *Beauvois* dedit, qui nunc de NARDO *scorpioide* plane silet, sequens: „pulcherrima generis Nardi, 6-7poll., curva undulatave, flores eleganter et splendide rubri, arcte sibi adpressi, angulo recto rhachi insidentes, aristis longis tenuissimis purpurascentibus, ut spica similis fiat scolopendro. Valvulae exteriores annulos quasi insecti, aristae pedes ejusdem numerosos referunt. Flores ad apicem rhacheos minores, minimi, valvulis levibus brevibus basi fasciculo parvo pilorum involutis, albidis, dorso subvillosis, carinâ ciliatis praecipue apicem versus aristâ rectâ longâ rufescente. Flosculus singulus e valvulis 4 subaequalibus, duabus interioribus semen obvolventibus, nec tamen, ut in reliquis hujus generis speciebus, eidem adhaerentibus, aristatis. Semen ovatum, minimum, nudum, rufum. Culmus laevissimus rectus teres 18-20poll., parum foliosus, basi cespite foliorum vestitus tenuissimorum, fere capillarium, brevium, glabrorum, acutorum. A NARDO *aristata Linn.* certe distincta." *Poiret.* An planta hic a *Poiret* descripta CAMPULOSUS *monostachyus P. de Beauv.?*, quae certe non MONERMA.

Digitized by Google

365. MANISURIS.

1. M. *polystachya P. de B.*; foliis oblongis villosis, pilis basi tuberculatis, spiculis lateralibus plurimis; culmo erecto solido villoso. *P. de Beauv. Flor. d'Oware et de Benin* I. p. 24. t. 14. *Agrost.* p. 119. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 584.

Affinis M. *granulari*, sed spicis duplo triploque numerosioribus distincta. Culmi recti ramosi duri, firmi, 1½ped. et ultra, villosi, striati; folia acuta, latiuscula; rhachis articulata; folium sub spiculis vaginâ nullâ. Flores masculi mixti hermaphroditis. In *pratis humidis Chamae*, *Benin*, *Oware*.

2. * M. *granularis Swartz*; florum femineorum globosorum valvulis calycinis tessellato-verrucosis, culmo erecto ramoso, vaginis pilosis. *Swartz Prodr.* p. 25. *Fl. Ind. Occid.* I. p. 186. *Willd. Spec.* IV. p. 946. *Roxb. Coromand.* II. p. 11. t. 118. CENCHRUS *granularis Linn. Mant.* 575.

Rad. cespitosa; culmi 2-3ped., subdichotomi, striati glabri; rami ex vagina longitudine foliorum, flexuosi, vaginati; spicae (racemi) in ramis lateralibus, erectae, teretiusculae, superiores vaginis longiores; rhachis compressa, angulata, flexuosa; flosculi subimbricati alterni sessiles, masculi et hermaphroditi intermixti; his antherae ovatae et stigmata purpurea. Semen valvulâ exteriore globosâ rugosâ reticulatâ, grani Brassicae magnitudine inclusum, ovatum, nitidum. Flores masculi paullo majores, antherae basi et apice bifidae, luteae. *Swartz l. c.* In *siccis calcareis Jamaicae australis*, *in India orientali*, *China*. ☉.

Obs. Humboldtiani operis editor hanc speciem, quam in devexis igniyomi Jorullo legerunt ill. *Humboldt* et *Bonpland*, et in sylvis Guayanae, a praecedenti non distinxit et 2. dixit.

366. PELTOPHORUS.

1. * P. *myurus Desv.*; florum foemineorum compressorum valvulis calycinis planis margine membranaceis emarginatis, culmo adscendente vaginis glabris. *Willd. Desv. Journ. de Bot.* 1813. p. 73. P. *elegans Pal. de Beauv.* l. c., MANISURIS *myuros Linn. Mant.* p. 300. *Willd. Spec.* IV. p. 945. *Roxburgh Corom.* II. t. 117. *Schreb. Gram.* t. 43.

„Gramen fructificatione adeo singulare, ut vix simile. Culmi adscendentes s. diffusi, articulati, laeves, crassitie fili grossioris, pedales, basin versus ramosi; superne ramis alternis spiciferis. Folia graminea laevia vaginantia patentia angustiora, vaginis internodio brevioribus crassiusculis. Floralia folia ad basin pedunculi absque vaginis, erecta, convoluta, (uti glumae) lanceolata: altero basi interiore longitudine pedunculi. Spicae solitariae in culmo 3-4 laterales, et terminalis, pedunculatae,

Digitized by Google

culmis duplo crassiores, digitales, imbricatae: dorso arctius imbricatae, subarticulatae, punctis aliquot quasi pertusae squamis emarginatis; latere inferiore (terram versus) articulatae, bifariam squarrosae, flosculis striatis, teretiusculis, prominulis." *Linn.* In *India orientali.*

367. THRASYA.

1. T. *paspaloides H.* et *B. Nov. gen.* I. p. 121. t. 39.

Rad. fibrosa. Culmus erectus, 1-*3*ped., ramosus, glaber, nodis pilosis. Folia linearia plana utrinque pubescentia, vaginis glabris. Ligula ciliata. Spicae solitariae terminales longe pedunculatae, saepius tres e vaginis superioribus. Rhachis membranacea canaliculata glabra, margine ciliata, bipollicaris. Spiculae solitariae sessiles unilaterales uniseriatae distantes. Glumae calycinae membranaceae, superior laciniis aequalibus lanceolatis acuminatis, carinato-convexis, trinervibus glabris basi pilis brevibus, apicem versus dorso piloso-ciliatis, aristâ adscendente, glumâ triplo-breviore, inferior longitudine superioris, oblonga, acuminata, enervis, pilis longis flavidis. Masculi gluma corollina longitudine calycis, oblonga, acuminata, subtrinervis, glabra. Stam. tria. — Hermaphroditi glumae corollinae binae masculo dimidio breviores, subaequales, oblongo-lanceolatae subcoriaceae enerves glabrae apice piloso-ciliatae. Stam. duo. Sem. oblongum, obtusum, corollâ tectum. In *calidis subinundatis insulae Orinocensis Panamana, inter Atures et San Borja.* 2.

368. ELIONURUS.

1. E. *tripsacoides H.* et *B.*; glumis floris hermaphroditi subpubescentibus, valvulis corollinis glabris, glumis floris masculi clausis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 154. t. 62. *Willd. Spec.* IV. p. 941. (excl. *descriptione*).

Culmi erecti tripedales ramosi, compressiusculi glabri, infra nodos et spicas pubescentes, superne internodiis alternatim uno latere excavato-canaliculatis. Nodi glabri. Folia linearia, sicca canaliculato-convoluta, striata, externe glabra, margine carinâque serrulato-scabra, interne lanato pilosa, rigida. Vaginae striatae, glabriusculae. Ligula brevissima pilosa. Spicae solitariae lineares, 3poll. Rhachis compressa flexuosa articulata margine articulisque sericeo-pilosis. Spicula hermaphroditâ rhachi adpressa, masculâ patula, pedicello lineam longo, compresso, piloso-sericeo. Hermaphroditi glumae calycinae duae oblongae coriaceo-cartilagineae concavae virentes, glabrae aut tenuissime pubescentes, muticae, inferior paullo longior et latior apice bifida, laciniis acuminatis conniventibus, superior acuminata, integra; valvulae corollinae duae, tenuissime membranaceae lanceolatae acuminatae subconcavae albidae, glumis fere duplo breviores, muticae, subaequales, inferior acuta superiore obtusâ parum longior. Germen oblongum glabrum. Squamae 2 lanceolatae, tenuissime

membranaceae glabrae, germine duplo breviores. Spicula mascula hermaphroditâ duplo brevior. Glumae 2 clausae, glumis hermaphroditi similes, multo tamen minores, et inferior acuminata, nec bifida. Valvulae ut in hermaphrodito, duplo tamen breviores. Terebinthinam redolet, praesertim spica. In *temperatis apricis convallis Caracasanae et prope Mariquita in Novogranat.* 4.

2. E. *ciliaris;* glumis floris hermaphroditi pubescentibus, inferiore apice sericeo-lanatâ; paleis pubescentibus; glumis floris masculi apertis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 155. t. 63.

Vix species distincta, ejusdem odoris. Rad. fibrosa rubra aromatica. Culmi cespitosi subadscendentes, aut erecti, 3-4ped., compressi. Folia anguste linearia, carinata, utrinque scabra. Pedicellus spiculae masculi 1 1/2 lin. longus. Reliqua ut in praecedente *tripsacoide.* In *sylvis Orinocensibus prope Esmeraldam in radicibus nobilissimi montis Duidae, et prope Mariquitam.* 4.

369. SEHIMA.

1. S. *ischaemoides Forsk.;* spicâ simplici; spiculis conjugatis bifloris; flore masculo mutico, hermaphrodito aristato. *Forsk. descr.* p. 178. n. 91.

Culmi recti, filiformes glabri articulati, 1-2ped., simplices aut subramosi, foliis alternis planis linearibus striatis glabris scabris basi subvillosis, vaginis foliis longioribus glabris; spica terminalis coarctata, 6-7pollic., spiculis geminis, alterâ sessili, alterâ pedunculatâ, singulâ e calyce bifloro: in sessili flos exterior masculus, in pedunculata utrique flores masculi. In *montibus Yemen.* An CALAMINA?

370. LYCURUS.

1. L. *phleoïdes;* culmo erecto, aristis longissimis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 142. t. 45.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi ramosi pedales triquetri scabri purpurascentes. Folia linearia carinata rigida interne pubescentia, externe glabra. Vaginae compresso-ancipites purpurascentes, glabriusculae, internodiis multo breviores. Ligula abbreviata fissa glabra. Spicae solitariae, lineares densissimae, bipollicares et ultra. Rhachis pubescens. Hermaphroditi glumae calycinae lanceolatae concavae purpurascentes scabrae subaequales, inferior latior, apice bifida, laciniis aristatis, superior bidentata, inter dentes aristata. Aristae scabrae, aequales, calyce duplo longiores; corollinae lanceolatae acuminatae concavae subaequales, calyce duplo longiores, inferior purpurascens, piloso-scabra, aristâ scabrâ, glumis longiore; superior albida glabra, dorso piloso-ciliata, mutica. Flos masculus aut neuter duplo triplove minor. In *temperatis Mexici, inter Guanaxuato et Temascatio, et ad radices aridissimi montis La Bussa.* ☉.

2. L. *phalaroïdes;* culmo adscendente; aristis longitudine calycis corollaeque. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 142.

Culmus ramosus subpedalis triangularis glabriusculus, superne saepius pubescens. Nodi glabri. Folia linearia canaliculata, interne subpubescentia, margine scabra, rigida. Vaginae abbreviatae, compresso-ancipites, glabriusculae. Ligula brevissima glabra. Spicae lineares cylindricae densae, 1½ aut 2poll. Rhachis angulata, pubescens. Hermaphroditi glumae oblongae concavae membranaceae virescentes scabrae subaequales, superior? paullo major, bi- aut rarius trifida, laciniis aristatis; aristae scabrae rectae, unica reliquis longior et calycem paullo superans; superior? acuminata, aristâ rectâ scabrâ longitudine glumae; corollinae duplo longiores, lanceolatae acuminatae concavae purpureo-virentes, piloso-scabrae, inferior aristata, superior mutica, aristâ rectâ scabrâ breviore paleâ. Flos masculus aut neuter triplo quadruplo brevior. In *montanis regni Mechoacanensis juxta Valladolid, Alberca de Palangeo et Patzouaro.* ⊙.

371. AEGOPOGON.

1. A. *cenchroides;* spiculis ternis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 132. *Willd. Spec.* IV. p. 899.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti pedales ramosi nodique glabri; folia linearia acuminata plana striata scabra; vaginae striatae glabrae; ligula elongata truncata bifida glabra; spica 2-3poll., secunda; spiculae breviter pedicellatae, distantes, uniflorae, intermediâ hermaphroditâ, longius pedicellatâ, laterales masculae, interdum omnes hermaphroditae. Rhachis scabriuscula, pedicelli piloso-ciliati. Glumae calycinae duae aequales cuneatae carinatae apice bifidae inter lacinias aristatae membranaceae uninerves purpurascentes scabrae dorso ciliatae, corollâ breviores. Aristae rectae longitudine glumae. Glumae corollinae oblongae concavae membranaceae apice bifidae scabriusculae purpurascenti-virentes, inferior vix longior, trinervis, apice inter lacinias triaristata, arista intermedia reliquis triplo, glumâ duplo longior, recta, scabra; superior binervis, inter lacinias biaristata, aristis scabris, glumâ brevioribus. Aristae purpurascentes. Antherae lineares. Semen lineare utrinque acutum glabrum, liberum. In *cacumine nudo aprico subfrigido montis Avilae prope Caracas; in Pichincha.* 4.

2. A. *geminiflorus;* spiculis geminis. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 133.

Differt a praecedente: spicis bipollicaribus, hermaphroditâ breviter pedicellatâ, masculâ minore longius; glumis calycinis albidis, corollâ duplo brevioribus; aristis glumâ triplo longioribus, rectis, scabris; glumis corollinis albidis glabriusculis; aristâ calyce duplo breviore. In *ripa fluminis Orinoco inter Cerro Duida et Rio Tamatama, juxta Esmeraldam.* 4.

Digitized by Google

3. A. *pusillus P. de Beauv.*; culmis repentibus adscendentibus, vaginis hinc inde subpilosis, ligulis truncatis brevissimis, paniculâ tenui pauciflorâ. LAMARCKIA *tenella Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 120. CYNOSURUS *tenellus Cav. H. reg. matrit.* I. t. 5. f. 2. HYMENOTHECIUM *tenellum Lagasc.*; glumis acutis, calycis valvulâ exteriore uniaristatâ. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 55. p. 34.

A praecedente CHRYSURO *cynosuroide* s. LAMARCKIA *aurea* differt: culmis ramosissimis tenellis nodis inferioribus radicantibus, vaginis pilosiusculis, ligulâ subnullâ, paniculâ multo minore, albidâ. *Patria?* ⊙.

4. A. *trisetus*; calycis valvulâ exteriore triaristatâ. HYMENOTHECIUM *trisetum Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 4. n. 56. p. 34. CYNOSURUS *gracilis Cavan. H. R. M.* I. t. 5. f. 3.

In *Mexico.* ⊙.

5. A. *quinquesetus*; calycis valvulâ exteriore quinquearistatâ. HYMENOTHECIUM *quinquesetum Lagasc. diagn.* p. 4. n. 57.

In *Mexico. Née.*

6. A. *unisetus*; glumis calycibusque truncatis emarginatis uniaristatis. HYMENOTHECIUM *unisetum Lagasc. diagn.* p. 4. n. 54.

In *Mexico. Sessé.*

Species sequentes nomine AMPHIPOGONIS* enumerat *Brown.*

* *Spicae capitatae, flores exteriores steriles verticillati formâ involucri; valvulae calycis hispidae:*

7. A. *laguroides*; capitulo globoso, glumis hispidis, pilis basi dilatatis, valvulâ exteriore acumine suo duplo longiore. AMPHIPOGON *laguroides Brown Prodr.* I. p. 175.

In *littore meridionali nov. Holl.*

8. A. *turbinatus*; capitulo obovato, glumis villosis, villis basi simplicibus, valvulâ exteriore acumine suo vix longiore. AMPHIPOGON *turbinatus Brown* l. c.

Cum *laguroide.*

---

* Gramina caespitosa; radix repens; culmi fasciculati; folia setacea. Spica aequalis, quandoque capituliformis. *R. Brown.* Sub AEGOPOGONE omnes cum? *P. de Beauv.*

Digitized by Google

Culmus repens; folia disticha tomentosa. Spicula demum ut in ARACHI *hypogaea* terram intrat. In *Madagascariae arenosis. Aub. d. Petit-Thouars.*

2. T. *latifolia R. Brown;* floribus androgynis binis, culmis pubescentibus, foliis lanceolatis utrinque sericeis. *R. Brown Prodr.* I. p. 197.

Inter tropicum in littore orientali et septentrionali nov. Holland.

3. T. *media Br.*; floribus androgynis solitariis, foliis lineari-lanceolatis subtus culmisque glabris. *R. Brown* l. c.

Cum *latifolia.*

4. T. *involuta Br.*; spicâ secundâ muticâ quadriflorâ involutâ receptaculo foliaceo concavo. ISCHAEMUM *involutum Forst. Prodr.* n. 385. *Willd. Spec.* IV. p. 941.

Fide speciminis auctoris in *Herb. Banks R. Brown*;... cum? inter ISCHAEMA retulit *P. de Beauv.* In *societatis insulis.*

376. ANATHERUM.

1. * A. *muricatum P. de B.*; paniculâ strictâ, calycibus hermaphroditis muricatis, masculis striatis, rhachi glabrâ. *Sprengel pug.* II. p. 15. ANDROPOGON *muricatus*, paniculâ contractâ, spicis verticillatis, calycibus muticis muricatis. *Retz Obs.* III. p. 43. et V. p. 20. ANDROPOGON *squarrosus*; paniculâ confertâ, glumis subulatis scabris. *Linn. fil. Suppl.* p. 433. A. *squarrosum:* paniculâ simplici coarctatâ. spici verticillatis, floribus geminatis altero sessili, altero pedicellato, calycibus muticis muricatis, basi pilosis. *Willd. Spec.* IV. p. 908. PHALARIS *zizanoides Linn. Syst. Veg.* V. p. 104. (fide herb. *Linn.* apud *Vahl Symb.* III. p. 9.) PANICUM *abortivum R. Brown* paniculâ effusâ e spicis alternis raris paucifloris, floribus lanceolatis acuminatis, glumae valvulâ interiore hispidâ, foliis supra pilosiusculis, culmo ramoso compresso vaginisque retrorsum scabris. *Prodr.* I. p. 193. (fide herb. *Linn.*) aliis OPLISMENUS *abortivus.*

Mirum, b. *Willdenow* PHALARIDEM *zizanoïdem Linn.* nullibi adduxisse. *Poiret* duxit ad AGROSTIDEM *verticillatam Lamarck Illustr.* n. 831. *Enc. meth.* I. p. 59. *Suppl.* I. p. 255, quae certo huc! — *Retzius* de suo ANDR. *muricato* haec addit: „5ped., et ultra, glaber. Culmus compressus, folia angusta; panicula spithamaea contracta e spicis flexuosis erectis verticillatis 2poll.; calyces parvi, subaequales, valvulâ alterâ muri-

---

coriacea, (nec membranacea ut habet D. *Thouarsius*) qui, ni fallor, spatham cum rhachi confundit. Flores simplici serie sessiles, 1-2 infimi androgyni, reliqui 4-6 in angustata portione rhachcos masculi. *R. Brown.*

catâ; pistilla purpurea; arista nulla." In *stagnis profundis Malabariae et Zeylonae.* 4. Rad. odorata.

Obs. Anne ANDROPOGON *squarrosus Linn.* (qui omnino PANICUM *abortivum Brown*) et ANDROPOGON *muricatus Retz*, (qui PHALARIS *zizanoides Linn.*) omnino distinctae species? Num ANDROPOGON *muricatus Retz* distinguendus sit ab HOLCIS suis (quibus ANDROPOGONES paniculatos adnumerat) ob glumas muricatas quasi unifloras ex abortione valvulae interioris flosculi hermaphroditi, ob perianthium muticum et squamulas hypogynas intra valvulam exteriorem positas? quaerit *R. Brown*, qui tamen sine dubio ANDROPOGONEM *squarrosum* (ANATHERUM *squarrosum P. de Beauv.*) inter PANICA retulit nomine PANICI *abortivi.*

2. * A. *virginicum Spreng.*; spicis conjugatis, calycibus glabris, rhachi lanatâ. *Spreng. pug.* II. p. 16. ANDROPOGON *virginicus Sp. Pl.* p. 1482. *Willd. Spec.* IV. p. 916. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 75. *Sloane jam. hist.* I. p. 110. t. 68. f. 2.

P. de Beauv. cum? ANDROPOGONIBUS junxit. Culmus gracilis praealtus; panicula e spiculis geminis oblonga angusta. In *America boreali.* 4.

3. * A. *bicorne P. de B.*; paniculae fastigiato-corymbosae bracteatae spicis conjugatis, rhachi longissime ciliatâ. *Spreng. pug.* II. p. 16. ANDROPOGON *bicornis Sp. Pl.* p. 1482. *Swartz Obs.* p. 382. *Willd. Spec.* IV. p. 916. *Pers. Syn.* I. p. 104 (excl. *Forsk.*) *Sloane Hist.* I. p. 42. t. 15.

Culmi ramosi; panicula fere sesquicubitalis, ramosissima, foliosa; spicae congestae, semipollicares. Flores saepius terni, quandoque bini, semper mutici. In *Brasilia, Gujana, Jamaica.* 4.

4. * A. *muticum P. de B.*; spicis digitatis subternis, flosculis alternis sessilibus muticis. ANDROPOGON *muticus Sp. Pl.* p. 1482. *Willd. Spec.* IV. p. 919. (Cum? huc posuit *P. de Beanvois. Willdenowio* CHLORIS (s. potius EUSTACHYS) videtur, cum E. *petraeae* similis sit.

Culmi spithamaei multi subpilosi etiam vaginis et foliis convoluto-subulatis. Spicae 3-4, lineares, articulatae, secundae. Calyces bivalves acuti ad latera debiscentes virides. Petala contraria calyci, colorata tenera. *Ad promont. b. spei.*

Huc adhuc cum? retulit cls. *P. de Beauv.* ANDROPOGONEM *refractum R. Brown.*

5. A. *domingense*; spicis terminalibus subfasciculatis, flosculis alternis sessilibus, pilis quadruplo longioribus sericeis, culmo ramoso foliisque planis laberrimis.

Rad. fibrosa; culmi ad apicem fere usque vaginati foliaque radicalia subpurpúrascentia cespitosa striata. Ligula brevis membranacea truncata. Folia margine carinaque scabriuscula, pa-

Digitized by Google

tentia. Spicae circiter 1½poll., in nostro specimine duo perfectae, tres videntur adfuisse. Rhachis fragilis tenuissima pilosa pilis, ut in flosculo neutro, distichis. Calycis valvulae aequales, striatae, glaberrimae, corollae valvulas superantes, acutae, omnino muticae, licet maxima structurae floris conformitas cum ANDROPOGONE *dissitiflоro* et *Zeae*, qui solâ aristâ videntur differre. In *Domingo Poiteau*, cui exemplar nostrum debemus insignitum nomine tantum generico ANDROPOGONIS. 4.

377. CALAMINA.

1. C. *imberbis P. de B.*; culmo ramoso, glumis imberbibus. ANTHISTIRIA *imberbis Desfont. Journ. de Physique* XL. p. 292. t. 1. *Pers. Syn.* I. p. 105. (non *Retzii*).

Radix longa, alba, tortuosa; culmi laeves ramosi nodosi 1-2ped., basi subinde geniculati; folia glauca basi ciliata, subinde et glabra, canaliculata, 1-2 lin. lata. Panicula laxissima, spicis 3-5 in fasciculum congestis, in apice pedunculi filiformis. Spicula singula fulta bracteâ subulatâ 1-2poll., plerumque 7florâ. Flores masculi 6 (raro 5-7), quorum 4 sessiles verticillato-approximati, reliqui pedicellati. Calycis 1valvis valvula duriuscula lineari-subulata glabra mutica. Cor. bivalvis valvulae membranaceae subaequales, muticae. Flos hermaphr. sessilis in centro, basi villosus. Cal. o. Cor. bivalvis, valvulis coriaceis fuscis, aristâ tortâ sericeâ, 2-3pollicari, saepe flexuosâ. Semen gracile laeve glabrum acutum. *Circa Constantinam et Bonam Africae borealis Desfont; in Syria de la Billardière.*

2. C. *gigantea Cav.*; culmo erecto, foliis inferne aculeato-denticulatis, paniculâ patulâ, involucro villoso, flosculis muticis. ANTHISTIRIA *gigantea Cav. Ic.* V. p. 36. t. 458. *Willd. Spec.* IV. p. 902. A. *ramosa Thunb. Mus.*

Decempedalis. Culmus pollicaris in diametro. Folia canaliculata, 3pedalia; vaginae margine superiore ciliatae. Involucra valde villosa. Panicula bipedalis, flosculi pilis rufescentibus tecti. In *Insula Luzon.* 4.

3. * C. *mutica P. de B.*; foliis lanceolatis, flosculis omnibus muticis. APLUDA *mutica Linn. Sp. Pl.* p. 1486. *Willd. Spec.* IV. p. 938.

Culmi longissimi debiles glabri, geniculis tumidis. Folia longa plana lanceolata s. versus vaginam attenuata in petiolum. Panicula angusta parva e lateribus exiens ex vaginis foliorum minorum ut ANDROPOGON. *Linn.* In *India orientali.*

Obs. An huc adhuc SEHIMA et THEMEDA *Forsk.*?

378. CYMBACHNE.

1. C. *ciliata Retz Obs.* VI. p. 36. ROTTBOELLIA *Cymbachne*, spicis geminis dimidiatis, foliorum vaginis ciliatis.

Willd. Spec. I. p. 465. (Cum? huc nomine C. *alatae* sphalmate reposuit, et ROTTBOELLIS adjunxit *P. de Beauv.*)

Culmi graciles, simplices aut ramosi, nudi aut folio caulino unico; folia radicalia brevia parva, dorso et ore vaginae pilis longis albidis; spicae lineares, 1½poll., 1 lin. latae; rhachis membranacea, striis tribus longitudinalibus, flexuosa, extus concava. In flore masculo calycis biflori valvulae duae rhachi appressae, exterior linearis obtusa dorso ciliata, interior semi-ovata, acuta, striata, compressa, colorata, dorso alata, involvens corollam bivalvem calyce breviorem; antherae, ut stigmata duo barbata, nigrae. In femineo calyx e valvula unica, subbifida, margine ciliata, corolla nulla. In *Bengalia.*

379. ANDROPOGON.

1. * A. *caricosus;* spicâ solitariâ imbricatâ, seminibus hirsutis, aristis nudis contortis. *Linn. Sp. Pl.* p. 1480. *Thunb. Flor. jap.* p. 39. *Willd. Spec.* IV. p. 902. *Rumph Amb.* 6. p. 17. t. 7. f. 2. A.

Culmi filiformes sped. Folia pilis raris adspersa: vaginis basi hirsutis. Spica ALOPECURI imbricata, griseo-hirsuta, aristis contortis nudis. In *India orientali.*

2. A. *filiformis Pers.;* spicâ simplici imbricatâ seriebus binis florum aristatorum sessilium, binis muticorum pedicellatorum, calycibus univalvibus. *Pers. Syn.* I. p. 103. A. *serratus Retz Obs.* V. p. 21. *Willd. Spec.* IV. p. 903.

Culmi pedales, filiformes, ramosi, foliosi, geniculis barbatis. Folia linearia laevia. Pedunculus elongatus fere capillaris. Spica simplex solitaria imbricata 1½poll. Flores rhachi adpressi, masculi calyx valvula ovata obtusa viridi-striata ciliata. Cor. bivalvis, valvulis hyalinis lanceolatis, interiore carinatâ. — Foeminei germen ovatum utrinque acutum compressum. Arista longa fusca tortilis germinis lateri inserta. *Retz. l. c.* In *Bengaliae ripis fluviorum.*

3. * A. *crinitus Thunb.;* spicâ solitariâ hirsutâ, aristis nudis geniculatis longissimis. *Thunb. Fl. jap.* p. 40. t. 7. *Willd. Spec.* IV. p. 903.

Radices filiformes fasciculati. Culmi plures simplices et ramosi, inferne filiformes, superne capillares, erecti, glabri, 9poll.-1ped. Rami alterni culmo similes interdum ramosi. Folia alterna, ad genicula villosa, glabra, integra, digitalia. Spicae solitariae, rarissime geminae, lineares pollicares. Rhachis ad singuli floris insertionem villosa, villis brevibus stellatis albis. Glumae calycinae glabrae. Arista basi geniculata genu rufescente, inde capillaris tenuissima horizontaliter patens nuda, flore multoties longior. *Thunb. l. c.* In *Japonia.* 4. Confer POGONATHERUM *polystachyon.*

Digitized by Google

4. * A. *divaricatus;* spicâ oblongâ, floribus lanatis remotis divaricatis, aristâ flexuosâ nudâ. *Linn. Sp. Pl.* p. 1480. *Willd. Spec.* IV. p. 905. LAGURUS humilior, paniculâ conicâ laxâ nutante. *Gronov. virg.* p. 135.

Aristae longae, rufescentes in spica terminali conica laxa nutante lana semine longior. In *Virginia.* *Parsh* hunc divaricatum cum? ducit ad *scoparium.*

5. A. *nervosus;* spicâ solitariâ; glumâ hermaphroditi sessilis unifloră, bivalvi; masculi pedicellati biflorâ; valvulâ exteriore glumae praesertim masculi nervosâ coloratâ, margine et pedicello pilosis; valvulâ interiore glumae hermaphroditi aristatâ. *Rottler* ap. *Willd. act. am. n. c. berol.* IV. p. 218.

In *Ind. or.*

6. A. *flabelliformis Roxb.;* spicis solitariis vaginâ foliorum semi-inclusis, rhachi pedicellisque pilosis, culmo ramoso, geniculis barbatis. *Spreng. pug.* II. p. 9. *e litt. Roxburgh.*

Culmi glabri graciles bipedales et ultra. Folia copiosissima, infima dodrantalia, glabra, subtriquetra, rigida; suprema ex angustissima basi sensim dilatatâ coloratâ scariosâ pedunculos gestant spicarum una cum foliis e caulium geniculis prodeuntes. In *Bengalia.*

7. A. *aciculare Retz;* paniculâ simplici coarctatâ, ramis apice trifloris, flore intermedio femineo sessili apice aristato, basi barbato, masculis pedicellatis muticis subulatis. *Willd. Spec.* IV. p. 905. *Retz Obs.* V. p. 22. *Rumph Amb.* VI. p. 13. t. 5. f. 1.

Differt a *Gryllo:* paniculâ coarctatâ, floribus minoribus intermedio foem., foliis brevioribus margine remote denticulatis nec ciliatis, vaginis margine tantum nec in orificio ciliatis. — *P. de Beauv.* sine? huc retulit, licet prius genus proprium inde cum *Loureiro* constituisset nomine RAPHIS. * In *Indiae orientalis sterilibus ruderatis.* ♃.

8. * A. *nutans;* paniculâ ramosâ coarctatâ nutante; floribus geminatis aristatis, calycibus hirsutis, hermaphrodito sessili, masculo pedicellato caduco. *Linn. Sp. Pl.* p. 1480. *Gron. virg.* p. 135. *Willd. Spec.* IV. p. 906. *Parsh Fl. Amer. Sept.* I. p. 74. Idem ne cum ANTHISTIRIA *ciliata*

* RAPHIS: Involucrum triphyllum, triflorum, floribus duobus masculis pedicellatis, altero femineo sessili. *Cal.* et *cor.* valvulae in maribus muticae, in foemineis longe setigerae. Semen corollâ involutum. (*Loureiro.*) *P. de Beauvois* p. 150. *Rob. Brown* ad SORGHUM spectare hanc plantam, atque eandem esse RAPHIN *triviolem* cum ANDROPOGONE *aciculari Retz.* Fide speciminis in *herb. Banks.*

Digitized by Google

seu ANDROPOGONE *nutante Mant.* 303? ut *Palisot de Beauv.?* Nec alius quisque habet praeter *Willdenowium*, qui siccum, et *Purshium*, qui vivum vidit.

Culmi plures pedales ramosi, superne subnutantes; folia plura, margine scabra, basi ciliata; panicula decomposita foliosa; pedunculi nudi, pedicelli bifiori, flores ambo aristati, altero sessili. Lanugo brevis in ipsis glumis. In *Virginia*, *Jamaica*. 4.

9. A. *arundinaceus Willd.*; paniculâ ramosâ nutante, floribus ternis, hermaphrodito aristato basi, pedicellatisque barbatis, masculis 2 lateralibus muticis. *Willd. Spec.* IV. p. 906.

Gramen altum arundinaceum; folia superiora bipedalia, pollicem lata; vaginae glabrae striatae; ligula barbata; panicula pedalis, ramosa nutans. Hermaphroditi calycis valvula exterior major, nitida, apice subtridentata, margine ciliata, pilis sparsis obsita, et basi barbata, interior acuta. Cor. bivalvis, membranacea basi aristâ tortâ flore longior; masculi lanceolati mutici. In *Guinea*. *Isert.*

Obs. Ab hoc utique distinctus videtur ANDROPOGON *arundinaceus*: paniculâ compositâ densâ, glumis bifloris lucidis, flosculo utroque aristâ tortuosâ divaricatâ. *Berg. Flor. cap.* p. 356. Arundo phalaroides e promont. b. Spei. *Petiv. Mus.* 89. quem nullibi, praeter in *Vitmani Summa* VI. p. 16. vidimus adductum, et qui, si genuinam speciem sistit, ANDR. *Bergii* dicendus. — Culmus altus geniculatus teres glaber. Folia subpedalia striata retrorsum scabra, superiora subulato-teretia acuta basi vaginantia. *In promont. b. spei.* *P. de Beauv.* ducit A. *arundinaceum* ad SORGHUM *halepense*, sed neuter horum ad SORGHUM, praeter *arundinaceum Scopoli*.

10. A. *avenaceus Mich.*; foliis asperis vaginisque glabris, paniculâ nudâ subpyramidatim oblongâ multiflorâ, floribus rufescentibus triandris, glumae valvâ alterâ villosâ, aristâ valde contortâ. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 58. *Willd. Spec.* IV. p. 907. cui dubium.

In *vastissimis pratis Illinoensibus*. 4. *P. de Beauv.* ducit hanc speciem ad SORGHUM sine addito nomine specifico, ut facile haberes pro SORGHO *avenaceo Thunb.*

11. * A. *serratus Thunb.*: paniculâ laxâ, flosculo altero sessili, altero pedicellato, pedicellis hirsutis. *Thunb. Fl. jap.* p. 41. *Pers. Syn.* I. p. 104. ANDROP. *laxus Willd. Spec.* IV. p. 907.

Culmus simplex teres erectus glaber 3ped.; folia venosa glabra ore vaginarum hirsuto ciliato-serrata. Panicula laxa ferruginea spithamaea. Pedunculi capillares flexuosi erecti glabri. Flosculi geminati; sessilis basi villosus, pedicellatus pedicello villoso ferrugineo calyce breviore. Calyces inferne nigri, superne glabri. Arista contorta glabra flore quadruplo longior decidua. *Thunb.* In *Japonia*.

12. A. *fulvus Spreng.*; paniculae ramis capillaribus, pedicellis glumisque villosis, hermaphroditi aristâ hirsutâ longissimâ contortâ, geniculis lanato-barbatis, foliis hirsutiusculis. *Spreng. pug.* II. p. 8.

Tripedalis. Rad. fibrosa. Culmus teres glaber. Folia piloso-hirsuta ligulâ barbatâ. Panicula nuda erecta. Pedunculi pilis longis fulvis. Masculi 2, pedicellati. Similis HOLCO *fulvo R. Brown.* In *Bengalia.*

13. * A. *cotulifer Thunb.*; paniculâ patulâ villosâ, aristâ tortili nudâ, pedicellis incrassatis pateraeformibus. *Thunb. Fl. jap.* p. 41. *Willd. Spec.* IV. p. 907.

Culmus teres striatus glaber simplex articulatus crassitie digiti, 2ped. Folia vaginantia, fauce villosa, linearia, nervosa, marginata, margine tenuissime serrulata glabra, pedalia. Panicula supradecomposita flosculis deciduis. Pedunculi capillares flexuosi, pedicellis brevissimis. Rhachis flexuosa, denticulis villosis. Calycis gluma lanceolata acuminata striata villosa scabra. Arista tortilis geniculata nuda patens calyce duplo longior. *Thunb. l. c.* In *Japonia.*

14. * A. *Nardus*; paniculae ramis supradecompositis proliferis. *Linn. Sp. Pl.* p. 1482. *Mat. med.* 219. LAGURUS *Fl. zeyl.* p. 45. Arundo zeylonica farcta odore et sapore calami aromatici. *Burm. Fl. zeyl.* p. 35. *Willd. Spec.* IV. p. 909.

Magnitudo Arundinis. Ex alis summorum foliorum a latere culmi plano prodeunt e vagina pedunculi duo, quorum alter brevior e sinu producit aliquot pedunculos breves iterum proliferos, alter vero pedunculus longior saepius prolifer: hinc panicula mixta foliolis calycem mentientibus. *Flor. zey.* In *Ind. orient.* 2.

15. A. *laniger Desfont.*; foliis involutis, spicis paniculatis foliaceis, rhachi villosâ, spiculis lanuginosis vaginis cinctis, calyce exteriore nullo, flore altero sessili hermaphrodito, altero pedicellato. *Desfont. Fl. atl.* II. p. 379. *Pers. Syn.* I. p. 104. ANDR. *eriophorus Willd. Spec.* IV. p. 918.

Cum? huc retulit *P. de Beauv.* et *lanigerum*, et *eriophorum* v. distinctas species. Culmus erectus glaber laevis nodosus pedalis. Folia glabra rigidula, vagina internodiis brevior, ligula lacerâ. Spiculae pedicellatae axillares simplices vaginis foliaceis involutae. Flores binati villis densissimis longis nivei absolutâ florescentiâ patentibus obducti. Cal. nullus; lanugine vicem supplente. Masculi breviter pedicellati, mutici. Cal. exterior villosus biglumis, glumis acutis; interior, s. corolla biglumis, membranaceus. Hermaphroditi calyx idem; valvula exterior aristâ setiformi rectâ longitudine glumae. Rhachis spicularum villosa. In *montibus Barbariae prope Cassam.* 2.

Digitized by Google

16. A. *strictus Waldst.* et *Kit.*; paniculâ erectâ, spiculis unifloris (breve) aristatis; corollâ trivalvi, valvulâ mediâ bifidâ. *Host Gram. austr.* II. t. 2. *Willd. Spec.* IV. p. 911. SACCHARUM *strictum Spreng. pug.* II. p. 16.

Rad. horizontalis; culmus farctus nodis villosis, 2-4ped.; folia lineari-lanceolata, prope basin pilis longis carinâ albâ; ligula brevis, ciliata, extus pilosa; rhachis ramique villosi; spiculae plerumque geminae unilaterales, pilis longis albis aut purpurascentibus. Glumae calycinae purpurascentes muticae; corollae valvula suprema brevi-aristata. Nectaria duo lata truncata. In *pratis siccis, vineis Syrmiae; et in Gallia meridionali circa Prades invenit Schultes.* 4.

17. * A. *alopecuroides*; paniculâ simplici oblongâ elongatâ, spicis verticillatis simplicibus, floribus aristatis geminatis, altero sessili, altero pedicellato, rhachi lanatâ, lanâ floribus longiore. *Willd. Spec.* IV. p. 911. A. paniculâ laxâ, rhachi lanatâ, flosculo utroque aristâ tortuosâ. *Linn. Sp. Pl.* p. 1481. *Sloane jam.* 34. *Hist.* I. p. 113. t. 14. t. 70. f. 1.

„Lanugo floribus longior, etiam in ipsis glumis.“ Panicula pedalis angusta ramis longis. In *Virginia* [ita Linnaeus; sed a nullo recentiorum peregrinatorum in Amer. Sept. repertus fuit.] *et Jamaica.* 4.

Obs. P. de Beauv. cum? huc retulit; *Persoon* inter ANDROPOGONES non habet, et *Scheuchzeri* synonymon: „Arundo farcta Rheni bononiensis *Plinii Scheuchz. Agrostogr.* p. 160 ad virginianam et jamaicensem plantam vix spectare potest, sed pertinet potius ad DONACEM *mauritanicum.*

18. A. *saccharoides Swartz*; paniculâ simplici strictâ, spicis alternis confertis simplicibus, floribus geminatis, altero sessili aristato, altero pedicellato mutico, rhachi lanatâ, lanâ floribus longiore. *Willd. Spec.* IV. p. 912. *Swartz Prodr.* 26. *Flor. Ind. occid.* I. p. 205.

Hunc et pro ERIANTHO habuit *P. de Beauv.* et cum? huc posuit. Accedere ad A. *alopecuroidem*, sed differre: floris formâ diversâ, paniculâ minore, aristâ rectâ nec geniculatâ tortâ. In *siccis montosis Jamaicae australis.* 4.

19. A. *argenteus*; paniculae ovali-oblongae ramis confertis dichotomis, flosculis geminatis, hermaphrodito sessili aristato, altero mutico pedicellato tabescente, pedicellis rhachibusque lanatis, nodis barbatis. *Decand. Cat. H. monsp.* 1813 p. 77. *Hort. monsp. inedit.* t. 68. A. culmo simplici, nodis barbatis, foliis pilosis, vaginis glabris, paniculâ ramosâ coarctatâ, rhachi ramisque glabris; ramulis pedicellisque albo plumosis; glumis floris hermaphroditi glabris basi barbatis apice ciliatis; aristâ glumis quadruplo longiore, flore

neutro minimo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 152. Saccharum *argenteum Brouss. El.* p. 50. (ergo et *Jacq. Ecl. gram.* Fasc. t. 5.) Erianthus *saccharoides Willd. Enum.* I. p. 46. (excl. syn. et char. generis!).

Variat foliis vaginisque sericeo-pilosis, spiculis minoribus. Culmi plures simplices 2-3ped.; vaginae extus glabrae, ad faucem ciliis quibusdam albis rectis; ligulae 2-3 partitae longitudine ciliorum; panicula argentea, ex ultimo folio longe exserta; rami plures; flosculi pedicellati adeo abortivi, ut bracteam ad latus flosculorum sessilium simulent. Gluma bivalvis exaristata subglabra; perigonii valvula una glabra membranacea, altera nulla, sed hujus locò arista glumae quadruplo longior, tortilis. Stamina tria. Valde affinis Andr. *saccharoidi Swartz*, sed distincta ramis dichotomis, cum hoc et *lagaroide* genus forsan proprium constituens. Cum Erianthо *saccharoide* incaute confudit *Willdenow*, sed ab hoc differt culmo 2-3, nec 6-8ped.; vaginis extus glaberrimis, nec ad apicem hirsutis; paniculâ multo minori, flosculis abortivis pedicellatis, nec omnibus fertilibus; perigonio uni- nec bivalvi; aristâ e receptaculo nec ex apice valvulae interioris; staminibus 3- nec 2. A Saccharis differt aristâ longâ tortili et flosculis sterilibus. *Decand.* In *Mexico; in scopulosis aridis regni Quitensis prope Paembo, Lloa.* 4.

20. A. *stipoides;* culmo simplici, nodis barbatis, foliis interne scabris, margine serrulato-scabris; vaginis glabris; paniculâ ramosâ, ramis verticillatis, glabris, axillis pilosis, rhachi pedicellis glumisque floris hermaphroditi piloso-sericeis; flore neutro minimo. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 152.

Culmi cespitosi erecti 3-6pedales, teretes, glabri; nodi pilis albis sericeis adpressis; folia linearia acuminata plana striata rigida externe glabra; vaginae striatae glabrae; ligula truncata glabriuscula; panicula pedalis ramis patulis. Hermaphroditi glumae oblongo-lanceolatae, truncatae, subaequales, coriaceo-induratae, sericeo-pilosae; valvulae corollinae 2, tenuissime membranaceae, ciliatae, apice bifido dentatae, subaequales, glumis breviores, superior inter dentes aristâ tortili scabrâ glumis triplo longiore. Germen ovatum. In *temperatis regni Novogranatensis inter Popayan et Almaguer prope Rio Pates, in radicibus montis Socoboni.* 4.

21. A. *lagaroides;* paniculae oblongae ramis dichotomis subconfertis, flosculis geminatis, hermaphrodito sessili aristato, altero pedicellato mutico tabescente, pedicellis rhachibusque lanatis, nodis glabris. *Decand. Cat. H. monsp.* 1813. p. 78. *Hort. monsp. inedit.* t. 69. A. paniculâ contractâ, ramis simplicibus bifidisque fasciculato polystachyis, pedicellis et spicularum rhachibus lanatis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 35.

Digitized by Google

Culmi basi ramosi, folia glabra (scabra), ligula bipartita, panicula pilis argenteis numerosissimis ut in A. *argenteo*. In *Nov. Hispan.* 4. Semina misit *D. Sessé*.

22. A. *obtusifolius*; culmo filiformi; ramis axillaribus capillaceis; spicis minimis axillaribus subsolitariis; foliis brevibus obtusis patentibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* T. I. p. 583.

Rami fasciculati; folia plana glabra minute denticulata, longitudine vaginarum spathiformium, laxarum; spicae filiformes vix 6-8 lin. Flores glabri, fere geminati, alterni, rhachi subtilissimae appressi, alter vix pedicellatus subulatus aristâ tortâ rectâ, alter sterilis muticus sessilis. In *Porto-Ricco. Le Dru.*

23. A. *flexilis*; spicis axillaribus paniculatis; pedicellis rhachique barbatis; culmo stricto sub apice triangulari; foliis subnudis margine scabris. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 583.

Culmi graciles rigidi glabri ramosi 2-3ped., rami axillares compressi angulati flexiles; folia longa fere triangularia, margine aspera, pilis raris inspersa; spicae geminatae in bracteâ concavâ floribus vix longiore; rhachis et pedicelli barbati; flosculus alter aristâ rectâ, subcontortâ. In *America septentrionali*. 4.

24. A. *macrourus Mich.*; vaginis foliorum ad margines manifeste villosis, paniculis lateralibus fasciculato-polystachyis in longam confertamque paniculam constrictis, floribus monandris, aristis 4-5plo glumae longitudine, valvis interioribus glabris. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 57. *Willd. Spec.* IV. p. 914. Cinna *glomerata Walt. Carol.* p. 59.

Habitus A. *bicornis*, sed aristis vaginisque satis diversa. Spicae geminatae fasciculatae. Rhachis et involucra pilis longis. In *Carolinae et Floridae humidis.*

25. A. *dissitiflorus Mich.*; culmis ramosis foliisque scabris linearibus planis striatis, spicis erectis bracteâ linearilanceolatâ brevioribus, ligulâ brevissimâ glabrâ, floribus monandris aristâ longâ rectâ. — A. vaginis foliorum glabellis, culmis stricte erectis fere ab imo floridis, spicis dissite lateralibus, rarioribus erectis, floribus monandris aristâ longâ rectâ, valvis interioribus glabris. *Mich. Amer. Bor.* I. p. 57. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 75. *Willd. Spec.* IV. p. 914. Cinna *lateralis Walt. Fl. Carol.* p. 59.

„Involucra rhachisque villosa.“ *Mich.* In *sylvis Pensylvaniae, Carolinae, Floridae.* 4.

Obs. Exemplar nostrum, quod clo. *Decandollio* debemus, deficiente radice, 1½ped.; culmus, crassitie pennae corvinae, ramosissimus, striatus, glaber, tectus ad apicem usque vaginis striatis, e quorum latere

rami e pedunculi culmo breviores. Folia stricta acuminata, culmo ramisque longiora, plana, glabra, striata, carinâ acutâ margineque scabra. Ligula margo membranaceus. Rami filiformes simplices nunc, nunc ramosi apicem versus incrassati, terminati, supra nodulum, in spatham s. involucrum lineari-lanceolatum acuminatum compressum glabrum striatum, margine membranaceum, spicam solitariam 1-1 1/2 poll., aut bina ternasve, colligens iisdemque longius. Flosculi rhachi insident capillari, maxime fragili, pilis flosculo quadruplo longioribus, praecipue sub eodem involucri ad instar aggregatis, obsitae. Flosculus neuter ad basin formâ pedunculi seu articuli rhacheos, itentidem pilosus, pilis distichis. Cal. hermaphroditi valvulae corollâ longiores lanceolato-acuminatae, carinâ scabrae, margine ciliatae, subaequales; valvulae corollinae hyalinae, altera aristâ glumis sextuplo longiore.

26. A. *Zeae;* culmis ramosis foliisque glabris angusto-linearibus convolutis strictis, ligulâ pilosâ, spicis erectis bracteâ lineari multoties longioribus, floribus monandris aristâ longâ subtortili.

Exemplaria nostra, quae amicissimo *Zea* debemus (qui ad SACCHARUM amandandum credit) 1 1/2-2ped. Culmi crassitie ut emporii tenuioris, striati, glabri, tecti ad apicem usque vaginis striatis, e quorum latere rami pedunculique teretes ejusdem non raro cum culmo altitudine. Folia longissima, substriata, ut bracteae, rigidiuscula. Bracteae 1 1/2 poll., spicae subsolitariae non raro 1/2 pedis. Flosculis tructura exactissime *dissitiflori*, nisi quod 1/3 major. In *Santa Fe de Bogota.* Olim fors, ob flosculum neutrum imperfectum pedicelliformem sub masculo vel hermaphrodito monandro, si plures aderunt species, distincti generis. ANATHERI proximi, et vix nisi aristâ diversi.

27. A. *ternarius Mich.;* ramis remote alternis solitariis simplicibus, plerisque tristachyis, spicis distanter alternis, bifidis, villis involucri glumâ brevioribus, floribus triandris, valvis interioribus subvillosis, intimâ ex incisurâ aristam longam contortam emittente. *Mich. Amer.* I. p. 57. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 75. *Willd. Spec.* IV. p. 914.

Cls. *P. de Beauv.* citat *Persoon* qui non habet. Similis A. *hirto.* Rami infimi interdum tetrastachyi. In *montosis Carolinae, et Virginiae.* 2.

28. * A. *hirtus;* spicis conjugatis pedunculatis paniculatis, floribus geminis hirsutis, (glumis acutis hirtis) altero sessili hermaphrodito aristato, altero masculo mutico (pedicellato, culmo ramoso). *Willd. Spec.* IV. p. 917. *L. Sp. Pl.* p. 1482. *Allion. ped.* n. 2280. *Smith Prodr. Fl. gr.* I. p. 48. *Decand. Fl. fr.* n. 1691. *Bocc. Mus.* p. 315. t. 8. f. 1. *Host Gram. austr.* IV. t. 1. ANDROPOGON *distachyon* β. *Lam. Fl. fr.* 3. p. 633.

Differt ab A. *distachyo* foliis glaucis subtus fere cinereis; spici duplo vel triplo brevioribus, vix uncialibus, villosis, spiculi

Digitized by Google

laxioribus; pedunculis hirtis pilosis. *Ad littora totius maris Mediterranei, et in prom. b. spei.* Aristae geniculatae spicis duplo longiores. Hirsuties in capensi specimine minor quam in illis *ex Ind. orient. Thunb. Fl. cap.* I. p. 405. 4.

Obs. Sub hacce specie duae fors, saltem in meridionali Europa, delitescere videntur species aliae, vel notabiles saltem varietates, quarum altera α est foliis lineari-filiformibus convolutis, radicalibus brevissimis, paniculâ pauciflorâ, flosculis remotiusculis; altera β foliis linearibus planis, radicalibus longissimis, spicis copiosioribus, majoribus, magisque villosis. Utramque in *Valentia* legit amic. *Dufour*, qui β A. *pilosum* dixit. Quaenam ex his planta Linnaei?

29. A. *plumosus Humb.* et *Bonpl.*; culmo ramoso, nodis barbatis, foliis scabriusculis, vaginis apicem versus pilosis, spicis ternis (rarius geminis), rhachi pubescente, glumis floris hermaphroditi sericeis, masculi pubescentibus; aristâ longissimâ basi pilosâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 149. *Willd. Spec.* IV. p. 919.

Culmi erecti, 4-5ped., teretes, glabri; folia linearia plana striata rigida, margine retrorsum scabra, interne basin versus pilosa; vaginae striatae basi et medio glabrae; ligula brevis ovata acuta piloso-ciliata. Spicae lineares spithamaeae alternae; spiculae hermaphroditae pedicellus pilosus; rhachis teres pubescens; hermaphroditi glumae lanceolatae obtusae striatae coriaceae convolutae; valvulae tenuissime membranaceae, superior aristâ 1½poll., geniculatâ, a basi ad medium albo plumosa, a medio ad apicem hispida; masculi glumae oblongae obtusae coriaceae striatae, convolutae, valvulae tenuissime membranaceae muticae. In *vasta planitie gramine raro vestita (Llanos de Barcellona) prope Villa de Pao; in convalle caripense Cumanensi.* 4.

30. A. *stenophyllus*;* culmo simplici, nodis barbatis foliis scabris, vaginis inferioribus pilosis, spicâ solitariâ; rhachi pubescente, glumis floris hermaphroditi albo-sericeis, floris masculi glabris; aristâ longissimâ, sericeo-pilosâ. A. *angustifolius Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 148.

ANDROPOGONI *Montufari* valde affinis. Rad. fibrosa; culmi caespitosi erecti 2-3ped., glabri, nodi adpresso barbati; folia angusta linearia acuminata, striata, rigida; vaginae striatae, glabrae, ligulâ ovatâ, integrâ, glabrâ; spicae lineares bipollicares; spiculae geminae, pedicello piloso; hermaphroditae glumae oblongae obtusae coriaceae convolutae basi barbatae; valvulae tenuissime membranaceae glabrae, superior aristâ 1½poll., tortili, geniculatâ. Spiculae masculae glumae oblongae obtusae concavae membranaceae striatae glabrae; val-

* Hunc et sequentem *Montufari* huc posuimus, quia apud *Humb.* et *Bonpl.* soli sub eâdem Categoriâ: rhachi spicatâ inarticulatâ, spiculâ hermaphroditâ pedicellatâ, incompletis subsessilibus militant.

Digitized by Google

vulae tenuissime membranaceae muticae. In *toto jugo montium porphyriticorum prope S. Rosa et los Joares Mexic.* 4.

31. A. *Montufari;* culmo simplici, nodis barbatis, foliis scabris, vaginis omnibus glabris, spicâ solitariâ, rhachi glabriusculâ, glumis floris hermaphroditi sericeis, floris masculi pilosiusculis, aristâ longissimâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. genen.* et *spec.* I. p. 148.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi erecti tripedales teretes striati glabri; folia linearia acuminata plana striata, rigida; vaginae striatae glabriusculae, superiores tortae; ligula elongata bifida glabra; spica linearis, 4-6poll.; rhachis teres, glabriuscula; glumae hermaphroditi lanceolatae obtusae, albo sericeae basi barbatae coriaceae convolutae; valvulae corollae tenuissime membranaceae, superior aristâ 1½poll., geniculatâ, tortili; masculi glumae obtusae oblongae concavae coriaceae striatae pilosiusculae, valvulae tenuissime membranaceae muticae. In *aridis apricis regni Quitensis prope Conocoto, Pintac, et Villam Chilloensem Montufari, Marchionis de Selvalegre.* 4.

32. A. *binatus Retz;* spicis geminis lanatis, calycis valvulâ alterâ acuminatâ, alterâ truncatâ tridentatâ, petalo majori aristato. *Retz Obs.* V. p. 21. *Willd. Spec.* IV. p. 918.

Culmi filiformes 1-1½ped.; pedunculi 1-3, longi, foliiformes; spicae geminae pollicares; rhacheos dentes lanugine flavâ fasciculatâ; flores sessiles eâdem lanugine obsiti. Cal. striatus, valvulâ majore acuminatâ, minore truncatâ bidentatâ. Cor. valvula exterior linearis aristâ geniculatâ, interior brevior mutica. Stigmata villosa fusca. *Retz.* In *India orient.*

33. A. *annulatus Vahl;* spicis geminatis ternisve, floribus geminatis, calycibus nervosis ciliatis, hermaphrodito sessili aristato, neutro mutico pedicellato, rhachi pilosâ, culmo ramoso geniculis barbatis. *Willd. Spec.* IV. p. 918. *Vahl Symb.* II. p. 102. *Forsk. descr.* n. 173. *Descript. de l'Egypte* t. 7. A. *undulatum* (sphalmate) *Pers. Syn.* I. p. 105.

Statura et summa affinitas A. *Ischaemi*, ut facile eundem diceres. Differt autem: geniculis valde barbatis, ligulâ membranaceâ nudâ, nec vaginis ore pilosis. Flosculi glabriores, glumis calycinis obtusis, nec lanceolatis acutis. In *India orientali. Koenig.*

34. A. *aristatus Poiret;* spicis ternis quaternisve, floribus geminatis, altero sessili longe aristato, altero pedicellato mutico, foliis vaginisque laxe pilosis. *Poir. Enc. meth. Sappl.* I p. 585.

Affinis A. *annulato;* sed differt spicis pedunculatis villosis linearibus compressis. Arista flosculi sessilis longa fusca; calyx acuminatus, rhachis pilosa; folia aspera firma angusta apice longe subulata, planiuscula, vaginisque pilosa; culmi glabri

Digitized by Google

teretes geniculis fuscis angustioribus, glaberrimis. In *Isle de France. Commers.*

35. A. *furcatus Muehlenb.;* spicis digitatis subquaternis, floribus geminatis, hermaphrodito sessili aristato, masculo mutico pedicellato, rhachi pilosâ. *Willd. Spec.* IV. p. 919. *Pursh Fl. Am. Sept.* I. p. 75. *Schreb. Gram.* t. 42 sic definit: „spicis geminis terminalibus axillaribusque, pedunculis solitariis geminisque simplicibus elongatis erectis, flosculis scabris, hermaphroditis aristatis."

Spicae 4 terminales tripollicares; Cal. hermaphroditi, bivalvis, valvulis lanceolatis, dorso et margine hispidis, exteriore apice bidentatâ, interiore acutâ parum longiore. Corolla membranacea bivalvis, valvulâ exteriore bipartitâ aristatâ, interiore indivisâ. Arista flore duplo et amplius longior, geniculata. Masculi calyx bivalvis, valvulis acuminatis muticis dorso et margine hispidis. Cor. bivalvis. In *America boreali.* 4.

36. A. *villosus Thunb.;* spicis digitatis. floribus aristatis sessili pedunculatoque, calyce culmoque villoso. *Thunb. Prodr.* p. 20. *Flor. cap.* I. p. 406. *Willd. Spec.* IV. p. 920.

Similis A. *Ischaemo*, (quocum *P. de Beauv.* junxit) sed differt: calyce, culmo et foliis hirsutis. Culmus simplex, geniculato-inflexus, inferne foliis vaginatus glaber, superne hirsutus, pedalis et ultra; folia vaginantia, ensiformia, breviora; spicae 3-5 lineares. digitales; aristae tortiles, geniculatae, flore multo longiores. In *regionibus interioribus prom. b. spei.*

37. A. *pilosus Willd.;* spicis digitatis subsenis; floribus geminatis basi villosis, altero hermaphrodito aristato sessili, altero masculo mutico pedicellato, rhachi glabrâ. *Willd. Spec.* IV. p. 920.

Culmus 3ped., basi ramosus; folia graminea rigida, inferiora 4poll., superiora pedalia, striata, superne basin versus pilosa. Ligula truncata lacera. Spicae plures, plerumque sex, tripollicares. Flores basi lanâ longâ involuti. Hermaphroditi cal. et cor. bivalvis, haec aristâ tenuissimâ tortâ. Rhachis glabra. *Mysorae in India orientali.* 4.

38. A. *Bladhii Retz;* spicis suboctonis, flosculo hermaphrodito sessili aristato, neutro pedunculato ciliato mutico. *Retz Obs.* II. p. 27. *Willd. Spec.* IV. p. 920.

Culmus simplex teres parce foliosus geniculis barbatis; folia graminea, pilis albis sparsis, praecipue ad vaginarum oras. Vaginae nudae striatae. Spicae pedunculatae terminales lineares erectae inaequales indivisae, rhachi geniculatâ pilosâ cum pedicellis. Flosculi alterni geminati, basi pilis albis circumdati. Hermaphroditus aristâ longâ tortâ, stigmatibus duobus longis nigris incrassatis breviter hirsutis, stylis brevibus capillaribus insidentibus. Flos neuter levissime ciliatus. In *China.*

39. A. *incurvatus Retz;* spicis filiformibus subdigitatis, floribus geminatis, femineo pedicellato aristato, masculo sessili mutico, calycibus univalvibus. *Retz Obs.* V. p. 21. *Willd. Spec.* IV. p. 921.

Culmi 2ped. filiformes foliosi ramosi. Folia linearia ad radicem multa, in culmo pauca. Pedunculus elongatus. Spicae plures filiformes viridi-fuscae. Flores hirti, basi barbati. Cal. in utraque linearis obtusus hirtus viridi-fuscus. Cor. bivalvis lanceolata, hyalina. Arista foemineae longa torta geniculata, ad genu usque fusca, dein albida, prope germinis basin inserta. Germen longum cylindricum. In *Tranquebaria juxta flumina.*

40. A. *angustifolius Smith;* foliis linearibus canaliculatis pilosis, spicis digitatis corymbosis, plurimis, calycibus striatis pedicellisque hirsutis. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 47. ANDR. *Ischaemum Schreb. lips.* p. 46. *Gram.* II. p. 66. t. 33. *Lam. Enc. meth.* I. p. 376. *Roth F. germ.* II. 2. p. 546. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 253. A. spicis 6-10 erectis subdigitatis, pedicellis villosis, spiculis geminis purpurascentibus, altero hermaphrodito uniaristato. *Decand. Fl. gall. syn.* n. 1688. *Gaud. Agr.* I. p. 111. *Hall. Helv.* n. 1414. *Jacq. austr.* IV. p. 43. t. 38. *Schkuhr Handb.* III. p. 511. t. 342. b. *Host Gram. austr.* II. p. 3. t. 3. *Hayne term. bot.* t. 41. f. 2. *Schenchz. Agrost.* p. 94. t. 2. f. 11. A. B. A. *villosum a. Lam. Fl. franç.* III. p. 634.

Rad. fibrosa, cespitsoa; culmi 1½pedales rigiduli, glabri, ascendentes, inferne purpurascentes, radicantes; folia acuminata rigidula, margine et carinâ scabra, ciliata, ad ligulae ortum fasciculo pilorum; vaginae compressae glabrae; ligulae loco series pilorum; racemi spicati lineares angusti breve pedunculati, purpurascentes, rhachi articulatâ. Flosculi basi pilorum stigmata rubra, valde plumosa. In *aridis, siccis, arenosis Europae, ad Peloponnesum usque.*

Obs. „ANDR. *Ischaemum Linn.* differt: staturâ majori, foliis latioribus longioribusque, spicis paucioribus, glumis calycinis duplo majoribus, a minus conceinne striatis." *J. E. Smith. l. c.*

41. * A. *Ischaemum;* spicis digitatis plurimis, floscul sessilibus: aristato muticoque, pedicellis lanatis. *Linn. Spec.* 1483. et, teste *Smithio: Gerard. gallopr.* p. 107. n. 4. t. A. *provinciale Lam. Enc. meth.* I. p. 376. A. spicis 4-5 erectis subdigitatis, pedicellis villosis, spiculis geminis virescentibus, altero hermaphrodito uniaristato. *Decand. Fl. gall. syn.* n. 1689. *Tourn. Inst.* 521. n. 1. ANDROPOG. *villosum β. Lam. Fl. fr.* 3. p. 634. ANDR. *Gerardi Vitman Summ.* VI. p. 16.

Digitized by Google

Decandolle quidem *l. c.* ut varietatem β ad hunc A. suum *provincialem* citat ANDROP. *provincialem Retz. Obs.* III. p 43.; sed A. *provincialis Retz* est CHLORIS *pallida*, et *Willd. Spec.* IV. p. 926 de ANDR. *provinciali Lam.* ait: „huic" (*Retzii* nempe) nullo modo similis, et fors nova ANDROPOGONIS species, quam ob defectum speciminis et brevem descriptionem omisi Descriptio, quam *Decandolle* l. c. dedit, haec est: „Culmus rectus 3ped., foliis elongatis, margine nervisque scabris, 7-8 millim. latis; ligula parva pilis aliquot obsessa; flores geminati, basi fasciculo pilorum, hermaphroditus sessilis aristatus, masculus muticus pedicellatus. Glumae pallidae, glabrae aut villosae. In *Gallia provinciali; et in promont. b. spei* teste *Thunb. Fl. cap.* I. p. 405.

42. * A. *pertusus Willd.;* spicis digitatis subquinis, floribus geminatis, hermaphrodito sessili aristato, calycis valvulâ exteriore poro pertusâ, masculi pedicellatâ muticâ, rhachi pilosâ. *Willd. Spec.* IV. p. 922. A. spicis 4-7 confertis sericeis, rhachibus barbatis, glumis exterioribus oblongis nervosis pubescentibus, medio foveolâ impressis, foliis caulinis setaceis vaginâ laevi brevioribus, geniculis imberbibus *R. Brown Prodr.* I. p. 201. HOLCUS *pertusus Linn. Mant.* p. 301.

Culmus articulatus laevis ascendens ramosus fere pedalis, basi repens. Folia alterna remota graminea angustiora. Spicae lineares aequales subpilosae erectiusculae pedicellatae. Rhachis filiformis, dentibus bifloris, pedicello floris pedicellati piloso, longitudine inferioris: Hermaphroditi petalis oblongis, convolutis, exteriore pertuso in medio foramine rotundo, (in definitione calyx!) arista terminalis longa torta heluola. Masculus minor petalis linearibus convolutis. In *India orientali.* 2.

43. A. *hirsutus;** culmo ramoso, nodis lanatis, foliis vaginisque hirsutis, spicis ternis, rhachi (partiali) piloso-lanatâ; pedicello floris neutrius ciliato-scabro; glumis floris hermaphroditi neutriusque basi apiceque pilosis; arista longissimâ pubescente. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 150.

Rad. fibrosa, culmi erecti 3-4ped. glabri, internodiis alternatim latere canaliculatis; folia linearia plana striata, superiora interdum glabriuscula; vaginae striatae, superne hirsutae; ligula abbreviata, ciliato-fimbriata. Spicae pedunculatae lineares bipollicares alternae, pedunculis glabris, basi pilis cinctis. Rhachis communis ⅓ aut unius pollicis, teres, glabra, partiales albae; spiculae hermaphroditae glumae calycinae ob-

* *Humb.* et *Bonpl.* hujus et sequentium, quae in sectione: rhachi spicatâ articulatâ, spiculâ hermaphroditâ sessili, incompletis pedicellatis, nullam dederant affinitatem: hinc locus assignari certus nequit.

longae striatae virentes subaequales coriaceo-induratae, convolutae; valvulae corollinae tenuissime membranaceae, superior aristâ geniculatâ pubescente pollicari. Semen obovatum mucronatum glabrum. Spiculae neutrius glumae subaequales oblongae concavae virentes basi barbatae margine ciliatae; valvulae corollinae tenuissime membranaceae, glumis duplo breviores, muticae. Semel spicis senis oppositis viderunt *Humb.* et *Bonpl.* An monstrositas? In *temperatis provinciae Mechoacannensis prope Capula regni Mexic.* 4.

44. A. *glaucescens;* culmo ramosissimo, nodis glabris, foliis glaucescentibus interne vaginisque scabris; spicis geminis; rhachi pedicelloque floris masculi albo-plumosis; glumis floris hermaphroditi masculique apice scabris, aristâ glumis triplo longiore pubescente. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 150.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti 3ped., striati, glabri. Folia linearia plana striata margine serrulato scabra, externe glabra. Vaginae striatae, ligulâ brevissimâ ciliatâ. Spicae 1½poll., spathâ lanceolatâ, acuminatâ membranaceâ fuscescente striatâ glabrâ, spicas subaequante. Rhachis pilis albis longis patulis. Hermaphroditi glumae calycinae lanceolatae acutae concavae glabrae subaequales, virentes; valvulae corollinae tenuissime membranaceae, interior bifida, inter dentes acuminatos aristâ geniculatâ tortili pubescente. Masculi glumae ut in hermaphrodito; valvulae tenuissime membranaceae, glabrae muticae, longitudine fere glumarum. In *siccis regni Quitensis prope Chillo.* 4.

45. A. *leucostachyus*; culmo ramoso; nodis vaginis foliisque glabris margine scabris; spicis quinis; rhachi pedicelloque floris neutrius albo-plumosis; glumis floris hermaphroditi acuminatis, florisque masculi scabriusculis; aristâ brevi, vix exsertâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 150.

Rad. fibrosa; culmi cespitosi erecti 1½ped., triangulares glabri. Folia linearia acuminata plana striata, ut vaginae trigonae. Ligula brevissima truncata glabra. Spicae umbellatae sessiles, 1½poll.; pedicellus flosculi neutrius longitudine spiculae hermaphroditae, cujus glumae lineari-lanceolatae, subaequales scabriusculae; valvulae tenuissime membranaceae, glumis breviores, subaequales, glabrae, superior bifida? aristata. Semen lineare glabrum. Spicula neutra minima. In *ripa rivalorum vallis Caripensis Cumanensium.* 4.

46. A. *tristachyus*; culmo ramoso, nodis glabris, vaginis foliisque scabris serrulatis; spicis ternis; rhachi pedicelloque floris masculi albo-plumosis; glumis floris hermaphroditi et masculi acutis apice scabris, basi barbatis; aristâ glumis duplo longiore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 151.

by Google

A. *leucostachyo* valde affinis. Culmi erecti tripedales teretes glabri, ramis triquetris; folia linearia acuminata rigida plana striata; vaginae striatae, superiores aphyllae, glabrae; ligula brevis truncata ciliata. Spicae sessiles, 1½poll. Rhachis compressa; pedicellus spiculae masculae spiculâ hermaphroditâ brevior; spiculae hermaphroditae glumae calycinae lineari-lanceolatae concavae, basi albo-barbatae; valvulae corollinae glumâ breviores, tenuissime membranaceae glabrae, margine subciliatae, superior bidentata, inter dentes aristâ geniculatâ tortili. Spiculae masculae glumae ut in hermaphrodito; valvulae muticae. In *temperatis montis Tarimiquiri nov. Andalusiae.* 2.

47. A. *lanuginosus*; culmo ramoso, nodis glabris, foliis scabris, vaginis glabris, spicis ternis, rhachi pedicelloque floris neutrius albo-plumosis; glumis floris hermaphroditi scabris, inferiore bifido-dentatâ, aristâ vix exsertâ. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 151.

A. *leucostachyo* proximus. Rad. fibrosa; culmi erecti cespitosi, 1½-2ped., striati, glabri; internodia alternatim canaliculata; folia linearia plana striata, ut vaginae. Ligula brevis, glabra. Spicae sessiles pollicares; rhachis pilis longissimis; pedicellus spiculae neutrius hermaphroditum superans; hermaphroditi glumae virescentes lanceolatae scabrae, inferior longior apice bifido-dentata; valvulae corollinae tenuissime membranaceae, superior aristâ brevi vix exsertâ. Spicula neutra subulata minima. In *frigidis montanis regni Quitensis prope Lloa, Llactacanga et Hambato.* 2.

48. A. *condensatus*; culmo ramosissimo, ramulis fasciculato-congestis fastigiatis, nodis foliisque glabris margine scabris; vaginis glabris superioribus aphyllis; spicis quaternis; rhachi pedicelloque floris neutrius plumosis; glumis floris hermaphroditi scabris; aristâ glumis duplo longiore. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 151.

Culmi erecti, 2-3ped.; rami semiteretes glabri; vaginae striatae fuscescentes, summae aphyllae acuminatae laxae. Folia linearia plana striata; ligula brevis glabra. Spicae 1½poll. et ultra, pauciflorae, pedunculatae, singulae spathâ instructae; pedunculus glaber, 1-2 lin. longus, basi bracteâ lanceolatâ, acuminatâ, tenuissime membranaceâ, fuscescente, glabrâ. Spatha lanceolata acuminata striata glabra fuscescens spicam involvens eamque vix superans. Pedicellus spiculae neutrius longitudine hermaphroditae, cujus glumae lineares acuminatae subaequales basi barbatae; valvulae corollinae tenuissime membranaceae glabrae, superior profunde bifida, inter laciniias acuminatas aristâ geniculatâ tortili; spiculâ neutra minima subulata scabra. In *temperatis apricis prope Ibague et Valle de Caravajal et ad radices Quindiu* 2.

Obs. Ab ANDROPOGONI *bicorni* vix distinguendum esse *Humb.* et *Bonpl.* Sed A. *bicornis* est ANATHERUM, cujus characteres genericos in A. *condensato* non invenimus.

Digitized by Google

49. A. *monostachyus Spreng.*; racemis solitariis longissime pedunculatis, pedicellis barbatis, culmo ramoso, foliis involutis, superioribus pedunculos racemorum vaginantibus. *Spreng. Pug.* II. p. 9.

Gracilis, elegans. Culmi glabri geniculis barbatis. Folia tenuissima glabra apice setacea ligulâ fimbriatâ. Pedunculi capillares racemis spiciformibus, rhachi pilis albis tenuissimis. Hermaphroditi arista contorta. Affinem esse A. *pertuso Willd.* monuit *R. Brown* in litt. ad *Spreng.* In *Bengalia.*

50. A.? *barbinodis Lag.*; paniculâ oblongâ contractâ, pedunculis alterne geminis fasciculato-polystachyis, aristis contortis, culmo ramoso, geniculis dense barbatis. *Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 3. n. 34.

E nova Hispania. D. Sessé. 4. *An hujus generis?*

Species novae e nova Hollandia

a clo. *R. Brown* in *Prodr. nov. Holl.* p. 201-202 descriptae.

I. *Spicae solitariae terminales aristatae, involucro nullo:*

51. A. *tenuis;* glumis masculis exterioribus emarginatis glabris tenuissime striatis, aristis geniculatis laevibus, foliis planis vaginisque laevibus, culmo simplici, geniculis imberbibus. *R. Brown* l. c. p. 201.

Raro occurrit spicis conjugatis. *Ad littora novae Hollandiae orient. septentr. inter Tropicum.*

52. A. *triticeus;* glumis acuminatis laevibus imberbibus marginatis, aristis longissimis contortis pubescentibus, spicâ infra masculâ! foliis planis setaceo-acuminatis, vaginis laevibus, culmo ramoso semitereti. *R. Brown* l. c.

Cum praec. *tenui*, quem cum *triticeo* dubitans inter ANDROPOGONES retulit *P. de Beauv.*, ut *sericeam.*

II. *Spicae fasciculatae subdigitatae aristatae, involucro nullo:*

53. A. *sericeus;* spicis 3-6 digitatis sericeis, glumis exterioribus ovalibus obtusis, juxta apicem longissime barbatis, foliis setaceo-acuminatis vaginis laevibus, geniculis barbatis. *R. Brown* l. c.

Cum tenui et in Port. Jackson.

54. A. *affinis;* spicis 3-5 digitatis villosis, glumis exterioribus ovalibus obtusis nervosis margine ciliatis, foliis setaceo-acuminatis, vaginis laevibus, geniculis barbatis. *R. Brown* l. c.

Cum *triticeo*, quocum dubitans inter ANDROPOGONES retulit *R. Brown.*

55. A. *intermedius;* spicis plurimis paniculatis, rhachibus barbatis, glumis glabriusculis oblonge-lanceolatis, foliis caulinis subulatis scabris, vaginis laevibus, geniculis imberbibus. *R. Brown* l. c. p. 202.

R. Brown posuit post *pertusum* et ante *procerum* sequentis sectionis. An hos inter *intermedius*? In *littoribus novae Hollandiae oriental. et septentr. inter tropicum.*

III. *Paniculâ spathis alternis, spicis conjugatis aristatis, ligulâ membranaceâ, imberbi.*

56. A. *procerus;* paniculâ elongatâ, aristâ spicâ longioribus, glumis glabris, valvulâ exteriore hermaphroditae lanceolatâ binervi, rhachi barbâ villis patulis strictis, culmis elongatis ramosis scabriusculis, geniculis imberbibus. *R. Brown* l. c.

Cum *intermedio.*

57. A. *exaltatus;* paniculâ elongatâ, aristis spicam subaequantibus, rhachi barbatâ villis patulis, glumis glabris; exteriore hermaphroditâ lanceolatâ quadrinervi, culmis elongatis ramosis laevibus, geniculis imberbibus. *R. Brown* l. c.

Cum *intermedio.*

58. A. *lanatus;* paniculâ coarctatâ, spathis margine scariosis, aristis spicam subaequantibus, rhachibus densissime lanatis, glumis glabris, exteriore hermaphroditâ quadrinervi, marium multinervi, culmis subsimplicibus laevibus, geniculis pubescentibus. *R. Brown* l. c.

Cum *intermedio.*

59. A. *bombycinus;* paniculâ coarctatâ, spathis margine scariosis, aristis spicâ multoties brevioribus obsoletisve, rhachibus densissime lanatis, glumis glabris, exteriore hermaphroditi binervi cum rudimento tertii, marium multinervi, culmo simplici laevi, geniculis tomentosis. *Brown* l. c.

Cum *intermedio.*

IV. *Paniculâ spathis alternis, spicis conjugatis muticis; ligulâ membranaceâ imberbi.*

60. A. *refractus;* spicis refractis, glumis acuminatis glabris. *R. Brown* l. c. *P. de Beauvois* non attulit inter Andropogones, sed Anatherum fecit cum?

Circa Port-Jackson.

V. *Spicae alternae solitariae spathâ inclusae; flosculus pedicellatus neuter.*

61. A. *fragilis;* rhachibus sericeo-barbatis, glumâ hermaphroditi glabrâ muticâ, perianthio aristato, flosculi pedicel-

lati subulati univalvis aristâ elongatâ, vaginis laevibus, collo barbato. *R. Brown* l. c. p. 202.

In *novae Hollandiae littore orientali, septentrionali intra tropicum.*

62. A. *citreus;* spicis semiexsertis muticis, rhachibus sericeo-barbatis, glumâ exteriore hermaphroditi acumine bifido pectinatim ciliato, neutrius acumine indiviso, culmo ramoso vaginisve laevibus, geniculis imberbibus. *R. Brown* l. c.

Cum *fragili.*

Quid: ANDROPOGON *ramosus Forsk.*; spicis terminalibus conjugatis, spiculis geminis, unifloris masculâ muticâ pedicellatâ, culmo ramoso. *Forsk. aegypt. arab.* p. 173. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 164.?

Culmi cubitales.

Quid: ANDROPOGON *afer:* spicis subternis terminalibus, flosculis omnibus aristatis. *Bruce travels* V. *app.* 47. c. ic. *Gmelin Syst. Veg.* I. p. 166.?

Quid: ANDROPOGON *dulcis:* spicâ solitariâ imbricatâ, flosculis muticis. *Burm. Ind.* *Vitman Summ.* VI. p. 16. *Cyperus Rumph Amb.* t. 3. f. 1.

Quid: ANDROPOGON *foveolatus Descript. de l'Egypte* t. 8?
— — *aculeatus Forsk.* } apud. *Brouss.*
— — *miliaceus* — } *Cat monsp* 1804.
— — *radiatus. P. de Beauv.*

CHLORIDEM *polydactylam* iterum inter ANDROPOGONES (A. *polydactyl*) retulit *P. de Beauv.* nos vero:

ANDROPOGONEM *virginicum* fecimus ANATHERUM.

ANDROPOGONEM *undatum*
— — *striatum*
— — *brevifolium*
— — *scoparium*
} POLLINIAS homonymas.

ANDROPOGONEM *cymbarium*
— — *bracteatum*
— — *schoenanthum*
} CYMBOPOGONES homonymos.

ANDROPOGONEM *glaucum* — APLUDAM *aristatam.*

380. POLLINIA.

1. * P. *Gryllus Spreng.;* paniculâ effusâ patente, ramis verticillatis trifloris, pedunculis barbatis, vaginis foliisque pilosiusculis. *Spreng. pug.* II. p. 10. ANDROPOGON *Gryllus Linn. Amoen. ac.* IV. p. 332. *Willd. Spec.* IV. p. 905. *Koel. Gram.* p. 116. *Desfont. Atlant.* II. p. 378. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 235. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 107. *Host Gram. austr.* II. t. 1. *Sibth. Flor. graec.* I. p. 51. t. 67. ANDROP. *paniculatus Lam. Illustr.* t. 840. f. 1. APLUDA *Gryllus P. de Beauv.* l. c.

Digitized by Google

Hall. Hist. n. 1412. *Scheuchz.* t. 6. f. 1. β. HOLCUS *Gryllus R. Brown Prodr. Flor. nov. holland.* 1. p. 199, pedunculis laevibus, vaginis imberbibus.

Culmi 2-3ped., rigidi, superne pube brevi, geniculis 4-5. Folia apice reflexa, ciliata, dorso pilis sparsis albis. Ligula brevissima truncata ciliata. Rhachis plus minus pubescens, rami tenuissimi, filiformes, subflexuosi, apice incrassati. Flosculi nitidi, ex viridi purpurei, hermaphrodito basi pilis fulvis aut rufescentibus, masculo nudo. Hermaphroditi glumae calycinae coriaceae, exterior obsolete 7nervis, interior 5nervis, nervo dorsali in aristam tenuem rectam, glumâ duplo longiorem exeunte. Corolla e glumis 3 inaequalibus purpurascentibus; exterior mutica, interior apice aristâ longissimâ, intermedia plerumque lacinulata. Masculi gluma exterior in aristam glumâ suâ breviorem attenuata. In *Europa australi et Barbaria, Ind. orient. et nova Holland.* ♃. ♀

2. P. *pallida;* paniculâ effusâ, ramis verticillatis trifloris, pedunculis glumisque imberbibus, hermaphroditae exteriore strigoso-ciliatâ, interiore mariumque exterioribus aristatis, vaginis laevibus, geniculis imberbibus. HOLCUS *pallidus R. Brown Prodr.* 1. p. 199.

Valde affinis *Gryllo*, tamen vix varietas. *R. Brown.* Clo. *P. de Beauv.* SORGHUM est cum?

3. P. *fulva Spreng.;* paniculae effusae ramis capillaribus, pedicellis longissime valvisque exterioribus barbatis, foliis inferioribus obtusiusculis ciliatis, vaginis pilosis. *Spreng.* l. c.

Culmi 2ped., glabri, geniculis imberbibus; folia inferiora plana obtusiuscula ciliata; vaginae laxae pilosae; rami verticillati; pedicelli barbâ duplici fulvâ longissimâ; flosculorum vaginae exteriores aristatae, barbatae, ciliatae: hermaphroditi arista torta longissima. In *Bengalia.* ♃.

4. P. *vaginata;* spicis solitariis vaginâ foliorum semiinclusis, flosculis villosis, foliis basi vaginisque pilosiusculis. *Spreng.* l. c. p. 11.

Rad. fibrillosa; culmi 2ped., graciles glabri; folia erecta linearia acuta basi pilosa; vaginae glabriusculae, hinc inde pilis flaccidis obsitae; folia suprema dimidiata subcolorata, pedunculos spicarum includentia; rhachis villosa; flosculi gemini, arista masculi brevior recta, hermaphroditi geniculata. In *Bengalia.*

---

* *Obs.* *R. Brown* l. c. suum HOLCUM *Gryllum*, paniculâ effusâ patente, ramis verticillatis trifloris, pedunculis imberbibus, glumae hermaphroditae valvulâ exteriore strigoso-ciliatâ, interiore aristatâ, masculae valvulâ interiore basi barbatâ, exteriore brevius aristatâ, vaginis laevibus, imis subsericeis, geniculis imberbibus, nequidem ut varietatem a *Linnaei* plantâ distinguit

5. P. *depauperata*; paniculae pauciflorae ramis capillaribus, pedunculis brevissimis barbatis, flosculis foliisque glabris. *Spreng.* l. c. p. 11.

Culmi pedales, graciles, glabri, geniculis imberbibus. Folia radicalia plana obtusiuscula glaberrima, culmea acutiuscula erecta; rami verticillati. Flosculus hermaphroditus medius biaristatus, aristâ dorsali tortili longissimâ. In *Bengalia.*

6. * P. *distachya Spreng.*; spicis (sub) geminis terminalibus nudis, (glumis acutis glabris) rhachi pilosâ, culmo erecto simplici. *Spreng.* l. c. p. 12. ANDROPOGON *distachyos Linn. Sp. Pl.* p. 1481. *Willd. Spec.* IV. p. 917. *Desfont. Fl. atl.* II. p. 377. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 232. *Smith Prodr. Fl. graec.* I. p. 48. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 111. *Hall. Hist.* n. 1415. *Gerard. prov.* p. 108. t. 3. f. 2. *Jacq. Ic. rar.* t. 630. *Collect.* I. p. 165. *Host Gram. austr.* III. t. 2. *Sibth. Flor. graec.* I. p. 53. t. 69. *Hayne term. bot.* t. 40. f. 3. APLUDA *distachya P. de Beauv.* cum? An HOLCUS *liburnicus Scop. Carn.* 2. p. 276.

Rad. fibrosa; culmi 1-2-ped., et ultra, erecti, aut basi infracti, glabri. Folia linearia acuminata, utrinque pilis sparsis, ad vaginae exortum externe pilorum barbâ. Ligula obtusa ciliata. Racemi subaequales. Rhachis compressa articulata, margine alternatim villosa. Flosculi alterni, rhachi appressi, approximati, geminati, pedicelli incrassati margine pilis sericeis. Hermaphroditi cal. gluma exterior indivisa aut bifida, multinervis, viridis, apice purpurascens; interior trinervis, sub apice aristâ patente glumam ipsam fere aequante. Cor. calyce minor, glumâ interiore ultra medium bifidâ, aristâ geniculatâ glumâ multo longiore. Masculi cal. gluma exterior sub apice bifido aristâ parvâ, interiore muticâ. In *Europa australi et Barbaria.* 4.

7. P. *undata Spreng.*; paniculâ simplicissimâ, spicis alternis remotis secundis, floribus geminatis pedicellatis, foliis undulatis, culmo repente adscendente. *Spreng. pug.* II. p. 12. ANDROPOGON *undatus Willd. Spec.* IV. p. 912. *Jacq. Collect.* III. p. 237. *Ic. rar.* III. t. 561.

Folia oblonga, genicula barbata. Cal. bivalvis, valvulis oblongis obtusis sub apice aristatis. Cor. bivalvis, valvulâ exteriore nervosâ, sub apice aristatâ, interiore muticâ. *Jacq.* In *insula Mauritii.* 4.

8. P. *striata Spreng.*; spicâ simplici, floribus geminatis, hermaphrodito sessili aristato, masculo pedicellato, valvulâ calycis exteriore nervosâ. *Spreng. pug.* II. ANDROPOGON *striatus Willd. Spec.* IV. p. 903. *Ait. Kew.* ed.

2. V. p. 427. *Brown Prodr.* I. p. 201. * ERIANTHUS *striatus P. de Beauv.* et iterum cum? inter ANDROPOGONES.

Rad. lignescens fibrosa. Culmi basi ramosi adscendentes 1-1½-ped. Folia graminea dura striata glabra. Vaginae ad oras barbatae. Spica 1½poll. solitaria terminalis. Hermaphrod. cal. bivalvis, valvulâ exteriore 3-5nervi acuminatâ margine ciliatâ, interiore membranaceâ, ut Cor. bivalvis. Stam. tria. Styli duo plumosi. Arista e basi germinis geniculata flore multoties longior glabra. Pedicellus masculus compressus margine ciliatus. Cal. bivalvis, valvulâ exteriore 5nervi cuspidatâ margine ciliatâ, interiore membranaceâ margine cartilagineâ ciliatâ in aristam rectam capillarem desinente. Cor. et stam. ut in hermaphrodito. In *Malabaria et nova Holland.* 4.

Obs. Cls. *Brown* l. c. dubitat, utrum suus ANDROPOGON *striatus*: glumis masculis exterioribus acutis glabris trinervibus, aristis geniculatis laevibus, foliis planis culmoque simplici glabris, idem sit cum illo *Willdenowii*, additque: differre solummodo foliis brevioribus strictis.

9. P. *brevifolia Spreng.*; spicis solitariis (binis ternisque) axillaribus, flosculis masculis geminis, culmo ascendente geniculato compresso, foliis carinatis glabris. *Spreng.* l. c. p. 13. ANDROPOGON *brevifolius Swartz Prodr.* p. 26. *Flor. Ind. occ.* I. p. 209. *Willd. Spec.* IV. p. 912.

Caulis in exemplari nostro a b. *Ventenat* accepti filiformis (radice destitutus 1½ped.) ramosus, ramis capillaribus, glaberrimus. Vaginae internodiis quadruplo breviores laxae tumidulae compressae glabrae striatae, ramulos 2-4 saepe includentes; ligula brevissima; folia lineari-lanceolata, vaginâ breviora, vix pollicaria, obtusa mucronulo brevi, plana, carinâ margineque scaberrima. Spicae filiformes e vaginis, ramis non raro intermixtae, vix pollicares. Cal. valvulae lineares profunde striatae, 1½ lin.; arista hermaphroditi corollâ triplo fere longior, geniculata; masculi brevior. In *aridis sabulosis Jamaicae australis.* ☉.

10. P. *fastigiata Spreng.*; spicis simplicibus paniculatis geminatis, culmo erecto simplici, foliis linearibus striatis vaginisque glabris. *Spreng.* l. c. p. 13. ANDROPOGON *fastigiatus Swartz Prodr.* p. 26. *Fl. Ind. Occ.* I. p. 207. *Willd. Spec.* IV. p. 913. DIECTOMIS * *fastigiata Pal. de Beauv. Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 155. t. 64.

---

* Generis DIECTOMIS characterem sequentibus dedit *P. de Beauv.* „Locustae geminae biflorae dissimiles, alterâ sessili, flosculis polygamis, alterâ pedunculatâ. Flosc. masc. et neuter. glumae calycinae herbaceae, trisetae, setâ intermediâ longiore. Paleae membranaceae bifido-dentatae, inferior inter dentes aristâ plicatâ tortili. Squamae truncatae fimbriatae. Stylus bipartitus, stigmata aspergilliformia.“ *Agr. nov.* p. 133. t. 23. f. 6 sphalmate sub APLUDA. — Cls. *Kunth Mém. du Mus.* II. p. 70

Rad. fibrosa; culmus erectus 3ped., apice ramosus, compressus, glaber; rami teretes, infra spicam pubescentes; nodi glabri; folia linearia acuminata plana margine scabra; vaginae striatae internodiis breviores, superiores sublaxae, aphyllae. Ligula longissima lanceolata glabra. Spicae terminales solitariae subbipollicares, vaginâ aphyllâ suffultae, juniores involutae. Rhachis articulata, articulis cuneiformibus margine pilis albis piloso-lanatis. Pedicellus spiculae neutrius cuneiformis, lineam longus, margine piloso-lanatus. Calycis hermaphroditi valvula inferior dorso margine et basi pilosa, aristâ scabriusculâ subrectâ, glumâ triplo longiore, superior linearis acuta carinata, dorso pilosa, longitudine inferioris; corollae valvulae formâ glumarum, paullo tamen minores, margine tantum ciliatae, inferior apice bidentata, inter dentes aristâ tortili scabra geniculatâ subsesquipollicari, superior mutica. In spicula neutra glumae calycinae membranaceae, glabrae, inferior irregulariter oblonga striata plana fuscescens acuminata apice bifida, inter lacinias subulatas aristâ rectâ scabriusculâ longitudine glumae: superior minima, lanceolata acuminato-aristata, albida subconcava, aristâ glumâ paullo longiore; valvulae corollinae albidae glabrae, glumâ superiore paullo breviores. In *devexis montium Cocollar et Impossible prov. Cumanens., et in sabulosis Jamaicae australioris.* 2.

11. P. *scoparia Spreng.*; paniculae strictae spicis geminatis, culmo ramoso, foliis lanceolato-linearibus vaginisque villosis. *Spreng.* l. c. p. 13. ANDROPOGON *scoparius Michaux Fl. Bor. Amer.* I. p. 57. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 74. [qui huc et A. divaricatum *Willd. Spec.* IV. p. 905, sed cum? citat] ANDROP. *purpurascens Muehlenb.* ap. *Willd. Spec.* IV. p. 913.

Sprengel A. *purpurascentem* sine dubio cum *scoparia* jungit; *Willd.* l. c. cum? *scoparium* ad suum, seu potius *Muehlenbergi*, *purpurascentem* ducit; et, si descriptionem, ubi „corollam muticam“ dicit, respicit, recte quidem; minus vero ad definitionem, ubi „neutrum pedicellatum aristatum“ designat. Graphica magis *Michauxii* definitio: „ramis ramosis elongatis purpurascentibus in longam paniculam strictis, spicis simplicibus, involucellis brevissimis“ etc. Descriptio, quam *Willd. l. c.* dedit, haec est: „spicae in paniculâ strictâ geminatae, altera longe, altera breve pedicellata. Flores geminat

---

in icone a *P. de Beauv.* datâ aliam fors esse plantam depictam monet, et sequentibus describit DIECTOMIN *Humb.* et *Bonpl.*, „Rhachis spicata; spiculae geminae, uniflorae, altera hermaphrodita sessilis, altera neutra pedicellata. Spicula hermaphrodita: *Cal.* valvulae duae subcarinatae, inaequales, inferior compresso-carinata, aristata, superior linearis mutica. *Cor.* valvulae duae tenuissime membranaceae, inferior aristata. *Stigmata* penicilliformia. *Sem.* liberum. Spicula neutra: *Cal.* valvulae duae inaequales, planiusculae, aristatae *Cor.* valvulae duae tenuissimae muticae.

Digitized by Google

hermaphroditi sessilis. Cal. bivalvis subaequalis lanceolatus, valvulâ exteriore in floribus inferioribus aristâ rectâ. Cor. bivalvis inaequalis basi aristâ longâ tortili. Neutri pedicellati. Cal. bivalvis angustus lanceolatus, valvulâ exteriore aristâ brevi rectâ. Cor. mutica; (in definitione aristata!) rhachis ciliata. In *America boreali.* 2. *P. de Beauv.* ANDROPOGONEM *purpurascentem* cum?, *scoparium* vero sine? adtulit.

381. CYMBOPOGON.

1. * C. *elegans Spreng.;* bracteâ coloratâ, flosculis aggregatis, masculis quaternis. *Spreng. pug.* II. p. 14. ANDROPOGON *cymbarius Linn. Mant.* p. 303. *Willd. Spec.* IV. p. 909. *Sprengel Mém. de l'Acad. de Petersbourg* II. T. 1810. p. 305. t. 9.

Sexpedalis, cespitosus. Culmi laevissimi, crassitie pennae anserinae; folia lanceolato-elongata, glabra, pedalia, 3 lin. lata. Panicula thyrsoidea. Bracteae purpurascentes, pedunculo subpubescente fultae, horizontales. Flosculi basi villosi. In *Mem. de Petersb. Sprengel* flosculos fertiles aristatos ternos dixit, et masculos binos muticos. ANDROPOGONEM *cymbariam* a HOLCO suo, cui ANDROPOGONES paniculatos annumerat, genus distinctum, et proprium efformare HOLCUM inter et ANTHISTIRIAM *locandum* monuit jam cls. *R. Brown. P. de Beauv.* cum? ANDROPOGONI inseruit. In *India orientali.* 2.

2. * C. *glandulosus Spreng.;* bracteâ carinâ margineque glanduloso-muricatâ ciliatâ, flosculis verticillatis, masculis quaternis, hermaphroditis binis. *Spreng. pug.* II. p. 14. ANDROPOGON *prostratus Linn. Mant.* p. 304. ANTHISTIRIA *prostrata Willd. Spec.* IV. p. 901. *Pers. Syn.* I. p. 105. et *P. de Beauv.*

Culmi pedales, ramosissimi, geniculati laeves prostrati radicantes; folia plura alterna laevia margine scabra vaginis compressis vix longiora, angustiora. Pedunculus filiformis ex alis ultimis et foliorum ramorumque apicibus, terminatus, umbella multiflora parva 5flora. *Cal.* communis nullus, sed ejus loco barba brevis. Flosculus centralis umbellae hermaphroditus, glumis oblongis, aristâ contortâ longioribus. Masculi duo, simillimi, mutici, pedicellati, basi hermaphroditi insidentes, pedicellis longitudine ipsius hermaphroditi. Flosculi laterales umbellae 4 aequales pedicellati mutici masculi. In *India orientali.* 2.

3. * C. *Schoenanthus Spreng.;** bracteâ foliaceâ striatâ, flosculis subspicatis, flosculis hermaphroditis quaternis.

* An hujus fere generis et affinis: A.? *citratus Decandolle Cat. H. monsp.* 1813. p. 78. gramen nondum florens, habitu fere A. *Schoenanthi,* sed major, et caldarium non requirens, distinctissimum odore Citri, quem tritus spirat. — Vidimus gratissime spirans hoc gramen in aquario horti monspeliensis Ao. 1811. An ANDROPOGON *citreus R. Brown?*

Spreng. pug. II. p. 15. Andropogon *Schoenanthus Linn Sp. Pl.* 1481. (in *Flor. zeyl.* 465. sub Laguro). *Willd Spec.* IV. p. 915. *Vent. Hort. Cels.* t. 89. Andropogo *bicorne Forsk. descr.* 173. (quod a cl. *Decand. Fl. franç* n. 1691. ad Androp. *hirtum* ducitur!) *Rumph Amb.* V p. 181. t. 72. f. 2. *Moris. Hist.* 3. p. 229. S. 8. t. 9. f. 25

Rad. parva, lignescens; culmi pedales, teretes; folia palmaris firma, convoluta, basi pallidiora, apice mucronata, rufescen tia. Panicula elongata spicis imbricatis conjugatis ovato-ob longis rhachi pubescente. Arista flore duplo longior geniculat tortuosa glabra. Hermaphroditus intermedius sessilis, mascul duo laterales pedicellati, sub quibus barba longa. Odor gra tus aromaticus. In *Arabia et India, et in Lange-Kloof etc prom. b. spei Thunb. Fl. cap.* I. *p.* 407. ♃.

4. C. *reflexus;* ramis paniculatis patentibus; foliis in terne pilosis, externe scabris; ligulâ barbatâ; vaginis sericeo pilosis; spathis glabris, spicis geminis; glumis floris herma phroditi glabris, inferiore bifidâ. Anthistiria *reflexa Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 153. Andropogon *brac teatus Willd. Spec.* IV. p. 914. Cymbopogon *Humboldti Spreng. pug.* II. p. 15.

Culmi erecti, 5-6ped., glabri, ramis semiteretibus glabris ut nodi; folia linearia striata plana, rigida; vaginae externe viren tes, interne ferrugineae, superiores aphyllae laxae utrinque fuscescentes piloso-lanatae, acuminato-subulatae; ligula glabra superne longe barbata. Spicae inaequales, altera pedicellata, altera sessilis, pedunculo communi tereti subpollicari reflexo apice adscendente et piloso, basi spathâ instructo lineari-lan ceolatâ, acuminatâ membranaceâ, striatâ, fuscescente glabrius culâ, pedunculum subaequante. Spica sessilis ut in Anthi stiriis: spiculae quatuor neutrae sessiles, duo masculae pedi cellatae, unica hermaphrodita sessilis cujus glumae calycinae duo subaequales, fuscescentes, inferioris laciniis acuminato subulatis, scabris, superior subtruncata, submucronata; val vulae corollinae binae tenuissime membranaceae, ciliatae, su perior aristâ tortili, plumoso-pilosa, praecipue basin versus, glumis triplo quadruplo longiore. Spiculae masculae pedicelli flore hermaphrodito duplo breviores, albo-plumosi; glumae calycinae lanceolatae subaequales glabrae, margine scabrae, inferior apice bidentata, inter dentes mucronato-aristata; val vulae tenuissime membranaceae, muticae. Spiculae neutrae ad basin hermaphroditi sessiles, eoque duplo breviores, pilis numerosis, longis, flavescentibus; harum glumae calycinae duae lanceolatae acuminatae, fuscescentes, glabrae, superior te nuior. Valvulae corollinae nullae. Spica pedicellata ut in *Andropogonibus*, sed depauperata, e spicula unica hermaphro dita, sessili et duabus masculis pedicellatis; pedunculo 1-2-lin., adscendente tereti piloso. Reliqua in illa ut in spica ses sili. In *crepidinibus siccis montis Cocollar et in convalle cari pensi nov. Andalusiae.* ♃.

Obs. Specimen possidemus, quod b. *Broussonet* attulit e Teneriffa in quo descriptio data, nisi quod, ut in *Willd.* l. c., folia superiora glabra, exactissime cadit.

5. C. *foliosus;* ramis adpressis, foliis utrinque scabris, ligulâ subciliatâ, vaginis spathisque sericeo-pilosis, spicis subquaternis, glumis floris hermaphroditi glabris, inferiore bifidâ. ANTHISTIRIA *foliosa Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 154. An *reflexa* ab hac aetate tantum teneriore distincta?

Culmi erecti teretes glabri 4-5ped., apice ramosissimi, ramulis abbreviatis approximatis semitereti-triquetris; folia linearia plana striata rigida, pedalia, superiora subulata pollicaria et breviora; vaginae striatae, inferiores distantes, externe virentes, rarius glabrae, interne ferrugineae, glabrae, nitidae, superiores basi glabrae, apice sericeo-pilosae, in folium breve desinentes, laxae, longitudine fere ramulorum, summae piloso-sericeae, utrinque virescentes, spicas involventes, easque subaequantes; ligula elongata truncata glabra ferruginea. Spicae inaequales, unica sessilis, reliquae breviter pedicellatae. Pedunculus communis semipollicaris, teres, pilosus, adscendens, basi spathâ lineari-lanceolatâ acuminatâ, externe virente, sericeo-pilosâ, interne fuscescente glabrâ, pedunculo duplo longiore. Spicarum pedicellatarum duae prorsus ut pedicellata in A. *reflexa*, tertia autem ejusdem sessili simillima, loçum vero spiculae quartae neutrius obtinet hermaphrodita altera. Spica sessilis ut in ANDROPOGONE: spiculae duae hermaphroditae, quarum inferiori spicula unica, superiori spiculae duae masculae pedicellatae annexae. Structura spiculârum, pedunculi et pedicelli ut in ANTHISTIRIA *reflexa.* In *apricis prope San Fernando Cumanensium et Cuchilla de Guanaguana.* 2.

Obs. ANTHISTIRIAS majore jure ANDROPOGONIBUS adnumerandas esse ob spiculas neutras saepe in masculas et hermaphroditas abeuntes.

382. HETEROPOGON.

1. H. *Allionii;* culmo ramoso, nodis compressis, foliis scabris, vaginis glabri (usculis) spicis solitariis, rhachi pedicelloque floris masculi glabris, glumis calycinis floris hermaphroditi hispidis, masculi glabris, aristâ longissimâ pubescente. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 3374. ANDROPOGON *Allionii*, spicâ solitariâ, flosculis masculis muticis glaberrimis, fertilibus aristâ longissimâ contortâ. *Willd. Spec.* IV. p. 904. *Decand. Fl. fr.* n. 1692. *Gaud. Agr. Helv.* I. p. 109. ANDROPOGON *contortum Allion. Fl. ped.* n. 2277. t. 91. f. 4. (excl. syn. ut et in) *Desfont. Fl. atl.* 2. p. 377. HETEROPOGON *glaber Pers. Syn.* II. p. 533. *P. de Beauv. Agr.* p. 134.

Rad. fibrosa; culmi erecti, 1½-2ped., compresso-ancipites nodique glabri, (fere toti foliosi); folia linearia acuta carinata

rigida striata; (glauca) vaginae compressae striatae; ligula brevis truncata fimbriato ciliata; spicae lineares contortae spoll. et ultra; rhachis in articulata glabra; spiculae geminae, hermaphrodita sessilis. Hermaphroditi glumae calycinae lineares obtusae fuscae, basi pilis aureis, coriaceae, convolutae; valvulae tenuissime membranaceae, superior aristâ geniculatâ spoll. et ultra; masculi glumae calycinae inaequales, inferior oblonga acuta viridis glabra planiuscula, superior paullo longior, angustior, tenuior albida glabra; valvulae tenuissimae membranaceae, glabrae, muticae. *Humb.* et *Bonpl.* In *Helvetia*, *Gallia*, *Italia*, *Barbaria*. *Mexico*. 4.

Obs. Simillimus *contorto*, sed flores semper geminati, et aristae hirsutiores.

2. * H. *contortus Beauv.*; spicâ simplici, floribus inferioribus muticis, calycibus masculis hermaphroditisque hirtis, aristis longissimis hirsutis. ANDROPOGON *contortus Willd. Spec.* IV. p. 904. *Linn. Suppl.* p. 432. et *Sp. Pl.* p. 1480. A. glumis masculis acutis tenuissime striatis apice barbatis, aristis longissimis contortis pubescentibus, foliis planis setaceo-acuminatis scabris, vaginis compressis laevibus, culmo ramoso. *R. Brown Prodr.* I. p. 201. *Schkuhr Handb.* III. p. 509. t. 342. f. a. HETEROPOGON hirsutus *Pal. de Beauv. Scheuchz. Agrostogr.* p. 92. *Plukn. Alm.* p. 173. t. 191. f. 5. *Moris. Hist.* III. p. 180. S. 8. t. 4. ult.

Differt ab *Heteropogone Allionii* spiculis minus distichis, aristis minus villosis, magisque contortis praeter characteres adductos. In *Ind. or. et ad littora nov. Holland. orient. septentr. inter tropicum.* 4.

Obs. Specimen minus perfectum, quod clo. *Thunberg* debemus, culmo teneriore infracto diversum foliisque magis acuminatis. An distincta species?

383. SORGHUM.

1. * S. *vulgare Pers.*; calycibus obovatis nitidis pilosiusculis apice pubescentibus, seminibus compressis, paniculâ coarctatâ oblongâ. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1036. *Pers. Syn.* I. p. 101. *Host Gram. austr.* IV. t. 2. SORGH. *commune P. de Beauv.* HOLCUS *Sorghum Willd. Spec.* IV. p. 929. *Arduin Sag. Padov.* I. p. 133. t. 4. f. 1. *Decand. Fl. fr. Suppl.* p. 286. n. 1693. *Mieg Act. Helv.* VIII. p. 129. t. 4. f. 3. sub HOLCO *Dora*. HOLCUS *Durra Forskål descr.* p. 174. ANDROPOGON *Sorghum Brotero Fl. lusit.* et *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 153.

Cal. viridis pubescens; panicula ovata erecta; arista inferne fusca, superne laevis albida. In *India orientali*. ⊙. SORGHUM *album* et *pyramidale hortul.* hujus fors varietates, nisi *album* est *cernuum*.

Obs. Clo. *Humboldt* et *Bonpl.* l. c. est *A. Sorghum* nodis pubescentibus, foliis glabris margine serrulato-scabris, vaginis glabris; paniculâ ramosâ coarctatâ ramis pubescenti pilosis, rhachi glabrâ, glumis floris hermaphroditi neutriusque pubescentibus; pedicello piloso.

2. S. *nigrum*; paniculâ rarâ pyramidali, ramis pendulis glumis nigris lucidis. Holcus *nigerrimus Ard. Saggi di Padov.* I. t. 5. f. 1. H. *niger Gmel. Syst. Veg.* I. p. 174.

Willdenow ne ut varietatis quidem speciei hujus mentionem fecit, sed characteribus datis satis distincta et cultura perstans. An *Teff Bruce trav.* V. p. 76. *c. ic.* hujus sit loci? Huc quoque spectat qui in hortis circumfertur Holcus s. Sorghum *nigricans.*

3. * S. *bicolor Willd.*; calycibus apice strigoso-pubescentibus nigris, seminibus albis, paniculâ coarctatâ ovatâ. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1036. Holcus *bicolor Willd. Spec.* IV. p. 929. *Mieg* l. c. t. 4. f. 4. *Arduin* l. c. t. 6. S. *vulgare* β. *bicolor Pers. Syn.* I. p. 101.

Simillimum S. *vulgari*, sed distinctissimum calycibus atris, seminibus niveis. In *Persia. Lerche.* ⊙.

4. S. *cernuum Willd.*; calycibus villosis, seminibus globosis, paniculâ coarctatâ ovatâ pendulâ. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1036. *Host Gram. austr.* IV. t. 3. Holcus *cernuus Willd. Spec.* I. p. 930. *Arduin* l. c. t. 3.

Altitudo et facies S. *vulgaris*, sed, praeter characteres datos, semina alba. *Habitat?* ⊙.

5. S. *rubens Willd.*; calycibus oblongis acutis nitidis margine ciliatis, seminibus compressis, paniculâ patente. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1036. S. *vulgare* γ. *rubens Pers. Syn.* I. p. 101.

Medium S. *vulgare* inter et *saccharatum.* Folia plerumque rubro maculata. *Habitat?*

Obs. An hujus varietas vel id ipsum: Sorghum *Arduini*: paniculâ erectâ densâ ovatâ, glumis apice villosis, seminibus rufis. Holcus *Arduini Gmelin Syst. Veg.* I. p. 3379. *Arduin* l. c. t. 4. f. 4. citatur a *Gmel.* l. c. quae tamen figura non existit.

6. * S. *saccharatum Pers.*; calycibus oblongis acutis pubescentibus, seminibus compressis, paniculâ effusâ patentissimâ. *Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1036. *Parsh Fl. Amer. Sept.* I. p. 78. *Host Gram. austr.* IV. t. 4. Holcus *saccharatus Willd. Spec.* IV. p. 930. *Arduin* l. c. t. 4. f. 2. *Arduin* instruzione sulla coltura etc. et in *Desvaux Journ. de bot.* II. p. 193. c. fig. *Rumph Amb.* V. t. 75.

Differt a S. *vulgari* paniculâ subverticillatâ racemis patentissimis, horizontalibus et subpendulis (nec paniculâ parvâ ovatâ).

Rhachis laevis nec scabra. Glumae undique nec tantum apice villosae. Flores hermaphroditi glumâ corollinâ alterâ aristâ longâ tortili, nec tantum in floribus terminalibus. Folia facie Sacchari lineâ longitudinali albâ. Flores masculi vix se aperiunt. Radices ex infimis caulis geniculis descendunt in terram. *Linn.* — Inde plantam biennem et triennem vidi in ollâ. In *India orientali.* ⊙.

7. S. *caffrorum P. de Beauv.*; glumis villosis, seminibus compressis inermibus. HOLCUS *caffrorum Thunb. Prodr.* I. p. 20. *Fl. cap.* I. p. 410. *Willd. Spec.* IV. p. 930. HOLC. *cafer* paniculâ subumbellatâ ramosâ, glumis villosis subtrifloris, seminibus globosis subnudis. *Arduin* l. c. p. 119. t. 1. f. 1.

Culmus teres, glaber, erectus, 6ped.; folia lata ensiformia glabra acuminata, culmum aequantia; panicula amplissima patens, rhachi angulatâ subvillosâ ut pedunculi subverticillati; glumae ovatae obtusae totae villosae flavescentes. *Thunb.* Cultum in hortis interdum aliam induit speciem; paniculam ovatam compactam sistit, glumis lanato-villosis albidis facile distinctu. *Colitur apud Caffros quibus pro pane inservit.* ⊙.

8. S. *decolorans*; glumis hermaphroditis hirsutis, masculis glabriusculis acuminatis, seminibus muticis compressis. HOLCUS *decolorans Willd. Spec.* IV. p. 931. ANDROPOGON *decolorans*; nodis pubescentibus, foliis utrinque scabris, margine serrulato-scabris, vaginis glabris, paniculâ ramosâ patulâ, ramis rhachique scabris; glumis floris hermaphroditi pubescenti-pilosis, masculi glabriusculis, pedicello piloso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 153.

Panicula erecta ramosa H. *halepensis*, cui, praeter flores majores, et aristae absentiam similis. Flores hermaphroditi ovati breve pedunculati, calycis glumae pilis appressis tectae; corolla mutica. Flores masculi longe pedicellati bini plerumque prope hermaphroditum. Cal. acuminatus fere glaber apice subtetragonus. Semen compressum. In *America meridionali.*

9. S. *avenaceum P. de Beauv.*; glumis glabris, seminibus hirsutis aristatis, paniculâ spicatâ. HOLCUS *avenaceus Thunb. Prodr. cap.* I. p. 20. *Fl. cap.* I. p. 412. *Willd. Spec.* IV. p. 931.

Culmus teres glaber erectus pedalis et ultra; folia convoluto-filiformia glabra patentia culmo vix breviora; vaginae longae glabrae ore lanatae; panicula palmaris; cal. biglumis, biflorus; glumae naviculares lanceolatae acuminatae glabrae unguiculatae; corolla utraque tota albo-villosa, calyce brevior; arista inferne tortilis, geniculata, apice setacea, tota glabra, calyce paullo longior. In *Beskeveld prom. b. spei.*

Digitized by Google

10. * S. *serratum;* glumis pubescentibus, spicis alternis, foliis serratis. Holcus *serratus Thunb. Prodr.* I. p. 20. *Fl. cap.* I. p. 414. *Willd. Spec.* IV. p. 931.

Culmus basi decumbens, mox inferne ramosus; tandem erectus, filiformis, striatus, glaber, pedalis; folia inferne approximata disticha lanceolata striata glabra pollicaria; flores spicati, spicae parvae; cal. biflorus subtriglumis, valvulâ extimâ minimâ ut in Panico, reliquae ovatae, omnes ovatae concavae obtusae pubescentes; cor. subbivalvis valvulis glabris. Arista nec in hermaphrodito, nec in masculo. Anne potius ad Panicum, inprimis ob fasciculum floris setaceum. *Thunb.* Ad Panicum referendum esse *R. Brown. P. de Beauv.* non recepit. In *graminosis interiorum promont. b. spei.*

11. S. *asperum;* glumis glabris, paniculâ coarctatâ, foliis serratis. Holcus *asper Thunb. Prodr.* I. p. 20. *Fl. cap.* I. p. 415. *Willd. Spec.* IV. p. 931.

Culmus basi simplex vel parum ramosus, erectus, glaber, pedalis; folia attenuato-acuminata, pilosa, muricata, globulis marginalibus serrata, flexuosa, culmo breviora; panicula ovata; pedunculi et pedicelli dichotomi, capillares, glabri; calyx biglumis, glumis lanceolatis subaristatis. In *summis lateribus montium urbis Cap.*

12. * S. *halepense Pers.;* paniculâ laxâ nutante, glumis oblongis, foliis acuminato-setaceis. Holcus *halepensis Linn. Sp. Pl.* p. 1485. *Willd. Spec.* IV. p. 932. *Schreb. Gram.* 129. t. 18. *Host Gram. austr.* I. t. 1. *Mieg act. helv.* VIII. t. 4. f. 2. Holcus *exiguus Forsk. descr.* 174. Blumenbachia *halepensis Koel. Gram.* p. 29. Andropogon *arundinaceus Scop. Carn.* n. 1236. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 237. Andropogon culmo subsimplici, nodis pubescentibus, vaginis foliisque glabris margine scabris; paniculâ ramosâ, ramis verticillatis rhachique scabriusculis; glumis calycinis floris hermaphroditi pubescentibus; pedicello piloso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener* et *spec.* I. p. 152. Andropogon *halepensis Sibth. Fl. gr.* I. t. 68. β. glumis villosis. γ. aristis abortivis. δ. *giganteum*, duplo triploque majus. H. *halepensis* affinis *Herbarior.*

Rad. repens; culmi 2-6ped., erecti, firmi, nodis pilis albidis; folia lanceolata, longe acuminata, rigida, ad ligulae ortum villosa, subtus nervis prominulis albidis, radicalia saepe 3ped.; panicula 1/2-1ped; rami ad basin pilis sericeis; flosculi unilaterales acuti nitidi, medius pilosus, pallide virens aut rufescens, raro muticus; pedunculi florum lateralium pilosi; glumae calycinae in hermaphrodito muticae, bi-tridentatae, exterior nervis septem, interior tribus; gluma corollina exterior aristâ longâ tortili. Gluma calycina exterior masculis nervis 9, interior 7. *Ad sepes fossas Ungariae, Italiae, Galliae, Syriae, et Ins. Cubae.* 4.

Digitized by Google

13. S. *nitidum Pers.*; glumis unifloris villosis, floribus omnibus muticis culmi geniculis barbatis. *Pers. Syn.* I. p. 101. HOLCUS *nitidus Vahl Symb.* II. p. 102. *Willd. Spec.* IV. p. 932.

Habitus S. *halepensis*, sed omnibus partibus minor. Culmus teres erectus, geniculis barbatis. Folia angusta striata vaginâ breviora, ultimum spathaceum altitudine culmi; vagina fauce barbata. Panicula erecta, pedunculi subverticillati, basi barbati, simplicissimi, triflori, interdum proliferi; pedicelli plerumque gemini, rarius solitarii. Calycis glumae basi pilis fulvis, et apice, medio nitidae in hermaphrodito, minime in masculo, sed villosae. In *India orientali.*

14. S. *capillare*; glumis bifloris nudiusculis, flosculo hermaphrodito mutico, masculo aristato, pedunculis glabris. HOLCUS *capillaris Thunb. Prodr.* I. p. 20. *Fl. cap.* p. 412. *Willd. Spec.* IV. p. 935.

Flores masculi revera non aristati, sed flos exterior longe acuminatus. „Differt ab HOLCO *molli* europaeo pedicellis et pedunculis glabris nec villosis" *Thunb.* — Culmi plurimi inaequales basi decumbentes geniculati erecti glabri digitales et pedales; folia pilosa brevissima, vaginis inflatis longis striatis villosis ciliatis; panicula trichotoma amplissima patentissima; glumae lanceolatae glabrae carinâ subvillosae. In *promont. b. spei.*

15. S. *setifolius*; glumis bifloris muticis acutis, foliis filiformi-setaceis. HOLCUS *setifolius Thunb. phytograph. Bl.* p. [illegible] *Flor. cap.* p. 413.

Culmus glaber, pedalis et ultra, simplex; folia flexuosa, erecta, culmo breviora glabra; panicula patens floribus glabris. In *promont. b. spei.* ♃?

16. S. *parviflorum P. de Beauv.*; paniculâ effusâ capillari; ramis alternis multipartitis; ramulis divisis pedunculisque capillaribus 3floris; glumis muticis; foliis planis scabris; geniculis barbatis. HOLCUS *parviflorus R. Brown Prodr.* I. p. 199. α. glumae pubescentes, rhachis communis villosa, folia vaginaeque hirsutae. *Brown* l. c. β. glumae rhachisque glabra; folia contusa graveolentia vaginaeque scabriusculae. An distincta species? *Brown* l. c.

In *nova Hollandia.*

17. S. *fulvum P. de Beauv.*; paniculâ effusâ; ramis verticillatis indivisis spiciferis; spicis 8-13floris; rhachi pedunculisque plumoso barbatis; floribus ovatis acutis; glumis villosis muticis; flosculi hermaphroditi aristâ imberbi, valvulis duplo longiore; foliis scaberrimis, geniculis barbatis. HOLCUS *fulvus R. Brown Prodr.* I. p. 199.

S. *flavum* dixit *Pal. de Beauv.* *Inter tropicum in novae Hollandiae littore orientali et septentrionali.*

18. S. *plumosum P. de Beauv.*; paniculâ effusâ; ramis verticillatis indivisis spiciferis; spicis 8-15floris, rhachi pedunculisque plumoso-barbatis; floribus oblongo-lanceolatis; glumis pubescentibus muticis; hermaphroditi aristâ imberbi valvulis sexies longiore; foliis scabris, geniculis barbatis. Holcus *plumosus R. Brown Prodr.* I. p. 200.

Cum *fulvo.*

19. S. *elongatum P. de Beauv.*; paniculâ elongatâ subcoarctatâ; ramis verticillatis divisis simplicibusque spiciferis; spicis 5floris; pedunculis imberbibus; glumis glabris muticis, exteriore hermaphroditi substrigoso-ciliatâ; flosculi hermaphroditi aristâ spiculâ breviore; foliis triquetris carinâ marginibusque asperis. Holcus *elongatus Brown Prodr.* I. p. 200.

In nova Hollandia cum *plumoso.*

384. APLUDA.

1. * A. *aristata*; paniculâ contractâ, flosculis masculis pedicellatis muticis, hermaphrodito sessili aristato, foliis subpetiolatis. *Sprengel Mem. de l'Acad. de Petersb.* II. 1810. p. 303. *Linn. Amoen.* IV. p. 303. *Sp. Pl.* 303. *Thunb. Prodr.* I. p. 21. *Willd. Spec.* IV. p. 938. *Schreb. Gram.* II. t. 42 quo teste etiam hujus loci: Andropogon *glaucus Retz* * *Obs.* V. p. 20. *Willd. Spec.* IV. p. 910.

Pedalis aut cubitalis, cespitosa; culmi glabri erecti; folia lanceolato-linearia ex angustissima basi glaberrima. Panicula subspicata, ramulo singulo bracteâ subjecta, quae et sub flosculis, navicularis, mucronata. Rudimentum tertii floseuli ad latus masc. In *India orient. et in Africa interiori, Thunb. Fl. cap. p.* 418. 4.

---

* Andropogon *glaucus Retz*: „paniculâ foliaceâ, involucellis calycibusque bifloris, florum sessilium calycibus 3valvibus, pedunculatorum 2valvibus" quoad descriptionem sequentem tamen differre videtur. „Culmi filiformes pedales foliosi; folia linearia plana glauca; panicula sparsa foliosa; pedunculi breves e vaginâ folii prodeuntes solitarii et plures. Involucrum breve cymbiforme, aristâ latiusculâ brevi terminatum. Ex hoc prodeunt: pedicelli 2, breves, quorum singuli iterum involucello priori simili bifloro. Flores bini, alter sessilis. Hujus cal. triglumis cartilagineus, valvulis 2 lateralibus subfalcatis planis, tertiâ longiore convolutâ rectâ acuminatâ, biflorus. Cor. hermaphrod. vel foem., valvulâ alterâ cymbiformi majore, alterâ planâ lanceolatâ, utrâque hyalinâ. Pedunculati: pedicellus longitudine floris sessilis crassus rigidus. Cal. 2valvis acutus longior 2florus. Corollae bivalves lineari-lanceolatae hyalinae, altera foem., vacua altera. Stigmata plumosa." *Retz.*

Digitized by Google

2. A. *villosa;* paniculâ abbreviatâ, involucris lanceolatis, partiali bidentato, flore octoaristato, villoso. *Schreb. Gram.* II. p. 92.

3. * A. *digitata;* spicis digitatis secundis. *Linn. Suppl.* p. 434. *Willd. Spec.* IV. p. 939.

Cum? huc retulit *P. de Beauv.* „Gramen inter altiora." In *India orientali.*

Quid APLUDA *scirpoides*, foliis longis lanceolatis, culmo ramoso paniculato, floseulis muticis *Walt. Fl. carol.* p. 150. *Gmelin Syst. Veg.* I. p. 148.?

A. *Zeugitem*, quae proprium genus sistit, iterum hue posuit cls. *P. de Beauv.*, et POLLINIAM *Gryllum* s. ANDROPOGONEM *Gryllum*, cum POLLINIA *distachya*, hanc vero cum?

385. ANTHISTIRIA.

1. * A. *ciliata Retz;* foliis superioribus basi involucrisque ciliatis. *Retz Obs.* III. p. 11. *Linn. Suppl.* 113. *Willd. Spec.* IV. p. 899. *Cavan. Ic.* V. p. 36. t. 459. *Desfont. Journ. d. Phys.* XL. p. 292. t. 1. ANDROPOGON *nutans Linn. Mant.* p. 303. ANDROPOGON *quadrivalvis S. V.* XIII. p. 758.

Culmi multi, pedales, ramosi geniculati, superne subnutantes. Folia plura alterna laevia margine scabra, carinam versus ciliata: vaginae compressae striatae carinatae, supremo margine ciliatae (glabrae *Desfont.*) Racemus terminalis foliosus decompositus nutans. Racemi partiales itidem foliosi ciliati. Pedunculi laterales gemini recti filiformes. Cal. communis tetraphyllus triflorus, valvulis (an flosculorum rudimentis?) lanceolatis aequalibus pilis raris adspersis. Flosculi tres. Hermaphroditi gluma bivalvis acuta lanceolata. Styli duo clavati, pilosi. Arista e germinis basi longe torta." *Linn.* In *Ind. orient. Linn. Willd. in Virginia, Jamaica Desfont.* ⊙

2. A. *imberbis Retz;* aristis basi pilosis, paniculâ fastigiatâ, bracteis basi barbatis. *Thunb. Fl. cap.* I. p. 403. *Retz Obs.* III. p. 11. *Willd. Spec.* IV. p. 900. STIPA *arguens Thunb. Prodr. cap.* I. p. 20. *Linn. Syst. Veg.* XIV. p. 121. *Houttuyn Pfl. Syst.* XII. t. 92. f. 1. (fide *Thunb.*)

Culmus glaber, erectus, bipedalis; folia ensiformia integra carinata glabra breviora; paniculae coarctatae, fasciculato-subcapitatae; pedunculi capillares, flexuosi; bracteae sub singula panicula et singulo flosculo solitariae, lanceolatae, naviculares, acuminatae glabrae, floribus duplo longiores. Aristae inferne tenuissime pilosae, apice glabrae, setaceae geniculatae pollicares et ultra. In *graminosis interiorum regionum prom. b. spei.*

Digitized by Google

3. * A. *barbata Desfont.*; glumis vaginisque barbato-glandulosis. *Desfont. Journ.* l. c. p. 294. t. 2. *Pers. Syn.* I. p. 105. ANTHISTIRIA *ciliata* β. *Gaertn. de fruct.* T. II. p. 465. t. 175. *Poiret Enc. meth.* I. p. 395. ANTHISTIRIA *japonica Willd. Spec.* IV. p. 901 (excl. syn. *Houttuyn* XII. t. 92. f. 1.) ANDROPOGON *ciliatus*, paniculâ cernuâ, calyce exteriore multifloro ciliato, aristis contortis pilosis. *Thunb. jap.* p. 40.

Culmus teres articulatus simplex erectus bipedalis; folia vaginantia pilis sparsis longis inprimis prope genicula pilosa, longitudine culmi. — „Locustae paucae, interdum solitariae, nec basi pedunculis in unum fasciculum conferruminatae. Calyces communes intermedio pedunculo a folio florali (calyce extimo *Thunb.*) separati, saepe uniflori. Receptaculum setosum longitudine fere dimidii calycis. *Cor.* in hermaphrodito manifesta, valvulâ alterâ lanceolatâ, alterâ in aristam conversâ; flores masculi nulli aut obsoleti, nec manifeste pedicellati. His tamen non obstantibus ne specie quidem hanc a *ciliata* differre censeo.“ *Gaertner l. c.* In *Japonia*. A. *barbatam* sine dubio huc posuit *P. de Beauv. japonicam* vero cum?

4. A. *glauca Desf.*; culmo ramoso compresso, glumis imberbibus, aristâ inferne villosâ geniculatâ. *Desfont. Fl. atl.* II. p. 380. t. 254. *Pers. Syn.* I. p. 105. *Willd. Spec.* IV. p. 900. STIPA *paleacea Poiret It. germ.* II. p. 145. *Vahl Symb.* II. p. 24. *Willd. Spec.* I. p. 441. (quam delere jubet *Willd. Spec.* IV. p. 900.)

Facies ST. *janceae*. Culmi plures 1-2ped., simplicissimi! erecti foliis vaginati; folia radicalia copiosa subulata rigida bipollicaria; culmea tria longiora; ultimum spathaceum culmo altius; vaginae striatae, ore barbatae, margine ciliatae. Panicula spithamaea, spiculis pluribus ad dentem singulum rhacheos. Cal. valde attenuatus, semine triplo longior, glaber. Cor. valvula exterior pilosa ciliata; arista palmaris ultra medium valde torta et pilosa. Planta *Forskâlii* differt modo vaginis et foliis radicalibus etiam extus pubescentibus. *Vahl.* In *Aegypto*, *Tuneti*, *in Guinea*. An reverâ huc STIPA *tortilis Desfont.*, s. *humilis Brotero?* ut in *Roemer Collect.* I. p. 181. Confer STIPAM *tortilem*.

5. A. *arguens Willd.*; culmo simplici, (?) paniculâ angustâ, involucris aristisque basi lanatis. *Willd. Spec.* IV. p. 901. STIPA *arguens Linn. Sp. Pl.* 117. Gramen argueos. *Rumph Amb.* VI. p. 15. t. 6. f. 1.

Flores in fasciculos congesti, ut glumae vix bracteis distinguantur. Bracteae longiores basi extus valde pilosae. Semina basi hirsuta aristis terminalibus nudis nigris contortis. In *India orientali*. 2. Culmi compressi, 6-7ped.; ramosi, ex purpureo fusci; panicula subtus albâ lanugine tecta; semina nigra aristâ fuscâ. *Rumph.*

6. A. *villosa Lam.*; foliis involucrisque nudis, floribus duobus hermaphroditis villosissimis, aristâ brevi. *Lam. Illustr.* t. 841. f. 3. *Poiret Enc. meth. Suppl.* I. p. 396.

Culmi recti praealti; folia vaginaeque glabra. Panicula ampla conferta. E singulâ vaginâ superiore pedunculi 2-4 glabri capillares penduli spiculâ 1-2 longitudine vaginae; flosculi masculi 4, sessiles lanceolati acuti; bini alii pedicellati angustiores longiores rigidi mucronati. Hermaphroditi duo, duri, rigidi coriacei, fusco-nigricantes, arista 2 lin. In *Java. Commers.*

7. A. *australis*; glumis involucrisve imberbibus strigisve paucissimis, foliis vaginisque glabris, culmo tereti. *R. Brown Prodr.* I. p. 200.

In *ora meridionali-novae Hollandiae, et prope P. Jackson.*

8. A. *frondosa*; glumis masculis barbatis, involucris foliaceis vaginisque hirsutis, pedunculis villosissimis, culmo compresso scabriusculo. *R. Brown* l. c.

Ad littora novae Hollandiae intra tropicum.

386. SPINIFEX.

1. * S. *squarrosus*; capitulorum bracteis fasciculatis maximis, involucris mucronatis, flosculis muticis. *Linn. Mant.* p. 300. *Willd. Spec.* IV. p. 1129. STIPA *spinifex Linn. Mant.* p. 34. *Moris. Hist.* III. p. 219. S. 8. t. 8. f. 11. *Rumph Amb.* VI. p. 6. t. 2. f. 2. *Rheede mal.* XII. t. 75. *Houtt. Linn. Pfl. Syst.* XII. t. 92. f. 2.

Frutescens. Culmi maximi, crassitie digiti, glauci (ut totum gramen) geniculati, ad genicula acervis foliorum instructi, laeves, fracti. Folia graminea, convoluta, recurvato-patentia, rigida, apice spinosa, palmaria, vaginis amplis striatis, ligulâ lanatâ. Fasciculi 3-4, terminales e pluribus fasciculis compositi, propriis fasciculis foliolis (absque vaginis) aliquot lanceolatis brevioribus, inter quae spicae saepius 3. Spica singula digitum fere longa, rhachi triquetrâ in spinam desinente, floribus 5 alternis lateralibus sessilibus remotis. Flos ovato-oblongus latere (non ventre) rhachin respiciente, (ut in LOLIO). Valvulae ovato-lanceolatae striatae acutae. In *Indiae orientalis arenosis maritimis.* 4.

2. S. *longifolius*; glaber, foliis inermibus flaccidis semiteretibus, marginibus longitudinaliter laevibus, rhachi fructiferâ ter longioribus, glumis masculis scabris. *R. Brown Prodr.* I. p. 198. *Cyperus Peron voy. aux terres australes* I. p. 113.

Secundum descriptionem haud male convenientem cum specimine A. *D. Baudin. R. Brown. Ad littora novae Hollandiae intra tropicam.*

Digitized by Google

3. S *fragilis R. Brown*; glaber, foliis inermibus flaccidis semiteretibus margine scabris, rhachi fructiferâ longioribus. *R. Brown* l. c.

Inter tropicum in novae Hollandiae littore orientali et septentrionali.

4. S. *sericeus*; sericeus, foliis inermibus intus vaginisque glabris, rhacheos masculae acumine spicâ aliquoties breviore. *R. Brown* l. c.

Circa Port. Jackson et in terra van Diemen.

5. S. *hirsutus Labill.*; sericeus, foliis inermibus intus vaginisque villosis, rhacheos masculae acumine spicam subaequante. *Rob. Brown* l. c. *Labillard. Specim. nov. Holl.* II. p. 81. t. 230-31.

Culmus sesquipedalis et ultra, teres, infra debilis, procumbens. Folia subulata, spithamaea et amplius, *extus* praesertim pilosa, inferiora ad nodos plura, equitantia. Planta polygama, dioica. *La Bill.* In *novae Hollandiae ora meridionali.*

387. PSAMMA.

1. * P. *arenaria*; paniculâ subspicatâ, calycibus acutis, pilis corollâ triplo brevioribus, foliis involutis. ARUNDO *arenaria Schrad. Fl. germ.* I. p. 221. t. 5. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 457. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 87. *Smith Fl. brit.* I. p. 148. *Engl. bot.* t. 520. *Mart. Fl. rust.* t. 32. *Flor. Dan.* t. 917. *Svensk bot.* 138. CALAMAGROSTIS *arenaria Roth germ.* T. II. P. I. p. 93. AMMOPHILA *arundinacea Host Gram. austr.* IV. t. 41.

Rad. maxime repens. Culmi 2-3pedales, erecti, rigidi, glaberrimi, nisi sub paniculâ. Folia longissime acuminata rigida pungentia facie hispidula, glaucescentia, ut vaginae scabrae. Ligula acuminata, bipartita. Panicula compacta elongata 6-8. pollicaris, rhachi hispidâ. Calyces uniflori, nitidi, straminei, nervo viridi. Corollae gluma exterior 5nervis, interior quadrinervis. Variat vaginis purpurascentibus. *Ad littora maris et in arenosis totius Continentis in Islandia, et America.* 4.

Obs. Clm. *Decand.* perperam huc citasse PHAL. *aquaticam Lapeyr.*, quae omnino PHALARIS *aquatica* monuit nos ill. *Lapeyrouse* in lit.

2. P. *baltica P. de Beauv.*; paniculâ subspicatâ lobatâ, calycibus acuminatis, pilis corollâ duplo brevioribus, foliis involutis. ARUNDO *baltica Schrad. Fl. germ.* I. p. 223. *Flügge* in Ms. *Ledebour* in *Schrad. N. J.* IV. B. p. 57.

Rad. valde repens; culmi 3-4ped., folia linearia, acuminata pungentia, 1½-ped., 2-3 lin. lata. Ligula elongata, bipartita. Ab affini A. *arenariâ* lanâ longiore, floribus minoribus, glumis calycinis aequalibus, corollâ aristatâ; paniculâ minus densâ

rubicundâ e longinquo dignoscitur. In *littoribus maris baltici.* 4.

Huc quoque ARUNDINEM *litteralem* tulit *P. de Beauv.*

388. ARUNDINARIA.

1. A. *glaucescens;* spicâ simplici nutante, foliis subtus glaucis. LUDOLFIA *glaucescens Willd. Mag. d. Ges. naturf. Fr. z. Berl.* 1808. p. 320. PANICUM *glaucescens* et PANICUM *arborescens Lam. Enc. meth.* IV. p. 749. et *Hortulan*, nec *Linn.*

Culmus quadripedalis et ultra fruticosus ramosissimus, facie BAMBUSAE. Folia pollicaria, lineari-lanceolata disticha petiolata, margine scabra. Ligula brevissima truncata setosa. Vaginae glabrae. Spica terminalis nutans bipollicaris, floribus alternis adpresso-patulis. In *India orientali.* ħ.

2. A. *macrosperma Mich.;* altissima glabra, foliis linearilanceolatis subdistichis, floribus paniculatis. *Mich. Bor. Am.* I. p. 74. MIEGIA *macrosperma Pers. Syn.* I. p. 102. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p 59. LUDOLFIA *macrosperma Willd. Mag.* l. c. ARUNDO *gigantea Walt. Fl. carol.* p. 81. ARUNDINEM *tectam Walt.* hujus tantummodo esse varietatem suspicatur *Pursh* l. c.

Stigmata tria, semen gracile. Habitus BAMBUSAE aut NASTI. *Ad ripas Mississipi Carolinae, Floridae. — In extensive tracts on the Mississipi and Floridas, called Cane brakes, almost impenetrable Pursh.*

389. TRIGLOSSUM.

1. T. *bambusinum Fischer* l. c.

Habitus BAMBUSAE; in culta planta culmus 3-5ped.; flores terminales in apice ramorum horizontalium spicam efformantes simplicem rigidam, fragilem linearem multifloram glaucescentem 2poll. et ultra e vagina suprema. Valvulae 2 sub spica distantes ab invicem, spicâ dimidio breviores, inferior brevior angustissima subulata, superior lineari-lanceolata; subulata, utraque glabra margine hispidula. Flores 8-10 alterni, in rhachi vix pubescente subimbricati. Valvula exterior calycis pollicaris, nervis 9, interior nervis 10, duobus majoribus: utraque glabra, margine subciliata. Corollae valvula altera interiori valvulae calycis opposita, duae reliquae magis approximatae et priori quasi oppositae ad latera valvulae calycis exterioris cum staminibus alternantes. Filamenta germini longiora. Antherae apice acutae, basi emarginatae. Germen saturate viride glabrum oblongum subcurvatum. Stigmata sessilia plumosa, germine parum breviora. Colitur in hort. *Gorink.*

Digitized by Google

Graminum dispositio naturalis, auctore *Carolo Kunth.**)

I. *Gramina* PANICEA. *Rhachis* spicata aut paniculata. *Spiculae* solitariae, geminae aut plures, uni- aut saepius biflorae, flore altero sterili aut unisexuali. *Glumae* saepissime consistentia tenuiore paleis. *Paleae* plus minus cartilagineae, inferior superiorem semiinvolvens, mutica aut rarius aristata, utraeque non carinatae. *Styli* duo.

1. UNIFLORAE:

Paspalum L. (*Ceresia Pers.*)
Axonopus Beauv.
Piptatherum Beauv.
Milium L.
Reimaria Fluegg.
Microchloa R. Brown } An affinior *Agrostideis?*
Chamagrostis }

2. BIFLORAE:

Digitaria Hall.
Panicum Kunth (*Paractaenum, Hymenachne, Monachne, Melinis Beauv. Streptostachys Desv.*)
Athenanthia Beauv.
Isachne R. Brown.
Setaria } *Beauv.*
Urochloa }
Oplismenus Beauv. (*Echinochloa Beauv. Orthopogon Brown.*)
Penicillaria Swartz.
Gymnotrix Beauv.
Pennisetum Pers.
Cenchrus L.
Anthephora Schreb.
Trachys Retz.
Tripsacum } *Linn.*
Manisuris }
Peltophorus } *Desv.*
Echinolaena }
Thuarea Pers. R. Brown.
Tragus Hall.

DUBIA:

Leptarus R. Brown. An affinior *Hordeaceis?*
Neurachne R. Brown.

II. *Gramina* STIPACEA. *Rhachis* paniculata. *Spiculae* solitariae uniflorae. *Glumae* membranaceae. *Palearum* inferior indurato-coriacea, superiorem non bicarinatam involvens, aristata. *Styli* duo.

Aristida L. (*Cartopogon. Chaetaria Beauv.*)
Arthraterum Beauv.
Streptachne R. Brown.
Stipa L. (*Jarava Fl. peruv.*)
Oryzopsis Rich. (Stylus unicus?)

III. *Gramina* AGROSTIDEA. *Rhachis* paniculata, interdum spicatim coarctata. *Spiculae* solitariae uniflorae *Glumae paleaeque* consistentiâ fere aequali, saepissime carinatae. Palea inferior aristata aut mutica, superior nunquam bicarinata. *Styli* duo.

* In *Mémoires du Musée* T. II. p. 72.

Podosaemum Desv.
Muehlenbergia Schreb.
Clomena Beauv.
Chaeturus Link.
Aegopogon Humb. et Bonpl.
Colobachne Beauv.
Lagurus L.
Polypogon Desfont.
Gastridium Beauv.
Agrostis Adans.
Calamagrostis Adans.
Trichodium Rich.
Agraulus Beauv.
Apera Adans.
Vilfa Adans. (*Sporobulus R. Brown. Airopsis Desv.*)
Cinna L.
Spartina Schreb.
Psamma Beauv.
Heleochloa Host.
Crypsis Ait.
Cornucopiae Schreb.
Echinopogon Beauv.
Alopecurus L.
Phleum L.
Achnodonton Beauv.
Phalaris L.
Chilochloa Beauv.

IV. *Gramina* Bromea. *Rhachis* paniculata. *Spiculae* solitariae bi- aut multiflorae. *Glumae* carinatae. *Paleae* consistentiâ fere glumarum, inferior concava aut carinata, saepius aristata, superior bicarinata. *Styli* duo.

1. *Avenacea.* *Spiculae* pauciflorae. *Palea* inferior dorso aristata, aristâ geniculatâ tortili.

Deyeuxia Clar. (*Graphephorum Desv.*, *Corynephorus*, *Deschampsia*) Beauv.
Holcus Beauv. (*Holci* species L.)
Hierochloa Gmel.
Toresia Flor. Peruv. Beauv.
Anthoxanthum L.
Aira L. Beauv.
Catabrosia Beauv.
Arrhenatherum Beauv.
Avena L. (*Trisetum P. Trichaeta* Beauv.)
Pentameris Beauv.
Pomerculla L.
Danthonia Decand.
Gaudinia Beauv.

2. *Arundinacea.* *Spiculae* multiflorae. *Palea* inferior concava, apice subulata, basi saepissime pilis cincta.

Donax Beauv. — *Gynerium Humb.* et *Bonpl.* — *Arundo* Beauv.

3. *Bromea genuiana:* Bromeorum reliqui.

Chrysurus Pers.
Sesleria Scop.
Cynosurus Beauv. (*Cynosuri* species L.)
Elytrophorus Beauv.
Koeleria Pers.
Dactylis L.
Glyceria R. Brown.
Centotheca Desv.
Festuca L.
Bromus L. (*Calotheca Desv. Schenodorus* Beauv.)
Streptogyna, *Brachypodium* Beauv.
Uniola L.
Tricuspis Beauv.
Diplachne, *Ceratochloa*, *Schismus* Beauv.
Triodia, *Coelachne* R. Brown.
Beckmannia Host.
Melica L.
Enodium Gaud. (*Molinia Koel.*)
Briza L.
Poa L. (*Eragrostis*, *Megastachya*, *Orthocladia* Beauv.)

Dubium:

Ichnanthus Beauv. (*prope Bromum auct.* Beauv.)

V. *Gramina* Chloridea. *Rhachis* spicata. *Spiculae* solitariae, rarius multiflorae, flore superiore abortivo, difformi. *Glumae* carinatae non oppositae. *Palea* inferior saepissime aristata, rarius mutica, superior bicarinata. *Styli* duo.

Sclerochloa Beauv.
Eleusine Gaertn.
Dactyloctenium Willd.
Rhabdochloa, *Leptochloa*, *Gymnopogon* } Beauv.
Chloris Sw. (*Eustachys Desv.*)
Cynodon Rich.
Dineba Jacq.
Triathera Desv.
Bouteloua Beauv.
Chondrosum Desv.
Heterostega Desv.
Echinaria Desfont.
Pappophorum L.
Triraphis R. Brown.
Enneapogon Desv.

VI. *Gramina* Hordeacea. *Rhachis* spicata. *Spiculae* solitariae, geminae aut plures, uniflorae aut multiflorae. *Glumae* oppositae, aequales (an semper?). *Palea* inferior aristata aut mutica, superior bicarinata. *Styli* duo.

Aegilops, *Triticum* } *L.*
Agropyron Beauv.
Lolium, *Elymus*, *Secale*, *Hordeum* } Beauv.
Rottboella Beauv. An affinior Panicis?
Ophiurus Gaertn.
Monerma, *Lodicularia* } Beauv.
Nardus L. Stylus unicus!
Zoysia Willd.
Chamaerhaphis R. Brown.
Dubium:
Pariana Aublet. An Paniceis affinior?

VII. *Gramina* Saccharina. *Rhachis* spicata aut paniculata, articulata. *Spiculae* saepissime geminae, uni- aut biflorae, alterâ sessili, alterâ pedi ellatâ, saepissime unisexuali. *Glumae* consistentiâ firmiore paleis, non carinatae, non oppositae. *Paleae* tenuissime membranaceae, non carinatae, inferior saepissime aristata. *Styli* duo.

Perotis Ait.
Saccharum L.
Imperata Cyrill.
Eriochrysis Beauv.
Erianthus Rich.
Andropogon L. (*Anattherum* Beauv.)
Heteropogon Pers. *Colladoa* Cav.
Anthistiria Linn. fil.
Calamina Beauv.
Aplada L.
Sorghum Pers. Beauv.
Diectomis, *Elyonurus* } *Humb. et Bonpl.*
Dubia:
Rhaphis Lour.
Ischaemum L.
Meoschium Beauv.
Pogonatherum Beauv.
Dimeria R. Brown.
Arthraxon Beauv.

VIII. *Gramina* Oryzea. *Rhachis* paniculata. *Spiculae* solitariae uniflorae. *Palea* inferior cartilaginea, compresso-carinata. *Stamina* saepissime numerosa. *Styli* duo.

Ehrharta Smith.
Trochera Rich.
Leersia Swartz.
Oryza L.
Potamophila R. Brown.

DUBIA:

Zeugites Brown Jam.
Tetrarrhena R. Brown.

IX. *Gramina* OLYREA. *Rhachis* paniculata; *spiculae* uniflorae, masculae et foemineae aut in eadem aut in distincta plantâ. *Glumae* floris feminei paleis tenuiores. *Stylus* unicus. Sectio PANICEIS affinis.

Zizania L. An *Oryzeis* affinior?
Luziola Juss.
Hydrochloa Beauv.
Pharus L.
Olyra L. (*Lithachne Beauv.*)
Zea L.
Coix L.

DUBIA:

Leptaspis R. Brown.

X. *Gramina* BAMBUSACEA. Arborescentia. *Rhachis* paniculata. *Spiculae* multiflorae. *Palea* superior bicarinata. *Stylus* unicus. Sectio BROMEIS affinis.

Diarrhena Swartz.
Arundinaria Mich.
Stemmatosperma Beauv.
Bambusa Schreb.
Nestus Juss.

Genera quorum sectio mihi ignota:

Microlaena } *R. Brown.*
Dipogonia }
Cymbachne Lour.
Trichoon Roth. Pers.
Lygeum } *L.*
Spinifex }
Eriachne R. Brown. (*Achneria Beauv.*)
Ectrosia R. Brown.

„In CYPERACEIS flores hermaphroditi vel diclines, singuli paleâ stipati. *Perianthium* nullum vel setosum, rariusve membranaceum, 1-3valve. *Stamina* hypogyna, definita, saepius 3, (rarius 1-2, quandoque 4-6, rarissime 12). *Antherae* basi insertae, integrae, biloculares. *Ovarium* monospermum, ovulo fundo loculi affixo. *Stylus* 1, tri- rare bifidus. *Stigmata* indivisa, interdum bifida. *Nux* crustacea vel ossea. *Albumen* nucleo conforme. *Embryo* lenticularis in basi seminis extra albumen, homogeneus, (nec intra ut divus *Gaertner* et cls. *de Jussieu*). Plumulâ inconspicua. — Culmi teretes vel triquetri, nunc indefinite angulati, plerumque enodes, quandoque articulati et ramosi. Folia vaginâ integrâ, aestate interdum fissâ. Floralia saepe sessilia. Paleae spicatae inferiores quandoque vacuae.“ *Rob. Brown.*

Conspectus

systematis Agrostographiae novae cl. *Palisot de Beauvois.*

FAMILIA I. MONOTHALAMA. LOCUSTAE CONFORMES.

TRIBUS I. Axis integer, glumae alternatim insertae.

Cohors I. *Locustae uniflorae:*

Sectio I. *Locustae sine calyce:* 1. Zoysia, 2. Asprella.

Sectio II. *Locustae calyculatae. Corolla* 1*glumis.*

a. gluma inferior aristata: 3. Cornucopiae, 4. Alopecurus, 5. Agraulus.

b. gluma mutica: 6. Trichodium, 7. Perotis, 8. Saccharum.

Sectio III. *Corolla* 2*glumis, gluma inferior major:*

a. glumae muticae: 9. Imperata, 10. Eriochrysis, 11. Ceresia, 12. Paspalus, 13. Axonopus, 14. Milium, 15. Reimaria (Gen. obscur.).

b. gluma inferior setigera:

α. seta terminalis: 16. Erianthus, 17. Calamagrostis, * 18. Chaeturus, 19. Vilfa. *

β. seta subapicularis: 20. Polypogon.

c. gluma inferior aristata:

α. arista terminalis: 21. Piptatherum, 22. Stipa, 23. Oryzopsis, 24. Achnatherum, 25. Streptachne (Gen. obscur.).

β. arista subapicularis: 26. Gastridium.

γ. arista basilaris: 27. Agrostis, 28. Colobachne.

Sectio IV. *Gluma inferior minor:*

a. glumae muticae: 29. Crypsis, 30. Tragus, 31. Heleochloa, 32. Phleum, 33. Achnodonton, 34. Spartina, 35. Sporobolus, 36. Trichoon (Gen. obsc.).

---

* Calamagrostides et Vilfas cum reliquis generibus novis ex genere Agrostidis factis noluimus ab Agrostide longius distare. Illas vero Calamagrostides, quae ad Arundinem spectant, sub Arundine retinuimus, praeter Deyeuxias.

b. gluma inferior setigera:

α. seta terminalis: 37. Oryza, 38. Muehlenbergia, 39. Cleomena, 40. Trichochloa s. Podosemum, 41. Mibora s. Chamagrostis, 42. Chaetaria.

β. seta subapicularis: 43. Aperra, 44. Cinna, 45. Curtopogon.

c. gluma inferior aristata:

α. arista terminalis: 46. Arthratherum, 47. Aristida, 48. Pentapogon.

β. arista dorsalis: 49. Lagurus.

Cohors II. *Locustae semibiflorae:*

a. glumae muticae: 50. Phalaris, 51. Chilochloa, 52. Cynodon, 53. Coelachne (Gen. obscur.).

b. gluma infera setigera:

α. setâ terminali: 54. Brachelytrum, 55. Atheropogon seu Boutelloua, 56. Actinochloa seu Chondrosum, 57. Triathera.

β. setâ subapiculari: 58. Gymnopogon, 59. Echinopogon.

c. gluma infera aristata: 60. Anisopogon, 61. Dieuxia.

Cohors III. *Locustae multiflorae, flosculi polygami.*

Sectio I. *Locustae 2florae:*

a. glumis muticis: 62. Panicum, 63. Paractaenum, 64. Anthenantia, 65. Hymenachne, 66. Monachne, 67. Streptostachys, 68. Digitaria, 69. Neurachne, 70. Isachne (Gen. obsc.).

b. gluma inferiore setigerâ: 71. Urochloa, 72. Echinochloa, 73. Oplismenus, 74. Setaria, 75. Milinis, 76. Dimeria (Gen. obscur.).

c. glumâ inferiore aristatâ: 77. Arrhenatherum, 78. Pogonantherum.

Sectio II. *Locustae 3- aut multiflorae.*

a. paleae muticae: 79. Ischnanthus, 80. Cenchrus, 81. Anthephora, 82. Penicillaria, 83. Pennisetum, 84. Gymnothrix, * 85. Arundo, 86. Ehrharta, 87. Tetrarrhena (Gen. obscur.).

---

* Huc Xerochloa *Lichtenst.*

b. gluma inferior setigera:

α. seta terminalis: 88. Trocherra, 89. Hierochloa, 90. Microlaena, 91. Torresia.

β. seta subapicularis: 92. Campulosus seu Campuloa.

c. gluma inferior aristata: 93. Anthoxanthum.

Cohors IV. *Flosculi hermaphroditi:*

a. glumae muticae: 94. Cynosurus, 95. Elytrophorus, 96. Briza, 97. Melica, 98. Molinia s. Enodium, 99. Centotheca, 100. Orthoclada, 101. Poa, 102. Eragrostis, 103. Airopsis, 104. Leptochloa, 105. Eleusine, 106. Dactyloctenium, 107. Achneria (Gen. obscur.). *

b. gluma inferior mucronata: 108. Schismus, 109. Megastachya, 110. Uniola, 111. Ceratochloa, 112. Graphephorum, 113. Triodia, 114. Tricuspis s. Tridens, 114.* Tripogon.

c. gluma inferior setigera:

α. seta terminalis: 115. Donax, 116. Sesleria, 117. Chloris, 118. Streptogyna, 119. Diplachne, 120. Triplasis, 121. Enneapogon, 122. Pappophorum, 123. Echinaria, 124. Triraphis (Gen. obsc.).

β. seta subapicularis: 125. Rhabdochloa, 126. Koeleria, 127. Dactylis, 128. Calotheca (et Chascolytrum), 129. Trichaeta.

d. gluma inferior aristata:

α. arista dorsalis: 130. Bromus, 131. Holcus, 132. Trisetum, 133. Avena.

β. arista basilaris: 134. Aira, 135. Deschampia, Corynephorus.

γ. arista terminalis: 137. Pommereula, 138. Danthonia, 139. Pentameris, 140. Eriachne et 141. Ectrosia (Gen. obscur.).

TRIBUS II. Axis articulatus vel dentatus. Glumae parallele insertae.

Cohors V. *Locustae multiflorae:*

Sectio I. *Flosculi hermaphroditi:*

a. gluma inferior aristata: 142. Gaudinia.

b. glumae muticae: 143. Bechmannia, 144. Glyceria, 145. Catabrosia, 146. Sclerochloa.

---

* Vide sub Eriachne.

c. gluma inferior setigera:

α. seta subapicularis: 147. SCHRNODORUS, 148. DINEBA.

β. seta terminalis: 149. FESTUCA, 150. BRACHIPODIUM, 151. LOLIUM, 152. AGROPYRON, 153. TRITICUM, 154. AEGILOPS, 155. SECALE, 156. ELYMUS.

Sectio II. *Flosculi polygami:*

a. glumae muticae: 157. ISCHAEMUM, 158. TRACHYS, 159. LODICULARIA, 160. ROTTBOELLA, 160.* THELOPOGON *Roth*, 161. XEROCHLOA et 162. LEPTURUS (Gen. obsc.).

b. gluma inferior setigera: 163. ZEUGITES.

c. gluma inferior aristata: 164. MEOSCHIUM, 165. ARTHRAXON, 166. COLLADOA, 167. CHAMAERAPHIS (Gen. obscur.).

COHORS VI. *Locustae uniflorae:*

a. gluma inferior setigera:

α. Locustae polygamae: 168. ZEOCRITON.*

β. Locustae hermaphroditae: 169. HORDEUM.

b. glumae muticae: 170. MICROCHLOA, 171. OPHIURUS, 172. MONERMA, 173. NARDUS.

FAMILIA II. POLYTHALAMA. LOCUSTAE DISSIMILES.

TRIBUS III. AXIS ARTICULATUS VEL DENTATUS. GLUMAE PARALLELE INSERTAE:

COHORS VII.

Sectio I. Stamina definita 3: 174. TRIPSACUM, 175. MANISURIS, 176. PELTOPHORUS, 177. RHAPHIS ** et 178. ELYONURUS? et 179. SEHIMA et 180. THEMEDA (Genn. obscurr.)

Sectio II. Stamina indefinita numerosa: 181. PANICUM.

---

* ZEOCRITON cum HORDEO junximus.

** Vide ANDROPOGON scicularia.

Digitized by Google

TRIBUS IV. Axis integer. Glumae alternatim insertae:

Cohors VIII. *Axes polygami:*

Sectio I. *Locustae uniflorae:*

a. gluma inferior setigera: 182. Aegopogon. 183. Chrysurus. 184. Zizania, 185. Oryza, 186. Diplopogon (Gen. obsc.).

b. glumae muticae: 187. Pharus, 188. Potamophila, et 189. Leptaspis (Genn. obscc.).

Sectio II. *Locustae multiflorae:*

a. glumae muticae: 190. Thuarea, 191. Anatherum, 192. Calamina, 193. Cymbachne (Gen. obsc.).

b. gluma inferior aristata: 194. Andropogon, 194.ª Pollinia *Spr.*, 194.ᵇ Cympopogon *Spr.*, 195. Sorghum, 196. Dimeria, 197. Apluda, 198. Anthistiria, 199. Heteropogon.

Cohors IX. *Axes diclines:*

Sectio I. *Monoïcae:* 200. Lithachne, 201. Hydrochloa, 202. Luziola, 203. Zea, 204. Coix.

Sectio II. *Dioïcae:* 205. Spinifex, 206. Gynerium.

GENERA INCERTI ORDINIS:

Stylo simplici:

Stigmate simplici. 207. LXGEUM.

Stigmatibus 2:

Nectariis 2: 208. NASTUS.

Nectariis 3: 209. BAMBUSA.

Stylo bipartito:

2 Stigmatibus nectariisque: 210. PSAMMA.

Stylo tripartito:

Nectariis 2: 211. DIARRHENA.

Nectario 1: 212. REMIREA.

Nectariis 3: 213. ARUNDINARIA.

213.* TRIGLOSSUM.

214. et STEMMATOSPERMUM.

Gen. obscur. DIAPHORA.

390. CERVIA.

1. C. *saturejaefolia Rodriguez; Lagasca Gen. et Spec. nov. diagn.* p. 7. n. 98. Planta herbacea a spithama ad pedem alta, SATUREJAE *hortensis* facie.

H. circa Hispalim. ⊙.

TRIGYNIA.

---

391. HOLOSTEUM.

1. * H. *cordatum;* foliis subcordatis. *Linn. Amoen. acad.* III. p. 21. *Mant.* p. 327. *Willd. Spec.* I. p. 488. *Lam. Illustr.* t. 51. f. 2. *Herm. parad.* II. t. 11. β. *ovatum*, foliis ovatis acutis, floribus laxe dichotomis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* T. III. p. 56.

Caules decumbentes repentes inferne rigiduli. Folia opposita, orbiculato-cordata, laevia, subsessilia. Stipulae utrinque quatuor, membranaceae. Pedunculi laterales elongati adscendentes septemflori, primo intermedio: reliquis utrinque tribus e pedunculo ulterius ramoso. Pedicelli maturi viscosi cum fructu decidentes. Calycis foliola oblonga, acuta, concava. Petala alba, ut styli divaricati, bipartita, calyce minora. In *Jamaica*, *Surinamo.* β, quod clo. *Poiret* species videtur, differt praeter characteres datos, paniculâ amplâ laterali terminalique, pedunculo communi praelongo filiformi, bracteis duabus ad dichotomiam singulam, floribus numerosis, pedunculis capillaribus approximatis, et patriâ, *Javâ* nempe, ubi *Commerson* legit.

2. H. *diandrum Swartz;* caulibus procumbentibus rigidioribus, foliis subrotundis, floribus diandris. *Swartz Prodr.* p. 27. *Icon.* t. 7. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 56. *Willd. Spec.* I. p. 489. *Brown jam.* p. 139. n. 2.

Affine H. *cordato*, sed multo minus; caules filiformes ramosissimi; folia firmiora, minus crassa, margine pubescentia; stipulae pilosae; pedunculi terminales simplices elongati; flores parvi cernui; petala fere bipartita; capsula obscure trigona; semina pauca angulosa. In *petrosis Jamaicae.* ⊙.

3. * H. *succulentum;* foliis ellipticis carnosis. *Linn. Amoen. acad.* III. p. 21. *Willd. Spec.* I. p. 489. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 90. POLYCARPON *uniflorum*, foliis ellipticis, pedunculis lateralibus unifloris. *Walt. Fl. carol.* p. 83.

Digitized by Google

Caulis repens, folia glabra, petala alba subtrifida, calyce minora. In *Noveboraco. Cold.* Planta valde dubia, quam *Parsh* nunquam vidit.

4. * H. *hirsutum;* foliis orbiculatis hirsutis. *Linn. Amoen. acad.* III. p. 21. *Willd. Spec.* IV. p. 489.

In *Malabaria.*

5. * H. *umbellatum;* foliis ellipticis glaucis glabris, floribus umbellatis, pedunculo communi viscoso-pubescente. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 136. *Spec.* I. p. 489. *Roth Fl. germ.* T. II. P. I. p. 157. *Smith Fl. brit.* I. p. 161. *Engl. bot.* t. 27. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 415. *Hall. Hist.* n. 879. *Schkuhr Handb.* t. 20. *Fl. Dan.* t. 1204. *Lam. Illustr.* n. 1191. Tab. 51. f. 1. *Trattin. tabular.* t. 512. *Flor.* p. 60. t. 45. CERASTIUM *umbellatum Huds.* p. 201. ALSINE *umbellata Lam. Fl. fr.* 3. p. 45. *Decand. Fl. fr.* n. 4484. STELLARIA *triandra De Bray Denkschrift d. k. baier. bot. Gesellschaft.* I. p. 62.

Pollicaris et semipedalis; caules ascendentes, teretes, apice plus minus pubescenti-viscidi, raro glabri. Folia radicalia in petiolum attenuata, caulina opposita. Pedunculi in umbella 3-7, pubescenti viscidi, fructiferi elongati, retrofracti. Cal. persistens. Petala parva alba, subinde apice crenulata vel incisa aut tridentata, ibique et dorso rosea subinde; semina compresso-trigona, tuberculoso-scabra, rufescentia. Stam. et styli non raro 4-5. In *arenosis ruderatis, muris, arvis non tantum australis Europae, ut Linnaeus, sed etiam in Suecia.* ⊙.

392. POLYCARPON.

1. * P. *tetraphyllum;* caule ramoso tetraphyllo prostrato. *Linn. Suppl.* p. 116. *Willd. Spec.* I. p. 490. *Smith Fl. brit.* I. p. 162. *Engl. bot.* t. 1031. *Schrad. Fl. germ.* I. p. 416. *Hroch. Siles.* t. 32. MOLLUGO *tetraphylla Linn. Spec.* I. p. 89. HOLOSTEUM *tetraphyllum Thunb. Prodr.* 24. *Flor. cap.* I. p. 444.

Caules teretes erecti vel procumbentes, ramis copiosis dichotomis. Folia obovata obtusa in petiolum attenuata integerrima subcarnosa, in extremis ramulis tantum duo opposita. Stipulae scariosae acuminatae albae. Flores parvi numerosi paniculato-corymbosi (solitario in dichotomiis.) Foliola calycis albo-marginata. Petala calyce minora fugacia (persistentia *Scop.*) alba. Valvulae capsulae demum involvuntur, semina minutissima. In *arenosis Europae australis; in Silesia, Helvetia, Anglia, et promont. b. spei.* ⊙.

2. P. *diphyllum Cav.;* foliis oppositis orbiculatis. *Cavan. Icon. hisp.* II. p. 40. t. 151. f. 1. *Pers. Syn.* I. p. 111.

An varietas *tetraphylli* in quo saepe tantum folia duo? Prope *oppidum* Puig *in Hispania.*

3. P.? *stipulifidum Pers.*; erectum ramosissimum, ramis setaceis, foliis (radicalibus) spathulatis, floribus terminalibus fasciculatis, stipulis setaceo-multifidis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 90. *Pers. Syn.* I. p. 111. STIPULICIDA *setacea Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 26. t. 6. *Poiret Enc. meth.* VII. p. 456.

Monogynum, triandrum, sed stylus (minimus) basi coalitus ex tribus, quo ab HOLOSTEO differt. An cum HOLOSTEO *cordato* et *diandro* genus proprium?

Caulis dichotomus, ramis floriferis aphyllis; folia opposita; flores minuti. Calyx profunde quinque-partitus, laciniis oblongo-ovalibus, margine membranaceis. Corollae petala quinque, calyci subaequalia, cuneato-oblonga, erecta. Stamina petalis breviora, disco ovarifero adnexa. Antherae subsagittato-oblongae. Stylus brevis. Stigmata tria, approximata, erecta. Capsula calyce vestita, ovata, unilocularis, trivalvis. Sem. pauca, receptaculo basilari affixa. In *sabulosis aridis Carolinae inferioris.* ⊙.

393. LECHEA.

1. * L. *minor*; foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. *Linn. Amoen. acad.* III. p. 10. tab. 1. f. 4. *Lam. Illustr.* t. 52. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 495.

Caulis erectus, vix semiped., teres, superne paniculatus. Rami prope radicem oppositi, ternive. Folia sparsa, breviter petiolata, erecta, acuta, integerrima supra glabra, nitida, subtus subpubescentia, margine reflexo; subinde quaterna ad radicem, et magis pilosa. *Linn.* In *Canadae sylvis glareosis.* 4.

Pursh, cui L. *minor* glabriuscula, foliis lineari-lanceolatis acutis, paniculâ foliosâ, ramis elongatis, undique floriferis, floribus brevi pedicellatis, caule assurgente. *Flor. Amer. Sept.* I. p. 90. citat *Lamarckii Icon.* t. 52. f. 1., de qua *Poiret Suppl. Encycl. meth.* III. p. 340 monet, non ad *minorem*, sed ad *majorem* pertinere. *Majore* humiliorem esse, fructumque crassiorem monet *Pursh*, qui *a Canada ad Pensylvaniam usque* invenit.

2. L. *thymifolia Mich*; caule erecto subaspero, ramis erecto-paniculatis, latis, floribus foliato-fasciculatis. *Mich. Flor. Bor. Amer.* I. p. 77. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 340. (qui cum? LECH. *minorem* huc ducit, sine dubio vero *Lam. Enc. meth.* n. 2. et *Illustr.* p. 77. *exclusâ icone*). L. undique adpresso-villosa; foliis linearibus acutis, paniculâ foliosâ elongatâ: ramis brevibus, floribus fasciculatis lateralibus terminalibusque, pedicellis brevissimis, floribus parvis cano-tomentosis, caule erecto. *Pursh Flor. Amer. Sept.* I. p. 91.? (Rami inferiores repentes, THYMO *Serpyllo* valde similes P.)

Digitized by Google

In plantâ *Michauxii:* culmi teretes glabri fusco-purpurascentes; rami minus patentes, pauciores quam in *racemulosa*, superne subpubescentes; folia subsessilia, lineari-lanceolata, subinde opposita ternave, glabra, vix margine pubescentia; flores minimi pedicellati, fere in racemulos axillares fasciculati. In *sterilibus aridis Carolinae.* 2.

3. * L. *major;* foliis ovato-lanceolatis, floribus lateralibus vagis. *Linn. Amoen. acad.* III. p. 11. *Willd. Spec.* I. p. 495. (excl. ic. *Linn.*) *Lam. Illustr.* p. 221. non *icon* et *Dict.* n. 1. fide *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 340, cui: „caule ramoso villosissimo, foliis ovato-lanceolatis mucronatis villosis, floribus racemoso fasciculatis." *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 76.

Linnaeus l. c. de caule villosissimo silens haec habet: „caules purpurascentes; rami simplices alterni remoti; folia alterna subpetiolata scabra" subtus tomentosa, margine reflexo. Flores 2-4 e summitate caulis. „Stamina quatuor, horum duo superiora approximata." *Clayt.* — „Caulem erectum firmum 2-3 pedalem, superne paniculato-ramosissimum, ramos villis canescentibus, flores numerose fasciculatos" describit *Mich. l. c.* Folia 6-7 lin. longa, 3 lata. In *aridis Carolinae Mich. Canadae Linn. A Canada ad Floridam. Pursh.* 2. *

4. L. *racemulosa Mich.;* appresso-pubescens, caule erecto superne ramis gracilibus paniculato; foliis linearibus acutis ciliatis; ramillis in racemulum remotiuscule alterniflorum et nudiusculum desinentibus *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 77. L. caule pubescente, ramis subternis, ramulis paniculatis; foliis linearibus utrinque acutis ciliatis; floribus alternis pedicellatis racemosis nudis. *Poiret Enc. meth.* III. p. 340. *Lam. Illustr.* t. 281. sub GAURA. L. undique adpresso pubescens, foliis linearibus acutis, ciliatis, paniculâ gracili ramosissimâ pyramidatâ, racemulis nudiusculis, flori-

* *Poiret*, qui *hanc* speciem in herb. *Bosciano* vidit, et *thymifoliam*, monet figuras *Lamarckii* in *Illustr. Gen.* t. 52, quarum *prima* citari solet ad L. *minorem*, *secunda* vero ad *majorem*, esse valde imperfectas, atque hanc ultimam totam quantam esse supprimendam, utpote LECHEAM minime exhibentem *majorem.* Attamen figura haec secunda *Lamarckii* est copia fidelissima figurae, quam *Linnaeus* dedit in icone laudata *Amoen. acad.* III. t. I. f. 4., et quae a viro immortali *bis* adducitur, ad *majorem* nempe, et *minorem.* — *Pursh Flor. Sept. Amer.* I. p. 90. sequentem LECHEAE *majoris* definitionem dedit: „undique hirsuta, foliis oblongo-lanceolatis mucronatis, paniculâ foliosâ pyramidatâ, ramis apice floriferis, floribus fasciculato-racemosis secundis brevissime pedicellatis, caule erecto" additque, ut synonymon, L. *minor Linn. Smith Encycl. ed. nov.*, et monet stamina saepius adesse a tribus ad novem.

bus parvis pedicellatis alternis, caule erecto. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 91.

Caules duri fere lignosi, rufescentes, teretes, 1½pedales, superne ramis plerumque ternatis subverticillatis, iterum ramosis; folia pollicaria et ultra; flores parvi in apice ramorum filiformium. In *campis arenosis novae Caesareae, Carolinae, Virginiae.* 4.

5. L. *tenuifolia Mich.*; humilis, dumosa, caulibus decumbenti-assurgentibus, ramis patulis, foliis subulato-linearibus, floribus secus ramillos remotiuscule solitarieque alternantibus. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 77. *Poiret Enc. Suppl.* III. p. 341. *Pursh* I. p. 91.

Caules cespitosi teretes. Folia in ramulis inferioribus linearia. Capsulae majores quam in reliquis. In *collibus sabulosis ad fluviam Santée.*

6. L. *verticillata Willd.*; foliis oblongo-ovatis serrulatis, floribus verticillatis, caule hispido. *Willd. Spec.* I. p. 495.

„Caulis repens adscendens geniculatus. Folia opposita elliptica petiolata basi attenuata acuta, supra glabra inferne scabriuscula margine serrata scabra. Flores numerosi pedunculati. Habitu similis SPERMACOCI, sed stipulae nullae" *Willd.* In *India orient.* 4.

Quid: 7. L. *juncifolia Walt.*; foliis radicalibus teretibus, floribus nudis. *Walt. carol.* p. 83. *Gmelin Syst. Veg.* I. p. 209?

Quid: 8. L. *chinensis Lour.*; foliis ovato-lanceolatis, spathis trifloris terminalibus. *Lour. cochinch.* I. p. 76. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 341.

LECHEAM non esse, utpote COMMELINAE aut TRADESCANTIAE affinem, vel per se patet. Caules repentes, breves, numerosi folia petiolata, petiolis vaginantibus; bractea grandis, obtusa, spathiformis. Calycis phylla tria brevia, patentia; petala tria caerulea, unguiculata; styli tres longitudine staminum; caps. supera triloba, trivalvis, loculis tribus monospermis. *Circa Canton.* ☉.

394. ERIOCAULON.

1. * E. *triangulare;** culmo triangulari, foliis ensiformibus, capitulo ovato. *Linn. Sp. Pl.* p. 128. *Willd. Spec.* I. p. 485. Plantaginella aurea, alopecuroides brasiliana, foliis gramineis. *Breyn Cent.* t. 50. *Moris. Hist.* III. p. 259. S. VIII. t. 16. f. 17.

---

* Angulos culmi in determinatione specierum ERIOCAULI vix valere, recte monuit *Lamarck.*

„Flosculos non potui perspicere in herbario Pisonis apud Burmannum“ *Linnaeus*. Caules plures 2-3poll.; folia in orbem posita, parva, angusta, glabra; capitulum lanuginosum, leucophaeum, flosculis flavis. In *Brasilia*.

2. E. *quadrangulare;* culmo quadrangulari, foliis ensiformibus, capitulo globoso, basi truncato. *Lour. Flor. Cochinch.* I. p. 76.

Culmi recti, nudi, 8poll.; folia rara brevia, utrinque glabra; capitulum albidum, squamis rotundatis, basi attenuatis; petala duo concaviuscula, apice obtusa; semina tria ovata. In *campis et hortis Cochinchinae.*

3. * E. *quinquangulare;* culmo quinquangulari, foliis ensiformibus, calyce universali pentaphyllo. *Linn. Sp. Pl.* p. 129. *Flor. zeylan.* p. 48. *Willd. Spec.* I. p. 485. E. *striatum*, culmo nudo striato, foliis ensiformibus erectis glabris, capitulo convexo. *Lam. Enc. meth.* III. p. 275. n. 3.? Scabiosa graminea capitul. argenteis etc. *Plukn. Alm.* p. 366. t. 221. f. 7.

Habitus et folia XYRIDIS *indicae* in planta *Lamarckii*, et magna cum ARMERIA *vulgari* affinitas. Culmi graciles, 7-8poll., in varietate altera minores, basi vaginâ bipollicari vestiti; folia radicalia canaliculata, stricta, bipollicaria; capitulum tres lin. cum dimidia latum, supra convexum, pilis albis minimis. Cal. communis foliolis 6-7 ovalibus argenteis, lucidis. In *India orientali.* 4.

4. E. *pilosum;* caule folioso, foliis lineari-ensiformibus, ciliatis; pedunculo solitario, angulato, pilosiusculo; glumis involucrantibus ciliatis, longitudine capituli; calyce exteriore floris masculi piloso-ciliato, interiore glabro; calyce utroque floris foeminei piloso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 200.

Caules erecti, cespitosi, pollicares aut sesquipollicares, densissime foliosi. Folia apice pungentia, rigida, basi dilatata et membranacea, 9 ad 10 lin. longa. Pedunculi basi vaginati, pollicares. Flores foeminei in ambitu sessiles. Capsula tricocca, glabra. In *frigidis montanae planitiei Bogotensis inter Suba et Suacha.* 4.

5. E. *dendroides;* caule folioso, foliis lanceolato-linearibus, pedunculisque glabris, umbellatis, angulato-striatis; glumis involucrantibus ciliatis, capitulo paullo brevioribus; calyce exteriore floris masculi piloso-ciliato, interiore glabro; calyce utroque floris foeminei piloso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 200. Tab. 69. f. 2.

Caulis pollicaris. Folia sessilia, acuminata, membranacea, pollicaria. Pedunculi 1-3pollicares, basi vaginati. Receptaculum pilosum, convexum. E. *quinquangulari* L. similis, differt praesentiâ caulis. *Hab. cum praecedente.* 4.

6. E. *ensifolium;* acaule, foliis radicalibus lineari-ensiformibus basi pilosis; pedunculo compresso striato apice (sub) pubescente; glumis involucrantibus piloso-ciliatis, capitulo multo (triplo) brevioribus; calyce exteriore floris masculi piloso, interiore glabro; calyce exteriore floris feminei glabro, interiore piloso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 202. t. 70.

Simile E. *striato Lam.* Folia radicalia cespitosa acuminata rigida plana striata glabra viridia tripollicaria, inferne dilatata, membranacea, carinata, rubescentia et ferrugineo-pilosa. Pedunculi radicales foliis duplo triplove longiores, basi vaginati; vaginae compressae, striatae, truncatae glabrae virides, bipollicares. Capitulum semiglobosum, magnitudine fructus PRUNI *spinosae.* Glumae exteriores vacuae involucrantes ovatae acutae, interiores spathulatae, ciliatae, longitudine florum masculorum. Flores masculi in disco pedicellati; calycis exterioris tripartiti laciniae oblongae, acutiusculae; interior calyx tubulosus, limbo tridentatus, apice dilatatus. Stam. tria calyci interiori inserta; antherae ellipticae erectae biloculares. Flores feminei in ambitu sessiles; calyx uterque profunde tripartitus, laciniis tribus exterioribus lineari-spathulatis coriaceis demum revolutis; tribus interioribus oblongo-spathulatis acutiusculis piloso-ciliatis, longitudine exteriorum. Germen ovatum, trisulcatum, glabrum. Stylus profunde tripartitus laciniis bifidis. Caps. tricocca glabra. In *frigidis prope S. Fé de Bogotá et Facatativa.* 4.

7. * E. *sexangulare;* culmo sexangulari, foliis ensiformibus. *Linn. Fl. zeyl.* p. 49. *Willd. Spec.* I. p. 485. *Burm. Ind.* t. 9. f. 4.

Caulis pedalis; capitulum rotundum tomentosum, foliolis orbiculatis cinctum, nec angustis ut in *quinquangulari.* In *India.* 4.

Lamarck citat *Burmann* l. c. ad E. *minimum*, culmis setaceis, foliis ensiformibus, capitulo minimo subgloboso. *Enc. meth.* III. p. 275. n. 1. Certe icon *Burmanni*, ut *Lamarckii* planta, 1½poll., nec pedalis ut *Linnaeus* petit). Folia canaliculata, vix pollicaria; culmi fasciculati, singulus basi folio brevi vaginatus. Capitula minima, globulosa, glabra; calyx communis foliolis subseptem oblongis ovatis obtusis (nec orbiculatis ut *Linnaeus* petit). *In India. Sonnerat.*

8. * E. *setaceum;* culmo sexangulari, foliis setaceis. *Linn. Fl. zeyl.* p. 50. *Willd. Spec.* I. p. 486. *Randalia malabarica Petiv. gazophyl.* t. 33. f. 10. *Rheed. Mal.* XII. p. 129. t. 68. (nec 63).

Vagina membranacea spathae ad instar basi culmum includens, teretem, capitulo terminatum rotundo rufo. In *aquis Malabariae.*

9. E. *septangulare With.;* caule septangulari, foliis acuminatis celluloso-reticulatis, flosculis masculis monopeta-

lis tetrandris. *Smith Fl. brit.* III. p. 1010. *Engl. Bot.* t. 733. E. *decangulare Lightfoot Fl. Scot.* p. 569. *Penn. Voy. to Hebrides* I. t. 39. *Hope Philos. Trans.* LIX. p. 243. t. 12. Nasmythia *articulata Huds.* p. 415.

Radicis fibrae articulato-cellulosae, et, ut tota herba, congeries tubularum isthmis interceptarum. Caulis spithamaeus, tortus, glaber, aphyllus; folia radicalia ensiformia, apice setacea. Capitulum hemisphaericum albo-nigroque varium. Calycis communis foliola scariosa, glabra, obovata. Corolla nivea, apice extus ramentaceo-plumosa, intus guttis duabus nigris, limbo bipartito in masc., dipetala in foem. Antherae nigrae. Stylus bipartitus. Capsulae dicoccae. In *lacubus insulae Sky.* 4.

10. * E. *decangulare*; culmo decangulari, foliis ensiformibus. *Linn. Sp. Pl.* p. 129. *Willd. Spec.* I. p. 486. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 91. *Plukn. Amalth.* t. 409. f. 5. *Randalia americana Petiv. gaz.* t. 6. f. 2.

Tri-quadripedale. Folia 8 subulata plana canaliculata articulata. Flores capitati flosculis masculis disci, femineis ambitus. Petala puncto nigro intra apicem. *Mich. Flor. Bor. Am.* II. p. 166 descripsit: „Maximum, glabrum, foliis gramineo-ensiformibus, scapo 10-striato, capitulo pomiformi, floribus numerosissimis, squamis involucri vix distincti ovalibus subacutis, paleis receptaculi mucronatis.“ *Michaux l. c.* cum? citat E. *serotinum* culmo decangulari, foliis longis laevibus erectis *Walt. carol.* p. 83. n. 3. E. *serotinum Lam. Enc. meth.* III. p. 276. n. 7. certo huc fide autoptae *Poiret.* In *paludibus profundis Pensylvaniae, Virginiae, Carolinae.*

11. E. *gnaphalodes Mich.*; glabrum, foliis brevibus subulato-ensiformibus, vaginâ iisdem duplo-triplove longiore; scapo elato, decemstriato; capitulo subhaemisphaerico convexo, involucri squamis ovalibus, rotundato-obtusis, scariosis, argenteo-lucidis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* II. p. 165. (cui E. *decangulare Walt.* cum?) E. *decangulare*, culmo striato longissimo, foliis ensiformibus brevibus prostratis, capitulo globoso. *Lam. Enc.* III. p. 276. n. 6. (excl. syn. *Linn.* fide autoptae *Poiret Enc. Suppl.* III. p. 161 ubi lapsu calami E. *cephalotes Mich.* pro *gnaphalodes*). *Pursh Fl.* I. p. 91.

Differt a *decangulari Linn.* foliis ad minimum duplo brevioribus, apice longe subulatis, patentibus potius quam erectis; vaginis folio duplo longioribus. In *Virginia et Carolina.* 4.

Obs. Utrum ad E. *decangulare* vel ad *gnaphalodes* spectet E. *decemangulare Humb.* et *Bonpl.*, acaule, foliis radicalibus lineari-ensiformibus pedunculisque glabris decem-angulatis, glumis involucrantibus glabris capitulo multo (quadruplo) brevioribus, calyce utroque floris masculi femineique piloso, *Nov. Gen.* et *Spec.* I. p. 305, dicere non possumus, quum hus simul L. *decangulare Linn.* et *Lamarck* duas

tur; quae, fide *Poiret* ex herb. *Lamarck*, diversae species. — Plantae *Humboldtianae* folia acuminata, subcarnosa, reticulata, striata, pedalia aut longiora. Pedunculi radicales solitarii sulcati erecti basi vaginati, 1-3ped. Vaginae laxae striatae glabrae 1-3poll. Capitulum semiglobosum, magnitudine fructus Pruni *spinosae*. Glumae exteriores vacuae involucrantes obtusae coriaceae, interiores ovatae membranaceae ciliatae. Masculi in disco breviter pedicellati, pedicello piloso. Calyx exterior profunde tripartitus, laciniis obovato-spathulatis obtusis, interior tubulosus, apice dilatatus, exteriore brevior. Feminei in ambitu sessiles. Calyx uterque profunde tripartitus, laciniis aequalibus, oblongo-spathulatis, obtusis. Germen oblongum, trisulcatum, glabrum. Stylus non observatus. Capsula tricocca, coccis monospermis. Semina oblonga, subtriangulata, scabriuscula. *In apricis calidissimis Guayanae prope Cataractam Aturensium.* 4. Magis cum *gnaphalode*, quam cum *decangulari* convenire videtur: differt tamen, quoad descriptionem, ab utroque.

12. E. *microcephalum*; acaule; foliis radicalibus ensiformibus pedunculisque glabris angulatis; glumis involucrantibus glabris longitudine capituli; calyce utroque floris masculi femineique (apice) ciliato. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 201.

Cespitosa; radix fibrosa; folia radicalia crassiuscula, basi dilatata, membranacea, reticulata et pilosa 9-10 lin. longa, subimbricata. Pedunculi radicales angulati, folia paullo superantes, basi vaginati vaginâ laxâ membranaceâ glabrâ, apice bifidâ, longitudine fere pedunculi. Capitulum semiglobosum magnitudine pisi minoris. Glumae exteriores vacuae, involucrantes, ovato-ellipticae, obtusae, albidae, nitidae. Flores masculi in disco brevissime pedicellati. Calyx exterior profunde bipartitus, laciniis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, glabris; interior tubulosus, apicem versus paullo dilatatus, et fimbriatus. Stamina? Feminae in ambitu sessiles. Calyx uterque profunde tripartitus, laciniis glabris, tribus exterioribus obovato-spathulatis, concavis, tribus interioribus oblongo-lanceolatis, planiusculis, obtusiusculis. Pistillum? Capsula tricocca, glabra. In *frigidis regni Quitensis inter urbem Loxam et montem Pulla.* 4.

13. E. *tenue*; acaule, foliis radicalibus lineari-subulatis glabris; pedunculis setaceis angulatis pilosis; glumis involucrantibus glabris capitulo longioribus, calyce utroque floris masculi glabro, feminei piloso. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gener.* et *spec.* I. p. 202.

Folia radicalia plana striata viridia basi piloso-lanata, 1/2-1-poll. Pedunculi radicales erecti, 4-7poll., basi vaginâ membranaceâ acutâ striatâ glabrâ fuscescente. Capitulum globosum magnitudine pisi minoris. Glumae exteriores vacuae involucrantes oblongae obtusae. Masculi in disco pedicellati; calyx exterior profunde tripartitus, laciniis oblongis acutis glabris, interior tubulosus apice dilatatus. Feminae in ambitu sessiles,

calycis laciniis obovato-spathulatis obtusis aequalibus. Caps. tricocca, semina subglobosa, scabriuscula. In *umbrosis Tavitae fluminis Tuamini.* 4.

14. E. *compressum Lam.*; culmo compresso tenuiter striato, calyce argenteo, capitulo superne plano tomentoso niveo. *Lam. Enc. meth.* III. p. 276. n. 5.

Persoon Syn. I. p. 111 jungit, ut β, cum E. *pubescente*; sed *Poiret* recte, ut videtur, confirmat tanquam speciem, monetque *Suppl.* III. p. 162., non eandem esse cum sequente *villoso*, licet *Lamarck* E. *anceps Walt.* ad *compressum* suum ut synonymon duxisset. *Pursh* tandem, *Fl. Amer. Sept.* I. p. 92. E. *compressum* Lam. ad E. *gnaphalodes* ducit. Culmi pedales nudi graciles, lateribus planis subcanaliculati glabri. Capitulum 5 lin. diametro, fere ut PHYLICAE *ericoidis*. Calycis squamae ovatae obtusae fere rotundatae. In *Carolina meridionali. Fraser.* 4.

15. E. *pubescens Lam.*; scapo subvilloso, foliis ensiformibus pubescentibus maximis, capitulo plano tomentoso. *Lam. Enc. meth.* III. p. 277. n. 8.

Folia recta, 6-8 poll. longa, 5-6 lin. lata, basi filis sericeis argenteis. Scapus nudus gracilis striatus foliis longior, basi vaginâ brevi villosâ. Diameter capituli 6-lin.; calycis squamae latae ovatae villosae parum scariosae. In *Madagascar. Commerson.*

16. E. *villosum Mich.*; foliis breviusculis, subulato-linearibus pilosis; scapis subquadrisulcis, villosis; capitulo sphaeroideo; flosculis subfuliginosis. *Mich. Fl. Bor. Am.* II. p. 166. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 92. E. *anceps* culmo compresso bisulco foliisque pilosis. *Walt. Carol.* p. 83. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 162, (qui non credit eandem cum E. *compresso*).

Radix nigrescens; folia acutissima, vix vaginâ longiora; scapi numerosi, recti, filiformes, 4-6pollicares, sulcis 3-4; capitula parva, pubescentia, magnitudine seminis piperis; squamae calycis exteriores obtusae. In *Virginia ad Carolinam.*

17. E. *repens Lam.*; surculis foliosis repentibus, scapis axillaribus solitariis nudis, foliis confertis ensiformibus, recurvatis. *Lam. Enc. meth.* III. p. 264. t. 50. f. 2. *Willd. Spec.* I. p. 486.

Surculi 3-5poll., e quorum apice et lateribus scapi 5-6poll. graciles striati, basi vaginâ angustâ pollicari, ad instar Perichaetii in HYPNIS, quibus quodammodo simile. Capitulum globosum villosum magnitudine pisi mediocris. Cal. communis foliolis 9-12 ovatis. Progrediente fructificatione calyx reflectitur et absconditur sub floribus, tunc ECHINOPSI similibus. In *insula Borboniae.*

Digitized by Google

18. E. *fasciculatum Lam.*; culmis pilosis plurimis fasciculatis foliosis erectis, foliis ensiformibus brevibus patentissimis. *Lam. Enc. meth.* III. p. 276. t. 50. f. 3. *Willd. Spec.* I. p. 486.

An huc: E. *fascicalatum*, culmo tereti simplicissimo, foliis confertis ciliatis, pedunculis fasciculatis terminalibus. *Rottb. Act. litt. havn.* I. p. 271. t. 2. f. 1. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 106. (*Lamarck* silet.) 2½pollicaris; folia numerosa, circa caudicem sparsa, 6-7 lineas longa; culmi 20-25 fere setacei in fasciculo, pilis griseo fuscis, vaginâ brevi. Capitulum parvum globulosum villosum. In *Gujana.*

19. E. *caulescens*; maximum, caule folioso; foliis ensiformibus; pedunculis longissimis numerosis pilosis; capitulis argenteis, glabris, squamis acutis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* III. p. 162.

E. *fasciculati* fors tantum varietas gigantea. Caulis rectus 6-7-poll., simplex, crassus, albidus, striatus; folia numerosa sessilia patentia amplexicaulia firma membranacea glabra 2poll.; pedunculi numerosi, 50-80, recti, albidi, maxime inaequales, 6-15poll., in fasciculo terminali, singulus basi vaginâ 1½-poll.; capitulum magnitudine pisi, lucidum, ex albo ochroleucum, calycis squamis ovatis scariosis, paleis transparentibus acuminatis. In *Cayenna.*

20. E. *congestum*; caule (dense) folioso, foliis linearibus ciliatis; pedunculis umbellatis angulatis pilosis; glumis involucrantibus ciliatis, capitulo duplo brevioribus; calyce utroque floris masculi glabro. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 201.

Rad. fibrosa; caulis simplex, erectus, 3poll. et longior; folia subverticillata, patentissima plana mucronata striata glabra. Pedunculi terminales circiter 20, pilosi, bipollicares, basi vaginâ striatâ pilosâ acuminatâ, tres lin. longâ, laxiusculâ. Capitula subglobosa, magnitudine pisi minoris. Glumae exteriores vacuae involucrantes subrotundae obtusae, interiores subrotundae basi cuneatae ciliatae, floribus masculis paullo breviores. Masculi in disco pedicellati. Cal. exterior profunde tripartitus, laciniis oblongis apice subtridentatis, interior tubulosus. Stamina non observata, ut fere structura feminarum in ambitu. Affine E. *fasciculato* Lam. In *sylvis Orinocensibus prope ostia fluminis Yac.* ♃.

21. E. *umbellatum Lam.*; caule nudo erecto umbellifero, foliis radicalibus ensiformibus brevibus, involucro polyphyllo, radiis inaequalibus longissimis. *Lam. Enc. meth.* III. p. 277. t. 50. f. 4. *Willd. Spec.* I. p. 487.

Folia radicalia numerosa angusta, acuta, villosa, subcanaliculata, pollicaria cespitosa; caules teretes, 4-5poll. Umbella similis illi ANDROSACES *elongatae*, involucro foliorum 9-12 subulato-

rum, radiis multo breviorum. Radii 15-20 setacei, 6poll. et ultra. Calycis communis squamae ovato-lanceolatae acutissimae, scariosae, albidae. In *Gajana cum praecedente Aublet.*

Obs. E. *umbellatum;* caule nudo, foliis radicalibus linearibus pedunculisque glabris umbellatis angulatis; glumis involucrantibus ciliatis, capitulo vix (paullo) brevioribus, calyce utroque floris masculi glabro, feminei piloso ciliato *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen.* et *spec.* I. p. 201. ut ex descriptione uberius patebit, vix hujus loci esse videtur, licet ibidem citetur *Lamarck* et *Willdenow* ll. cc.: Rad. fibrosa. Caulis erectus, 3poll., teres; folia obtusiuscula glabra reticulata striata membranacea, 9-10 lin. longa: Pedunculi circiter 8, angulati, 2-3poll., filiformes, basi vaginis pubescentibus acutis 3-4 lin. longis. Capitula semiglobosa, magnitudine pisi minoris. Glumae exteriores vacuae involucrantes, subrotundo-ovatae obtusae diaphanae albidae glabrae. Masculi in disco pedicellati. Cal. exterior tripartitus, laciniis oblongis obtusis; interior tubulosus, apicem versus dilatatus. Feminei in ambitu sessiles. Calycis laciniae spathulatae, aequales. *In salidis ripae Orinocensis prope Maypures et rupem Aricagua.* 2.

22. E. *flavidulum Mich.;* subpubescens, culmis aggregatis, quinquestriatis, foliis brevissimis, subulato-ensiformibus, capitulo convexo, flosculis vix papulosis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* II. p. 166. *Poiret Enc. meth. Suppl.* p. 162. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 92.

Sub bono microscopio pili hinc inde. Culmi tenuissimi, capillares, 6-9pollic. Folia basi pilis albis fasciculatis. Capitula magnitudine pisi. Squamae calycis communis ochroleucae, scariosae, ovatae, margine albo, exteriores vix acutae, interiores acutissimae, albae, transparentes. In *Pensylvania, ad Carolinam usque.* ⊙.

23. E. *pellucidum Mich.;* pusillum, glabrum, foliis brevibus subulatis canaliculatis pellucidis quinquenerviis, caulibus solitariis, capitulo parvo, subpomiformi; squamis involucri vix distincti ovalibus, obtusis. *Mich. Fl. Bor. Amer.* II. p. 166. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 92.

Planta gracilis, 8-10pollicaris, pedalis. *A Canada ad novam Caesaream.* 2.

Species sequentes enumeravit celeberr. *R. Brown* in *Prodromo Florae novae Hollandiae* I. p. 253-255.

a. *Flores 6fidi; stamina 6, rarius 3; capsula trilocularis.*

24. E. *australe;* scapo septangulo sesquipedali, foliis planis pilosiusculis duplo longiore; capituli squamis involucrantibus imbricatis glabris, paleis dorso pulvere dealbatis; perianthii foliolis exterioribus lateralibus, carinâ alatâ erosâ;

interioribus barbatis nigro maculatis, floribus 3-6andris. *R. Brown* l. c. p. 254.

25. E. *pallidum*; scapo angulato 1-2unciali, foliis planis latiusculis parum longiore; capitulo convexo paleis imberbibus, perianthio femineo quinquepartito; foliolis duobus exterioribus angustissimis, tribus interioribus ciliatis; masculo triandro exteriore diphyllo; interioris laciniis obsoletis. *R. Brown* l. c.

26. E. *Smithii*; scapo angulato striato 5-8unciali; foliis glabris planis multoties longiore; capitulo florido globoso; squamis involucrantibus paleisque imberbibus; perianthiis obsolete barbatis. *R. Brown* l. c.

27. E. *nigricans*; scapo striato setaceo sesquiunciali; foliis planis, glabris, longiore; capitulo nigricante; florido globoso; fructifero subovato; squamis paleisque imberbibus subovatis; perianthio femineo subtriphyllo, masculo interiori obsoleto; receptaculo lanato. *R. Brown* l. c.

28. E. *nanum*; scapo striato semiunciali foliis glabris vix longiore; capitulo convexo nigricante; squamis paleisque nudis subovatis; perianthio femineo hexaphyllo immaculato; masculo exteriore spathaceo, interiore obsoleto. *R. Brown* l. c.

29. E. *cinereum*; scapis capillaribus striatis, 9-15 linearum, vaginâ triplo-quadruplo longioribus; capitulo convexo cinereo; squamis paleisque imberbibus hyalinis lanceolatis; perianthio masculo interiori ciliato maculato; antheris albicantibus. *R. Brown* l. c.

30. E. *pusillum*; scapis setaceis striatis 4-6linearum, vaginâ laxâ vix duplo longioribus; squamis involucrantibus oblongis scariosis albis capitulum turbinatum pauciflorum superantibus; antheris nigris. *R. Brown* l. c.

b. *Flores quadrifidi; stamina 4; capsula bilocularis.*

31. E. *scariosum*; scapo multistriato spithamaeo foliis planiusculis longiore; capitulo florido subgloboso scarioso pallido; squamis exterioribus vacuis obtusis; paleis mucronatis imberbibus; perianthii feminei exterioris foliolis lateralibus falcatis; carinâ alatâ. *R. Brown* l. c. p. 255.

32. E. *fistulosum*; scapo multistriato spithamaeo foliis fistulosis compressis longiore; capitulo florido convexo nigricante; squamis exterioribus vacuis obtusis, paleisque conformibus imberbibus; perianthii feminei exterioris foliolis lateralibus carinâ dilatato-alatâ. *R. Brown* l. c.

33. E. *depressum;* scapo multistriato spithamaeo foliis fistulosis compressis longiore; capitulo florido depresso; squamis omnibus floriferis imberbibus, extimis rotundatis; perianthii feminei exterioris foliolis lateralibus, carinâ dilatato-alatâ. *R. Brown* l. c.

34. E. *deustum;* scapo angulato sesquiunciali foliis compresso fistulosis vix longiore; capitulo depresso squamis fere omnibus floriferis, extimis rotundatis, reliquis mucronulatis, utrisque imberbibus; perianthii feminei exterioris foliolis lateralibus carinâ dilatato-alatâ. *R. Brown* l. c.

Pleraeque hae species Brownianae *ad littora novae Hollandiae intra tropicum.*

395. MONTIA.

1. * M. *minor Gmel.;* caule erecto divaricato, foliis connato-sessilibus, oblongo-ovatis. *Gmel. Flor. bad.* I. p. 301. M. *fontana Linn. Spec.* p. 129. *Fl. lapp.* p. 51. *Wahlenb. Fl. lapp.* n. 45. *Smith Fl. brit.* I. p. 161. *Engl. bot.* t. 1206. *Willd. Spec.* I. p. 415. α. *Schrad. Fl. germ.* (α. *minor.*) I. p. 415. M. *fontana* β *erecta Pers. Syn.* I. p. 111. *Hall. Hist.* n. 301. *Curt. Fl. lond.* III. t. 8. *Fl. Dan.* t. 131. *Michel. Gen.* p. 18. t. 13. f. 2.

Succulenta glabra; caulis 1-3poll., teres, glabriusculus, saepe lutescens, articulatus; folia basi angustata subcarnosa, glabra, pallide ex luteo-virentia, 2-3 lin.; pedunculi saepe terni axillares uniflori floriferi erecti, deflorati recurvi, dein erecti, foliis longiores. Corollae exiguae albidae vix apertae. Stamina subinde 5. In *sylvis arenosis humidiusculis ad vias, in limoso-sabulosis ad scatarigines.* ⊙

2. M. *rivularis Gmel.;* caule debili dichotomo, foliis oppositis sessilibus obtuse lanceolatis crassiusculis. *Gmel. Fl. bad.* I. p. 302. M. *fontana* β. *major. Willd. Spec.* I. c. *Schrad. Fl. germ.* I. c. M. *fontana* α. *repens Pers. Syn.* I. p. 111. *Schkuhr Handb.* t. 20. *Michel. Gen.* t. XIII. f. 1.

„Differt a praecedente: caulibus longioribus palmaribus pedalibusque, erectiusculis aut prostratis, radicantibus, longius ramosis, ramis oppositis, dichotomis; foliis multo longioribus, lanceolato-linearibus, obtusis, 5-9 lin., ultra duas latis, glabris, laete et amoenissime viridibus. Semina hujus terrae commissa non germinant ut praecedentis. *Gmelin* l. c." In *rivulis.* 4.

396. MOLLUGO.

1. * M. *oppositifolia;* foliis oppositis lanceolatis, ramis alternis, pedunculis lateralibus confertis unifloris. L. *Flor.*

Digitized by Google

zeyl. 52. *Willd. Spec.* I. p. 491. *Plukn. Alm.* 21. t. 75. f. 6.

Rami longi diffusi, glabri ut folia (monente *Linnaeo*) petiolata, dichotomi. Pedunculi fere longitudine foliorum, internodiis breviorum. In *Zeylona.*

2. * M. *stricta;* foliis subquaternis lanceolatis, racemis paniculatis, nutantibus, caule erecto angulato. *Linn. Spec.* p. 131. n. 2. *Willd. Spec.* I. p. 491. (excl. syn. *Burm. zeyl.*). *Lam. Enc. meth.* IV. p. 235. *Burm. Ind.* p. 31. t. 5. f. 3. *Plukn. Alm.* p. 21. t. 256. f. 2.

Rad. fibrosa; caules 3-4 stricti, laeves; folia verticillata, saepe quaterna, stricta, acuminata, laevia; panicula rarior e racemis terminalibus et lateralibus. *Linn.* Flores nutantes albi, similes *verticillatae.* In *Asia.* ⊙.

3. M. *hirta Thunb.;* decumbens, foliis quaternis obovatis villosis. *Thunb. Prodr.* I. p. 24. *Fl. cap.* I. p. 444. *Willd. Spec.* I. p. 492.

Caulis nullus, sed rami decumbentes diffusi, villosi; folia plura etiam quam quaterna, inaequalia, petiolata, semiunguicularia; flores verticillati, brevissime pedunculati. In *promont. b. spei.* ⊙.

4. * M. *pentaphylla;* foliis subquinis obovatis glabris, floribus paniculatis, caule decumbente (folioso). *Willd. nov. act. am. nat. cur. berol.* 1799. p. 119. *Spec.* I. p. 492. *Flor. zeyl.* p. 51. *Alsine ramosa procumbens quadrifolia. Burm. zeyl.* 13. t. 8. f. 1. (nec 12).

Folia utrinque saturate viridia, 5-4-3na. Pedunculi axillares longissimi. Cor. alba. In *Zeylona.*

5. M. *nudicaulis Lam.;* foliis radicalibus oblongis confertis, scapis trichotomo-paniculatis decumbentibus nudis. *Willd.* l. c. p. 119. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 234. *Alsine foliis ad radicem positis Burm.* l. c. t. 8. f. 2.

Folia radicalia glauco-viridia; flores ochroleuci, *tetra*petali monente *Burmanno;* semina nigerrima. *Cum praec. in India orient.*

6. * M. *verticillata;* foliis verticillatis cuneiformibus acutis, caule subdiviso decumbente, pedunculis unifloris. *Linn. Hort. ups.* p. 24. *Willd. Spec.* I. p. 492. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 92. *Kniph. orig.* VIII. n. 71. *Plukn. Mant.* IX. t. 332. f. 5. *Ehret pict.* t. 6. f. 3. *Mill. Illustr. Syst. Linn.* Tab. 8. β. foliis linearibus. *Lam. Enc. meth.* IV. p. 236.

Habitu simillima PHARNACEO *Mollugini*, a quo differt characteres generis, staturâ minore, foliis carnosis obtusiusculis nec mucronatis, floribus longitudine foliorum, nec dimidio brevio-

Digitized by Google

ribus, calycibus magnitudine ALSINES *mediae* nec HERNIARIAE, caule viridi nec eburneo; capsulâ pustulatâ et striatâ. In *cultis Canadae ad Georgiam usque.* In β, quod *in Brasilia et Guyana*, caules longiores dichotomi, folia pollicaria vix 1 lin. lata. ⊙.

7. M. *radiata Ruiz et Pav.*; caulibus procumbentibus radiatis, foliis obovatis acuminatis. *Flor. peruv.* I. p. 48.

Caules plures. In *inundatis Chili, Conceptionis.*

Obs. M. *paniculata Burm. zeyl.* t. 6. f. 1. cujus synonym. *Pluken.* t. 118. f. 1. alius generis est.

397. MINUARTIA.

1. * M. *dichotoma*; foliis filiformibus basi dilatatis, ramis terminalibus capitato-corymbosis, floribus alaribus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 137. *Spec.* I. p. 493. *Linn.* in *act. holm.* 1758. t. 1. f. 4. *Loeffling. It.* 121. t. 1. f. 3.

Plantula rigida dura tenax saepius simplex. Folia opposita. Flores cymosi in capitulum quadratum arcte dichotomum, fastigiatum, caule saepe majus coarctati sessiles. Bracteae setaceae flore longiores apice recto. Semina 5-8, subrotunda, reniformia. Color plantae subfuscus. *Loeffling.* In *Hispania.* ⊙.

2. * M. *campestris*; foliis capillaceis, floribus terminalibus pedunculatis alternis bracteâ longioribus. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 137. *Spec.* I. p. 493. *Linn.* l. c. f. 3.

Caulis vix pollicaris, simplex, teres, foliis tectus appressis, copiosis, plano-subulatis, striis septem. Flores in capitulo compacto inaequali, non toto dichotomo. In *Hispaniae collibus planis.* ⊙.

3. * M. *montana*; foliis capillaceis, corymbis foliosis axillaribus pedunculatis, floribus bracteâ brevioribus. *Linn. Mant.* p. 328. *Willd. Enum. H. Berol.* I. p. 137. *Spec.* I. p. 493. *Loeffling. Itin.* p. 122. t. 1. f. 4.

Caules plures diffusi digitales subpubescentes subcanescentes. Rami simplices laterales brevissimi alterni. Folia opposita pubescentia, basi connata, longitudine ramorum. Florum glomeres laterales sessiles inter folia longiora. Cal. subulatus erectus vix unquam patens. Petala quinque brevissima, vix ulla. Stamina saepe quinque, ALSINES, brevissima. Styli tres recurvati albi obtusi. Germen oblongum. Conferatur solo natali cum ALSINE *mucronata*: huic structura similis, sed laxa, ramosissima, diffusa: *montanae* vero coarctata. *Act. Holm.* 1758. 1. f. 4. *Linn.* In *Hispaniae collibus altis.* ⊙.

398. QUERIA.

1. * Q. *hispanica*; folii- oppositis filiformibus, floribus terminalibus aggregatis, bracteis squarrosis. *Willd. Enum.*

Digitized by Google

H. Berol. I. p. 137. *Spec.* I. p. 132. *Loeffl. It.* p. 48. *Quer Fl. espann.* 6. p. 667. t. 15. f. 2. *Ortega Cent.* p. 112. t. 15. f. 1.

MINUARTIA *montanâ* minor, fragilior; capitulum florum obsoletius tetragonum, facillime a caule discedens. Bracteae setaceae erectae, apice extrorsum hamatae, vestibus adhaerentes. Semen compressum subrotundum. Color plantae albidus. Habitus MINUARTIAE *montanae* et structura floris eadem. In *Hispania.* ⊙.

2. Q. *trichotoma Thunb.*; floribus racemosis, caule trichotomo. *Thunb. Act. Soc. Linn. lond.* II. p. 529. *Willd. Spec.* I. p. 494. RUBIA spicis ternis *Thunb. Fl. jap.* p. 357. n. 44.

Planta dubia monente *Swartz*, et vix hujus generis. Herba ramulis filiformibus patentissimis glabris; folia opposita brevissima petiolata ovata acuta integra glabra patentissima unguicularia. Florum racemi axillares oppositi, terminales tres. *Thunb.* In *Japonia.*

QUERIA *canadensis* ad ANYCHIAS amandata.

399. KOENIGIA.

1. * K. *islandica. Linn. Mant.* p. 35. *Wahlenb. Fl. lapp.* p. 45. n. 79. *Flor. Dan.* t. 418. *Trattin. tabular.* t. 132.

Facie POLYCARPI; caulis digitalis, subsucculentus, ramis paucissimis oppositifoliis, patentissimis. Folia alterna, subpetiolata obovata integerrima obtusa, subsucculenta, longitudine internodiorum. Stipulae solitariae vaginales more Persicariae. Folia terminalia quatuor. Flores terminales plurimi subfasciculati, bracteis membranaceis distincti. In *Islandiae et Lapponiae locis uliginosis alpinis et maritimis.* ⊙.

400. DONATIA.

1. * D. *fascicularis Forst. char. Gen.* p. 5. t. 5. POLYCARPON *magellanicum Linn. Suppl.* p. 115. *Syst. Veg.* XV. p. 134. *Gmel. Syst. Veg.* I. p. 207. *Forst. Comm. gott.* IX. p. 23. t. 3.

Planta digitalis, caulibus simplicissimis, interdum ramo uno alterove, cespites densissimas formans. Folia lineari-lanceolata obtusa glaberrima crassa imbricata. Flores terminales solitarii. In *Terrae del Fuego rupestribus humidis.* 4.

401. PROSERPINACA.

1. * P. *palustris*; foliis lineari lanceolatis, argute serrulatis, imis inciso-serratis (pinnatifidis *Pursh*). *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 76. *Linn. Act. ups.* 1741. n. 81. *Willd. Spec.* I. p. 488. *Lam. Illustr.* I. p. 214. *Pursh Flor. Amer. Sept.* I. p. 92.

Digitized by Google

Radix repens, caules pedales teretiusculi; folia alterna lanceolata serrata in petiolos desinentia, demersa s. ima pinnatifida, laciniis linearibus. Flores 1-3 axillares solitarii. Fructus figurâ Polygoni. In *paludibus*, *ripis*, *inundatis flaviorum fossis a Canada ad Carolinam.* 4.

2. P. *pectinata Lam.*; foliis omnibus pectinato-pinnatifidis. *Lam. Illustr.* I. p. 214. n. 1189. t. 30. f. 1. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 92. P. *palustris* β. *Michaux* l. c. TRIXIS *palustris Gaertn.* I. p. 115. t. 24.

Speciem esse distinctam, nec unquam cum *palustri* in eodem loco se invenisse *Pursh l. c.* In *inundatis fossis a New-Jersey ad Carolinam.*

402. ELODEA.

1. E. *gujanensis Rich.*; foliis 3-9, (verticillatis) lanceolato-linearibus rectis. *Rich. Mém. de l'Inst. Ann.* 1811. p. 75. p. 4. t. 1.

Caulis 4-9poll., ramis paucis alternis filiformibus, enodis. Folia sessilia patentia angusta acutissima plana diaphana, sub lente denticulata. Flores parvi axillares solitarii distantes sessiles, basi spathâ lineari-oblongâ membranaceâ, foliis breviore. Ovarium spathâ inclusum, elongatum in corpus filiforme solidum, pedunculum mentiens. Cal. laciniae exteriores 3 obtusae ovatae purpurascentes, interiores parum majores acutae albae. Filamenta glandulosa. Antherae flavae cordatae. In *fossis et rivis Gujanae.* ☉.

2. E. *orinocensis Rich.*; foliis 3-6, subulatis recurvis. *Rich. Mém.* l. c. p. 75.

Ad Orinocum. Humb. et *Bonpl.*

3. E. *canadensis Mich.*; foliis ternis, subovali-oblongis. *Rich. Mém.* l. c. p. 75. *Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 20. SERPICULA *occidentalis*, floribus triandris hermaphroditis, stigmatibus ligulatis, reflexis, bifidis, foliis ternatis linearibus acutis. *Pursh Fl. Amer. Sept.* I. p. 33.

Flores minimi, delicatuli, albi. Folia oculo armato visa subtiliter serrulata, primo vere oblonga obtusa, sub florescentiâ vero utique longa, linearia, acuta. *Frequens in aquis stagnantibus a Canada ad Virginiam.*

403. RHYTIS.

1. R. *fruticosa Lour. Fl. cochin.* II. p. 811.

Frutex 6ped., lignosus, suberectus, ramis expansis. Folia ovato-oblonga, acuminata, integerrima, alterna, glabra. Flos spicis alternis terminalibus longis tenuibus congestis. In *sylvis Cochinchinae.*

Digitized by Google

Addenda et Emendanda.

P. 68. n. 28-29. S. *monoicus*, culmo tereti nudo, spica composita, floribus monoicis, foliis canaliculatis scabris. *Engl. Bot.* t. 1410. *Ait. Hort. Kew.* ed. 2. I. p. 127.

Hab. in Anglia. 4.

P. 157. lin. 15. ab infra, post t. 38, adde: *Engl. Bot.* t. 2387?

P. 170. n. 32.

Obs. CYPERUM *fasciculatum Lam.* et *Desf.* eandem esse plantam cum PYCREO *Pal. de Beauv. Fl. Benin.* et *Oware* II. p. 48. t. 86 cujus character genericus: „spiculae terminales subumbellatae s. corymbi simplices compositive; squamae distichae fere omnes fertiles; bracteae squamiformes; stam. tria; stylus simplex stigmatibus duobus; semen angulis 3." *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 624. *Beauvois* legit *circa Chama in sabulosis.*

P. 212. n. 165. Synonymis adde: PAP. culmo triquetro basi folioso, involucris umbellâ longioribus, involucellis umbellâ partiali brevioribus. *Willd. Abhandl. d. K. Acad. d. Wissensch. in Berlin* 1816. p. 73. et sequentem subjunge observationem:

Obs. Willd. in *act. berol.* l. c. monet CYPER. *odoratum Linn.* ob descriptionem nimis brevem dubiam esse plantam, synonymaque ab illo huc relata ad duas spectare longe diversas species. Huc tantum spectare *Sloane* l. c. Descriptio a *Willdenowio* l. c. data non paucis differt: Culmi plures e radice, orgyales et altiores, triquetri, glabri, basi foliis 2-3ped., linearibus carinatis margine serrulato-hispidis. Umbella composita vel decomposita, 1-1½ped. Umbellae universalis radii 12-18 triquetri, 3-8poll.; partialis radii 8 ut plurimum, ½-3poll.; umbella propria tri-quadriradiata, radiis 1½-2poll. Involucrum universale polyphyllum, foliis linearibus carinatis margine serrulato-hispidis, maximo bi- interdum fere tripedali, reliquis sensim minoribus. Involucrum partiale penta-hexaphyllum, foliis angusto-linearibus, 2-3poll. Ochreae pollicares et longiores, laxae oblique truncatae subfoliaceae. Spicae numerosae 30-50 in radiis umbellae partialis et propriae oppositae alternaeve lineam longae, tereti subulatae, plerumque 1bflorae. Squamae alternae distichae lanceolatae acutae viride flavescentes.

P. 213. n. 166. Synonymis adde: PAP. culmo triquetro nudo basi vaginato, involucris umbellâ brevioribus, involucel-

Digitized by Google

lis polyphyllis longissimis. *Willd. Abhandl. d. K. Acad. d. Wissensch. in Berlin* 1816. p. 74.

P. 218. n. 182. et 184. Ambo fors PAPYRI.

P. 218. n. 185. Synonymis adde: PAPYRUS *antiquorum*; involucris umbellâ brevioribus, involucellis triphyllis filiformibus longissimis. *Willd. Abh. d. K. Acad. d. Wissensch. in Berlin* 1816, p. 70.

P. 219. n. 185-186. C. *madagascariensis*; culmo nudo triquetro basi vaginato, involucris umbellâ brevioribus, involucellis triphyllis, linearibus brevissimis. *Willd. Abh. d. K. Acad. d. Wiss. in Berl.* 1816. p. 72. sub PAPYRO.

Culmi numerosi orgyales et ultra, inferne crassitie pollicis, basin versus vaginis tribus. Folia radicalia in adulta nulla. Umbellae universalis radii numerosissimi, 1-1½ped., triquetri; partialis 3-4, semipollicares. Ochreae pollicares, fuscescentes, truncatae. Involucrum universale polyphyllum, foliolis sesquipollicaribus lineari-lanceolatis, glabris; partiale tri-rarius pentaphyllum, foliolis linearibus 2-3 lin. longis. Spiculae subulatae teretes 16-20 suboppositae confertae in quolibet radio partiali, 7-12florae. Squamae lanceolatae alternae adpressae distichae fuscescentes, margine membranaceae, carinâ virescente. Cor. membranacea, semine major, valvulis oblongis. In *Madagascar Aubert* du *Petit-Thouars*, in *isle de France ad ripam fluvii des Calebasses ad sinistram viae quae ducit ad Pamplemouse Bory de St. Vincent* et *Willemet*. 4.

P. 219. n. 186-187. C. *platyphyllus*; culmo triquetro basi folioso, involucris umbellae longissimis, involucellis umbellâ partiali duplo brevioribus, spicis imbricatis. PAPYRUS *latifolius Willd. Abh. d. K. Acad. d. Wissensch. in Berlin* 1816. p. 74.

Culmi plures orgyales et ultra, acute triquetri, inferne pollice crassiores, angulis scabris, basi foliosi; folia 3ped. et ultra, pollicem lata, linearia, acuminata, trinervia, striata, plana, margine serrulato-hispida; umbella semipedalis, radiis 8-10 inaequalibus semi- et quadripollicaribus complexato(!) — semiteretibus, glabris; umbella partialis radiis subdecem, 1½-2-poll., subaequalibus, undique spicis imbricatis obtusis. Involucrum subpentaphyllum, foliis tribus latitudine foliorum culmi, duobus multo angustioribus, longissimo bi- interdum fere tripedali, brevissimo quadripollicari; partiale subpentaphyllum, foliolis lineari-subulatis pollicaribus. Ochreae pollicares oblique truncatae subfoliaceae. Spicae numerosissimae, ½ lin., arcte approximatae imbricatae tereti subulatae sub-12 florae. Squamae oblongae acutae arcte distiche imbricatae flavescentes. In *India orientali circa Tranquebar*. 4.

P. 255. n. 9. ad CENCHRUM *muricatum*: PANICUM *cenchroides Lam.* n. 40 est, fide *Poiret Enc. meth. Suppl.* 4.

Digitized by Google

p. 271., PANICUM *squarrosum Retz*, et idem cum CENCHRO *muricato Linn.*: quae omnia subscribenda generi TRACHYDIS *P. de Beauv.*

P. 257. n. 16. CENCHRO *calyculato* adde:

Vix hujus esse generis videtur. Culmi simplices bipedales et ultra; folia *tribuloidis*, sed majora, vaginae longiores, versus faucem tomentosae; spica semipedalis, e capitulis spinosis tomentosis. Involucrum e foliolis 12 circiter subulatis compressis valde tomentosis excepto apice; extus setis rigidis brevibus; flosculi 2-4, omnes fertiles. Semina ovata pallide rubra, calyce et corollâ cincta, squamâ ellipticâ peltatâ et, latere opposito, tuberculo minimo fusco.

P. 261. PENNISETUM. P. 8. *triticoides*; spicâ densâ elongatâ, involucellis inferne intus barbatis; foliis oblongis asperis, caule ramoso glabro. PANICUM *triticoides Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 274.

Affine habitu PANICO (PENNISETO) *violaceo*, et floribus magis adhuc PANICO *alopecuro* (*alopecuroidi?*) sed folia latiora, spicae virentes, densiores. Culmi teretes ramosissimi; folia elongata, longe acuminata, 6-8lin., utrinque pilis raris tenuibus; vaginae glabrae; ore pilosae; spica e folio vaginante, crassa, 3 pollices et ultra longa, acuta; flores sessiles; fila plura longa in speciem aristae nudae. *Poiret.* *Habitat? Herb. Desfont.*

P. 279. n. 4.

Obs. Nuper ill. *La Peyrouse* elegantissimam hujus speciei varietatem nanam ex Pyrenaeis nobiscum communicavit, staturâ minore, bracteâ spicâ longiore, paniculâ subsecundâ, colore fusco-violaceo, aristâ longiore, pedunculis asperioribus diversam.

P. 288. n. 13-14. S.? *Antillarum;* spicâ gracili elongatâ; involucellis glabris inaequalibus; foliis angusto-linearibus, striatis, supra vaginâque pilosis, subtus glabris, culmo gracili ramoso. PANICUM *Antillarum Poiret Enc. Suppl.* 4. p. 275.

Affine huic P. *alopecuros* (*alopecuroides?*); differt nostrum praeter characteres datos: spicis multo gracilioribus, et involucellis non lanatis. Culmi teretes glaberrimi; folia acuta; spica fere cylindrica, 3poll. et ultra, flosculis sessilibus, glabris, parvis. In Antillis. Herb. *Desfont.*

P. 291. n. 3-4. P. *tomentosus*; spicis duabus longissimis, alterâ longe pedunculatâ, spiculis biseriatis, rhachi caulequo piloso, pedunculis tomentosis, foliis lato-linearibus, utrinque hirsutis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 308.

Culmi gracilenti, 2 ped., simplices; folia elongata, vaginae nodique tomentosi; spicae 5' circiter pollicum, altera pedunculo ejusdem longitudinis; spiculae alternae vix pedicellatae, ova-

Digitized by Google

tae, obtusae; valvulae calycis subaequales pallide virides, nervo unico; corolla longitudine fere calycis. *Habitat*? *Herb. Desfont.*

P. 297. n. 16.

Obs. PASPALUM *Commersonii Lam. Enc. meth.* n. 19. junctum a clo. *Flügge* cum *orbiculari Foret.*, *Kora Willd.*, *serobiculato Linn.* speciebus maxime difficilibus, diversum videtur clo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 306 qui monet in *Kora* folia plana esse, quae in *orbiculari* plicata et margine involuta.

P. 298. n. 19-20. P. *multicaulis*; spicis duabus conjugatis angustissimis; spiculis suborbiculatis minimis biserialibus; foliis linearibus erectis subpilosis; ramis axillaribus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 309.

Affinis *parviflora*, sed major; culmi ramis numerosissimis; folia plana; spicae sessiles, 1 ½ poll., rectae; spiculae pedicellatae compressae; valvulae calycis glabrae, pallide albae. *In Brasilia. Herb. Desfont.* et *Desv.*

P. 302. n. 29. PASPALUM *leptostachyum Decand.* omnino diversum esse a homonymo *Flügge* testatur *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 317.

P. 305. n. 34-35. P. *Poiretii*; spicis subternis gracilibus; spiculis biseriatis ovatis glabris; foliis linearibus basi oreque vaginae subpilosis; culmis cespitosis filiformibus. PASPALUM *gracile Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 313.

Affinis *filiformi*, sed folia linearia nec filiformia recta glaberrima; culmi recti glabri simplicissimi fere pedales; nodi minimi nudi angusti; spicae subsessiles, ut plurimum pollicares; spiculae parvae pedicellatae subcompressae obtusae; rhachis angustissima glabra basi vix pilosa. *In S. Domingo. Herb. Desfont.*

P. 305. n. 35. ad calcem.

Obs. Ad PASPALUM *serotinum Flügge* spectare tantum DIGITARIAE *serotinam Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 46. *Pers. Synops.* I. p. 85. DIGITARIAM *pilosam Willd. Enum.* I. p. 91. (excl. syn. *Michaux*) SYNTHERISMA *serotinum Walt. carol.* p. 76 monet *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 311. qui ex herbario *Bosciano* sequentibus describit. Affinis DIGITARIAE *pilosae*, sed distincta foliis brevioribus magis pilosis; spicis brevioribus, paucioribus; culmis basi prostratis, radicantibus. Culmi pedales graciles fere filiformes; folia plana brevia linearia, pilis longis mollibus ut vaginae laxiusculae; spicae 3-5 approximatae subfiliformes, trium circiter pollicum; spiculae raro ternae, plerumque geminae, pedicellatae, elliptico-lanceolatae acutae; valvulae calycinae albovirentes vix pubescentes margine, interior multo brevior, exterior longitudine corollae. *In humidis Carolinae.*

P. 307. n. 38. ad calcem.

Obs. PASPALUM *ciliatifolium Mich.* cls. *Decandolle hirsutum Enc. meth.* n. 3. dicit; *ciliato* et *supino* maxime affinem esse *Poiret Enc.*

Digitized by Google

meth. Suppl. IV. p. 315. A. *ciliato* differre floribus perfecte glabris nec ciliatis, foliis superioribus brevibus latioribus lanceolatis basi rotundatis vix pubescentibus, inferioribus linearibus villosis; spiculis majoribus magis rotundatis; a *supino* foliis angustioribus minus villosis, spiculis duplo fere minoribus, pedicellis brevioribus. Culmi graciles, circiter 2 ped.; spica circiter 3 poll.; spiculae pedicellatae pallide virentes; valvulae calycinae rotundatae obtusissimae.

P. 309. n. 44-45. P. *arundinaceus;* glaberrimus, spicis alternis elongatis, spiculis subtriseriatis, glumis obtusis aequalibus, foliis subensiformibus margine asperis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 310.

Affinis *glabro*, a quo, praeter characteres datos, diversus spicis rectis multo longioribus. Culmi recti plurium pedum; folia longissima margine et carinà scabra; faux vaginae nuda; spicae 6poll.; rhachis angusta; spiculae valde approximatae pedicellatae alternae cinereae ovatae obtusae; valvulae calycinae subaequales subcompressae longitudine fere corollae. *In Carolina Martin.* Herb. *Desfont.*

P. 309. n. 45-46. P. *milioideus;* spicis subseptenis alternis sessilibus longissimis; spiculis ovatis numerosis subinordinatis; foliis superne convoluto-subulatis glabris; vaginis margine pilosis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 315.

Affine *glabro*, a quo praeter characteres datos differt spicis longioribus. Culmi teretes ad minimum bipedales; vaginae longissimae striatae, fauce membranulà lacerà; spicae 6-8poll., rectae, spiculis glabris subsessilibus bi-trifariis ut plurimum sparsis; rhachis angusta subflexuosa; calycis valvulae subaequales, obtusae, subinflatae, laevissimae; stigmata purpurea. *In Porto-Ricco.* Herb. *Desv.*

P. *heterophyllus;* spicis alternis sessilibus remotis subquinis; spiculis ovatis subtriseriatis; foliis inferioribus linearibus brevibus, superioribus lanceolatis, vaginis ore pilosis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 315.

Culmi recti simplices pedales et ultra; flosculi viridi-flavescentes, arcte imbricati; rhachis glabra angusta flexuosa. *In S. Domingo.*

P. 310. n. 49. PASPALO *macrosperno Flügg.* subscribe it synonymon PASP. *laevigatum Bosc inedit.* fide *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 313.

P. 312. n. 53. Adde observationem: PASPALUM *lentiferum Enc.* olim ex exemplari manco, cujus folia superiora glabra, descriptum, minime spectare ad PASP. *praecox Mich.*, quod omnino *lentiferum Flügg.*, in quo ergo P. *lentiferum Enc.* excludendum, cujus folia inferiora villosissima, quin et *lanuginosa. Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 307.

Digitized by Google

P. 312. n. 54, PASPALUM *hemisphaericum Enc.* n. 17. ad exemplar imperfectum descriptum idem omnino esse cum *paniculato Linn.* et *Enc.* n. 21. et *stricto Pers. Syn.* p. 86. (p. 313. n. 56. nostri *Syst. Veg.*). *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 307.

P. 313. n. 57-58. P. *africanus P. de B.*; spicis duabus alternis longissimis filiformibus; spiculis orbiculatis dupliri serie arcte imbricatis; glumis margine subpubescentibus; foliis lineari-lanceolatis margine subvillosis, ore vaginarum piloso. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 314.

Foliis affinis tenello. Culmi recti, molles compressi; folia basi rotundata, glabra; vaginae foliorum supremorum longissimae; spicarum altera pedunculata, recta, 3-4poll.; rhachis filiformis, apice subflexuosa, spiculis parvis geminis subsessilibus. Valvulae calycinae subaequales, vix margine pubescentes. *In Africa. P. de Beauv.*

P. *spathaceus*; spicâ subsolitariâ, glumis ovatis biserialis glabris; foliis lineari-lanceolatis argute ciliatis; vaginis laxis ore pilosis; folio terminali spathaceo bifido. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 314.

Spica horizontalis subarcuata breviter pedicellata e folio ad vaginam usque fisso, laciniis inaequalibus rectis lanceolatis. An character constans? Ex unico specimine! Culmi glabri compressi; folia plana acuminata glabra; vagina internodiis brevior; spiculae subrotundae subsessiles, alternae aut geminatae, viridi-albentes. *In America.* Herb. *Desvaux.*

P. 315. n. 62-63. P. *melanospermus*; spicis subquinis arcuatis, spiculis subtriserialibus orbiculatis; foliis lato-linearibus glaberrimis; vaginâ terminali longissimâ; culmo ramoso. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 315.

Affinis *Coromandeliano*, et magis videtur *scrobiculato* mihi, ait *Poiret*, ignoto. Culmi recti infraped., nigrescentes, nodis incrassatis, ut tota planta, glaberrimi; folia plana longissima, pallide viridia, margine carinâque aspera; vaginae laxae, superior in folium breve spathaceum terminata; spicae sessiles, 2 poll., et ultra, rhachi lineari angustâ, spiculae laete virides; valvulae calycinae aequales concavae obtusae rotundatae, semine sat magno nigro globuloso. *In Cayenne.* Herb. *Desv.*

P. 316. n. 38. In PASPALO *setaceo Flügge* α, qui omnino idem cum P. *setaceo Mich.*, excludendi *Muehlenb.* et *Willd.* et var. β., monente *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 306.

PASPALUM *pubescens Willd.* differre a homonymo *Mich. Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 307.

PASPALUM *supinum* non esse, ut *Flügge* credit, *setacei* varietatem, nec idem esse cum *ciliatifolio Mich.*, qui pro-

Digitized by Google

pinquior *ciliato Enc.* n. 7., quocum jungendus P. *conjugatus* n. 8. cum tota synonymia. *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 507.

P. 317. n. 72. P. *pedunculatus;* pedunculis fasciculatis e vaginâ spathaceâ subarcuatâ terminatis; spiculis geminis ovato-subglobosis; foliis lineari-lanceolatis vaginisque margine villosis; culmo ramoso. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 315.

E vagina superiore pedunculi 8-12 recti, 3 fere poll., singuli basi folio parvo scathaceo, terminati spicâ longâ; spiculae glabrae, alterâ pedicellatâ, imbricatae. Culmi graciles, basi geniculati; folia plana, 2-3poll.; rhachis angusta concava. *In Cayenna.* Herb. *Desfont.*

P. 317. ad finem generis PASPALI adde:

Quid PASPALUM *ciliatum*, *diffusum* et *decumbens Rottb. Act. lit. havn.* 1778. p. 285. non constat. *Rolander* eadem CLEACHNES dixit.

Quid PASPALUS *brevisetis Flügge* apud *P. de Beauv.?* (errorne typographicus pro *brevifolius?*) — *subarticulatus P. de Beauv.* in textu, non in tabula.

P. 424. n. 1 Ad PANICUM *colonum* adde:

Obs. Citatas a *Linnaeo* figuras *Plukenet* t. 189. f. 5. et *Rumph* 6. t. 5. f. 3 inter se non convenire recte monuit *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 273. et fors vix hujus esse loci. *Plukenetii* figuram ad alteram e varietatibus PANICI *prostrati* potius spectare.

P. 427. n. 12. adde observationi ad P. *molle.*

P. *molle Mich.* diversum esse a P. *molli Swartz* ex herbario cl. *Michaux* affirmat *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 278., licet culmi et folia desint. Pubescentia paniculae alba, vagina suprema glabra, ore pubescens.

P. 427. n. 12-13. a. P. *millegrana Poiret;* paniculâ patente elongatâ, ramis ramulisque setaceis unifloris subverticillatis, foliis lineari-lanceolatis, basi vaginâque ciliatis, culmo debili. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 278.

Flosculus terminalis in apice ramulorum fuscus. Culmi glabri gracillimi; folia patentissima, fere horizontalia, glabra, pilis aliquot raris subtus et ad marginem baseos; flosculi minimi obtusi, numero agmen muscarum minimarum sistentes. *In America meridionali.* Herb. *Desfont.*

P. 427. n. 12-13. b. P. *Boscii Poiret;* paniculâ brevi pauciflorâ subpubescente; glumis nervosis, semine nudo; foliis lanceolatis, erectis, glabris; vaginâ basi margineque barbata; caule glabro simplici: *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 278.

Panicula quasi abscondita inter folia superiora; culmi recti graciles, basi subgeniculati; folia acuminata, 6 lin. et ultra lata,

Digitized by Google

3 poll. longa, margine denticulata; vaginae fauce pilis reflexis, ramulus singulus paniculae terminatus flore sat magno, valvulis paniculae concavis obtusis albidis subpubescentibus; semina nuda ovata lucida; valvula tertia brevis lanceolata acuta. *In Carolina. Bosc. Herb. Desfont.*

P. 427. n. 12-13. c. P. *virescens Poiret;* glaberrimum, paniculâ racemosâ; flosculis ovatis confertis turgidis; caule flexuoso debili ramoso; foliis linearibus (patentibus vel) reflexis. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 278.

Culmi graciles, ad nodos fortiter geniculati, ut tota planta glabri, subtus scabriuscula, 3 lin. lata, 3 poll. longa; panicula brevis recta e racemis alternis subsimplicibus subpedunculatis; valvulae calycinae aequales concavae acutiusculae, tertia minima obtusa; corolla longitudine calycis. *Habitat* — in *Herb. Desfont.*

P. 427. n. 13. De PANICO *fasciculato Swartz Poiret* monet, non esse *fasciculatum Lam.* n. 8., et P. *fasciculatum Swartz* nomine PANICI *fastigiati* insignivit *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 277.

P. 428. n. 15. Synonymis PANICI *pyramidalis Lam.* adde PANICUM *polystachyum Richard*, fide *Poiret.*

P. 428. n. 10-17. a. P. *palmifolium;* paniculâ simplici strictâ, spiculis adpressis, foliis oblongis lineato-plicatis, vaginis pubescentibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 282. (qui omnino distinctum esse monet a P. *plicato Lam.* Enc. IV. p. 736. cujus diagnosis a nobis cum *plicato Willd.* confusa, supra sub n. 16. sic restituenda: P. spicis alternis remotis muticis brevibus, corollis rugosis, foliis plicato sulcatis. P. *plicatum Willd. Enum. H. Berol.* II. p. 1033.

Folia faciem Palmae prae se ferunt; culmi longi fortesque; folia lanceolata, pedalia circiter, duos poll. lata, utrinque scabriuscula, supra subpilosa, acutissima, basi attenuata in petiolum fere pollicarem; vaginae laxiusculae, striatae, ore pilosissimae; panicula ampla recta, ramis simplicibus numerosis, racemis distantibus brevibus; flosculi e viridi-flavescentes, glabri, ovati, acuti; valvula exterior duplo brevior, obtusa. *Habitat? Herb. Desfont.*

P. 428. n. 16-17. b. P. *brachiatum Poiret;* paniculâ laxe pyramidatâ, ramis distantibus patentissimis, ramulis subpendulis, involucellis rhachibusque flexuosis glabris, foliis lato-linearibus subasperis. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 282.

Culmi longi recti glabri teretes, superne fere triangulares; folia elongata, panicula ampla terminalis; racemi breves pendentes unilaterales; flosculi pedicellati glabri ovati lucidi; rhachis filis subsolitariis longis subulatis subtortis; valvulae calycinae bre-

Digitized by Google

ves obtusae, corollinae acutiusculae In *Antillis. Herb. Desfont.*

P. 429. n. 17-18. P. *elongatum Poiret*; spicâ paniculatâ longissimâ strictâ; spiculis glabris; rhachi aristatâ; foliis petiolatis longe lanceolatis glaberrimis laevibus *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 278.

Ex unico tantum folio et paniculae portiuncula speciem esse distinctam judicavit *Poiret*; folium pedale planum, pollicem latum; spica rigida; rhachis crassa, fortiter striata; spicae graciles subverticillatae, rectae, inaequales, 1-2poll., spiculis sessilibus alternis ovatis acutis, singulae ad basin aristâ tortâ capillari; valvula exterior saepe bifida. In *Brasilia. Herb. Desfont.*

P. 430. n. 20. adde:

PANICUM *cespitosum Swartz* vidit *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 277. et monet se non dubitare illud tantum varietatem esse PANICI *prostrati Lam.*

P. 430. n. 21. PANICUM *hispidulum* fore esse ECHINOCHLOAM *stagninam Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 272.

P. 430. n. 22-23. P. *aciculare*; spicis lateralibus minimis simplicibus; floribus ovatis subglabris vix pedicellatis; foliis aciculariibus, culmo ramosissimo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 274.

PANICO *dichotomo* s. *nodiflori* quodammodo simile, sed potius typus novi generis; vix 5-6poll., et ramis suis cespitosum. Culmi graciles duri angulosi, ramis ramulisque patentibus; folia rigida, glabriuscula, pallide viridia, pollicaria circiter et ultra. Vaginae laxiusculae, ut plurimum ramulo munitae aut spiculâ 1-3 lin., flosculis 1-3 albidis subglobosis. Valvula tertia minima. In *India orientali.*

P. 431. n. 24.

Obs. P. *dichotomiflorum* habitu affine *capillari*; culmi compressi, foliis lineari-lanceolatis glabris laevissimis; vaginae striatae, elongatae, fauce nudae; panicula tenuis, ramis elongatis fasciculatis asperis subflexuosis; flores parvi striati glabri. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 280., quo teste a P. *prolifero Lam.* diversum.

P. 432. n. 27. P. *repens* ad calcem adde:

Obs. P. *repens Lamarck*, quod omnino idem cum illo *Cavanillesii*, clo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 280. a P. *repente Linn.* omnino distinctum videtur. Hinc excludendum.

P. 436. n. 43-44. P. *stoloniferum Poiret*; spicis brevibus alternis patentibus, flosculis glabris unilateralibus acutis, foliolis brevibus lanceolatis vaginisque subglabris, culmo repente stolonifero, ramis erectis. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 274.

Digitized by Google

P. *stoloniferum Bosc* (nobis ignotum, qui tantum PASP. *stoloniferum Bosc* noscimus) omnino diversum esse, hocce vero *Poiret* varietatis tantum *prostrati* speciem prae se ferre, licet species distincta. Culmus filiformis, ad nodum singulum ramo recto, simplicissimo, 3-4poll.; folia pollicaria, 2-3 lin. lata; spicae 4-5pollicum, angulo recto patentes; flosculi penduli virentes subsessiles; valvulae calycinae inaequales, saepius biflorae tertiâ minimâ; corolla calyce parum brevior. In *Insula Cayenne.*

P. 437. n. 45. adde synonymis: PANICUM *laeve Lam.*, *polygamum Swartz*, *jumentorum Mich.* synonyma esse: *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 271.; sed de identitate cum P. *maximo Jacq.* dubitat.

P. 438. n. 47-48. a. P. *gracilentum Poiret*; spicâ brevi subpaniculatâ gracili erectâ; flosculis lanceolatis acutis; calycibus bifloris rhachi flexuosâ; foliis gramineis glabris. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 276.

Habitus POAE, totum glabrum, laete viride. Culmi simplices debiles striati; folia angusta, 1-2poll.; vaginae laxae striatae ore nudae; spica pollicaris; rami alterni simplices et geminati, axi appressi inaequales; spiculae breviter pedicellatae vel sessiles; corolla vix calyce longior. *Habitat — Herbar. Desfont. Poiret l. c.* ante *nemorosum* collocavit.

P. 438. n. 45-46. b. P. *multiflorum Poiret*; glaberrimum, paniculâ densissimâ multiflorâ; floribus oblongis subacutis parvulis, ramis asperis, foliis lato-linearibus vaginisque glabris. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 282.

Habitus et panicula P. *laevis*, sed flores multo minores, ut P. *proliferum* aemuletur, cujus forte varietas paniculâ floribus numerosinibus minoribus magisque acutis. Culmi recti, sat fortes, glabri; folia glauco-virentia elongata laevissima; vaginae pallidiores laxae striatae; rami paniculae asperi subflexuosi, substriati; flosculi pallide virides, omnes pedicellati, alterni. In *Carolina. Bosc.*

P. 439. n. 50-51. P. *chaetophoron*; paniculâ compositâ, ramis capillaribus setosis, glumis calycinis hirtis, foliis oblongo-lanceolatis, basi nodisque setosis. P. *setigerum Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 280. *Pal. de Beauv. Fl. d'Oware* et *Benin* I. p. 82. t. 49.

Simile quodammodo *fuscorubenti Lam.* n. 41., sed differt, praeter characteres datos, foliorum basi vaginâque ciliatis, quibus simile P. *capillaceo.* Culmi repentes basi, prostrati, dein erecti, ramosi; panicula subpatula; flores parvi ovati obtusi; valvulae caly. inaequales latae concavae mucronatae. In *Africa interiore, in Oware.*

Digitized by Google

P. 440. observationi ad n. 50. adde:

PANICUM *fuscum Swartz* et *fusco-rubens Lam.* idem esse suspicatur nobiscum *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 278.

P. 440. n. 51-52. P. *Waltheri Poiret;* foliis ovali-lanceolatis amplexicaulibus glabris, vaginis subtomentosis, basi circa nodum colloque barbatis; paniculâ sessili glabellâ subramosâ; glumis pubescentibus valvulâ extimâ ovali. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 282. P. *latifolium Mich. Fl. Bor. Amer.* I. p. 49. (nec *Linnaei*).

Erronee bi. *Walther* et *Michaux* hanc speciem (sub *latifolio* excludendam) pro *latifolio Linn.* habuere, a quo differt: foliis brevioribus amplexicaulibus nec basi in petiolum attenuatis, vaginis magis pubescentibus, fere tomentosis. Panicula in foliis supremis inclusa; valvulae calycinae subpubescentes. In *Virginiae et Carolinae sylvis et pratis.*

P. 444. n. 63. adde: An AGROSTIS *nutans Enc. Suppl.?* (monente *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 283.)

Culmi recti longissimi, in vaginis compressi, angulis 2; folia elongata, satis lata, dura, striata, aspera, glabra; vaginae compressae; panicula pallide flavescens, elongata, glaberrima, racemulis e floribus sessilibus sparsis aut unilateralibus; valvula sterilis minima obtusa; corollinae acutissimae.

P. 444. n. 65. Ad PANICUM *cayennense Lam.* adde: variat interdum, ut ex exemplaribus in herbario *Desvaux* patet, culmo subnullo, paniculâ radicante. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV.

P. 446. n. 69. ad PANICUM *pubescens* adde: P. *pubescens β minus*, foliis angustioribus, floribus minoribus.

In β. culmi minus ramosi, folia breviora, panicula magis laxa. PANIC. *pubescens Michaux* multo majus et robustius quam P. *pubescens Lamarck.*

P. 446. n. 72. ad PANICUM *barbulatum* adde:

α. culmo humili, foliis latioribus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 281.

β. culmo altiori, foliis angustioribus, nodis subbarbatis. *Poiret ibid. l. c.*

Affine P. *tenello.* Culmi recti, rigidiusculi glabri 4-5poll.; folia basi subcordata, 1½poll., vaginâ arctâ; flosculi parvi valvulâ exteriore fusca, striatâ. In β culmi graciliores, longiores; nodi fere glabri; vaginae vix pilosae; folia linearia angustiora; flores minores. *β in Carolina Bosc.*

P. 447. n. 74. adde:

Vaginae arctae; panicula patula; flosculi saturate virides. *Poiret Enc. meth Suppl.* IV. p. 280.

Digitized by Google

P. 447. n. 76. adde:

Habitus *Melicae;* culmi graciles, ad minimum pedales, compressi, folia recta acutissima, vaginae ore nudae; panicula 3-4poll., valvulae corollinae pallide virides. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 280.

P. 448. n. 76-77. P. *aquaticum Poiret;* glabrum, paniculâ erectâ parce compositâ; valvulis calycinis acutis, tertiâ corollisque obtusis; foliis linearibus; culmo compresso subgeniculato. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 281.

Affine *melicario;* culmus ut plurimum pedalis simplex glaber nodis fuscis aequalibus; folia plana acuta glabra, subinde supra pilis tenuissimis; vaginae laxae glabrae; panicula mediocris glaberrima; flores alterni pedicellati; valvulae calycinae 2, aequales, pallide virides, tertiâ minimâ. In aquis crescere videtur. *E Porto Ricco attulit* Ledru.

P. 448. n. 77. adde: PANICUM *debile Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 283.

Cur Panicum hocce *debile* dixisset *Willdenow* se non intelligere fatetur *Poiret.* Nos autem nonnisi DIGITARIAM *debilem Willd.* noscimus, et a P. *divaricato* Linn., quod *Poiret* cum? huc ducit, certe distinctam speciem. — Habitu affine *brachiato*, et magis adhuc *divaricato*, sed folia multo angustiora, nec lanceolata; culmi non ramosi; panicula ampla, gracilis licet. Culmi recti, quidquam graciles, glabri, subsimplices; folia angustissima, glabra, margine scabriuscula, recta, elongata, acuta; vaginae arctae, nudae, ore fuscae; panicula debilis, laxa, ramis glabris setaceis; flosculi angusti elongati acuti; valvulae calycinae inaequales. In *umbrosis montium Carolinae.*

Obs. Nomen PANICI *patentissimi*, a nobis PANICO *divaricato Mich.* inditum, nunc, quia *Poiret* idem dixisset *debile*, aliique speciei nomen *patentissimi* tribuisset, supprimendum, et recipiendum nomen *debilis.*

P. 448. n. 77-78. a. P. *patentissimum Poiret;* paniculâ diffusâ patentissimâ glaberrimâ; flosculis ovatis obtusis; foliis lato-lanceolatis ciliatis; vaginâ ore margineque pilosâ; culmo tereti laevi; nodis gibbosis. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 282.

Panicula ad minimum 15poll., pedem lata, e ramis filiformibus distantibus subverticillatis, flosculis glaberrimis pedicellatis parvis flavescentibus. Culmi glabri, nodis fuscis; folia 6poll. et ultra, 8 lin. lata. In *S. Domingo et Nova Hispania. Herb. Desvaux.*

P. 448. n. 77-78. b. P. *festucoides;* paniculâ sessili subdiffusâ glabrâ; flosculis elongatis; glumis scariosis muticis corollâ brevioribus; foliis arundinaceis glabris. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 283.

Grandis et elegans; radices crassae, culmi fortes striati glabri, foliis numerosis longissimis acuminatis excepto margine lae-

vissimis; vaginae lucidae, fauce et margine subpilosae; panicula inter folia duo suprema, ramis longis parum ramosis, ramulis adpressis; flosculi alterni subpedicellati compressi mutici glaberrimi; valvulae calycinae inaequales, obtusae transparentes, corollâ breviores, nervo in dorso satis forti. In *India orientali. Herb. Desvaux.*

P. 448. n. 77-78. c. P. *acutiflorum Poiret;* glabrum, paniculâ simplici patentiusculâ, floribus alternis patentibus acutis oblongis; foliis oblongo-lanceolatis glabris; vaginâ subglabrâ. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 282.

Habitus Agrostidis. Culmi debiles, striati; folia acuta; panicula laxiuscula terminalis, ramis oppositis alternisve filiformibus, scabriusculis; flosculi saturate virides parvi angusti, acuti; valvulae calycinae inaequales breves submucronatae. *Habitat.... Herb. Desvaux*

P. 448. n. 77-78. d. P. *melicoides Poiret;* glaberrimum, paniculâ debili elongatâ; flosculis geminis, altero sessili; glumis acutis foliis lanceolatis. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 284.

Pedunculi soli subinde pubescentes aut subbarbati; culmi debiles subflexuosi subcompressi; folia tripoll. et ultra, 6 lin. lata; panicula 6-8poll., subramosa, flexilis; flosculi appressi; valvulae calycinae concavae aequales, tertia minor lanceolata, corollinae lucidae, longitudine fere calycis. *Habitat? Herb. Desvaux*, qui suspicatur feminam esse PANICI *poaeformis.*

P. 448. n. 77-78. e. P. *leiogonum Poiret;* paniculis lateralibus pauperculis elongatis pauciflоris; flosculis ovatis subsolitariis; foliis angustissimis glabris basi vaginàque subpilosis: culmis filiformibus, ramis divaricato-flexuosis. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 284.

Culmi glabri; rami e vaginis alterni folio unico vestiti; folia patentia, margine subreplicata, 3poll. longa; flosculi parvi, albidi, glaberrimi pedicellati; valvulae calycinae subinaequales concavae vix acutae, ac ne vix corollâ longiores, inferiores subinde geminati, altero subpedicellato. In *Aegypto Delisle. Herb. Desv.* et *Desfont.*

P. 448. n. 77-78. f. P. *poaeforme Poiret;* paniculâ spicatâ interruptâ elongatâ; ramis brevibus subfasciculatis; flosculis ovatis compressis; foliis angusto-lanceolatis, culmo debili. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 284.

Flores omnes masculi videntur esse, hinc fors *melicoidis* mas. Habitus POAE. Culmi simplices glabri 1-2ped.; folia 3-4 lin. lata, 6poll. longa, glaberrima, ad faucem vaginae membranulâ filamentosâ; panicula terminalis pedunculata recta, 8 circiter pollicum; rami glabri ut flosculi albo-virentes. Valvulae calycinae ovatae concavae subaequales acutiusculae, longitudine corollae. *Habitat? Herb. Desvaux.*

Digitized by Google

P. 448. n. 77-78. g. P. *erianthos Poiret*; paniculâ contractâ elongatâ, calycibus hirtis subbifloris; foliis longis angustis glaberrimis. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 284.

Culmi recti teretes biped., fere junciformes; folia rigidula et subconvoluta; vagina laxa striata fauce nuda; panicula recta, rami capillares subsimplices; flosculi ovati subcompressi; calycis valvulae ovatae concavae acutae, longitudine corollae. In *Carolina Bosc. Herb. Desfont.*

P. 450. n. 81-82. a. P. *ovalifolium Poiret*; paniculâ capillari laxâ glaberrimâ; floribus minutis ovatis; foliis ovato-lanceolatis subciliatis, vaginâ pilosâ; culmo inferne flexuoso. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 279. P. *guineense Desvaux Herb.*

Proximum P. *dubio Lam.*, a quo differt praeter characteres dictos: paniculâ magis dilatatâ, omnino glabrâ nec pilosâ; foliis latioribus amplexicaulibus; culmo subcompresso; floribus ovalibus parvis; semine nudo. In *Guinea. Herb. Desvaux.*

P. 450. n. 81-82. b. P. *gracilescens Poiret*; ramis paniculae gracilibus elongatis glaberrimis; glumis ovatis obtusis; foliis lanceolatis asperis denticulatis, ultimo elongato longe vaginato. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 279.

Affine *guineensi*, sed differt foliis longioribus, ore vaginisque pubescentibus; panicula 6poll., fusco-virens, ramis oppositis alternisque, ramulis capillaribus subflexuosis; flosculis parvis ovatis obtusis, valvulâ tertiâ minimâ. In *Carolina. Herb. Desv.*

P. 450. n. 81-82. c. P. *multinerve Poiret*; paniculâ glabrâ diffusâ erectâ; foliis lato-lanceolatis longissimis glaberrimis; glumis ovatis obtusis; valvulâ tertiâ minimâ. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 279.

Species procera pulcraque; folia 6-7poll., pollicem et ultra lata, conferta, plana, coriacea, acuminata, amplexicaulia, nervis plurimis parallelis, maculâ ad faucem vaginae fuscâ; culmi recti glabri; panicula 6-8poll., ramis numerosis, filiformibus; flores parvi alterni pedicellati viridi-flavescentes. In *Antillis. Herb. Desvaux.*

P. 450. n. 81-82. d. P. *confertum Poiret*; paniculâ erectâ lanceolatâ apice confertâ, foliis elongato-lanceolatis glabris; vaginis superne liberis convolutis, ore barbatis. *Enc. meth. Suppl.* IV. p. 279.

Culmi glabri striati subangulati; folia 6poll., 4-5 lin. lata, nervosa; vaginae laxae, superne patentes, petiolos mentientes, fasciculo pilorum albarum ad faucem; panicula glaberrima, ramis rigidiusculis, capillaribus; flosculi subangulati, pedicellati et sessiles, valvulis obtusis, saturate viridi-flavicantibus. In *Antillis.*

Digitized by Google

P. 467. n. 160. P. *turgidum Forsk.*; paniculâ glaberrimâ brachiatâ striatâ, flosculis ovatis glabris, foliis convolutis, vaginâ margine membranaceâ ore pilosâ, ad dichotomiam ventricosâ; culmo junciformi stricto ramosissimo. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 284. *Forsk. aegypt. arab.* p. 18.

Habitus fere Bambusae, et deest tertia valvula calycis; vix ergo PANICUM. Culmi duri, fortes, rigidi ut folia glabra, fere subulata; rami e vaginis patentissimi, fasciculati; panicula elongata, primum divisa in ramos rigidos alternos patentissimos, dein in ramulos breviores appressos; spiculae alternae pedicellatae, subinde sessiles, pallide albae, ovatae, calycinae concavae acutae, exterior minor. Flosculus alter sterilis. Valvulae corollae angustae acutae. In *Aegypto.*

P. 470. post lin. 18. DIGIT. *bicorni* adde: culmi glabri filiformes subsetacei; folia lineari-lanceolata patentissima fere glabra plana, 2 lin. lata, 3 poll. longa; vaginae inferiores laxae, superiores angustae elongatae pilis longis tenuissimis patentibus; ligula obtusa. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 306.

P. 470. n. 3. synonymis adde: PANICUM *appressum Lam. Illustr.* t. 929 jungendum cum PANICO *brizoide Lam. Enc. meth.* n. 14. monente *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 272, cui et P. *fluitans Retz*, et, fide speciminum apud *Delisle*, P. *geminatum Forsk.* addenda videntur.

P. 470. n. 3-4. D. *obtusifolia*; spicis alternis appressis, valvulis calycinis oblongis acutis, tertiâ multo minori, foliis linearibus patentibus subobtusis. PANICUM *obtusifolium Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 275.

Maxime affine *brizoidi*, a quo foliis latioribus magisque patentibus ut plurimum obtusis differt praeter characteres datos. Spicae rhachi membranaceae partim immersae, pollicares, flosculis bifariis serie duplici. Totum glabrum. PASPALUS foret, nisi valvula tertia calycis adesset. In *Delta Aegypti.*

P. 471. n. 7. ad calcem.

Obs. PASPALUM *ambiguum Decand. Fl. franc.* vix specie differre a DIGITARIA *sanguinali* licet humilior, spicae rariores magis patentes, valvulae calycinae subaequales subpubescentes, folia glabra, ligula lacera *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 316., qui DIGITARIAM *humifusam Pers. Synops.* I. p. 85. *Rich. ined.* hujus esse loci credit.

P. 472. n. 8-9. DIGITARIA *villosa Pers.*; culmis erectis, foliis angustioribus vaginisque pilosissimis; spicis pluribus setaceis; floribus minutis remotiuscule geminis, utroque pedicellato; glumae valvulâ extimâ posticâ fere caeterarum longitudine. *Mich. Fl. Bor. Am.* I. p. 45. sub DIGITARIA *pilosa* (nec DIGITARIA *pilosa Lam.*). *Pers. Syn.* I. p. 85.

Digitized by Google

PASPALUM *carolinianum Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 311. SYNTHERISMA *villosum Walt.* p. 77.?

Fluegge hanc speciem et ad PANICUM *filiforme Linn.*, et ad MILIUM *paniceum Swartz* ducit, quae synonymia aeque ac *Waltheri, Poiretio* dubia, qui sequentem ex *Herb. Boscian.* descriptionem addit: Affinis PASPALO *serotino*, sed differt foliis minus pilosis, valvulis calycinis subaequalibus, culmis rectis subsimplicibus filiformibus, 1-2ped., foliis longioribus et latioribus, linearibus, supra glabris; spicis 5-7, 3-5poll. longis; spiculae albidae aut subcoloratae; valvulae calycinae subaequales, fere glabrae, corolla interiore vix brevior. In *Carolina et Georgia.*

P. 472. n. 9. Ad DIGITARIAM *paspalodem Mich.* adde: PASPALUS *Digitaria*; culmis repentibus, vaginis ad collum villosis, spicis binis basi subvillosis, rhachi latiusculâ, floribus solitariis bifariam imbricatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 316.

Affinis PANICO *distachyo Linn.* Culmi plerumque pedem excedunt, glabri, subcompressi; folia plana, linearia, basi et fauce vaginarum subpilosa; spicae pollicares; rhachis glabra dilatata; spiculae ovato-oblongae, solitariae, fere glabrae, pallide virentes. In *pratis siccis Carolinae circa Charlestown.*

P. 477. n. 2. E. *stagninae* adde: Confer PANICUM *hispidulum.*

P. 479. n. 9. *Poiret* in *Enc. meth. Suppl.* IV. quaerit an eadem cum PANICO *abortivo Brown* seu ANDROPOGON *squarroso Linn.*

P. 480. n. 11. E. *setigerae* adde: PANIC. *affine Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 273.

Fors varietas P. *colonum*, a quo, praeter characteres datos, diversa spicis teretibus, crassioribus, alternis. In *India orient. Herb. Desv.*

P. 483. n. 6-7. O. *albus*; spicis lanceolatis compressis alternis, spiculis pilis albis involutis, calycibus aristatis involucellis setaceis, foliis lanceolatis brevibus. PANICUM *album Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 274.

Maxime affine *bromoidi*, a quo differt spicis multo latioribus, floribus copiosioribus magis approximatis, bifariam oppositis Rad. stolonibus filiformibus; spica gracilis glabra subsimplex, folia distantia, 1½poll., acuminata utrinque glabra ad faucem vaginae pilis longis rigidis; spicae sessiles, ut plurimum pollicares; flores sessiles; arista calycis longa. In *insula Java. Herbar. Desfont.*

P. 484. n. 9. O. *africanus P. de Beauv.*; spicis alternis sessilibus, spiculis pedunculisque pilosis, calycibus arista-

Digitized by Google

tis, foliis brevibus lanceolatis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 275.

Culmi glabri ramosi basi prostrati; folia plana, glabra, vaginis et ore pilosa, 1½poll.; spicae breves; flosculi non geminati; spiculae altero latere pilosae ut rhachis; arista longa, rigida. Varietatem spicis glabris in Herb. cli. *Desvaux* observavit *Poiret l. c.*

P. 487. n. 22. O.? *javanicus;* spicis alternis sessilibus elongatis glabris, foliis angustis subtus glabris supra pilosis, caule subfiliformi geniculato. PANICUM *javanicum Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 274.

Culmi glabri, folia distantia elongata striata, margine et ad oram vaginae pilosiuscula; spicae graciles 1-2poll., floribus sparsis geminatisve, altero sessili, altero pedicellato, approximatis; rhachis vix pubescens; valvulae calycinae nervosae ovatae acutiusculae; stamina purpurascentia. In *insula Java. Herb. Desfont.*

P. 488. n. 1. adde:

Culmi glabri lucidi, 4ped.; folia lanceolata acuta 5nervia; spica elongata viridi-flavescens; spiculae alternae teretes subpedicellatae; valvula extima triplo minor; stigmata purpurea, plumosa; semen elongatum planiusculum.

P. 490. n. 8. adde:

Varietates exoticas PANICI *glauci* Lam. genuinas sistere species: *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 272, quarum alteram sic distinguit:

PANICUM *imberbe* (SETARIA *imberbis*) involucellis longioribus subunifloris, foliis vaginâque ore pilis destitutis. In *America septentrionali et in Brasilia.*

P. 491. n. 8-9. S. *pumila;* spicâ brevissimâ, involucellis unifloris subasperis, foliis brevibus lanceolatis glaberrimis, culmo filiformi. PANICUM *pumilum Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 273.

Individuum macilentum SETARIAE *glaucae* primo videtur intuitu. Culmi vix pollices quatuor excedentes; folia pollicaria; vaginae subinde pilo uno alterove; spicae 3-4 linearum; involucra rufescentia, floribus duplo longiora; flores singuli subglobosi. *Habitat?* — *Herb. Desfont.*

P. 495. n. 20. Ad P. *cenchroides Rich.* adde: P. *densi spicâ Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 273.

Affine *glauco*, sed flores numerosissimi, coloris straminei, in spica 2-3poll., glaberrima; glumae angustae elongatae. Culmi recti glabri patentes; folia glaberrima anguste lanceolata subdenticulata; vaginae glabrae laxiusculae.

Digitized by Google

P. 495. n. 22. SETARIAE *candatae* adde: β. paniculâ densiori, rhachi pedicellisque glaberrimis. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 272.

In β panicula magis elongata, ramis copiosioribus.

P. 495. n. 23. SETARIA *muricata Poiretio Enc. meth. Suppl.* IV. p. 273. seu PANICUM *muricatum Mich.* (non *Lam.*) potius ECHINOCHLOA videtur.

Facies CENCHRI quoad flores, reliquis convenit cum *Crure galli*. Culmi glabri, fortiter geniculati, ad nodos fusco-rubri; folia linearia acuta margine et nervis scabra; vaginae glabrae nitidae striatae maculâ ad oras fuscâ; spicae e vagina folii, unde laterales videntur esse, breves, approximati; flores sessiles; valvulae calycinae mucronatae, corollae longè aristatae. *Poiret* ex Herb. *Mich.*

P. 498. n. 2. Synonymis adde: CENCHRUS *spicatus Cavan. prael.* n. 738. *Lagasca Amenid. Nat. de las Espannas.* I. p. 2. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 351.

P. 499. n. 1. adde synonymon: PANICUM *longisetum*, spicâ simplici lanceolatâ; involucris plurisetis longissimis; valvulis corollae oblongis; foliis linearibus glabris; vaginâ fauce barbatâ. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 275.

Affine PENNISETO *violaceo;* culmi glabri ramosi recti teretes; folia acuta, margine aspera; vagina laxiuscula, profunde striata glaberrima, spica 5 circiter poll., acutiuscula; flores sessiles glabri mutici acuti rubro-fusci, involucro rufo. In *insula Bourbon. Bory de St. Vincent.*

P. 558. n. 62-63. POA *costata;* paniculâ coarctatâ spicaeformi; spiculis ovatis subtrifloris subpubescentibus; valvulis florum nervosis, culmo erecto vel adscendente, tereti. *Schumach. Enum. Pl. Saelland.* I. p. 28. n. 87.

Culmus pedalis et haud altior, erectus, teres, glaber, subnudus, versus basin geniculatus. Folia radicalia subpedalia erecta filiformia subscabriuscula, culmea brevissima. Panicula uncialis erecta. Spiculae oblongae acutiusculae. Glumae subaequales, lanceolatae, acutae, scabrae, bi- vel trifloraе. Valvulae florum glumarum fere longitudine, submucronatae, tri- vel quinque-nervosae, scabridae. *Schum.* In *monticulis arenosis inter Springforbie et Papirsmölle.*

P. 570. n. 106 et 107. ORTHOCLADA *rariflora* et *laxa* videntur una eademque species. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. p. 212. asserit quidem, se ignorare quid sit AIRA *laxa Rich.*; p. 272. vero ait: A. *laxam Rich.* fide Herb. *Desv.* esse eandem speciem cum PANICO *rarifloro Lam.*

Digitized by Google

P. 578. n. 2. adde: *Cavanill. descripc.* p. 36. AGROSTIS *tenella Poiret Enc. Supplem.* I. p. 257.

Occurrit et *in campis arenosis circa Valenciam. In Gallia biscayensi primus detexit amiciss. Thore.*

P. 591. n. 21. Synonymis adde: POA *glomerata Desfont. Cat. Hort. Paris.* p. 218. fide *Poiret Enc. Suppl.* IV. p. 330.

P. 691. n. 6. DANTH. *racemosae* adde:

Culmi recti, 1 1/2 ped. et ultra, teretes; folia striata undique pilosa, vaginae margine pilis longis; panicula subspicata; valvulae calycis subaequales longitudine spiculae elongatae acutae, 5-7nerves; arista e fissura valvulae corollae exterioris basi purpurea; corollae valvula interior parum brevior plana ovato-lanceolata apice emarginata margine reflexa. Semen ovato-oblongum. *Labill.*

P. 691. n. 7. DANTH. *semiannulari* adde:

Culmi subfarcti, 1 1/2 ped., foliis striatis filiformibus involutis fauce vaginae pilosis. Flores sat magni in pedicellis brevibus simplicibus aut bifidis; valvulae calycis subaequales acuminatae; valvula corollae exterior calyce duplo brevior, villosa, bifida, laciniis glabris lanceolatis acutis, aristà tortâ; interior dimidio brevior ovato-oblonga ciliata, pilis raris. *Labillard.*

P. 715. lin. 18 ab infra, post verbum „longioribus" adde: *Gerard. prov.* p. 9. n. 11. tab. 2. fig. 1.

P. 724. n. 30.

Amicissimus *Schott* in litteris nos monuit, adjectis speciminibus siccis, FESTUCAM *heterophyllam Host* differre a *heterophylla Haenke;* nos vero in speciminibus nostris in *heterophylla Host* spiculas plerumque 4-5floras, in *heterophylla* vero proceriore spiculas 6floras et ultra invenimus. An culturâ perstat vel culturae filia? Sit interim haec *α*, illa *β*.

P. 749. n. 3-4. L. *canadense Mich.;* spicâ muticâ, spiculis calycem subaequantibus subduodecimfloris, culmo subcompresso rhachique scabris, radice annuâ.

Culmus 2-3ped., profunde striatus, ut vaginae laxae sursum scabrae; ligula exserta fuscescens; folia plana latiuscula acuminatâ nitentia profunde striata scabra, margine scaberrima. Rhachis flexuosa, angulis scabra. Gluma calycina dimidii fere pollicis, nervis plerumque 7 elevatis, glabra. Flosculi 10-12, calycem parum excedentes. *Ex H. monspeliensi.*

Digitized by Google

P. 749. n. 4.

Inspectis et examini subjectis pluribus speciminibus L. *complanatum* et *asperum* utique specifice inter se differre videntur, ut sit:

L. *complanatum;* culmo tereti-angulato, etiam sub rhachi laevissimo, spiculis frequentius subaristis.

L. *asperum;* culmo compresso, deorsum scabro.

P. 750. n. 6.

Saepius purpurascit et praecocius floret.

Digitized by Google

Index

Generum et Specierum.

BILDGAARDIA . . 4 bis.
indica, ... 160
monostachya . . . 159
polystachya . . . 160
schoenoides . . . 161
tristachya . . . 160
vaginata 161
CHNODONTON . . 17
Bellardi 381
tenue 382
CTENOCHLOA 22
barbata 420
bromoides 420
gracilis 418
hirsuta 419
humilis 417
juncifolia 420
ovata 420
procumbens 417
prostrata 419
scorpioides 420
simplex 418
tenuis 418
CYLOPS 44
caudata 770
ciliaris 772
comosa 772
cylindrica 770
ovata 771
triaristata 771
truncialis 772
CYNOPOGON 50
avenaceus 806
cenchroides . . . 804
debilis 806
geminiflorus . . . 804
laguroides 805
pusillus 805

AEGOPOGON
quinquesetus 805
strictus 806
trisetus 805
turbinatus 805
unisetus 805
AGROPYRUM 44
acutum 751
attenuatum 751
bicorne 760
biflorum 760
caninum 756
cristatum 758
densiflorum 753
distichum 756
filiforme 760
giganteum 753
glaucum 752
imbricatum . . . 757
junceum 750
obtusiflorum . . . 753
orientale 757
pectinatum 759
pectiniforme 758
peruvianum . . . 761
prostratum 757
pungens 753
repens 754
rigidum 752
scabrum 759
sibiricum 756
subulatum 761
vaginans 756
variegatum 759
AGROSTIS 16
aemula 360
alba 346
ambigua 352

AGROSTIS
araehnoidea . . 357
articulata . . . 358
aspera 353
atrovirens . . . 361
Calamagrostis . . 362
capensis 354
capillaris 346
ciliata 353
Cinna 373
clandestina . . . 369
composita . . . 357
conspicua 364
coromandeliana . . 356
crinita (ex *Brownii* auctoritate nunc ad AGROSTIDES relata, deleatur in Vol. I. p. 188. sub ANTHOXANTO) 371
cylindrica . . . 359
debilis 365
decipiens . . . 361
diandra 367
diffusa 344
dispar 353
distichophylla . . 354
dubia 349
elegans 362
elongata 368
fasciculata . . . 362
filifolia 365
foliosa 373
Forsteri 359
frondosa 350
gigantea 349
gracilis 352
hirsuta 365
humifusa 361
indica 368
interrupta . . . 370
involuta 348
Juressi 352
Kitaibelii 345
Labillardieri . . 360
lanata 367
lanceolata . . . 363
lateriflora . . . 353
littoralis 346
lobata 359
lutosa 358
magellanica . . . 358
maritima 356
mexicana 373
Michauxii . . . . 3[illegible]
monandra . . . . 3[illegible]
monticola . . . . 3[illegible]
neglecta . . . . 3[illegible]
nutans . . . . 3[illegible]
oligantha . . . . 3[illegible]
pallida . . . . 3[illegible]
panicoides . . . 3[illegible]
parviflora . . . 3[illegible]
parvula . . . . 3[illegible]
patula . . . . 3[illegible]
pauciflora . . . 3[illegible]
plebeja . . . . 3[illegible]
plumosa . . . . 3[illegible]
procera . . . . 3[illegible]
procumbens . . . 3[illegible]
pubescens . . . 3[illegible]
pulchella . . . 3[illegible]
pungens . . . . 3[illegible]
purpurascens . . 3[illegible]
purpurea . . . 3[illegible]
pyramidata . . . 3[illegible]
racemosa . . . 3[illegible]
ramosa . . . . 3[illegible]
ramulosa . . . 3[illegible]
rara . . . . . 3[illegible]
retrofracta . . . 3[illegible]
rudis . . . . 3[illegible]
sciurea . . . . 3[illegible]
soboliferа . . . 3[illegible]
spicata . . . . 3[illegible]
spica venti . . . 3[illegible]
spuria . . . . 3[illegible]
stolonifera . . . 3[illegible]
tenacissima . . . 3[illegible]
tenella . . . . 3[illegible]
tenuiflora . . . 3[illegible]
tenuifolia . . . 3[illegible]
tolucensis . . . 3[illegible]
tremula . . . . 3[illegible]
trichodes . . . 3[illegible]
valentina . . . 3[illegible]
versicolor . . . 3[illegible]
virescens . . . 3[illegible]
virginica . . . 3[illegible]
vulgaris . . . . 3[illegible]
AIRA . . . . . 3[illegible]
aegilopsoides . . . 6[illegible]
ambigua . . . . 6[illegible]
arundinacea . . . 6[illegible]
atropurpurea . . 6[illegible]

Digitized by Google

AIRA
capillacea . . . 684
caryophyllea . . . 681
chinensis 682
duriuscula 685
elegans 682
festucoides 685
flexuosa 678
humilis 684
lendigera 682
macrantha 685
montana 679
nitida 685
Oryzetorum 685
palleus 685
pallescens 685
pulchella 682
purpurea 685
setacea 684
tenera 682
triflora 680
versicolor 679

AIROPSIS 32
agrostidea 579
brevifolia 578
globosa 578. 893
involucrata . . . 578
minuta 578
obtusata 578

ALOPECURUS 11
agrestis 272
alpinus 272
antarcticus 271
arundinaceus . . . 269
bulbosus 268
capensis 271
caudatus 276
echinatus 274
fulvus 274
geniculatus 273
lanatus 275
latifolius 275
macrostachyos . . 268
nigricans 270
ovatus 276
pratensis 269
ramosus 271
subaristatus . . . 273
utriculatus 274
ventricosus 275
villosus 275

ANATHERUM 51
bicorne 809
domingense 809
muricatum 808
muticum 809
virginicum 809

ANDROPOGON 52
aciculatis 812
affinis 826
alopecuroides . . . 815
angustifolius 822
annulatus 820
argenteus 815
aristatus 820
arundinaceus . . . 813
avenaceus 813
barbinodis 826
binatus 820
Bladhii 821
bombycinus . . . 827
caricosus 811
citreus 828
condensatus 825
cotulifer 814
crinitus 811
dissitiflorus . . . 817
divaricatus 812
exaltatus 827
filiformis 811
flabelliformis . . . 812
flexilis 817
fragilis 827
fulvus 814
furcatus 821
glaucescens 824
hirsutus 823
hirtus 818
incurvatus 822
intermedius 827
Ischaemum 822
laguroides 816
lanatus 827
laniger 814
lanuginosus . . . 825
leucostachyus . . . 824
macrourus 817
monostachyus . . . 826
Montufari 820
Nardus 814
nervosus 812
nutans 812
obtusifolius . . . 817

ANDROPOGON
pertusus . . . 823
pilosus . . . 821
plumosus . . . 819
procerus . . . 827
refractus . . . 827
saccharoides . . 815
sericeus . . . 826
serratus . . . 813
stenophyllus . . . 819
stipoides . . . 816
strictus 815
tenuis . . . 826
ternarius . . . 818
tristachyus . . . 424
triticeus . . . 826
villosus . . . 821
Zeae 818
ANISOPOGON . . . 23
avenaceus . . . 422
ANTHENANTHIA . . 24
villosa 468
ANTHEPHORA . . 28
elegans 497
ANTHISTIRIA . . . 54
arguens 843
australis . . . 844
barbata 843
ciliata 842
frondosa . . . 844
glauca . . . 843
imberbis . . . 842
villosa 844
APLUDA 54
aristata . . . 841
digitata 842
villosa . . . 842
ARISTIDA 19
arundinacea . . 400
ciliata 399
congesta . . . 401
elegans 400
laxa 399
longe spicata . . 400
murina . . . 399
plumosa . . . 398
rigescens . . . 400
rigida 399
ternipes . . . 400
uniplumis . . . 401
vagans . . . 400
ARRHENATHERUM . . .
avenaceum . . . .
ARTHRATERUM . . .
hygrometricum . .
pungens . . . .
stipoides . . . .
ARTHRAXON . . . .
ciliare . . . .
ARTHROSTYLIS . . .
aphylla . . . .
ARUNDINARIA . . .
glaucescens . . .
macrosperma . .
ARUNDO . . . .
acutiflora . . . .
agrostoides . . .
annulata . . . .
australis . . . .
bifaria . . . . .
canadensis . . . .
confinis . . . . .
Egmontiana . . .
epigeios . . . .
farcta . . . . .
glauca . . . . .
Hostii . . . .
humilis . . . .
intermedia . . .
lapponica . . . .
laxa . . . . .
littorea . . . . .
maxima . . . .
montana . . . .
nitida . . . . .
Phragmites . . .
Pseudophragmites .
pygmaea . . . .
Quila . . . . .
quitensis . . . .
Rugi . . . . .
stricta . . . . .
strigosa . . . .
sylvatica . . . .
tenella . . . .
tenuifolia . . . .
Valdiviana . . .
varia . . . . .
ASPRELLA . . . .
australis . . . .
digitata . . . .
hexandra . . . .

ASPRELLA
imbricata 268
lenticularis 267
mexicana 267
monandra 267
oryzoides 266
ovata 267
virginica 266
ATHEROPOGON 21
apludoides 415
aristidioides 415
bromoides 415
chondrosioides . . . 416
racemosus 414
repens 416
AVENA 39
alba 668
amethystina . . . 672
antarctica 676
brevis 668
bromoides 674
Cavanillesii . . . 677
coquimbensis . . . 677
elephantina . . . 671
caryophyllea 674
fallax 672
fatua 669
filifolia 677
glauca 672
hirsuta 670
hirtula 677
hispida 673
mollis 676
nervosa 676
nuda 669
orientalis 669
pallens 672
palustris 673
planiculmis 675
praecox 667
pratensis 673
pumila 675
quadriseta 676
sativa 668
scabriuscula . . . 677
sempervirens . . . 671
setacea 673
sterilis 670
striata 672
versicolor 675
AXONOPUS 14
aureus 518
cimicinus 317
AXONOPUS
digitatus 317
Poiretii 318
BECKMANNIA 41
erucaeformis 695
BRACHIELYTRUM . . . 21
aristatum 413
BRACHYPODIUM . . . 43
asperum 742
Barrelieri 741
biunciale 746
brevisetum . . . 742
caespitosum 737
distachyon 741
fragile 745
genuense 742
Halleri 744
interruptum . . . 747
littorale 740
loliaceum . . 740. 746
longifolium 741
maritimum 743
nigricans 743
phoenicoides . . . 740
pinnatum 736
Poa 746
ramosum 737
rupestre 736
sylvaticum 741
tenellum 745
tenuiculum 744
tenuiflorum . . . 745
unilaterale 747
BRIZA 31
elatior 521
geniculata 520
humilis 521
maxima 521
media 520
minor 519
rubra 522
spicata 521
virens 520
BROMUS 38
alopecuroides . . . 641
altissimus 644
arenarius 638
arvensis 646
asper 643
australis 639
avenaceus 653
Biebersteinii . . . 658
canadensis 638

BROMUS
catharticus . . . 642
ciliatus 646
commutatus . . . 634
confertus . . . 636
dactyloïdes . . 654
elongatus . . . 634
erectus . . . 637
festucoïdes . . . 654
Gaudini . . . 635
geniculatus . . . 652
giganteus . . . 644
glaucus 644
hirtus 654
hordeiformis . . . 653
japonicus . . . 641
jubatus . . . 651. 654
lanceolatus . . 639
lanuginosus . . . 639
laxus 641
ligusticus . . . 649
longiflorus . . . 645
macrostachyus . . 641
massiliensis . . 654
matritensis . . . 648
maximus . . . 652
Micheli 650
mollis 636
montanus 645
multispicatus . . 650
pallens 646
pectinatus . . . 638
pendulinus . . . 644
Phoenix . . . 654
pilosus 651
pitensis 647
poaeformis . . . 653
polystachyus . . 654
pubescens . . . 642
purgans . . . 642
racemosus . . . 636
rigens 653
rigidus 651
scaberrimus . . 655
scoparius . . . 653
secalinus . . . 637
segetum 647
simplex . . . 635
squarrosus . . . 640
sterilis 647
tectorum . . . 648
tomentosus . . 654
velutinus . . . 634

BROMUS
verticillatus . . 645
Wolgensis 640
CABRERA . . . 51
chrysoblepharis . . 551
CALAMINA . . . 52
gigantea . . . 810
imberbis . . . 811
mutica 811
CALOTHECA . . . 31
brizoidea . . . 611
rotundata . . . 611
CAMPULOA . . . 30
hirsuta . . . 511
monostachya . . 511
CARPHA 1
alpina 81
avenacea . . . 82
clandestina . . . 81
deusta 81
diandra 81
CATABROSA . . . 21
aquatica . . . 691
helodes . . . 691
pumila 691
viridula . . . 691
CAUSTIS 8
dioica 251
flexuosa 251
pentandra . . . 251
CENCHRUS . . . 9
australis . . . 255
Brownii . . . 258
calyculatus . . 257. 811
echinatus . . . 251
frutescens . . . 255
geniculatus . . . 253
hordeiformis . . 256
inflexus 255
marginalis . . . 258
muricatus . . 255. 811
myosuroides . . 255
ovatus 256
parviflorus . . . 254
pilosus 256
pungens . . . 253
purpurascens . . 256
ramosissimus . . 254
rufescens . . . 254
setigerus . . . 254
tomentosus . . . 256
tribuloides . . . 253

CENTOTHECA . . . 31
lappacea . . . 531
CERATOCHLOA . . . 33
boryana . . . 597
unioloides . . . 596
CERVIA 56
saturejaefolia . . 857
CHAETARIA . . . 18
adscensionis . . . 390
Antillarum . . . 395
bromoides . . . 396
caerulascens . . 394
calycina 397
capensis . . . 395
capillacea . . . 393
coarctata . . . 396
depressa . . . 394
divaricata . . . 392
elatior 395
festucoides . . 394
gigantea . . . 393
gossypina . . . 391
humilis 396
Hystrix . . . 390
interrupta . . . 395
Lamarkii . . . 393
luzonensis . . . 392
oligantha . . . 391
pallens 392
purpurascens . . 390
racemosa . . . 396
ramosa . . . 397
recurvata . . . 397
setacea . . . 391
setifolia 396
spadicea . . . 397
stipaeformis . . . 392
stricta . . . 391
vestita 392
CHAETURUS . . . 15
fasciculatus . . . 324
CHAMAERAPHIS . . 47
hordeacea . . . 791
CHAMAGROSTIS . . 18
minima 389
CHASCOLYTRUM . . 38
erectum . . . 633
subaristatum . . 633
CHILOCHLOA . . . 20
annua . . . 410
arenaria . . . 409
aspera . . . 409
Boehmeri . . . 408
CHILOCHLOA
cuspidata . . . 409
explicata . . . 410
CHLORIS 35
barbata 608
ciliata . . . 606
compressa . . . 609
crinita . . . 612
digitaria . . . 613
distichophylla . . 612
divaricata . . . 610
dolichostachya . . 612
dubia 613
elegans . . . 609
elongata . . . 611
filiformis . . . 611
foliosa 606
gracilis . . . 612
incompleta . . . 607
pallida . . . 607
paniccа 606
penicillata . . . 610
polydactyla . . . 608
prostrata . . . 610
pubescens . . . 609
pumilio . . . 610
radiata 606
retusa 612
rufescens . . . 612
Tetrapogon . . 611
truncata . . . 610
ventricosa . . . 610
CHONDRACHNE . . . 8
articulata . . . 250
CHORIZANDRA . . . 7
cymbaria . . . 250
sphaerocephala . . 250
CHRYSITRIX . . . 7
capensis . . . 249
CHRYSURUS . . . 50
cynosuroides . . 806
echinatus . . . 806
effusus 807
elegans . . . 807
CLEOMENA . . . 18
peruviana . . . 383
COELACHNE . . . 20
pulchella . . . 413
COLEANTHUS . . . 11
subtilis . . . 276
COLLADOA 47
distachya . . . 790

COLOBACHNE . . . 16
vaginata . . . 374
CORNUCOPIAE . . . 9
cucullatum . . . 251
CORYNEPHORUS . . . 40
articulatus . . . 689
canescens . . . 688
CRYPSIS . . . 16
aculeata . . . 376
alopecuroides . . 375
geniculata . . . 376
macroura . . . 377
phalaroides . . . 375
phleoides . . . 377
schoenoides . . . 375
stricta . . . 377
CURTOPOGON . . . 19
dichotomus . . 398
CYMBACHNE . . . 52
ciliata . . . 810
CYMBOPOGON . . . 55
elegans . . . 835
foliosus . . . 835
glandulosus . . 835
reflexus . . . 834
schoenanthus . . 833
CYNODON . . . 20
Dactylon . . . 410
linearis . . . 412
maritimus . . . 411
pilosus . . . 412
polystachyus . . 413
praecox . . . 412
radiatus . . . 411
stellatus . . . 412
tenellus . . . 413
virgatus . . . 412
CYNOSURUS . . . 30
cristatus . . . 517
floccifolius . . 518
lagopoides . . . 519
multibracteatus . . 518
paniculatus . . . 518
ternatus . . . 519
uniflorus . . . 519
Uniolae . . . 518
CYPERUS . . . 4
acutiusculus . . 225
acutus . . . 230
aequalis . . . 179
affinis . . . 215. 275
Aitoni . . . 162
albidus . . . 210
CYPERUS
alopecuroides . . 220
alterniflorus . . . 229
alternifolius . . 180
amabilis . . . 178
amentaceus . . 178
angustatus . . . 227
aquatilis . . . 227
arenarius . . . 161
arcolatus . . . 229
aristatus . . . 221
articulatus . . . 165
ater . . . 190
aurantiacus . . 200
aureus . . . 201
australis . . . 199
autumnalis . . . 178
badius . . . 203
biceps . . . 221
bicolor . . . 193
bidentatus . . . 188
brachiatus . . . 183
breviculmis . . . 227
brizaeus . . . 176
Brownii . . . 228
brunneus . . . 176
bulbosus . . . 197
canescens . . . 211
capitatus . . . 174
carinatus . . . 229
castaneus . . . 177
cephalotes . . . 172
cespitosus . . . 194
cinnamomeus . . 221
coloratus . . . 172
comosus . . . 224
compactus . . . 165
compositus . . . 230
compressus . . . 182
concinnus . . . 227
confertus . . . 180
congestus . . . 214
conglomeratus . . 194
corymbosus . . 205
crassipes . . . 162
croceus . . . 213
cruentus . . . 209
curvatus . . . 193
cuspidatus . . . 200
debilis . . . 226
denudatus . . . 181
depauperatus . . 167
difformis . . . 193

Digitized by Google

CYPERUS
diffusus 179
dilutus 214
diphyllus 206
distans 216
divergens 173
effusus 163
elatus 217
elegans 180
enervis 226
Enslenii 218
esculentus 202
exaltatus 219
expansus 216
Eragrostis 180
fastigiatus 220
ferax 213
ferrugineus . . . 197
filicinus 189
filiculmis 186
filiformis 175
flabelliformis . . . 180
flaccidus 227
flavescens 191
flavicomus 215
flavidus 190
flexuosus 215
formosus 184
fulvus 228
fuscus 191
giganteus 218
glaber 199
globosus . . . 170. 875
glomeratus 222
gracilis 226
gramineus (*lege*: graminifolius) 205
hamulosus 222
Haspan 179
hexastachyus . . . 198
hirsutus 225
hirtus 224
Holoschoenus . . . 228
hyalinus 187
Hydra 201
jemenicus 183
imbecillis 226
intactus 189
inundatus 227
involucratus 195
Ixia 215
Koenigii 164
Kyllingaeoides . . . 175

CYPERUS
laevigatus 171
laevis 226
lanceolatus 209
lanceus 207
latifolius 206
laxiflorus 219
laxus 217
leucocephalus . . . 174
ligularis 223
littoralis 229
longifolius 179
longus 204
lucidus 230
Luzulae 185
macrostachyus . . . 206
Madagascariensis . . 876
malaccensis 210
Manimae 185
margaritaceus . . . 169
marginatus 165
maritimus 166
melanostachyus . . . 192
melicoides 224
membranaceus . . . 188
microcephalus . . . 228
microstachyus . . . 178
minutulus 174
minutus 225
mollis 175
monophyllus . . . 209
Monti 207
mucronatus . . . 167
niger 209
niloticus 164
nitens 188
niveus 169
nudicaulis 166
nudus 187
nutans 217
obtusiflorus . . . 170
ochraceus 185
odoratus . . . 212. 875
olidus 189
oligostachyus . . . 176
olivaceus 189
ornatus 229
ornithopus 171
pallescens 196
Pangorei 203
paniculatus . . . 189
pannonicus 169
Papyrus . . . 218. 276

Digitized by Google

CYPERUS
Paramatta . . . 208
parviflorus . . . 210
patens 190
patulus 203
pectinatus . . . 161
pennatus 166
pilosus 211
planifolius . . . 211
platyculmis . . . 227
platyphyllus . . 876
platystylis . . . 227
poaeformis . . 193
Poiretii 223
polyphyllus . . 176
polystachyos . . 175
procerus . . . 204
prolifer 162
prolixus . . . 202
pulchellus . . . 226
pulcher . . . 207
pumilus 188
puncticulatus . . 206
purpurascens . . 205
Purshii 177
pusillus 160
pustulatus . . . 196
pygmaeus . . . 174
racemosus . . . 211
radiatus 221
radicosus . . . 224
recurvus . . . 171
reflexus . . . 162
rigidulus . . . 197
rigidus 170
rotundus . . . 198
rubicundus . . . 170
rufus 184
sanguinolentus . . 208
scariosus . . . 229
scirpoides . . . 172
scoparius . . . 195
serrulatus . . . 163
seslerioides . . 175
sexflorus . . . 228
simplex . . . 181
speciosus . . . 218
sphacelatus . . 196
sphaerocephalus . 171
spicigerus . . . 163
sporobolus . . . 228
squarrosus . . . 189
stoloniferus . . . 194
striatulus . . . .
striatus . . . . .
strigosus . . . .
subbulbosus . . .
subulatus . . . .
surinamensis . . .
tenellus . . . .
tener . . . . .
Teneriffae . . . .
tenuiflorus . . .
tenuis . . . . .
tetraphyllus . . .
tetrastachyus . . .
textilis . . . . .
Thunbergii . . .
tolucensis . . . .
torosus . . . .
tremulus . . . .
trinervis . . . .
tuberosus . . . .
umbellatus . . .
uncinatus . . . .
unioloides . . . .
vaginatus . . . .
variegatus . . . .
vegetus . . . . .
ventricosus . . .
venustus . . . .
virens . . . . .
viscosus . . . .
DACTYLIS . . . .
brevifolia . . . .
ciliaris . . . .
cynosuroides . . .
glauca . . . . .
glaucescens . . .
glomerata . . . .
hispanica . . . .
hispida . . . .
laevis . . . . .
lagopodoides . . .
littoralis . . . .
maritima . . . .
memphitica . . . .
patens . . . . .
pungens . . . . .
repens . . . . .
serrata . . . . .
spicata . . . . .
villosa . . . . .
DACTYLOCTENIUM . .
aegyptiacum . . .

DACTYOLCTENIUM
radulans . . . 585
DANTHONIA 40
calycina 691
longifolia 692
lupulina 690
pallida 692
paradoxa 692
pauciflora 692
pilosa 692
provincialis 689
purpurea 690
racemosa 691
semiannularis . . . 691
setacea 692
spicata 690
strigosa 691
DESCHAMPSIA . . . 40
alba 688
alpina 686
cespitosa 685
discolor 686
juncea 687
laevigata 687
media 687
refracta 687
DEYEUXIA 24
airoides 422
coarctata 422
junciformis . . . 423
recta 423
rigida 423
tolucensis 423
DICHROMENA 2
ciliata 90
globosa 90
leucocephala 89
nervosa 90
pubera 90
repens 91
DIGITARIA 25
adpressa . . 470. 889
aegyptiaca . . . 471
affinis 470
barbata 473
bicornis . . 470. 889
biformis 473
ciliaris 472
didactyla 473
distachya 473
domingensis . . . 475
foliosa 472
glabra 471. 889
DIGITARIA
horizontalis . . . 474
linearis 474
malabarica 474
nervosa 473
obtusifolia 889
paspalodes . . 472. 890
pilosa 472
Rottleri 471
sanguinalis . . . 469
setigera 474
stricta 474
umbrosa 475
villosa 889
DIMERIA 27
acinaciformis . . . 496
DINEBA 42
americana 710
arabica 711
divaricata 712
Lima 712
secunda 711
DIPLACHNE 36
fascicularis . . . 614
fusca 615
DIPLOPOGON 51
setaceus 807
DONATIA 58
fascicularis 873
DONAX 34
arundinaceus . . . 600
benghalensis 600
bicolor 602
festucaceus 602
mauritanicus . . . 601
tenax 601
viridi-flavescens . 601
ECHINARIA 37
capitata 617
ECHINOCHLOA 26
crus corvi 477
crus galli 478
dubia 479
echinata 479
erythrosperma . . . 477
intermedia 477
lanceolata 476
scabra 479
setigera . . . 480. 890
squarrosa . . . 479. 890
stagnina . . . 477. 890
subcordata 480

ECHINOLAENA . . . 14
hirta 322
polystachya . . . 322
scabra 322
ECHINOPOGON . . . 25
ovatus 421
ECTROSIA 41
leporina 694
spadicea 694
ELEOCHARIS 3
acicularis 154
acuta 151
atricha 151
capitata 153
chaetaria 154
compacta 150
cyperina 155
elegans 150
exigua 154
geniculata 150
gracilis 152
interstincta 149
maculosa 154
montana 153
mutata 155
ovata 152
palustris 151
plantaginea . . . 150
pusilla 153
quadrangulata . . . 155
setacea 154
sphacelata 149
spiralis 155
tuberculosa . . . 152
ELEUSINE 32
coracana 581
indica 582
mucronata . . . 582
racemosa 583
ELIONURUS 49
ciliaris 802
tripsacoides . . . 802
ELODEA 58
canadensis 874
Gujanensis . . . 874
orinocensis . . . 874
ELYMUS 45
arenarius 775
canadensis 776
caput Medusae . . 778
carolinianus . . . 780
crinitus 777
europaeus 777
ELYMUS
geniculatus 7
giganteus 7
glaucifolius . . . 7
hordeiformis . . . 7
Hystrix 7
intermedius . . . 7
junceus 7
pauciflorus 7
philadelphicus . . . 7
pilifer 7
racemosus 7
sabulosus 7
sibiricus 7
striatus 7
subulatus 7
tener 7
villosus 7
virginicus 7
ELYNA 1
spicata 1
ELYTROPHORUS . . . 5
articulatus . . . 5
ENNEAPOGON 3
gracilis 61
nigricans 61
pallidus 61
phleoides 61
purpurascens . . . 61
ENODIUM 1
coeruleum 53
ERAGROSTIS 1
cynosuroides . . . 3
cyperoides 3
ferruginea 3
interrupta 3
mucronata 3
pilosa 3
poaeoides 3
polymorpha 3
tenella 3
verticillata 3
ERIACHNE 1
avenacea 69
brevifolia 69
capillaris 69
ciliata 69
glauca 69
mucronata 69
obtusa 69
pallescens 69
rara 69
squarrosa 69

Digitized by Google

ANTHUS 14
aureus 324
brevibarbis 324
japonicus 324
Ravennae 323
repens 324
saccharoides 323
OCAULON 56
australe 868
caulescens 867
cinereum 869
compressum . . . 866
congestum 867
decangulare . . . 864
dendroides 862
depressum 870
deustum 870
ensifolium 863
fasciculatum 867
fistulosum 869
flavidulum 868
gnaphalodes . . . 864
microcephalum . . 865
nanum 869
nigricans 869
pallidum 869
pellucidum 868
pilosum 862
pubescens 866
pusillum 869
quadrangulare . . 862
quinquangulare . . 862
repens 866
scariosum 869
septangulare . . . 863
setaceum 863
sexangulare . . . 863
Smithii 869
tenue 865
triangulare . . . 861
umbellatum . . . 867
villosum 866
OCHLOA 15
distachya 330
polystachya . . . 331
OCHRYSIS 13
ayennensis 290
OPHORUM 4
lpinum 156
ngustifolium . . . 158
apitatum 157
atifolium 159
riquetrum 157

ERIOPHORUM
vaginatum 157
virginicum 159
EUSTACHYS 35
petraea 613
submutica 614
FESTUCA 43
alpestris 722
alpina 718
alopecuros 727
amethystina 718
andicola 733
arenaria . . . 718. 735
balearica 730
blepharophora . . . 728
bracteata 736
bromoides 725
capillata . . . 715. 893
capillifolia 735
cespitosa 732
ciliata 728
compacta 735
curvula 717
cynosuroides . . . 713
dasyantha 734
delicatula 729
duriuscula 723
Eskia 720
fallax 735
fasciculata 736
Fenas 713
flabellata 735
flavescens 722
glauca 720
glomerata 735
grandiflora 735
Halleri 716
heterophylla . . 724. 893
indica 732
intermedia 715
laxa 730
longifolia 717
magellanica 714
mexicana 732
misera 732
monostachya . . . 713
montana 735
multiflora 736
Myurus 726
nutans 725
ovina 714
pallens 721
pannonica 721

FESTUCA
pauciflora . . . 732
phalaroides . . . 734
picta . . . 719. 736
plebeja 718
procera . . . 733
punctoria . . . 722
pungens . . . 721
quadridentata . . 734
reptatrix . . . 719
rubens 730
rubra 724
scabra 731
stipoides . . . 729
tolucensis . . . 733
uniglumis . . . 728
vaginata . . . 725
valesiaca . . . 721
varia 719
vivipara . . . 715
xanthina 721
FIMBRISTYLIS . . . 2
acicularis . . . 102
acuminata . . . 91
aestivalis . . . 96
androgyna . . . 102
annua 95
argentea . . . 101
arvensis 99
autumnalis . . . 97
bengalensis . . . 94
brevifolia . . . 104
capitata 105
castanea . . . 100
cespitosa . . . 104
compressa . . . 100
cylindrica . . . 101
cymosa . . . 104
cyperoides . . . 105
denudata . . . 103
depauperata . . . 103
dichotoma . . . 95
diphylla 97
elata 104
elongata . . . 104
exilis 98
ferruginea . . . 99
furva 105
glauca 96
gracilis . . . 103
hirta 99
hirtella . . . 93
juncea 102
FIMBRISTYLIS
lanata 92
laxa 100
leucostachya . . 92
miliacea . . . 93
mucronata . . . 100
nutans 91
parviflora . . . 103
pauciflora . . . 102
pilosa 97
polytrichoides . . 101
propinqua . . . 104
pterygosperma . . 102
puberula . . . 97
punctata . . . 102
pygmaea . . . 92
rara 103
schoenoides . . 93
serieea 104
serrulata . . . 92
spadicea . . . 101
speciosa . . . 94
spiralis 103
squarrosa . . . 96
stans 93
stricta . . . 104
tenuis 95
tetragona . . . 103
tomentosa . . . 97
tristachya . . . 103
umbellata . . . 99
variabilis . . . 104
velata 101
villosa 98
xyridis 103
FUIRENA 5
arenosa . . . 255
canescens . . . 254
glomerata . . . 253
hirta 255
rubiginosa . . 256
scirpoidea . . . 255
simplex . . . 253
squarrosa . . . 254
umbellata . . . 255
GASTRIDIUM . . . 16
australe . . . 342
GAUDINIA . . . 41
fragilis . . . 694
GLYCERIA . . . 41
fluitans . . . 695
GRAPHEPHORUM . . 54
melicoides . . . 597

Digitized by Google

GYMNOPOGON . . . 23
racemosus . . . 421
GYMNOTRIX . . . 28
cenchroides . 499. 892
crinita . . . 500
tristachya . . . 500
HETEROPOGON . . . 55
Allionii . . . 855
contortus . . . 856
HIEROCHLOA . . . 29
alpina 515
australis . . . 514
borealis . . . 515
fragrans . . . 514
redolens . . . 514
HILARIA . . . 28
cenchroides . . . 497
HOLCUS . . . 39
argenteus . . . 656
Dochna . . . 656
lanatus 655
mollis . . . 655
racemosus . . . 656
striatus . . . 656
HOLOSTEUM . . . 56
cordatum . . . 857
diandrum . . . 857
hirsutum . . . 858
succulentum . . . 857
umbellatum . . 858
HORDEUM 48
adscendens . . 795
bulbosum . . . 792
capense . . . 794
chilense 796
distichum . . . 793
hexastichon . . . 791
Hystrix . . . 796
jubatum 792
maritimum . . . 795
murinum . . . 793
nigrum 791
pratense . . . 794
strictum . . . 792
vulgare 791
Zeocriton . . . 793
HYMENACHNE . . . 25
myuros . . . 468
HYPAELYPTUM . . . 5
argenteum . . . 231
filiforme . . . 232
gracile . . . 233
latifolium . . . 233
HYPAELYPTUM
microcephalum . . 232
pungens 231
sphacelatum . . 232
IMPERATA 15
arundinacea . . 288
jaculatoria . . . 289
Koenigii . . . 289
spontanea . . . 289
Thunbergii . . 289
ISACHNE 26
australis . . . 476
miliacea . . . 476
pulchella . . . 476
tricarinata . . . 476
ISCHAEMUM . . . 45
filiforme . . . 780
fragile 781
hispidum . . . 782
importunum . . 782
laxum 781
melicoides . . . 781
murinum . . . 781
muticum . . . 780
Rottboellioides . 781
rugosum . . . 780
ISCHNANTHUS . . . 28
panicoides . . . 497
ISOLEPIS 3
antarctica . . . 112
asperula . . . 120
atropurpurea . . 106
barbata 112
bufonia . . . 121
capillaris . . . 118
cartilaginea . . 109
cernua 106
cinnamometorum . 119
complanata . . . 119
coronaria . . . 113
corymbosa . . . 110
cyperoides . . . 109
dipsacea . . . 119
falcata . . . 118
filamentosa . . . 113
filiformis . . . 106
fluitans 105
globulosa . . . 119
Holoschoenus . . 115
inundata . . . 108
junciformis . . . 121
lenticularis . . 110
lineata 117

ISOLEPIS
Martii 117
Micheliana . . . 114
micrantha . . . 110
nigricans . . . 111
nitens 117
nodosa . . . 107
numidiana . . . 110
obtusifolia . . . 118
Poiretii 116
prolifera . . . 116
propinqua . . . 108
pubescens . . . 118
pumila 106
radiata 113
riparia 110
setacea . . . 108
squarrosa . . . 111
supina . . . 107
tristachya . . . 110
uncinata . . . 111
Vahlii 114
Willdenowii . . 120

KOELERIA 57
albescens . . . 621
brachystachya . . 625
cristata . . . 619
glauca 621
hirsuta . . . 622
hispida 624
lobata . . . 620
macilenta . . . 625
pensylvanica . . 621
phleoides . . . 623
setacea . . . 622
valesiaca . . . 622
villosa . . . 623

KOENIGIA 57
islandica . . . 873

KYLLINGIA 6
brevifolia . . . 237
bulbosa . . . 239
elongata . . . 239
filiformis . . . 239
intermedia . . . 240
monocephala . . 236
odorata . . . 239
pumila 237
squamulata . . . 237
tibialis . . . 240
triceps . . . 238
vaginata . . . 238

LAGURUS 19
ovatus. . . . 401
LAMPOCARYA . . . 8
aspera . . . 250
hexandra . . . 250
schoenoides . . 250
LECHEA 56
chinensis . . . 861
juncifolia . . . 861
major . . . 860
minor 859
racemulosa . . 860
tenuifolia . . . 861
thymifolia . . . 859
verticillata . . 861
LEPTOCHLOA . . . 52
cynosuroides . . 579
filiformis . . . 580
monostachya . . 581
tenerrima . . . 581
virgata 580
LEPIDOTOSPERMA . . 1
angustatum . . . 80
aphyllum . . . 80
concavum . . . 78
congestum . . . 79
elatius 78
exaltatum . . . 79
filiforme . . . 80
flexuosum . . . 80
gladiatum . . . 78
globosum . . . 80
gracile 80
involucratum . . 81
laeve 79
laterale . . . 79
lineare 80
longitudinale . . 78
squamatum . . . 79
striatum . . . 81
tetragonum . . . 80
tetragynum . . 79
thermale . . . 81
viscidum . . . 79
LEPIRONIA 8
mucronata . . . 250
LEPTURUS 46
repens 789
LOLIUM 44
arvense . . . 748
canadense . . . 893
distachyon . . . 750
maximum 750

LOLIUM
multiflorum . . . 748
perenne . . . 747
rigidum 749
speciosum . . . 750
temulentum . . . 749
LYCURUS 49
phalaroïdes . . . 804
phleoïdes . . . 803
LYGEUM 8
Spartum . . . 251
MACHAERINA . . . 5
restioides . . . 231
MANISURIS 48
granularis . . . 801
polystachya . . 801
MAPANIA 7
sylvestris . . . 249
MARISCUS 7
aggregatus . . . 243
alternifolius . . . 248
aphyllus . . . 241
capillaris . . . 241
confertus . . . 243
conicus 249
cyperinus . . . 248
decompositus . . 249
elatus 248
filiformis . . . 242
flabelliformis . . 245
flavus 242
gracilis . . . 241
havanensis . . . 241
huarmensis . . 244
laevigatus . . . 243
laevis 249
maculatus . . . 243
Mutisii . . . 246
ovularis . . . 244
paniceus . . . 244
polyphyllus . . 248
pycnostachyus . . 246
retrofractus . . 245
rufus 247
scaber . . . 249
Tovari . . . 245
umbellatus . . 247
MEGASTACHYA . . . 33
acutiflora . . . 588
amabilis . . . 588
aturensis . . . 587
Boryana . . . 592
brizoïdes . . . 593
MEGASTACHYA
canadensis . . . 593
ciliaris . . . 592
elongata . . 591. 893
Eragrostis . . . 584
hypnoides . . . 589
infirma . . . 585
maypurensis . . . 588
Montufri . . . 586
mucronata . . . 593
nigricans . . . 586
Olmedi 586
papposa . . . 585
pastoënsis . . . 587
patula . . . 585
polymorpha . . . 594
pulchella . . . 591
prostrata . . . 590
reptans . . . 589
rigida 591
riparia 593
rupestris . . . 592
spectabilis . . . 589
tenax 587
thalassica . . . 590
MELAENACRANIS . . . 6
radiata . . . 236
scariosa . . . 236
MELICA 31
altissima . . . 528
aurantiaca . . . 527
Bauhini 525
capillaris . . . 530
ciliata 522
coerulea (delenda, quippe quae pag. 531. sub ENODIO *caeruleo* redeat.) . 528
decumbens . . . 529
diffusa 529
exasperata . . . 530
festucoides . . 530
hirsuta 529
laxiflora . . . 526
major 523
minuta 524
nutans 522
pallida 530
papilionacea . . 527
pyramidalis . . 525
racemosa . . . 529
rigida 527
saxatilis 523
scabra 529

MELICA
speciosa . . . 526
uniflora . . . 524
violacea . . . 527
MELINIS 27
minutiflora . . . 495
MEOSCHIUM 47
aristatum . . . 789
australe . . . 790
barbatum . . . 789
triticeum . . . 790
villosum . . . 790
MICROCHLOA . . . 48
setacea 796
MILIUM 14
amphicarpon . . 320
capense . . . 321
capillare . . . 320
confertum . . . 319
effusum 319
gallecicum . . . 320
globosum . . . 321
lanatum . . . 322
microspermum . . 321
nigricans . . . 318
rigidifolium . . . 319
tomentosum . . 321
velutinum . . . 321
vernale . . . 319
MINUARTIA 57
campestris . . . 872
dichotoma . . . 872
montana . . . 872
MOLLUGO 57
hirta 871
nudicaulis . . . 871
oppositifolia . . 870
pentaphylla . . . 871
radiata . . . 872
stricta 871
verticillata . . 871
MONACHNE . . . 25
racemosa . . . 469
unilateralis . . . 468
MONERMA 48
Gangitis 800
monandra . . . 799
subulata . . . 799
MONTIA 57
minor 870
rivularis . . . 870
MUEHLENBERGIA . . . 18
diffusa . . . 383
NARDUS 10
ciliaris . . . 264
stricta 263
NEURACHNE . . . 25
alopecuroides . . 455
meneritana . . 455
OPHIURUS 48
corymbosus . . 798
filiformis . . . 797
incurvatus . . . 797
pannonicus . . . 798
OPLISMENUS . . . 26
aemulans . . . 486
africanus . . 484. 890
albus 890
bromoides . . . 485
Burmanni . . . 482
compositus . . 484
Crus pavonis . . 486
elatior . . . 485
fasciculatus . . 487
flaccidus . . . 487
hirtellus . . . 481
hirtus 484
holciformis . . . 485
javanicus . . . 891
imbecillis . . . 488
indicus . . . 482
loliaceus . . . 483
magellanicus . . 488
polystachyus . . 485
setarius . . . 481
sylvaticus . . . 484
undulatifolius . . 482
zelayensis . . . 486
OREOBOLUS . . . 1
pumilio 82
ORYZOPSIS . . . 10
asperifolia . . . 264
PANICUM 24
abludens . . . 450
aciculare . . . 886
acuminatum . . . 453
acutiflorum . . 880
adscendens . . . 463
agrostoides . . 456
airoides . . . 460
altissimum . . . 450
amplexicaule . . 456
anceps . . 444. 885
antidotale . . . 453
aquaticum . . . 886
arborescens . . . 453

PANICUM
arcuatum . . . 459
argenteum . . . 459
aristatum . . . 455
arundinaceum . . . 448
attenuatum . . . 434
aturense . . . 466
avenaceum . . . 443
barbatum . . . 428
barbulatum . . . 446
bicolor . . . 461
Bobartii . . . 457
Boscii . . . 881
brachiatum . . . 882
brevifolium . . 449
brizoides . . . 425
Brownii . . . 462
bulbosum . . . 438
caffrorum . . . 467
canescens . . . 457
capense . . . 457
capillare . . . 435
carthaginense . . 428
cespitosum . . 430. 883
chaetophoron . . 884
clandestinum . . 442
conglomeratum . 429
colonum . . 424. 881
coloratum . . . 431
commelinaefolium . 435
confertum . . . 888
cruciforme . . 426
curvatum . . . 442
debile . . . 886
decolorans . . . 465
decompositum . . 461
decumbens . . . 429
deustum . . . 431
dichotomum . . 430. 883
difforme . . . 433
diffusum . . . 441
dimidiatum . . 426
discolor . . . 447
divaricatissimum . 462
divaricatum . . . 451
divergens . . . 465
effusum . . . 461
elongatum . 452. 883
erianthos . . . 888
fasciculatum . 427. 882
festucoides . . . 886
flavescens . . . 441
flavidum . . . 426
flexuosum . . . 436
fluitans . . . 425
foliosum . . . 460
fugax . . . 467
fuscum . . 439. 885
gibbosum . . . 463
glaucescens . . 466
glutinosum . . . 454
gracile . . . 459
gracilentum . . . 884
gracilescens . . 888
granulare . . . 426
granuliferum . . 445
grossarium . . . 436
Heynii . . . 458
hirsutum . . . 438
hirtum . . . 456
hispidulum . . 430. 883
Hoffmannseggii . 450
holosericeum . . 460
interruptum . . 452
Isachne . . . 458
ischaemoides . . 433
lanatum . . . 448
latifolium . . . 440
laxiflorum . . . 455
laxum . . . 455
leiogonum . . . 887
marginatum . . 460
maximum . 437. 884. 437
melicarium . 447. 886
melicoides . . . 887
Mertensii . . . 458
micranthum . . . 430
miliaceum . . . 434
miliare . . . 435
millegrana . . . 881
minutum . . . 461
molle . . . 427
monostachyum . . 464
mucronatum . . 425
multiflorum . . . 884
multinerve . . 888
multinode . . . 454
muricatum . . 435
myosuroides . . . 459
Myuros . . . 456
neglectum . . . 451
nemorosum . . 439
nervosum . . . 455
nitidum . . . 446
notatum . . . 435

PANICUM
numidianum . . . 435
obliquum . . . 435
obtusum . . . 425
olyroides . . . 466
oryzoides . . . 441
ovalifolium . . 888
pallens 443
palmifolium . . 882
papposum . . . 462
paradoxum . . 463
parviflorum . . . 461
parvifolium . . 445
patens 454
patentissimum . 448. 886
pauciflorum . . . 460
phalarioides . . 452
phleoides . . . 459
pilosissimum . . 458
pilosum 427
plicatum . . . 428
poaeforme . . . 887
polygonoides . . 445
polyphyllum . . . 460
proliferum . . . 431
propinquum . . . 463
pseudo-colonum . 424
pseudo-undulatifolium . 437
pubescens . 446. 885
pubigerum . . . 460
pygmaeum . . 461
pyramidale . . 428. 882
radiatum . . . 462
radicans . . . 449
ramosum . . . 455
ramulosum . . 447. 885
rarum . . . 459
rectum 457
remotum . . . 434
repens . . . 432. 883
rigens . . . 439
rottboellioides . . 463
Rudgei . . 444. 885
ruscifolium . . . 451
sabulorum . . . 455
scaberrimum . . . 458
scoparium . . . 444
semialatum . . . 461
speciosum . . . 467
spinescens . . . 463
stoloniferum . . 883
striatum . . . 447
striatum. (Nomen triviale mutandum erit in P. *striatellum*.) 462
strictum . . . 459
Sumatrense . . . 434
tenellum . . . 456
tenuiflorum . . . 462
trigonum . . . 443
turgidum . . . 889
uliginosum . . 442
uncinulatum . . . 461
ventricosum . . 450
villosum . . . 450
virescens . . . 882
virgatum . . . 443
Waltheri . . . 885
xalapense . . . 446
zizanioides . . 440
PASPALUS 15
africanus . . . 869
annulatus . . . 303
arundinaceus . . . 879
blepharophorus . . 292
Bonplandianus . . 293
Boscianus . . . 310
candidus . . . 293
capillaris . . . 301
carinatus . . . 291
cespitosus . . . 308
cochinchinensis . . 317
compactus . . . 316
conjugatus . . . 298
convexus . . . 311
coromandelianus . . 315
debilis . . . 303
densus 313
dilatatus . . . 315
dissectus . . . 294
distichophyllus . . 291
dubius 308
fasciculatus . . 292
filiformis . . . 304
fimbriatus . . . 317
floridanus . . . 310
Forsterianus . . 309
furcatus . . . 300
glaber . . . 309
gracilis 316
heterophyllus . . 879
hirsutus 308
hirtus . . . 293

Digitized by Google

PASPALUS
Humboldtianus . . 291
incertus . . . 308
infirmus 307
laevis 296
Lagascae . . . 317
laxus 315
lenticularis . . . 311
lentifer . . 302. 879
leptostachyus . 302. 877
littoralis . . . 316
longiflorus . . . 306
macrophyllus . . 311
macrospermus . 310. 879
melanospermus . . 880
membranaceus . . 290
milioideus . . . 879
mollis 301
multicaulis . . 877
notatus 299
nutans . . . 315
pallidus 294
paniculatus . 312. 880
parviflorus . . . 298
patulus . . . 313
pedunculatus . . . 881
pilosus . . . 308
platycaulis . . . 300
Poiretii . . . 878
polystachyus . . . 297
puberulus . . . 316
pulchellus . . . 301
pusillus . . . 298
repens 295
scoparius . . . 302
scrobiculatus . . . 296
serotinus . . 305. 878
setaceus . 306. 878. 880
spathaceus . . . 880
stellatus . . . 290
stolonifer . . . 295
strictus 313
Sumatrensis . . 316
Swartzianus . . . 297
tenellus . . . 313
Thouarsianus . . 305
tomentosus . . 877
undulatus . . . 309
vaginatus . . . 299
villosus 305
virgatus . . . 314
PAPPOPHORUM . . . 56
alopecuroideum . 616
PAPPOPHORUM
cenchroides . . . 616
PARACTAENUM . . 24
novae Hollandiae . . 467
PELTOPHORUS . . . 48
myurus 801
PENICILLARIA . . 28
cylindrica . . . 498
spicata . . 498. 892
PENNISETUM . . . 9
cenchroides . . 259
compressum . . . 261
orientale . . . 260
purpurascens . . 259
setosum . . . 258
triticoides . . . 877
uniflorum . . . 260
violaceum . . . 260
PENTAMERIS . . . 40
Thuarii 693
PENTAPOGON . . . 19
Billardieri . . . 401
PENTARRAPHIS . . 22
scabra 420
PEROTIS 12
latifolia 284
rara 284
PHALARIS 20
aquatica . . . 402
aristata . . . 404
arundinacea . . 405
bulbosa 404
caerulescens . . 404
canariensis . . . 402
dentata . . . 406
capensis . . . 403
caroliniana . . 408
ciliata 407
commutata . . . 403
cristata 407
hispida . . . 407
intermedia . . . 403
microstachya . . 402
nodosa 404
paradoxa . . . 405
pectinata . . . 406
quadrivalvis . . 407
semineutra . . . 406
semiverticillata . . 407
setacea (ad PENNISETUM setosum referenda.) . . 408
tuberosa . . . 404

Digitized by Google

PHLEUM 17
alpinum 379
Bertolonii 379
commutatum . . . 380
echinatum 381
felinum 380
Gerardi 380
Micheli 380
pratense 378
PIPTATHERUM . . . 15
caerulescens 328
comosum 330
holciforme 328
multiflorum . . . 329
paradoxum 328
punctatum 329
POA 32
abortiva 574
abyssinica 551
aegyptiaca 566
affinis 572
alpina 540
alpina brevifolia . . 541
amboinensis . . . 556
anceps 550
annua 535
aquatica 559
arundinacea . . . 559
aspera 567
asthenes 574
atrovirens 561
australis 571
barbata 568
bifaria 563
biflora 544
borbonica 571
bromoides 564
bulbosa 536
capillaris 552
carinata 565
caroliniana 556
cenisia 539
cernua 569
cespitosa 536
chinensis 557
cilianensis 556
collina 542
compressa 558
commutata 555
concinna 543
contracta 555
convoluta 561
coromandeliana . . 564
POA
costata 8
dactyloides . . . 5
decipiens 5
depauperata . . . 5
diandra 5
digitata 5
dissitiflora 5
distans 5
distichophylla . . 5
domingensis . . . 5
effusa 5
elegans 5
festucaeformis . . 5
filiformis 5
flava 5
Gaudini 5
gelida 5
glomerata 5
glutinosa 5
Gmelini 5
gracilis 5
Halleridis 5
hirsuta 5
hirta 5
humilis 5
hybrida 5
imbecilla 5
indica 5
interrupta 5
Kitaibeli 5
laevis 5
lanuginosa 5
latifolia 5
laxa 5
leptostachya . . . 5
madagascariensis . 5
maritima 5
mexicana 5
miliacea 5
minor 5
Molineri 5
mulalensis 5
nemoralis 5
—— coarctata . . 5
—— —— schoenosperma 5
—— caesia . . . 5
—— firmula . . . 5
—— glauca . . . 5
—— montana . . 5
—— vulgaris . . 5
nervata 5
nutans 5

POA
pallens 569
pallida 562
paradoxa 569
parviflora 575
parvula 571
pauciflora 549
pectinacea 562
pellucida 573
peruviana 564
plebeja 572
plumosa 552
Poiretii 555
pratensis 552
—— anceps . . . 553
—— angustifolia . . . 552
—— strigosa . . . 552
—— vulgaris . . . 552
pubescens 573
punctata 568
racemosa 562
rariflora . 570. 893. 570
remota 570
rhenana 535
sarmentosa . . . 562
saxicola 572
scariosa 563
serotina 553
sicula 569
simplex 574
speciosa 573
spicata 544
spinosa 561
squamata 566
squarrosa 553
stenostachya 573
sterilis 549
striata 562
stricta 565
subsecunda 563
subumbellata . 570. 893
sudetica 555
sulcata 550
supina 543
tenuiflora 566
tremula 567
tristriata 550
trivialis 534
unioloides 567
Vahlii 563
venusta 573
virgata 551
virginica 566
POA
viscosa 564
Zeae 558
POGONATHERUM . . . 28
polystachyum . . . 497
POLLINIA 53
brevifolia 831
depauperata 830
distachya 830
fastigiata 831
fulva 829
Gryllus 828
pallida 829
scoparia 832
striata 830
undata 830
vaginata 829
POLYCARPON 56
diphyllum 858
stipulifidum . . . 859
tetraphyllum . . . 858
POLYODON 42
distichus 713
POLYPOGON 15
elongatus 327
glomeratus 326
interruptus . . . 327
Lagascae 326
maritimus 326
monspeliensis . . . 325
setosus 327
tenellus 327
POMMEREULLA . . . 9
Cornucopiae . . . 252
monoica 252
PROSERPINACEA . . . 58
palustris 873
pectinata 874
PSAMMA 55
arenaria 845
baltica 845
PTERIUM 50
elegans 807
QUERIA 57
hispanica 872
trichotoma 873
REIMARIA (delenda) . . 14
REMIREA 6
maritima 240
pedunculata 241
RHABDOCHLOA . . . 37
cruciata 617
domingensis 619

RHABDOCHLOA
mucronata . . . 618
virgata 618
RHYNCHOSPORA 2
alba 87
aurea 82
Brownii 86
capitata 88
capitellata . . . 87
cephalotes 88
ciliata 87
distans 86
fascicularis . . . 85
ferruginea 85
filiformis 84
fusca 88
glauca 85
globosa 89
glomerata 86
gracilis 86
hirsuta 85
inexpansa 85
laxa 84
longisetis 88
micrantha 84
polyphylla 83
pterocarpa . . . 89
setacea 85
sparsa 85
triflora 84
RHYPIS 58
fruticosa 874
ROTTBOELLA 45
Coelorhachis . . . 785
complanata . . . 785
compressa 783
digitata 788
dimidiata 786
exaltata 786
fasciculata 787
formosa 788
hirsuta 784
laevis 785
muricata 787
perforata 788
pilosa 785
sanguinea 787
stolonifera 784
Thomaea 783
villosa 784
SACCHARUM 12
aegyptiacum . . . 286
Antillarum 877
SACCHARUM
arundinaceum . . . 286
benghalense 286
contractum . . . 286
dubium 28-
fulvum 28-
hirsutum 288
irritans 28-
mexicanum 288
officinarum . . . 285
polystachyum . . . 28-
Teneriffae 285
violaceum 285
SCHOENODORUS . . . 4:
americanus 706
arundinaceus . . . 700
auratus 705
bonariensis . . . 709
caerulescens . . . 699
calamarius 701
Caldasii 709
compressus . . . 700
divaricatus 705
elatior 699
inermis 701
lanatus 708
latifolius 710
littoralis 707
lividus 707
loliaceus 701
nigrescens 705
nitidus 706
nutans 701
obtusus 710
patulus 710
phoenicoides . . . 699
poaeformis 705
pratensis 699
procerus 705
pumilus 705
quadridens 710
Scheuchzeri . . . 705
serotinus 702
spadiceus 700
spicatus 707
sylvaticus 702
tenellus 707
triflorus 704
unioloides 705
violaceus 702
SCHISMUS 5:
marginatus 58:
minutus 58:

CHOENUS 1
acuminatus . . . 75
aggregatus . . . 68
anceps . . . 77
angustifolius . . . 71
aphyllus . . . 60
apogon 77
aristatus . . . 66
arundinaceus . . 69
barbatus . . . 71
Bobartiae . . . 62
brevifolius . . . 75
brevisetis . . . 76
bulbosus . . . 66
Burmanni . . . 72
calostachyus . . 77
capillaceus . . . 68
coarctatus . . . 63
compar 67
compressus . . 64
curvifolius . . . 76
cuspidatus . . . 67
cymosus . . . 72
cyperoides . . . 72
dactyloides . . . 70
deformis . . . 76
effusus 75
fericetorum . . 75
galeatus . . . 76
fasciatus . . . 68
ferrugineus . . . 59
filiformis . . . 61
flexuosus . . . 70
fragiferus . . . 72
globosus . . . 72
hispidulus . . . 69
hystrix 73
imberbis . . . 75
nanis 67
indicus . . . 62
juncoides . . . 62
laevis 68
lanatus 68
linceus . . . 70
literalis . . . 61
latifolius . . . 73
longifolius . . . 73
maschalinus . . 77
melanostachys . . 75
microstachys . . 69
monoicus . . . 875
mucronatus . . 65
nemorum . . . 73

SCHOENUS
nigricans . . . 59
nitens 77
paludosus . . . 77
paniculatus . . 75
pedicellatus . . . 76
pilosus 60
punctatus . . . 76
punctorius . . 67
pusillus 60
ruber 63
rufus 65
scariosus . . . 61
secundus . . . 66
setaceus (adde: TRIODON *Rich.* in *Pers. Syn.* I. p. 60.) . . . 69
spadiceus . . . 61
sparteus . . . 76
sphaerocephalus . . 77
spicatus . . . 66
striatus 62
stygius 78
tenuifolius . . . 74
tetragonus . . . 78
tuberosus . . . 75
turbinatus . . . 76
triceps 74
tristachyos . . . 64
ustulatus . . . 70
villosus . . . 75
SCIRPUS 3
affinis 140
americanus . . . 129
anceps 145
anomalus . . . 146
aristatus . . . 142
articulatus . . . 131
atrovirens . . . 143
Baeothryon . . . 123
biceps 134
bivalvis 145
bonariensis . . 132
Brayii 137
bromeliaefolius . . 146
caespitosus . . . 122
campestris . . . 123
capensis . . . 147
capsularis . . . 146
cephalotes . . . 134
confervoides . . 122
conglomeratus . . 129
coniferus . . . 127

Digitized by Google

SCIRPUS
crinitus 125
cuspidatus 143
debilis 128
dichotomus . . . 144
Duvalii 136
echinatus 147
ellychniarius . . . 147
erectus 131
eriophorus 147
exaltatus 143
fastigiatus 133
festucoides . . . 125
fistulosus 127
flavescens 127
fragrans 144
glaucescens . . . 126
globiferus 135
glomeratus . . . 144
gracilis 132
grossus 141
hemisphaericus . . . 133
hispidulus 144
Hystrix 132
iridifolius 147
junciformis . . . 143
laciniatus 133
lacustris 135
lateralis 148
lavarum 148
littoralis 130
longifolius 148
lupulinus 135
luzulae 135
marginatus 128
maritimus 138
membranaceus . . . 140
minimus 128
mucronatus . . . 130
mucronulatus . . . 145
multicaulis 125
nanus 134
natans 128
obtusus 126
parvulus 124
pilosus 133
plumosus 138
polyphyllus 143
praelongatus . . . 131
pulcher 148
pungens 128
pusillus 124
pugmaeus 122

SCIRPUS
quinquangularis . . 1[illegible]
radicans . . . . 1[illegible]
reticulatus . . . . 1[illegible]
retroflexus . . . . 1[illegible]
robustus . . . . 1[illegible]
Scheuchzeri . . . . 1[illegible]
subulatus . . . . 1[illegible]
sylvaticus . . . . 1[illegible]
Tabernaemontani . . 1[illegible]
tenuifolius . . . . 1[illegible]
tenuis . . . . 1[illegible]
tetragonus . . . . 1[illegible]
Thouarsi . . . . 1[illegible]
tranquebariensis . . 1[illegible]
trichoides . . . . 1[illegible]
triqueter . . . . 1[illegible]
trispicatus . . . . 1[illegible]
truncatus . . . . 1[illegible]
turgidus . . . . 1[illegible]
validus . . . . 1[illegible]
vaginatus . . . . 1[illegible]
variegatus . . . . 1[illegible]
Willemetii . . . . 1[illegible]
SCLEROCHLOA . . . . [illegible]
divaricata . . . . 6[illegible]
dura . . . . 6[illegible]
procumbens . . . 6[illegible]
SECALE . . . . [illegible]
cereale . . . . [illegible]
SCHIMA . . . . [illegible]
ischaemoides . . . 6[illegible]
SESLERIA . . . . [illegible]
alba . . . . 6[illegible]
albicans . . . . 6[illegible]
caerulea . . . . 6[illegible]
cylindrica . . . . 6[illegible]
disticha . . . . 6[illegible]
elongata . . . . 6[illegible]
nitida . . . . 6[illegible]
phleoides . . . . 6[illegible]
sphaerocephala . . 6[illegible]
tenella . . . . 6[illegible]
tenuifolia . . . . 6[illegible]
SETARIA . . . . [illegible]
caudata . . . 495. 8[illegible]
cenchroides . . 495. 8[illegible]
cernua . . . . 4[illegible]
composita . . . . 4[illegible]
erubescens . . . 4[illegible]
geniculata . . . . 4[illegible]
germanica . . . . 4[illegible]
glauca . . . 490. 8[illegible]

Digitized by Google

SETARIA
gracilis 491
helvola 491
intermedia 489
italica 493
maritima 492
muricata . . 495. 892
Pennisetum . . . 494
pumila 891
purpurascens . . . 489
purpurea 488
sericea 488
setosa 494
verticillata 488
viridis 488
vulpiseta 495
Weinmanni . . . 490
SORGHUM 53
asperum 839
avenaceum 838
bicolor 837
caffrorum 838
capillare 840
cernuum 837
decolorans 838
elongatum 841
fulvum 840
halepense 839
nigrum 837
nitidum 840
parviflorum . . . 840
plumosum 841
rubens 837
Saccharatum 837
serratum 839
setifolium 840
vulgare 836
SPARTINA 10
alterniflora . . . 262
cynosuroides . . . 261
fasciculata . . . 263
geniculata . . . 263
juncea 263
polystachya . . . 262
pumila 262
stricta 261
SPINIFEX 55
fragilis 845
hirsutus 845
longifolius . . . 844
sericeus 845
squarrosus . . . 844
STIPA 15
Aristella 334
avenacea 334
barbata 331
bicolor 336
canadensis . . . 338
capensis 334
capillata 333
compressa 340
elegantissima . . . 339
eminens 337
eriostachya . . . 338
fimbriata 336
flavescens 335
gigantea 333
humilis 332
hymenoides . . . 339
ibarrensis 336
juncea 332
Lagascae 333
membranacea . . . 339
micrantha 339
mollis 336
mucronata . . . 337
panicoides . . . 341
parviflora 335
pennata 331
pubescens 340
semibarbata 336
setacea 340
Sibirica 338
spicata 336
stricta 340
tenacissima . . . 334
tortilis 332
ucranica 340
virescens 338
virginica 334
STREPTACHNE 15
pilosa 341
scabra 341
stipoides 341
tenuis 342
STREPTOGYNA . . . 35
crinita 614
STREPTOSTACHYS . . . 25
hirsuta 469
THELEPOGON 46
elegans 788
THEMEDA 10
polygama 265
THRASYA 48
paspaloides . . . 802

THUAREA 51
involuta 808
latifolia 808
media 808
sarmentosa 807
TORRESIA 29
latifolia 515
magellanica . . . 516
redolens 516
TRAGUS 17
racemosus 378
TRIAENA 23
racemosa 421
TRIATHERA 23
americana 421
TRICHAETA 38
ovata 633
TRICHOCHLOA 18
alpestris 388
capillaris 384
ciliata 386
debilis 385
elegans 387
expansa 384
glabrata 387
gracilis 389
implicata 385
microsperma . . . 383
mucronata 387
polypogon 385
quadridentata . . . 388
rigida 386
setosa 386
stipoides 388
tenella 385
virescens 389
TRICHODIUM 12
algidum 283
alpinum 278
caninum 277
decumbens 282
elegans 285
flavescens 280
glaucinum 281
hybridum 282
Kitaibelii 278
laxiflorum 282
neglectum 280
rubrum 281
rupestre . . . 279. 877
salmanticum . . . 283
setaceum 280
strictum 281
TRICHOON 11
Karka 39
TRIDENS 3
quinquefida . . . 5
TRIGLOSSUM 3
bambusinum . . . 8
TRIODIA 3
ambigua 59
avenacea 59
decumbens 59
irritans 59
microstachya . . . 59
parviflora 59
procera 59
pulchella 59
pungens 59
viscida 59
TRIPLASIS 3
americana 61
TRIPOGON 3
bromoides 61
TRIRAPHIS 7
mollis 61
pungens 61
TRISETUM 30
airoides 66
alopecuros 66
alpestre 66
alpinum 66
arenarium 66
argenteum 66
aristidioides . . . 66
brevifolium . . . 66
carpathicum . . . 66
distichophyllum . . 66
flavescens 66
Forskålii 63
fuscum 66
Loeflingianum . . 66
luteum 66
macrum 66
micranthum . . . 66
neglectum 66
nitidum 65
pallidum 65
paniceum 66
parviflorum . . . 65
pensylvanicum . . 65
pilosum 66
Pourreti 65
pubescens 66
rigidum 66
tenue 65

Digitized by Google

TRISETUM
Trisetaria 658
villosum 657
TRITICUM 44
Aegilops 769
aestivum 761
atratum 766
Bauhini 767
campestre 769
Cevallos 764
Cienfuegos 767
cochleare 764
compactum . . . 765
compositum . . . 763
creticum 769
durum 765
fastuosum . . . 764
Gaertnerianum . . 764
hispanicum . . . 768
hordeiforme . . . 765
hybernum 763
Linnaeanum . . . 763
monococcon . . . 766
platystachyum . . 764
polonicum 766
TRITICUM
siculum 765
Spelta 767
spinulosum . . . 769
squarrosum . . . 768
turgidum 763
villosum 768
Zea 766
UNIOLA 33
distichophylla . . . 596
gracilis 595
latifolia 594
mucronata . . . 595
paniculata . . . 594
sessiliflora . . . 595
spicata 595
UROCHLOA 26
panicoïdes 476
XENOCHLOA 29
arundinacea . . . 501
XEROCHLOA 46
barbata 788
imberbis 788
ZOYSIA 11
pungens 265

Digitized by Google

Index Synonymorum.

Abola Adans . . . 373
ACHNATHERA . . . 362
ACHNATHERUM
argenteum . . . 363
Calamagrostis . . 363
Halleri 363
tenuifolium . . 364
ACHNERIA
brevifolia . . . 694
capillaris . . . 694
mucronata . . . 694
obtusa . . . 694
ACTINOCHLOA
ciliata 420
AEGILOPS
aromaticum . . 516
caudata . . . 769. 770
cylindrica . . . 770
elongata . . . 772
exaltata . . . 798
geniculata . . . 771
incurvata . . . 797
muricata . . . 787
ovata . . . 771. 791
saccharinum . . . 618
squarrosa . . 769. 770
triaristata . . . 772
triuncialis . . 771. 772
AEGOPOGON
laguroides . . . 807
AGRAULI . . . 276
AGROPYRUM
cristatum . . . 758
elongatum . . . 754
intermedium . . . 756
pumilum . . . 757
repens 754
repens capillare . . 755
— — dumetorum . 755
— — imbricatum . . 755
AGROPYRUM
repens Leersianum . 755
— — subulatum . 754
— — Vaillantianum . 755
triticeum . . . 754
Agrorum venti spica, et, Gramen agrorum *Lobel.* 354
AGROSTIS 363
aculeata . . . 376
acutiflora . . . 366
aemula . . . 363
africana 364
alba 282. 344. 346. 347. 350. 351
alba β. . . 345. 349
alba γ. 349
algida 351
alopecuroides . 325. 48
alpina . 278. 279. 280. 351
anomala 282
arachnoides . . . 684
arenaria . . . 355
articulata . . . 325
arundinacea 505. 507. 510
australis . . . 342
avenacea . . . 359
barbata . . 346. 353
Billardieri . . . 363
bromoides . . 355. 364
caerulescens . . . 328
canina . 277. 282. 350. 351
canina β. γ. . . 280
capensis 321
capillaris 283. 346. 347. 352
cimicina . . . 318
Cinna 373
coarctata . . 344. 347
complanata . . . 614
compressa . 301. 318. 349
cornucopiae . . . 282
coromandeliana . . 356

Digitized by Google

AGROSTIS
crinita . . 325. 365. 372
cruciata . . . 617
cylindrica . . . 365
decipiens . . . 365
decumbens 343. 345. 347. 371
densa 344
diffusa . . . 347
digitata . . . 317. 318
dispar . . . 353
divaricata . . 345. 392
dubia . . . 325. 349
effusa 319
elegans . . . 285
elongata . . . 368
epigeios . . . 365
exotica 346
festucoides . 279. 280. 326
filiformis 279. 359. 373. 676
flava 374
flavescens . . . 280
frondosa . . 350. 373
gallecica . . . 320
geniculata . . . 277
glaucina 281
globosa . . . 321
gracilis . . . 344. 347
hispida . 346. 347. 349
holciformis . . . 328
hybrida . . . 282
jamaicensis . . . 304
incurvata . . . 797
indica . . . 356. 368
indica β. purpurascens 368
intermedia . 347. 351
interrupta . . 370. 371
juncea . . . 265. 355
Labillardieri . 360. 365
lanceolata . 364. 504. 509
laxa 282
Leersii 277
lendigera . . . 342
lenta . . . 304. 305
linearis . . . 412
littoralis . 355. 358 372
lobata . . . 365
longiseta . . . 325
lutosa 358
Matrella . . 265. 355
melanosperma . 15. 328
mexicana . . 327. 374
microsperma . . 383
miliacea . . . 329. 364
Milium comosum . . 330
minima . . . 389
montana 277. 279. 359. 365
monostachya . . 25. 468
monspeliensis . . 325
montis aurei . . . 329
mutabilis . . . 280
myuros . . . 468
myurus . . . 25
nigricans . . . 319
novae Hollandiae . . 360
nutans . . . 885
oseroensis . . . 329
ovata . . 23. 365. 421
pallida . . . 277. 370
panicea . 325. 326. 342
paradoxa . . 328
parviflora . . . 365
pauciflora . . . 372
pilosa . . . 346. 412
plebeja 365
polymorpha . 343. 347
polymorpha α . . 350
pseudoarundinacea . 505
pulchella . . . 367
pumila . . . 351
punctata . . . 330
pungens 349. 354. 596. 627
quadrifida . . . 401
quadriseta . . 365. 676
radiata 607
ramosa . . . 303
rara 365
retrofracta . . 360
rigidifolia . . . 320
rivularis . . . 347
rubicunda . . . 384
rubra . . 277. 281 342
rupestris . . . 279
scabra . 282. 283. 360. 365
sciurea 365
serotina . . . 702
setacea . . 279. 280. 281
setifolia . . . 280
spicaeformis . . . 284
spicata . . . 354
Spica venti . . . 370
stellata . . . 412
stipata 365
stolonifera 343. 344. 345. 347
350. 351. 352. 356
stricta . . . 281. 352

AGROSTIS
sylvatica . 347. 351. 506
tenella . . . 350. 893
tenuis . . 277. 350
tremula 355
triaristata . . . 325
triflora 325
valentina . . . 356
varia . . . 344. 347
ventricosa . . . 342
vernalis 319
verticillata 343. 344. 345
356. 808
villosa 510
violacea . . . 350
vinealis 277
vinealis β . . . 349
virginiana . . . 365
virginica . . 356. 367
vivipara . . . 347
vulgaris . . . 351
vulgaris α . . . 350
AIRA
agrostidea . . . 579
alba 688
alpina . 515. 680. 685. 686
altissima . . . 685
antarctica . . 516. 676
aquatica . . . 696
aquatica β . . . 545
articulata . . . 689
arundinacea . 574. 684. 700
atrovirens . . 528. 531
benghalensis . . . 600
bottnica . . . 679
brevifolia . . . 578
brigantiaca . 545. 547
bulbosa 537
Candolii . . . 579
canescens . 681. 688. 689
canescens β . . 667
capillaris 320. 579. 682. 687
capillaris β . . 579
caryophyllea . . 682. 689
cespitosa . . 685. 687
cespitosa var. β ambigua 681
ciliaris 623
ciliata . . . 544. 685
coerulea . . 528. 531
cristata . 519. 620. 624
cristata β . . . 620
disculor . . 678. 686
divaricata . . . 681
AISA
elegans 682
flexuosa . 678. 686. 688
— — — americana . 678
— — — montana . 678
glauca . 620. 621. 622. 627
globosa . . . 538
helodes 696
hirsuta . . . 622
hybrida 689
indica 420
involucrata . . . 54
juncea . . . 68
Koenigii . . . 544
laevigata . . . 68
(Holcus) lanatus. *Vill.* 635
laxa . . . 507. 893
magellanica . . 516
media 68
melicoides . . . 59
miliacea . . . 546. 54
minuta . 574. 578. 59
mollis 635
montana . . . 68
nitida 68
nutans . . . 53
obtusata . 574. 578. 62
paludosa . . 685. 68
palustris . . . 68
parviflora . . . 65
pensylvanica . . . 6
praecox . . . 6
pubescens . . . 6
pulchella . . . 5
pumila . . . 578. 6
refracta . . . 6
scabra 6
semineutra . . . 6
setacea 6
spicata . . . 6
subspicata . . . 6
subtriflora . . . 6
viridula 6
valesiaca . . . 6
varia 6
ALOPECURUS
agrestis . . . 2
angustifolius . . . 5
aristatus . . . 5
aristulatus . . . 2
bulbosus . . 268. 2
capitatus . . 276. 5
carolinianus . . 2

Digitized by Google

ALOPECURUS
ciliatus 624
geniculatus . . 376. 273
geniculatus β . . 268. 273
geniculatus fluviatilis albus *Dill.* . . . 273
geniculatus γ . . . 273
geniculatus var. 4. . 274
Gerardi 580
granulatus . . . 276
hordeiformis . . 256. 499
indicus . . . 498. 499
littoreus . . . 623
magellanicus . . 271
maritimus . . . 326
monspeliensis . . 325
myosuroides . . . 272
nigrescens . . . 271
paniceus . . . 325.
pedalis . . . 276
phleiformis . . 275. 276
pratensis . . . 269
ruthenicus . 269. 270. 769
sericeus . . . 270
sibiricus . . . 271
typhoides . . . 499
vaginatus . . . 574
varius . . . 604
ventricosus . . . 342
ALSINE
foliis ad radicem positis *Burm.* . . . 871
montana . . . 872
mucronata . . . 872
ramosa procumbens quadrifolia *Burm.* . 871
umbellata . . . 858
AMMOPHILA
arundinacea . . 845
AMPELODESMA . . . 34
AMPHIPOGON
avenaceus . . . 806
debilis 806
laguroides . . . 805
strictus 806
turbinatus . . . 805
ANATHERUM
muricatum . . 435. 479
squarrosum . . 809
ANDROPOGON
aciculare . . . 812
aculeatus . . . 828
afer 828
ANDROPOGON
Allionii . . . 835
ambiguus . . . 421
angustifolius . . 819
arundinaceum et us, 813. 839
aureus 324
barbatus . . . 608
Bergii 813
bicornis . 809. 825. 834
bracteatus . . 828. 834
brevifolius . . 828. 831
capensis . . . 614
ciliatus 843
citratus . . . 833
citreus 833
contortum . . 835. 836
crinitum . . . 497
culmo paniculato *Gronov* 323
curtipendulum . . 414
cymbarius . . 828. 833
decolorans . . . 838
dissitiflorus . . . 810
distachyon . . 791. 830
distachyon β . . . 818
divaricatus . . . 832
dulcis 828
eriophorus . . . 814
fasciculatus . . . 607
fastigiatus . . . 831
folio superiore spathaceo, pedunculis lateralibus oppositis unifloris, aristis flexuosis. *Gronov.* 334
foveolatus . . . 828
Gerardi 822
glaucus . . . 828. 841
Gryllus . . 828. 842
halepensis . . . 839
hirtus 834
hispidus 782
insularis . . 322. 468
Ischaemum . . 820. 822
laxus 813
miliaceus 828
muricatus . . 808. 809
muticus 809
nutans . . 813. 842
paniculatus . . . 828
pilosum . . . 819
polydactylon . . . 608
prostratus . . . 833
provincialis 607. 822. 825
pubescens . . . 606

Digitized by Google

ANDROPOGON
purpurascens . 832. 833
quadrivalvis . . 842
radiatus 828
ramosus . . . 828
Ravennae . . . 323
refractus . . . 809
saccharoides . . . 816
Schoenanthus 828. 833. 834
scoparius . 828. 832. 833
sericeum . . . 826
serratus . . . 811
Sorghum . . 836. 837
squarrosus 479. 808. 809. 890
striatus . . 828. 830 831
undatus . . 828. 830
undulatum . . . 820
villosum α . . . 822
villosum β . . . 822
virginicus . . . 809
Zeae 810
ANTHISTIRIA
arenaria . . . 845
barbata 843
ciliata . . . 812
ciliata β 843
foliosa . . . 835
gigantea 810
glauca . . . 332
hispida 673
japonica . . . 843
imberbis . . . 810
prostrata . . . 833
ramosa 810
reflexa . . 834. 835
ANTHOXANTHUM
aculeatum . . . 376
crinitum . . . 371
giganteum . . . 323
indicum . . . 284
paniculatum . . . 700
spicaeforme . . 284
ANTITRAGUS
aculeatus . . . 376
APERA 369
APLUDA
distachya . . . 830
Gryllus . . . 828
mutica 810
scirpoides . . . 842
Zeugites . . 444. 842
ARACHIS
hypogaea . . . 808
ARISTIDA 398
adscensionis . 390. 391
adscensionis β . . 393
americana . . . 711
Antillarum . . . 393
bromoides . . . 393
caerulescens . . . 393
calycina . . . 393
canariensis . . . 393
capensis . . 395. 393
capillacea . . . 393
coarctata . . 396. 393
dichotoma . . . 393
divaricata . . 392. 393
elatior 393
festucoides . . . 393
furcata 393
gigantea . . 393. 393
gossypina . . . 393
humilis . . . 393
hygrometrica . . 398. 393
Hystrix . . 390. 393
interrupta . . . 393
lanata . . 391. 393
luzonensis . . . 393
minuta . . . 393
obtusa 393
oligantha . . . 393
pallens . . . 392. 393
paniculata . . . 393
plumosa 393
pungens . . 398. 393
purpurascens . . 393
racemosa . . . 393
ramosa 393
recurvata . . . 393
rigida 393
secunda . . . 393
setacea . . 391. 394. 393
setifolia . . . 393
spadicea . . . 393
stipiformis . . . 393
stipoides . . 398. 393
stricta . . . 393
subrecurvata . . . 393
vagans . . . 393
vestita 393
ARMERIA
vulgaris 393
ARRHENATHERUM
americanum . . . 393
avenaceum . . . 393

THRATERUM
hygrometricum . . 599
stipoides . . . 599
UNDINARIA
macrosperma . . 240
UNDO *Hall.* . . 501
acutiflora 363. 506. 507. 602
Agrostis . . 506. 510
airoides . . . 422
alpestris . . . 503
alpina . . . 503
ampelodesmos . . 601
arenaria . . . 845
baltica 845
benghalensis . 600. 601
bicolor 602
biflora . . . 601
Calamagrostis 363. 501. 503. 509
Calamagrostis β minor. . 501
canescens . . . 363
Clarionis . . . 503
colorata . . . 405
conspicua . . . 364
Donax . . . 600
effusa 502
Epigeios . 288. 501. 505
farcta Rheni bononiensis *Scheuchz.* . . 815
festucacea . . . 602
festucoides . . 601
gigantea . . 240. 846
glauca 502
Halleri 365
Halleriana . . . 503
harka 382
laevis 572
leersii 363
littoralis . . . 846
mauritanica . . . 601
micrantha . . . 601
montana 505. 506. 508. 602
neglecta . . . 504
nemorosa . . . 508
penicillata . . . 691
phalaroides . . 813
Phragmites . . . 511
plebeja . . . 572
Plinii 601
poaeformis . 551. 571
Pseudo-Phragmites 363. 502. 504
quitensis . . . 509

ARUNDO
sativa 600
sedenensis . . 671. 672
semiannularis . . 691
speciosa . . . 362
stricta 505
sylvatica . . 506. 507
tecta 240. 846
tenax 601. 602
tenella . . 346. 510
tenuissima . . . 513
tenuissima, altissime scandens, foliis minimis, rigidis, acuminatis etc. *Brown* . . . 513
varia . . . 506. 508
versicolor . . . 600
viridi-flavescens . 601
vulgaris 511
Zeylanica farcta odore et sapore calami aromatici *Burm.* . . . 814
ASPRELLA . . . 799
nardiformis . . . 799
ATHEROPOGON . . 414
apludoides . . . 414
bromoides . . . 420
gracile 417
procumbens . . 417
AVENA
agraria 691
airoides . . 661. 666
alopecuros . . . 660
alpestris . . . 665
alpina . . . 663. 675
alta 691
anglica 669
antarctica . . . 676
argentea . . . 665
aristidioides . . 667
aurata . . . 279. 280
brevifolia . . . 665
bromoides . . . 674
bulbosa . . . 496
calycina . . . 689. 691
canescens . . . 688
capensis . . . 673
caroliniana . . 673
carpathica . . 663. 664
caryophyllea . . 681
Cavanillesii . . . 691
chinensis . . . 669
ciliaris 665

Digitized by Google

AVENA
cinerea 669
cristata . . 660. 758
disperma 668
disticha . . . 666
distichophylla 663. 665. 666
dubia 657
elatior 496
elatior β . . . 496
fallax . . . 657. 671
fatua 670
fatua β . . . 670
fertilis 657
filiformis . . 559. 560
flava 669
flavescens . . . 664
flavescens alpestris . 664
Forskålii . . . 658
fragilis 695
Freyta . . . 691
fusca . . . 664. 668
georgiana . . . 669
glumosa 690
hispanica . . 668. 691
lacta 736
lanata 655
lanuginosus . . . 659
latifolia . . . 675
Loeflingiana . . 660. 661
longifolia . . . 671
lutea 659
macra 667
macrocarpa . . . 670
mollis 655
monantha *Hall.* . . 277
montana . . 674. 678
neglecta . . 660. 661
nervosa . . . 691
nitida 658
nodosa . . . 496
nuda 668
odorata . . 515. 514
pallida 657
panicea . 625. 660. 661
parviflora . . 659. 661
pauciflora . . . 660
pensylvanica . . . 658
peruviana . . . 660
pilosa 662
planiculmis . . 663
podolica . . . 669
Pourretii . . . 661
pratensis . . . 662
AVENA
pratensis α . . . 6
pratensis β . . 6
precatoria . . . 6
provincialis . . 6
pubescens . . . 6
pumila . . . 6
purpurascens . . 6
purpurea . . . 6
pusilla 6
racemosa . . . 6
redolens . . . 6
rigida 6
rubra 6
Scheuchzeri . . 6
sedenensis . . . 6
sempervirens 422. 657. 671. 6
sesquitertia 661. 662. 663. 6
setacea 6
setifolia . . . 6
sibirica 6
spicata . . . 6
spicata β . . 689. 6
spicaeformis . . 6
splendens . . . 6
stipiformis . . . 6
striata . . 657. 671. 6
strigosa . . . 6
subulata 6
tatarica . . . 6
tenuis 6
triaristata . . . 6
triseta 6
trisperma . . . 6
unilateralis . . . 6
villosa . . . 6
AVENACU *Rheed.* . . 11
AXONOPODON
digitatum . . . 4
AXONOPUS
compressus . . . 5
paniceus . . 518. 5
BALDINGERA
colorata 6
Beera Kuida Rheed. . 3
BLUMENBACHIA
halepensis . . . 65
BOBARTIA
spicis capitatis, involucro majori folioso tectis *Brown* . . 6

)UTELOUA . . . 20
barbata . . . 420
bromoides . . . 420
gracilis . . . 417
hirsuta 419
juncifolia . . . 420
litigiosa . . . 711
melicaeformis . . 414
melicoides . . . 20
ovata 420
prostrata . . . 419
racemosa . . . 414
scorpioides . . . 420
simplex . . . 418
IACHYPODIUM
cenisium . . . 540
ciliatum . . . 742
commutatum . . . 634
distachyum . 715. 742
festucoides . . . 745
gracilis . . . 738
Nardus 745
Poa 747
ramosum . . . 739
tenellum . . . 745
IIZA
bipinnata . . 577. 594
canadensis . . 574. 593
capensis . . . 593
caroliniana . . 594
cynosuroides . . . 569
Eragrostis . 575. 584. 594
erecta 635
maxima δ . . . 522
megastachya . . . 585
minor . . 520. 575
monspessulana . . 521
montana . . . 521
mucronata . 522. 595. 632
oblonga . . . 584
spicata 595
subaristata . . . 633
tremula α . . . 520
viridis . . . 520
ROMUS
agrestis 637
alopecuroides . 624. 642
alopecuros . . . 641
altissimus . . . 645
ambiguus . . . 726
angustifolius . . 637
aquaticus . . 644. 645
arundinaceus . . 699

BROMUS
arvensis . . 635 637
asper 637
australis . . . 638
bifidus . . . 664
brizoides . . 632. 635
Buxbaumii . . 742. 758
Caldasii 709
canariensis . . 639
capillaris . . . 619
cespitosus . 737. 738. 739
chloroticus . . . 658
ciliatus . 638. 648. 742
commutatus . . . 635
compactus . . . 636
compressus . . . 644
contortus . . . 641
corniculatus . . . 737
cristatus . . . 758
decumbens . . . 597
dertonensis . . 726
diandrus . . 648. 651
digitatus . . . 649
dilatatus . . . 649
distachyos . . . 742
distichus . . . 647
divaricatus α β . . 639
dumetorum . . . 643
dumosus . . . 741
Ehrharti . . . 635
elatior . . . 698
erectus . . 644. 646. 710
fragilis . . . 737
geniculatus . 652. 729. 730
giganteus . 643. 645. 710
giganteus β . . . 645
glaber . . . 754
glaucus . . . 637. 638
glomeratus . . . 625
Gmelini 758
gracilis . . 737. 741
grandiflorus . . 647. 648
grandiflorus β . . 648
grossus 634
gynandrus . . . 648
Halleri 744
hirsutissimus . 642. 643
hirsutus 643
hordeaceus . . 636
humilis 731
imperialis . . . 642
incrassatus . . 649. 730
indicus . . . 652

BROMUS
inermis . . . 638. 701
lanatus . . . 708
lanceolatus . . 639. 641
lanuginosus . 642. 654
ligusticus . . 660. 730
littoreus . . 653. 699
lividus 707
loliaceus . . . 740
longifolius . . . 741
matritensis 649. 651. 652. 729
maximus . . 649. 651
Micheli . . . 654. 745
mollis . . . 636
mollis β . . . 636
montanus . . 657. 643
multiflorus . 634. 635. 646
muralis . . 648. 651
murorum . . . 651
nanus 636
nemoralis . . . 643
nemorosus . . . 643
odoratus . . . 657
ovatus . . . 655
ovinus 714
patentissimus . . 645
pauper . . . 741. 742
perennis . . . 657
phleoides . . . 625
phoenicoides . 739. 740
pinnatus . . 736. 739. 741
pinnatus β . . 737. 738
platystachyos . . 742
Plukenetii . 738. 739. 740
poaeformis . . . 654
polymorphus . . . 646
polymorphus α . . 636
polymorphus β . . 657
polymorphus γ . 655. 657
polystachyos . . 650. 742
pratensis . . 654. 657
procerus . . . 708
pseudarvensis . . 657
racemosus . . 655. 645
ramosus 643. 738. 739. 740
retusus . . 738. 739
rigens 652
rigidus . . . 731
rotundatus . . . 652
rubens 642. 651. 655. 730. 731
rupestris . . . 737
scoparius . . 651. 731
secalinus . . 634. 655

BROMUS
simplex 6
squarrosus . 639. 6
squarrosus β . . . 6
squarrosus β Lam. . 6
squarrosus nanus . . 6
squarrosus ruthenicus 6
sterilis 6
sterilis β . . . 6
stipoides 649. 650. 729.
strictus . . . .
strigosus . . . 6
sylvaticus . . . .
tectorum ciliatus . . 6
temulentus . . . .
tenellus . . . .
tenuiflorus . . . .
tigurinus . . . .
triflorus 644. 645. 657. 702.
trivialis . . . 6
truncatus . . . .
turgidus . . . 6
unioloides . . . .
varius . . . .
velutinus α. β . . .
Ventolana . . . 6
versicolor . . 643. 6
villosus 640. 641. 648. 649.
vitiosus . . . .
wolgensis . . 659.

CALAMAGROSTIS
acutiflora . . . 5
alpina . . . . .
arenaria . . . .
argentea . . . .
arundinacea . 505. 5
Arundo 6
bicolor . . . 6
canescens . . . 5
colorata . . . .
conspicua . . 365. 5
Epigeios . . 365. 5
farcta 5
gracilis . . . 5
karka 5
Lagurus . . . .
lanceolata . . 365. 5
Leersii . . . 6
littorea 5
montana . . 505. 5
neglecta 5
Plinii 6

Digitized by Google

CALAMAGROSTIS
pyramidalis . . . 507
quitensis . . . 509
ramosa 364
speciosa . . . 363
sylvatica . . 507. 508
tenella . . . 510
tenuifolia . . . 510
varia 505
variegata . . . 406
villosa . . . 509
CALOTHECA
brizoidea . . . 633
CAMPULOA
gracilis . . . 516
CAMPULOSUS
falcatus 517
monostachyus . 516. 800
CAREX
Bellardi . . . 156
dioica . . . 156
dubia 605
hermaphrodita . 155. 249
myosuroides . . . 156
Poireti . . . 118
pubescens . . . 118
uliginosa . . . 64
CATABROSIA
verticillata . . . 697
Cembul Morison . . 30
CENCHRUS
alopecuroides . . 498
asperifolius . . 256
capitatus . . . 617
carolinianus . . 253
ciliaris . . . 259. 499
frutescens . . . 631
geniculatus . . 256. 499
granularis . . 442. 801
bordeiformis 255. 256. 499. 500
inflexus 258
lappaceus . . 531
linearis 373
marginalis . . . 322
mucronatus . . . 618
muricatus . . . 877
purpurascens . . 499
racemosus . . . 378
rufescens . . . 519
setosus . . 259. 499
spicatus . . . 892
spinifex . . . 253
Cent pour Cent . . 436
CERASTIUM
umbellatum . . . 858
CERATOCHLOA
festucoides . . 596
CERESIA
elegans 290
membranacea . . 290
CHAETARIA
adscensionis . . . 394
calycina . . . 399
coerulescens . . . 395
elatior . . . 394
gigantea . . . 394
Hystrix . . . 399
ramosa 399
CHAETOSPORA . . 1
anceps 77
aurea 82
axillaris 77
brevisetis . . . 76
calostachya . . . 77
capitata . . . 88
curvifolia . . . 76
deformis . . . 76
ferruginea . . . 86
globosa . . . 89
imberbis . . . 77
lanata 68
nitens 77
paludosa . . . 77
pedicellata . . . 77
pterocarpa . . . 89
sphaerocephala . . 77
stygia 78
tetragona . . . 78
turbinata . . . 76
CHAETURUS
divaricatus . . . 392
fasciculatus . . 358
CHLORIS
cruciata . . 617. 618
curtipendula . 414. 415
falcata 517
filiformis . . . 579
floccifolia . . . 518
monostachya 417. 516. 581
mucronata . . . 618
pallida 823
petraea . . . 613
poaeformis . . . 580
polydactyla 607. 609. 828
polystachya . . . 611
procumbens . . 417

CHLORIS
radiata . . . 607. 619
scoparia . . . 607
submutica . . . 614
villosa . . . 611
virgata . . . 607. 619
CHONDROSIUM
gracile . . . 418
hirtum 419
humile . . . 417
procumbens . . . 417
tenue 418
CHRYSURUS
aureus 806
cynosuroides . . 806
echinatus . . . 807
CINNA 373
agrostidea . . . 374
arundinacea . 373. 374
glomerata . . . 817
lateralis . . . 817
COLLADOA
monostachya . . . 497
COLLINARIA *Ehrh.* . 620
CORNUCOPIAE
alopecuroides . 252. 274
altissima . . . 353
hyemale 282
perennans . . . 282
CORYNEPHORUS
canescens . . . 681
CREPALIA
temulenta . . . 749
CRYPSIS 17
aculeata . . . 376
aculeata α. . . . 376
arenaria . . . 409
macrostachya . . 375
schoenoides . . 376
CTENIUM . . . 30. 517
CUVIERA . . . 45
europaea . . . 777
CYMBACHNE . . . 46
alata 811
CYMBOPOGON
Humboldtii . . . 854
CYNODON
Dactylum . . . 312
virgatus . . . 557
CYNOSURUS
aegyptiacus . . . 618
aegyptius . . 583. 618
aristatus . . . 519
CYNOSURUS
aureus 806
caerulescens . . . 602
coeruleus . . . 603
capillaceus . . . 581
capillaris . . . 581
capitatus . . . 602
coracanus . . . 581
cylindricus . . . 602
cynosuroides . . 602
distichus . . . 602
domingensis . . 602
echinatus . . . 806
elegans . . . 807
erucaeformis . . 602
falcatus . . . 581
filiformis . . . 581
gracilis . . . 806
indicus . . 294. 581
Lima 602
microcephalus . . 602
monostachyus . . 581
ovatus . . . 602
paniceus . . . 323
paspaloides . . 602
pectinatus . . . 581
penicillatus . . 602
phleoides . . . 602
polybracteatus . . 581
polydactylon . . . 581
reflexus . . . 602
retroflexus . . . 602
scoparius . . . 602
secundus . . . 602
siculus . . . 581
sphaerocephalus . . 602
splendens . . . 602
tenellus 602
tenerrimus . . . 581
tristachyus . . . 581
virgatus . . . 581
virgatus β . . . 619
CYPERUS
acicularis . . . 135
acutiusculus . . . 201
aegyptiacus . . 602
albidus 581
alopecuroides 200. 224. 234
alopecuroides β . . 195
aphyllus . . . 197
aristatus . . . 197
articulatus . . . 161
arundinaceus . . 197

Digitized by Google

PERUS
iter 188
itropurpureus . . 163
iustralis . . 200. 222
iutumnalis . . . 179
)identatus . . . 223
)ulbosus . . . 186
:analiculatus . . 219
:apitatus . 63. 174. 175
:aribaeus . . . 160
:astaneus . . . 191
:innamomeus . 200. 222
:ollinus . . . 163
:ompactus . . . 172
:omplanatus . 98. 178
:ompressus . 182. 183
:onfertus . 187. 200. 228
:ongestus . . . 165
:onglomeratus . . 194
:onoideus . . . 186
:ruentus . . . 180
leclinatus . . . 183
lensus . . . 231
lifformis . . . 193
liphyllus . . . 229
listachyus . . . 168
livaricatus . . 190
lubius . . 173. 174
lulcis 150
:latus . . . 216
:legans . . 165. 215
Cragrostis . . . 183
'sculentus . . . 198
— latifolius *Bauh.* . 202
'ascicularis . 170. 174
astigiatus . . 230 875
astigiosus . . . 220
erox 213
errugineus . 71. 191
licinus medius *Scheuchz.* 204
liformis . . 171. 242
abelliformis . . 166
avescens β. . . . 191
uscus β. . . . 192
;laber *Vill.* . . 207
;lobosus . 175. 204. 209
;lobulosus . . . 186
;lomeratus 162. 183. 199. 200. 221. 222.
;radatus . . . 180
;ramineus . . . 142
iexastachyus . 196. 198

CYPERUS
humifusus . . . 170
jemenicus . . . 183
imbricatus . . 203. 220
incurvus . . . 168
indicus 160
involutus . . . 231
jubaeflorus . . . 218
junciformis . . 168
juncoides . . . 178
Kyllingaeoides . 172. 173
lateralis . . 167. 168
laxus 180
leucocephalus . 173
ligularis . 214. 224. 231
longus 197
Luzulae . . . 186
maderaspatanus . . 189
maritimus . . . 168
melanocephalus . . 231
miliaceus (minor virginianus *Petiv.*) . . . 120
minimus . 109. 128. 167
minutulus . . . 114
monandrus . . . 183
monostachyus . 160
mucronatus . . 167. 168
mucronatus γ. macrostachyus . . . 168
multumbelliferus . . 200
nanus . . 167. 241
nigricans . . . 60
nitidus . . 188. 190
nodosus . . . 164
odoratus . . 198. 875
olivaris . . . 198
orientalis, radice olivari, spicis longis, e spadiceo purpurascentibus. *Scheuchz.* . . . 198
ornithopodus . . 175. 242
Pangorei . . . 203
panicoides . . . 216
paniculâ compactâ e spicis teretibus crassioribus compositâ. *Scheuchz.* 139
paniculâ minimâ. *Tourn.* 167
paniculatus . . . 200
papyroides . . 179
Papyrus 218
patulus . . 171. 208
pectinatus . . . 170
polycephalus . . 186

Digitized by Google

CYPERUS
polystachyus . . 176. 199
prolifer . . 116. 179
pumilus . . . 188. 190
punctatus . . . 116
pygmaeus 114. 167. 174. 177. 189
Retzii . . . 210
rotundus . 199. 204. 229
rotundus *Camer.* . 198
rotundus esculentus angustifolius, minoribus et rotundioribus radicibus. *Mont.* . . 202
rotundus inodorus. *Mor.* 139
rotundus littoreus inodorus. *Moris.* . . 139
rotundus pumilus. *Clus.* 198
rotundus vulgaris *Bauh.* 198
Santonici . . . 216
scopellatus . . . 189
serotinus . . . 207
— odoratus *Mont.* . 207
setaceus . . 4. 154
spadiceus . . . 194
spathaceus . . . 71
spectabilis . . . 208
stellatus . . . 212
strictus . . 188. 194
strigosus 171. 195. 213. 214
surinamensis . . 185
tenellus . . . 167
terminalis . . . 191
tetrastachys . . . 171
thyrsiflorus . . 200
triflorus . . . 160
uncinatus . . 177. 228
venustus . . . 230
virescens . . . 191
virginicus . . . 218
viridis . . . 191
viscosus . . . 228
DACTYLIS
capitata . . . 629
caudata . . . 620
cespitosa . . . 732
ciliaris . . . 631
cristata . . . 620
cylindrica . . . 626
cynosuroides 261. 262. 632
distichophylla . . 627
fasciculata . . . 263
geniculata . . . 263
DACTYLIS
glomerata . . . 734
— angustifolia . . 626
sagopoides . . . 630
littoralis . 627. 628. 629
lobata 620
memphitica . . 712
paspaloides . . . 712
patens . . . 263
pungens . . 631. 654. 712
repens . . . 628
stricta 261
villosa . . . 626
DACTYLOCTENIUM . . 30
falcatum . . . 517
mucronatum . . . 618
prostratum . . 611
DACTYLON
officinale . . . 411
sanguinale . . . 469
DACTYLUS
geniculatus *Burm.* . 263
DANTHONIA . . 34
decumbens . . 597
glumosa. . . . 690
penicillata . . . 691
provincialis . . . 689
purpurea . . . 690
spicaeformis . . . 690
spicata . . . 692
DESCHAMPSIA
parviflora . . . 636
DEVAUXIA
fluitans . . . 695
DEYEUXIA
acutiflora 422. 506. 510. 602
arundinacea . 505. 602
montana . . . 505
sedenensis . . . 411
sylvatica . . . 510
DICHROMA
ciliatum . . . 90
leucocephalum . . 89
reptans . . . 91
DIECTOMIS . . . 851
fastigiata . . . 851
DIGITARIA
adpressa . . . 426
ciliaris . . . 462
composita . . . 484
Dactylon . . . 410
debilis 303
disticha . . . 300

Digitized by Google

DIGITARIA
elatior 484
filiformis . . . 471
hispidula . . . 430
horizontalis . . 584
humifusa . . 471. 889
linearis . . . 455
longiflora . . . 306
paspaloidea . . 307
pilosa 304 bis. 305 bis. 878. 889
praecox . . . 413
procumbens . . 471
sanguinalis 413 bis. 470 bis. 487 bis. 889
sanguinaria . . 469
serotina . . 305. 878
stolonifera . . 411. 412
Thunbergii . . . 475
umbrosa . . . 495
villosa . . . 304. 472
DILEPYRUM
aristosum . . . 413
minutiflorum . . 383
DINEBA
aegyptiaca . . . 712
arabica . . 414. 711
curtipendula . . 413
divaricata . . . 712
melicoides . . . 713
paspaloides . . . 713
DINEBRA
aristidioides . . 415
bromoides . . . 415
chondrosioides . . 416
curtipendula . . 414. 415
repens . . . 416
retroflexa . . . 712
DIPLACHNE
fascicularis . . 706
fasciculata . . . 730
DIPLOPOGON
setaceus . . . 807
DIPOGONIA
setacea 807
DISARRHENUM 29
antarcticum . . 516
DONAX 34
acutiflorus . . . 506
mauritanicus . . . 815
Thouari . . . 602
DULICHIUM . . . 71
canadense . . . 71
spathaceum . . . 71
DURVA
Indorum . . . 412
ECHINOCHLOA
echinata . . . 495
setigera . . 437. 480
stagnina . . 478. 883
ECHINOLYTRUM . . 3. 119
dipsaceum . . . 119
ECHINOPOGON
ovatus 359
EHRHARTA
clandestina . . 266
ELECTRA 33
ELEOCHARIS
setacea . . . 154
sphacelata . . . 150
ELEUSINE . . . 583
aegyptiaca . . . 583
cruciata . . 583. 618
domingensis . . . 619
dura 698
filiformis . . 579. 580
mucronata . . . 580
radulans . . . 583
stolonifera . . . 583
tenerrima . . . 581
virgata . . . 580
ELYMUS
arenarius . . . 774
canadensis . . . 776
caninus 756
caninus β . . . 755
Caput Medusae 253. 778 ter.
crinitus . . 778. 792
hirsutus 776
hirtus 776
hordeiformis . . . 778
hordeiformis var. . 777
macrostachys . . 774
ELYMUS
mexicanus . . . 774
ELYNA
cyperina . . 246. 249
ELYTRIGIA . . . 44
ENNEAPOGON
Desvauxii . . 615 bis.
ENODIUM
coeruleum . . . 531
ERAGROSTIS
cynosuroides . . . 594
elongata . . . 591
major 584
poaeoides . . . 584

Digitized by Google

ERAGROSTIS
polymorpha . . . 594
ERIANTHUS
repens . . . 288
saccharoides . . 288. 816
striatus . . . 831
ERIOCAULON
anceps . . . 866 bis.
cephalotes . . . 864
decangulare . 864 ter.
fasciculatum . . 867
gnaphalodes . 864. 866
minimum . . . 865
pubescens . . . 866
serotinum . . . 864
spadiceum . . . 61
striatum . . 862. 863
umbellatum . . 868
ERIOCHRYSIS
cayannensis . . . 290
pulchra . . . 290
ERIOPHORUM
alpinum 157
angustifolium . . 158
cespitosum . . . 157
cyperinum . . 147
gracile 158
hudsonianum . 156. 157
polystachyon . . 158. 159
Scheuchzeri . . 157
vaginatum β . . . 157
vulgare . . . 159
EUSTACHYS
petraea . . . 614. 809
Falona Adans. . . 806
FENAS 714
FESTUCA . . . 33
acuminata . . 719. 722
adscendens . . 703
airoides . . . 546. 547
alopecuros . 727. 728
alpina . 705. 722. 723
altissima . . 702 bis.
amethystina 715. 718. 725 bis.
antarctica . . . 732
aquatica . . . 615
arenaria . . . 574
arundinacea . 699. 700
aspera 732
aurata . . 704. 705
aurea 700
barbata 584. 705. 724. 728
Barrelieri . . . 741
FESTUCA
bonariensis . . . .
bromoides 594. 707. 713.
calamaria . . . .
calycina . . . .
cambrica . . . .
capillaris . . . .
capillata . . 715.
cernua . . . .
cespitosa 737. 738. 740.
ciliaris . . . .
ciliata . . 727. 728
cinerea . 716 bis. 717.
coerulea . . . .
coeruleseens . . .
compressa . . . .
crinum ursi . . .
cristata 620. 623 bis.
660
dactyloides . . .
decumbens . . .
diandra . . . .
dichotoma . . . .
distachya . . . .
distans . . . .
distichophylla 539. 596
divaricata . . . .
domingensis . . .
dumetorum 710. 716. 718.
dura 606. 698 720. 721.
duriuscula 716. 720. 723
724
— dumetorum . . .
— grandiflora . . .
— laevigata . . .
— oliganthos . . .
— polyanthos . . .
elatior . 653. 698.
elongata . . . .
eskia . . 705. 720.
fascicularis . . .
filiformis . . .
flavescens . 719. 721.
flexuosa . . .
fluitans . . . 695.
fluitans β . . .
fluitans γ . . .
fusca . . . 615.
geniculata . . 652.
gigantea . . .
glabra . . . .
glauca . 710. 716.
glomerata . . .

Digitized by Google

STUCA
gracilis . . 737. 741
Halleri 717
heterophylla 719. 723. 724. 893
hirsuta . 622. 716. 717
hirta 637
hispida . . . 625
Hostii 722
hybrida . . . 727
inermis 701
intermedia . . . 723
interrupta . . . 747
involuta . . 720 bis.
lanceolata . . . 743
latifolia . . 710. 728
Lemani 716
Leysseri . . . 701
littoralis . . 628. 707
loliacea . . 698. 703
longifolia . . . 720
longiseta . . . 339
maritima . . 743. 768
matritensis . . 649
minuta 584
monostachya . . 742
montana . . . 637
montis aurei . . 719
— celtici . . . 724
mucronata . . . 598
multiflora . . 723. 725
mysorensis . . . 600
myurus . . . 726. 728
myurus americana . 727
nemorosa . . . 724
nemorum . . . 724
nigrescens . 704. 705. 710 bis.
nitida 706
nutans . . 704. 756
obtusa 710
obtusata . . . 574
octoflora . . . 707
oryzetorum . . 683
ovina . . . 714. 715
ovina β . 704 bis. 715. 716
ovina γ 715
pallens . . 720. 721
pallida 705
paludosa . . 574. 714
palustris . . . 561
patula . . . 710
pectinata . . . 759
phalaroides . . 626
phleoides 623. 624 bis. 625

FESTUCA
phoenicoides 699. 738 bis. 740
Phoenix . . . 698. 703
pilosa . 584. 705. 726. 728
pinnata . . . 736
pinnata β . . . 741
poaeformis . 701. 705 bis.
poaeoides . . 701. 706
— americana . . 706
polyantha . . . 725
polystachya . . 615. 725
pratensis . . 698. 725
pseudodistachya . . 742
pubescens . . . 728
pulchella . . 703. 704
pumila . . 705. 706 bis.
pungens . . 598. 720
pyramidata . . 339
quadridens . . . 710
quadriflora . . 727
reptatrix . . . 730
rhaetica . . . 705
rigida 743
rubens . . 651. 653
rubra 699. 705. 714. 723. 725
scabra . . 732. 759 bis.
sciuroides . . 726 bis.
segetum . . 659 bis.
serotina . . . 702
spadicea 699. 700 bis. 703. 704. 719
speciosa . . . 701
spicata 707
spiculis alternis subsessilibus teretibus etc. *Gerard.* . 738. 739
spinosa 561
splendens . . 620. 622
stipoides . 649. 652. 729
stricta . 597. 715. 716. 724
sylvatica 555. 701. 702 bis. 741
tenella . . 745. 746
tenuiflora . . . 745
tenuifolia . . 714. 718
triflora 709
triticoides . . . 596 bis.
uniglumis . . 339. 660
unilateralis . . 747
unioloides . 567. 596 bis.
valesiaca . . 606. 716
varia . . 705. 706. 720
violacea . . . 704
virgata 503

FIBIGIA
umbellata . . . 411
FIMBRISTYLIS . . . 91
autumnalis . . . 120
dichotoma . . . 95
hybrida 100
pygmaea . . . 135
Fiorin-Grass . . 544
FROELICHIA
caricoides . . . 156
FUIRENA
arenosa 233
glomerata . . 143. 233
obtusiflora . . 233. 234
paniculata . . . 233
scirpoides . . . 235
GAHNIA
schoenoides . . 250
trifida 251
GAUDINIA
planiculmis . . 675
GRAMEN
agrorum Lobelii I. *Bauh.* 330
alopecuroides maderaspatanum *Plukenet.* 519. 631
Alopecurum, viride et molli spicâ *Barrel.* . 624
aquaticum typhinum supinum italicum minus *Barrel.* . . 376
arguens *Rumph.* . . 843
avenaceum angustifolium paniculâ pyramidali *Barrel.* . . . 524
— lanuginosum glumis rarioribus *Bauh.* . 525
— longâ erectâque paniculâ violaceum *Barrel.* 525
— montanum lanuginosum *Tournef.* . . 522
— nemorense, glumis rarioribus ex fusco xerampelinis *Tourn.* . 524
— paniculatum locustis spadiceo-albidis *Tourn.* 652
— saxatile, paniculâ sparsâ, locustis latioribus candicantibus et nitidis *Tourn.* . . . 525
— spica simplici breviori et crassiori, locustis longissimis longius aristatis *Tourn.* . . 731
GRAMEN
avenaceum supinum minus, spicâ densissimâ cum longissimis aristis lanuginosis tortilibus *Tourn.* 332
— tenui spicatâque panic. albis utric. *Barr.* . 521
bromoides annuum minus etc. *Micheli.* . 650
— catharticum, vulgo guilno *Feuillée* . . 643
— festucaceâ tenuique paniculâ minus. *Scheuchz.* 649
— locustis maximis, lanuginosum, italicum *Scheuchz.* . . 651
canicum maritimum paniculatum *Ray.* . . 569
— — spicâ foliacea *Ray* 561
— supinum *Ger.* . . 330
ereticum, spicâ gracili in duas aristas longissimas et asperas abeunte *Tourn.* 770
— spicatum secalinum altissimum, tuberosâ radice. *Tourn.* . 769. 793
— — secalinum, glumis ciliaribus. *Tourn.* . 768
cyperoides capillaceis foliis pusillum ex insula Cheusan. *Plukn.* . 167
— Indiae orientalis, foliis hirsutis pubescentibus, intervallatâ paniculâ pulchrâ *Plukn.* 235
— maderasp. caule compress. sparsâ panicula junci. *Plukn.* . . 118
dactylon, radice repente, sive officinarum *Tourn.* 411
festucaceum myurum minori spicâ heteromallâ *Scheuchz.* . . 728
festuceum majus locustis crassis lanuginosis *Buxb.* 640. 641
— pumilum, paniculâ heteromallâ, locustis majoribus longius aristatis *Scheuchz.* . . 649
hordeaceum, spicâ aristis longissimis circumvallatâ *Scheuchz.* . 778 bis.

GRAMEN
junceum corniculatum veluti frutescens, glabrum orientale *Scheuchz.* 739
loliaceum corniculatum veluti fruticosum foliis angustissimis *Tourn.* 737
— foliis et spicâ tenuissimis *Morison.* . 745
— junceum majus *Barr.* 799
— — minus *Barrel.* . 798
— marit., spicis articulatis *Moris.* . . 798
— maritimum supinum, spicâ crassiore *Dillen.* 751
— minus, spicâ brizae praelongâ, capillaceo folio *Tourn.* . . 737
— radice repente, seu Gramen officinarum aristis donatum *Vaill.* 755
— spicis articulosis erectis *Scheuchz.* . . 798
maderaspatanum e singulis geniculis ramosum *Petiver.* . . . 431
maritimum, spicâ loliaceâ, foliis pungentibus, nostras, *Plukn.* . . 743
miliaceum majus nutante paniculâ *Barrel.* . 330
— viride, foliis latis brevibus, paniculâ capillaceâ, semine albo *Sloane* . . . 449
montanum avenaceum locustis rubris *Tourn.* 523
myloicophorum oxyphyllon carolinianum *Plukn.* . 594
myosuroides minus, spicâ breviore aristis recurvis *Ray* . . . 272
— ramosum spicâ tenuissimâ nigricante *Amman.* 375
orientale spicatum fruticosum, spicis echinatis in capitulum congestis *Tourn.* . . . 257
panic. autumn. panic. amplioro ex viridi nigricante *Scheuchz.* . 528
— ex oris malabaricis, paniculâ delicatiore *Plukn.* . . . 475
paniculâ miliaceâ, locustis minimis *Tourn.* . 689
— torosâ, pratense asperum *Morison.* . . 625
paniculatum aquaticum, phalaridis semine *Tourn.* 406
— arvense latifolium hirsutum *Mich.* . . 659
— autumnale, paniculâ angustiore e viridi nigricante *Tourn.* . 528
— locustis tenuissimis subrotundis *Burm.* . 475
— purpureo-argenteis locustis, delicatissimis *Scheuchz.* . . 681
— virginianum, locustis minimis *Moris.* . 431
paniculis elegantissimis majus, locustis purpurascentibus minoribus *Scheuchz.* . . 575
pratense minus rubrum paniculatum *Tourn.* . 535
— serotinum, paniculâ longâ purpurascente *Moris.* . . . 528
secunda species *Marcgr.* 239
segetum paniculâ arundinaceâ C. *Bauh.* . . 330
sparteum alopecurum spicâ sericeâ grumosâ *Barrel.* 522
spicâ Brizae minus *Plukn.* 738, 739
spicatum maritimum minimum, spicâ cylindraceâ *Tourn.* . . 409
— perenne, semine miliaceo, radice repente *Tourn.* . . . 405
— — semine miliaceo, tuberosâ radice *Tourn.* 403
spicatum semine miliaceo albo *Tourn.* . . 402
— spicâ cylindraceâ tenuiori longâ *Tourn.* 408
typhinum phalaroideum minus bulbosum aquaticum *Barrel.* . . 403

GRAMEN
typhoides latifolium spicâ foliaceâ proliferâ longissimâ *Scheuchz.* . 407
vernum, radice Ascalonitidis *Vaill.* . . 537
Guinea-Grass . . 438
GYMNOSTICHUM
Hystrix 779
GYMNOTRIX
Thuari . . . 499
HELEOCHLOA
alopecuroides . . 375
juncea . . . 355
phalaroides . . . 375
phleoides . . . 376
schoenoides . . 376 bis.
HEMARTHRIA . . 46. 783
compressa . . . 784
uncinata . . . 783
HETEROPOGON
Allionii 836
glaber . . . 835
hirsutus . . . 836
HETEROSTEGA . . 420
americana . . . 711
juncifolia . . . 711
HIEROCHLOA
antarctica . . . 516
odorata . . 514 bis.
redolens . . . 516 bis.
repens . . . 513
HIEROCHLOE *Gmel.* . . 513
HIPPOGROSTIS
amboinensis . . 483
HIPPURIS
indica 150
HOLCUS
alpinus . . . 515
Arduini 837
arenarius . . . 628
asper 839
assurgens, culmo compresso spicâ laxa spatiosâ *Brown* . . 437
australis . . . 514
avenaceus . 496. 686. 838
biaristatus . . . 657
bicolor . . . 837
borealis 513
Buffaloegrass . . 657
bulbosus . . . 496
cafer 838
HOLCUS
caffrorum . . 467 838
capillaris . . . 840
cernuus 837
cylindricus . . . 657
decolorans . . . 838
distachyos . . . 657
Dora 836
Durra 836
elongatus . . . 841
exiguus . . . 839
ferrugineus . . . 657
fragrans . . . 514
fulvus 840
Gryllus . . 829 bis.
halepensis . 838. 839 bis.
latifolius . . . 515
laxus 595
liburnicus . . . 830
mollis . . . 655. 840
niger 837
nigerrimus . . . 837
nitidus . . . 840
odoratus . 513 bis. 514 bis.
pallidus . . . 829
parviflorus . . . 840
pertusus . . . 823
plumosus . . . 821
redolens . 514. 515. 516
repens 513
saccharatus . . 837
Savii 660
serratus . . . 839
setifolius . . . 840
Sorghum . . . 836
spicatus 498
HOLOSTEUM
tetraphyllum . . 858
HOMALOCENCHRUS
oryzoides . . . 266
HORDEUM
bulbosum . . 792 bis. 793
— tauricum . . . 792
ciliatum . . 768. 792
coeleste 791
crinitum . . . 778
cylindricum . . . 777
distichum . . . 792
distichum β . . . 793
europaeum . . 777
geniculatum . 795 bis.
imberbe . . . 793
imrinum . . . 796

Digitized by Google

HORDEUM
jubatum . . 777. 778
marenum . . . 795
maritimum . . 794. 795
montanum . . . 777
murinum . . 399. 792
murinum β . . 794. 795
nodosum 793 bis. 794. 795
nudum 795
perversum . . . 796
polystichon . . . 791
pratense . . 794. 795
rigidum 795
secalinum . . 794. 795
strictum . . . 769.
sylvaticum . . . 777
villosum . . . 774
HYMENOTHECIUM
quinquesetum . . 805
tenellum . . . 805
trisetum . . . 805
unisetum . . . 805
HYPOLYTRUM . . . 5
argenteum . . . 232
nemorum . . . 73
senegalense . . . 232
HYSTRIX
patula . . . 779
JARAVA
Ichu 538
IMPERATA
cylindrica . . . 288
ovata 401
JOACHIMIA
phalaroides . . 695
IRIA 4
ISACHNE
meneritana . . . 475
ISCHAEMUM
aristatum . 780 bis. 789 bis.
australe . . . 790
barbatum . . . 789
ciliare . . . 782. 790
filiforme . 780 bis. 789
imberbe . 780. 782. 789
involutum . . 728. 808
murinum . . . 790
muticum . . . 790
rugosum . . . 788
scariosum . . . 782
secundarium . . . 736
striatum . . . 789
triticeum . . . 790
ISCHAEMUM
villosum . . 782. 790
ISOLEPIS
barbata 113
dichotoma . . . 95
exilis 98
gracilis . . . 94
hirta 99
Humboldti . . . 112
lanata 92
leucostachya . . 92
squarrosa . . . 112
Vahlii 114
JUNCUS
acutus maritimus, caule triangulo C. *Bauh.* . 129
acutus maritimus caule triquetro rigido, mucrone pungente *Plukn.* 129
aquaticus medius caule carinato *Ray* . . 137
clavatus minor capitulis rotundioribus *Moris.* 126
cyperoides . . 238. 241
indicus porosus *Clus.* 146
sive scirpus medius C. *Bauh.* . . . 136
sylvaticus *Tabernam.* 136
Kerpa Rheede . . . 289
KIELBUL 19
KNAPPIA
agrostidea . . . 387
KOBRESIA
cyperina . . . 249
scirpina 156
KOELERIA
avenacea . . . 625
brachystachya . . 660
brevifolia . . . 650
calycina 584
coerulea . . . 603
cristata . 519. 623. 624 bis.
hispida . . . 606
lagopodoides . . . 650
pectinata . . . 622
phleoides . . . 675
pubescens . . . 623
pungens . . . 631
pyramidata . . 622
tuberosa . . . 622
Kol Pulla Rheed. . 247
KYLLINGA
cajanensis . . . 248

KYLLINGA
cyperina . . . 248
globosa 238
incompleta . . . 248
maculata 243
monocephala . . 238
nivea 238
ovularis 244
panicea 244
peruviana . . . 238
sumatrensis . . . 247
triceps 239
umbellata . . . 247
LAGURUS
cylindricus . . . 288
humilior paniculâ conicâ laxâ nutante *Gronov.* 812
LAMARCKIA
aurea . . . 805. 806
tenella 805
LAPPAGO
racemosa . . . 378
LECHEA
minor . . 859 bis. 860
LEERSIA
australis . . . 267
digitata 268
hexandra . . . 267
imbricata . . . 268
lenticularis . . 267
mexicana . . . 267
monandra . . . 267
oryzoides . 266 bis. 554
oryzoides β . . 266
ovata 267
virginica . . . 266
LEPIDOSPERMA . . . 1
LEPTOCHLOA
capillacea . . . 581
filiformis . . 557. 579
virgata 619
Liane coupante . 513
LIMNETIS
cynosuroides . . 261
juncea 263
polystachya . . . 262
pungens . . . 261
LINAGROSTIS
paniculâ minore . . 158
paniculata β . . 158
pedunculata . . 159 bis.
vaginata . . . 157
LINOSPARSIA . . . 9
LODICULARIA . . . 78
fasciculata . . 78
LOLIUM
agreste 748
annuum . 748. 749 bis.
apenninum . . . 750
arvense 748
asperum . . . 749
bromoides . . . 749
canadense . . . 750
complanatum . 749 bis.
compositum . . . 748
cristatum . . . 748
giganteum . . . 750
Halleri . . . 748
multiflorum . . . 749
perenne . . 748. 749
remotum . . 748. 749
temulentum . . 748
tenue . . . 748 bis.
vulgare . . . 747
LUDOLPHIA . . . 834
glaucescens . . 846
macrosperma . 240. 846
MACHAERINA
restioides . . . 148
Malinathaila Column. . 201
Manboulok Surian. 441
MANISURI
myuros 801
MAPANIA
sylvatica 239
MARISCUS
capillaris . . . 167
filiformis . 171. 175. 242
laevis 242
ovularis . . . 167
MATRELLA
juncea . . . 265. 353
MEGASTACHYA
boryana . . . 547
ciliaris 563
Eragrostis . . 575 bis. 594
polymorpha . . . 543
MELICA
altissima . . 527. 529
altissima β . . 529
aquatica . . . 559
aspera . 523 bis. 524 bis. 526
asperrima . . . 530
brasiliana . . . 527
coerulea . . . 531 bis
coerulea β . . 531

Digitized by Google

MELICA
decumbens . . . 597
falx 517
glabra 526
Gmelini 529
Lobelii 524
magellanica . . . 516
minuta . 524. 525. 526
montana . . 523 bis. 524
mutica 526
nodosa 702
nutans . . 523 bis. 524 bis.
papilionacea β . . . 527
pyramidalis . 524. 526 bis.
pyramidalis β . . 525
ramosa . 523. 524. 525. 526
rariflora . . . 526
rigida 597
setacea . . . 525
sibirica 528
Meneritana Herm. . 475
MIBORA
verna 389
MIEGIA 6
macrosperma . 240. 846
maritima . . . 240
MILIUM
arundinaceum . . 329
arundinaceum scandens α maculosum *Plum.* 451. 454
caerulescens . . . 328
capense . . . 364
cimicinum . . . 318
compressum . 301. 318
Crus galli . . . 478
digitatum . . 317. 475
effusum 319
filiforme . . 321. 322
gaditanum . . . 329
galecicum . . . 320
hirsutum . . . 322
jamaicense polystachyon, seminibus parvis *Sloane* 453
latifolium sulcatum *Plum.* 441
lendigerum . . . 342
multiflorum . . 329
nigrum 328
paniceum . . 304. 890
paradoxum . . 328 bis.
punctatum . . . 329
purpureum . . . 328
ramosum . . . 303
MILIUM
tenellum . . . 578
villosum . 72. 322. 468
MILIARIUM
effusum 319
MOLINIA
aquatica . . . 696
arundinacea . . . 531
coerulea . . 528. 531
varia 531
variabilis . . . 531
MOLLUGO
paniculata *Burm.* . 872
tetraphylla . . . 858
MONACHNE
unilateralis . . . 322
MONTIA
fontana . . . 870 bis.
Motenga Rheed. (cf. Pee Matenga.) . . . 258
Motta-Pulla Rheed. . 111
MUEHLENBERGIA
aristata 415
divaricata . . . 392
erecta 415
Schreberi . . . 385
Mullen-Pulla Rheed. . 101
NARDUS
aristatus . 264. 799 bis. 800
ciliata 264
gangitis . . 800 ter.
incurvus . . . 799
indica 796
scorpioides . . 800 ter.
spuria narbonensis . 800
strictus . . . 398
Thomaea . . . 785
NASMYTHIA
articulata . . . 864
NAZIA 17
Obanna Kaempf. . . 324
OPHIURUS
cylindricus . . 787. 799
incurvatus . . . 799
subulata . . . 800
OPLISMENUS
abortivus . . . 808
Burmanni . . . 481
colonus . . . 424
foliaceus . . . 487
hirtellus . . . 485
undulatifolius . . 437

ORTHOCLADA . . . 570
laxa 570
rariflora . . . 570
ORTHOPOGON . . . 27
aemulans . . . 487
Burmanni . . . 483
compositus . . 484
flaccidus . . . 487
hirtellus . . . 481
imbecillis . . . 487
PANICASTRELLA . . 9
capitata 617
PANICUM
abortivum . 808. 809. 890
adhaerens . . . 488
adpressum . . 471. 889
aegyptiacum 305. 471. 472. 495
affine 890
agrostidiforme . . 456
album 890
alopecuroides . . 498
alopecuroideum . 488
alopecuros . . 259. 877
altissimum . . 457. 457
anomalum . . . 487
antidotale . . . 435
Antillarum . . . 877
arborescens . 453. 846
arenarium . . 432. 471
aristatum . . . 476
asperum . . . 488
astracanicum . . 625
attenuatum . . . 434
barbatulum . . 447 bis.
barbatum . . . 447
barbulatum . . 446
bicolor 489
biflorum . . . 450
brevifolium . 449. 450
brizoides 425. 426. 470. 889
bromoides . . . 485
Burmanni . . 482 bis.
capillaceum 445. 449 bis. 450
capillare . 431. 436 bis.
caudatum . . 452. 495
cayennense . . 444. 445
cenchroides . 495. 876
ciliare . . . 462. 472
ciliatum . . . 472
cimicinum . . 317. 461
clandestinum . 442 bis.
coespititium . . . 441
coespitosum . . 885
PANICUM
colonum . . 464.
coloratum . 432. 445.
coloratum β . . .
compactum . . 491.
composito-proximum .
compositum . . .
compressum . . .
conglomeratum . . .
Crus-corvi . 477. 478 bis.
crus galli . 477. 478.
curvatum . . . .
cynosuroides . 489.
Dactylon . . 410.
debile . . . .
densi-spica . . .
dichotomiflorum 431 bis.
dichotomum . . 447.
diffusum . . .
dimidiatum . 426.
dissectum . . .
distachyon . . .
distichum . . 471.
divaricatum . 451 bis.
divisum . . . .
domingense . .
dubium . . . .
echinatum . . .
elatius . . . .
elegans . . .
erubescens . . .
erythrospermum .
fasciculatum 427. 428. 440.
fastigiatum . . .
filamentosum . 445.
filiforme 303. 304 ter. 305.
475.
flavescens . . .
flavidum . . .
floribundum . .
fluitans . . 425. 426.
fusco-rubens . 440.
fuscum . . . 428.
geminatum . . 425 bis.
geniculatum . 255 491.
germanicum . 489
glabrum . . .
glaucescens . .
glaucum . 489. 490
glomeratum . . .
glutinosum . . .
grossarium 430. 436 bis.

Digitized by Google

ANICUM
guineense . . . 888
helvolum . . 487. 490
hirsutum 448
hirticalycinum . . 468
hirtellum 481 ter. 482. 485
495
hirtum . . . 468. 485
hispidulum . . 478. 890
hispidum 477
holciforme . . . 485
hordeiforme 255. 256 ter. 284
499. 500
hordeoides . . 256
javanicum . . . 891
imberbe . . . 891
imperfectum . . . 516
indicum . . 429 bis.
intermedium . . 477. 490
italicum . . 492. 493
Ischaemum . . . 471
jumentorum . 437. 884
laeve . . 437 bis. 884
laevigatum . . . 489
laevigatum β . . 490
lanatum . . . 469
lanceolatum . . . 476
latifolium . . 451. 885
latifolium β . . 442 bis.
leucophaeum . 468
lineare . . . 471. 474
loliaceum . . . 483
longiflorum . . 506
lutescens . . . 490
maculatum . . . 440
magellanicum . . 485
maritimum . 492. 493
maximum 438. 443. 457. 884
Michauxii . . . 427
microstachyum . . 429
miliaceum . 434 bis.
Milium 434
molle . . . 427. 881
muricatum . 479. 495. 892
muticum . . . 424
myuros . . . 468 bis.
nervosum . . . 473
nodiflorum 430. 431. 447. 883
nudum . . . 448
obtusifolium . . . 889
obtusum . . . 464
oryzinum . . . 477
oryzoides . . . 477

PANICUM
palmaefolium . . 441
paradoxum . . 457
paspalodes . . . 470
patens . . 443. 454
patentissimum . . 886
Pennisetum . . 494
pensylvanicum . . 444
pictum . . . 477
piliferum . . . 487
plicatum . . . 882
poaeforme . . . 887
polygamum . 437. 884
polystachium . 259. 882
proliferum . . 431. 883
prostratum . . 436. 883
prostratum γ . . 480
prostratum δ . . 475
pubescens . . 446. 460
pumilum . . 891. 892
purpureum . . 488
quale? *Hrock.* . . 489
radicans . . . 455
rariflorum . . 570. 893
reclinatum . . . 490
repens . . 433. 436. 480
reptans . . . 433
rostratum . . . 444
sanguinale . 304. 469. 471
sanguineum . . . 469
scabrum . . . 479
scoparium . . . 444
sericeum . . . 488
setarium . . 481. 494
setigerum . 436. 480 bis. 884
setosum . 481. 492. 494
sibiricum . . . 493
squarrosum . 255. 479. 877
stagninum . . . 477
stoloniferum . . . 884
strictum . . 447. 457
subcordatum . . . 480
sylvaticum . . . 481
tenax 494
tetrastichon . . . 424
trichoides . . . 449
trigonum . . . 455
triticoides . . . 877
tumidum . . . 480
turgidum . . . 467
umbrosum . . 436. 475
undulatifolium . . 482
vagum . . . 325

PANICUM
verticillatum . . . 488
villosum . . 450. 462. 495
violaceum . . . 260
virgatum . . . 443
viride . 488. 489. 490
vulpinum . . . 260. 495
vulpisetum . . . 495
Walteri 495
PAPPOPHORUM . . . 56
alopecuroideum . . . 288
gracile . . . 615
nigricans . . . 616
pallidum . . . 615
phleoides . . . 616
purpurascens . . 615
squarrosum . . . 617
PAPYRUS . . . 212
antiquorum . . . 876
comosa . . . 213
odorata . . . 212
PASPALUM et US
adpressus . . . 470
ambiguum . . 471. 889
annulatus . . . 330
aureus 318
aristatus . . . 695
bicornis . . . 470
brevifolius . . . 306
brevisetis . . . 881
brunneus . . . 310
carolinianum . . 878
ciliare . . . 472
ciliatifolium . 307 bis. 878
ciliatum . 292. 298. 878. 881
Commersoni . 290. 296. 878
conjugatus . . 299. 880
Dactylon . . 411. 471
debile . 303. 907. 472
decumbens . . 429. 881
diffusum . . . 881
Digitaria . . . 890
dissectus 293. 294. 295. 297
306. 308. 582
distichus . 299. 300. 303
elegans . . 290. 313
filiformis 297. 308. 318. 321
322. 472
floridanus . . . 315
frumentaceus . . 296
glaber . . 309. 310
gracile 878
hemisphaericus . . 312
PASPALUM et US
hirsutum . 306. 307.
Kora . . . 296.
laevigatum . . .
laevis . . . .
lanatus . . . .
laetifolium . . .
lentiferum 290. 296.
leptostachyus . .
longiflorus . . .
longifolium . . .
membranaceus . 290.
nutans . . . .
orbiculare . 14. 296.
orbiculatus . . .
pallidus . . .
paniculatus 310. 311.
pilosus . . . 296.
platycaulis . . 300.
plicatus . 310 bis.
praecox . 312. 411.
pubescens 306. 308. 312.
punctatus . . .
purpureus . . .
quadrifarius . . .
racemosus . . .
sanguinale . . .
scrobicularis . .
scrobiculatum 295. 296.
serotinum . . 303.
setaceus . 295. 306. 307.
strictum . . .
subarticulatus .
supinum . 306. 307. 308. 878.
tenuis . . .
tristachyos . . .
umbellatum . .
undulatus . . 309.
vaginatus . . .
venustum . . .
virgatus . 314. 315
Pee-Matenga Rheede
PENICILLARIA
ciliata . . 288.
PENNISETUM
amethystinum . .
cenchroides . .
dichotomum . . .
geniculatum . .
glaucum . . .
helvolum . . .

PENNISETUM
italicum 493
setosum 259
spicatum 499
typhoideum . . . 499
verticillatum 488
villosum 261
viride 489
PERISTACHYUM 39
PEROTIS
latifolia β *Burmann*. . 284
polystachya 497
PHALARIS
alpina . . 379. 381
aquatica . 402. 403. 845
— minor 403
arenaria 409
aristata 325
arundinacea . . 501
aspera 409
Barrelieri 625
Bellardi 381
bulbosa . 381. 382. 402. 403. 404 bis. 405.
canariensis . . 403
cuspidata 409
cylindrica . . 381. 382
disticha . . . 355. 596
explicata 410
geniculata 376
microstachya . . 403
minor 402
muricata . . 255. 378
nodosa . . . 404. 405
oryzoides . . . 266
ovata 402
paniculata . . . 409
phleoides . 381. 407. 408
phleoides β . . 409
picta 406
praemorsa . . . 405
pubescens . . 623 bis.
pungens . . . 356
repens 377
sativa 381
setacea 259
subulata 382
tenuifolia 410
tenuis 382
trigyna 409
tuberosa . . 404 bis. 405
utriculata . . 274 275
vaginiflora . 376 bis. 377
PHALARIS
velutina 469
villosa 468
zizanioides . . 808 bis.
PHLEUM
aculeatum . . . 376
Aegilops 771
alopecuroides . . 375
alpinum . . 380 bis.
annuum 410
arenarium . . . 409
asperum 410
autumnale . . . 603
Bellardi . . 380. 382
Boehmeri . . . 408
bulbosum . . . 378
capitatum . . . 380
cochinchinense . . 317
crinitum . . . 325
cristatum . . . 517
cuspidatum . . 409
dentatum . . . 406
flavum . . . 272
geniculatum . . . 380
Gerardi . 276. 374. 380 bis.
glabrum . . . 408
hirsutum . . . 380
Hostii . . . 409
laeve 408
Lima 410
Mesopotamiae . . 382
monspeliense . . 325
nodosum . . . 378
odoratum . . . 410
paniculatum . . . 409
Phalaris . . . 408
phalaroides . . . 408
phalaroideum . . 380
pratense . . 378 bis. 379
schoenoides . 376 bis.
sibiricum . . . 410
supinum . . . 376
tenue 382
typhinum *Lob*. . . 378
ventricosum . . . 409
viride 409
PIPTATHERUM
multiflorum . . . 364
PLANTAGINELLA
aurea, alopecuroides brasiliana, foliis gramineis *Breyn*. . . . 861

Digitized by Google

PLEURANTHUS
floribundus . . . 71
POA
abyssinica . . . 567
acutiflora . . . 588
agrostidea . . . 579
airoides 696
alpina 534. 537. 541 ter. 542 543
alpina β . . 542. 594
alpina γ . . . 543
— brevifolia badensis *Gaud.* . . . 541
— — multiflora . 542
altissima . . . 559
amabilis . 566. 588. 589
anceps . . . 571 bis.
angustifolia 532. 535. 547
angustifolia α . . 546
angustifolia β . . 545
annua varia *Gaud.* . 543
antennata . . . 566
arenaria . 545 bis. 560 bis.
arundinacea . . 560
aspera 548
atturensis . . . 587
badensis . . 541. 542 bis.
bifaria . . . 564
biflora . . . 544. 683
bohemica . . . 551
boryana 592
brevifolia . . 541. 542
brizoides . 542 bis. 593
bulbosa β . . . 537
caerulescens . . . 600
caesia . . 547 bis.
cespitosa . . 535. 547
cenisia . 539. 542 bis.
chinensis 412 bis. 557 bis. 580
ciliaris 592
cinerea 535
coarctata . . 546. 547
coarctata β
collina . 541 bis. 542 bis.
compressa . . . 558
concinna . 541. 545. 573
crispa 537
cristata . 560. 620 bis. 622 624 ter.
crocata . . 554 bis.
curvata 698
cynosuroides . . 552. 577
cyperoides . . . 577
POA
debilis 546
decumbens . . . 597
depauperata . . . 549
dependens . . . 591
diandra 577
dioïca . . 589. 590
distans . . 545. 560. 697
disticha . . . 605
distichophylla . 538. 569
divaricata . . 545. 697
dubia . . . 534. 541
dulcis 696
dura 698
elatior 699
elegans . 537. 553. 573. 592
elongata . . 591. 592
Eragrostis 574. 575. 577. 584
erucaeformis . . 695
erucoides . . . 695
expansa . . . 697
ferruginea . . . 576
fertilis . . . 551
festucaeformis . . 561
festucoides . 544 bis.
firma 546
flexuosa 534. 537 bis. 538 bis. 539 bis.
fluitans 695
frigida 541
Gaudini 547
Gerardi . . . 700
glabra . . . 532. 535
glauca 536. 546 ter. 547 bis. 621
glaucanthos . . 547
glaucescens . . . 547
glomerata . . . 895
gracilescens . . 547
gracilis . . . 561
gregalis 532
humilis . 533 bis. 536. 541
hydrophila . . 554. 590
hypnoides . . . 589
japonica . . . 576
imbecillis . . . 574
infirma 585
intermedia . . . 699
interrupta . . 565. 577
juncoides . . . 548
Koeleri . . . 534 bis.
latifolia . 474. 543. 555. 557
laxa 537 bis. 538 bis. 540. 551
lineata . . . 550

Digitized by Google

POA
littoralis . . 627. 628
loliacea . . 703. 746
lolioides . . . 744
malabarica 474. 556 bis. 557
maritima . . . 536
maritima β γ . . 560
maypurensis . . 588
megastachya . . . 584
miliacea . . 546. 547
minuta 571
Molineri . 541 bis. 542. 543
montana 546. 547. 548. 701
Montufri . . . 586
mucronata . . 577. 593
multiflora . . . 584
muralis . . 536. 558
nemoralis . . 546 bis.
— caesia . . . 546
— coarctata . . . 547
— firmula . . . 546
— glauca . . . 546
— montana . . 546
— vulgaris . . . 545
nigricans . . . 586
nitens 513
nitida 620
nutans 568
obtusata . . . 578
Olmedi 586
pallens . . . 539
pallida 566
palustris . 534. 553 bis. 554
panicea 557
paniculâ minori, pedunculis geminis *Scheuchz.* 532
papposa 585
parviflora . . . 550
pastoensis . . . 587
patula . . . 585
pectinacea . . . 563
pectinata . . . 622
phleoides . . 623. 624
phoenicoides . . 740
Phoenix 699
pilosa . . 553 bis. 575
planiculmis . . . 558
plumosa . . . 576
polymorpha 553. 575. 594
pratensis 532. 535 bis. 534 bis. 541. 553
— alpina . . . 535
— angustifolia . . 532
POA
pratensis strigosa . 532
— var. 546
— vulgaris . . 532
procumbens . 597. 698 bis.
prolifera . . 537. 566
prostrata . . . 590
pulchella . . . 591
pungens . . 627. 726
pyramidalis . . 620
quadripedalis . . 555
quinquefida . . 600
racemosa . . . 563
repens . . . 628
reptans 589
retroflexa . . . 545
rigida 591
rigida β maritima . 591
riparia . 553. 577. 593
rubens . . 555. 588. 589
rupestris . . 592. 697
salina . . . 545 bis.
scabra . . . 534 bis.
Scheuchzeri . . 547
secunda 697
serotina . 546. 553 bis.
seslerioides . 600. 605
sessilis . . . 412. 557
setacea . 532. 534. 715 bis.
spadicea . . . 700
spectabilis . . . 589
squamosa . . . 566
striata . . 550 bis.
strigosa 535
subcaerulea . . 553. 534
subverticillata . . 531
sudetica . 553. 555 bis.
sudetica β atrata . 555
sulcata 555
supina . . 535. 543
sylvatica . . 555. 702
tatarica . . . 684
tenax 587
tenella . 532. 576 bis.
tenuis 548
thalassica . . . 590
thermalis . . . 542
triflora . . . 700
trinervata . . 555. 702
trivialis 532. 535. 546. 553. 555
tunetana . . . 628
unioloides . . . 596

POA
variegata . 535. 536. 545
verticillata . . . 575
Villarsii . . . 533
violacea . . . 705
virgata . . . 580
viridis . . . 555
vivipara . . . 541
Willemetiana . . 555
PODOSEMUM
agrostideum . . . 385
alpestre . . . 388
caninum . . . 384
ciliatum . . . 386
debile 385
elegans . . . 387
glabratum . . . 387
gracile . . . 389
implicatum . . . 385
mucronatum . . 387
purpureum . . . 384
quadridentatum . . 388
rigidum 386
setosum . . . 386
stipoides . . . 388
tenellum . . . 386
virescens . . . 389
POGONATHERUM
polystachyon . . 811
POLLINIA
distachya . . . 842
Gryllus . . . 842
POLYCARPON
magellanicum . . 873
uniflorum . . . 857
POLYPOGON
crinitum . . . 325
elongatus . . . 326
fasciculatum . . . 325
monspeliensis . . 326
paniceum . . . 325
subspicatus . . . 325
vaginatus . . . 374
PRUNUS
spinosus . . . 863
PYCREUS 875
RANDALIA
americana *Petiv.* . 864
malabarica *Petiv.* . 863
RAPHIS 812
trivialis 812
REIMARIA
candida . . . 293
REIMARIA
elegans 302
RESTIO
articulatus . . . 250
RHABDOCHLOA
domingensis . . . 581
monostachya
mucronata . . 585. 611
RHYNCHOSPORA
alba β fusca . . . 83
fascicularis . . . 86
laxa 85
RORAM
ROTTBOELLA et ROTTBOELLIA
adscendens . . . 799
altissima . . 787. 800
articulata . . . 788
biflora . . . 798
corymbosa . . . 798
cylindrica . 799. 800 ter.
Cymbachne . . . 810
dimidiata . . . 785
erecta 798
fasciculata . . . 800
filiformis . . . 798
incurva . . . 799
incurvata . 797. 798 bis.
monandra . . . 799
pannonica . . . 795
pilosa 781
punctata . . . 795
repens 784
salina 794
salsa 793
setacea 796
spathacea . . 261. 788
subulata . . 799 800
Tranchelli . . . 785
tripsacoides . 783. 784
RUBIA
spicis ternis *Thunb.* 8-3
SACCHARUM
argenteum . . . 816
arundinaceum β . . 280
aureum . . . 321
biflorum . . . 289
brevibarbe . . 321
commune . . . 285
cylindricum . . 288 bis.
giganteum . . 288. 325
jaculatorium . . 289
japonicum . . . 321
Koenigii . . . 289

Digitized by Google

CCHARUM
Koenigii (indum) . . 289
»fficinale . . . 323
»fficinarum . . . 12
»fficinarum β violaceum 286
»thahitense . . . 285
»aniceum . . . 497
»appiferum . . . 616
Perotis rara . . 284
»olydactylon . . . 324
»olystachium . . 287
Ravennae . . 288. 323
repens . . . 324
reptans 469
»isca 288
»picatum . 284. 288. 289
»pontaneum . . 289
»trictum . . . 815
Teneriffae . . . 467
Thunbergii . . 288. 289
tripsacoides . . 785

NGUINELLA 469
Thunbergii . . 475

NTIA
plumosa . . . 325

VASTANA
hirta 513

ABIOSA
graminea capitul. argenteis etc. *Plukn.* . 862

HENODORUS
asper 643
auratus 574
curvatus . . . 699
erectus 637
giganteus . . . 644
inermis 701
pilosus . . . 706
poaeformis . . . 706
rhaeticus . . . 706
spadiceus . . . 574
tenellus . . . 726

HISMUS
fasciculatus . . 474. 584

HMIDTIA
subtilis . . . 276

SCHOENUS
aculeatus . . . 376
albus 87
albus β . . . 88
angustifolius . . 71 bis.
antarcticus . . . 89
argenteus . . . 101
axillaris . . . 77. 86
balticus . . . 65
barbatus . . 86. 89
bromoides . . . 81
brunneus . . . 65
bulbosus . . . 66
capillaris . . . 241
capitatus . . . 87
capitellatus . . . 87
capitellum . . . 62
cephalotes . . . 88
ciliaris . . . 87
coloratus . . 236. 237
compressi varietas . 65
cymosus . . . 144
cyperoides . . 72. 160
corniculatus . . . 84
corymbosus . . 82
deustus 61
distans . . . 84. 86
Fabri . . . 72. 468
fascicularis . . 85
ferrugineus . . . 65
flexuosus . . . 81
floribundus . . . 85
floridus . . . 82
fuscus . . . 88
glaucus . . . 85
globosus . . . 90
glomeratus . . . 70. 86
gracilis . . . 86
hirsutus . . . 84
holoschoenoides . 74
imberbis . . . 77
incanus . . . 72
inexpansus . . . 85
involucratus . . 70. 81
junceus 107
lateralis . . . 107
lateriflorus . . . 107
laxus 86
longirostris . . . 84
maritimus . . . 63
miliaceus . . . 83
mucronatus . . 148
nemorum . . . 5

SCHOENUS
nigricans . . . 59
niveus 238
odoratus . . . 238
pilosus . . . 89 bis.
polycephalus . . 74
polymorphus . . . 99
polyphyllus . . . 83
pubescens . . . 91
radiatus . . 69. 113
rariflorus . . . 84
restioides . . . 231
rubiginosus . . 236
rugosus . . . 85
scariosus . . . 236
setaceus . . . 88
spadiceus . . . 101
sparsus 83
spathaceus . . . 71
spicatus . . . 72
stellatus . . . 89
surinamensis . . . 82
thermalis . . . 81
triceps 72
triflorus . . . 84
umbellatus . . 100. 244

SCHULTESIA
petraea . . . 614

SCIRPUS
acicularis . 4. 151. 154
aegyptiacus . . 139
aestivalis . . . 96
anceps . . . 120
annuus . . . 95. 152
anomalus 5
antarcticus . 112 bis. 113
argenteus . . . 101
arvensis . . . 99
atropurpureus . . 106
australis . . . 115
autumnalis . . 98. 145. 178
Baeothryon . . . 151
Baeothryon β minor . 123
barbatus . . 112. 113
Bellardi . . . 156
bengalensis . . . 94
bicapitatus . . . 134
bisumbellatus . . 95
bromeliaefolius . . . 5
brunneus . . . 143
bulbosus . . . 61

SCIRPUS
caespitosus 122. 123 bis. 1
capensis . . . .
capillaceus . . . 1
capillaris . 112. 118. 1
capitatus . 152. 155. 2
caribaeus . . . 1
caricinus . . .
caricis . . . .
carolinianus . 100. 1
castaneus . . . 1
cephalotes . 140. 2
cernuus 1
chinensis . . . 1
ciliaris . . 118. 145. 2
Cinnamometorum . 1
compactus . . 139. 1
complanatus . 98. 120 1
compressus . . 64. 1
coronarius . . . 1
corymbosus . 82. 110. 1
cuspidatus . . . 1
cymosus . . . 1
cyperoides . . 139. 1
debilis . . . .
dichotomus 95. 96. 104. 1
diphyllus . . . .
dipsaceus . . . 1
domingensis . . .
echinatus . . . 1
elegans . . . 1
exiguus . . . . .
falcatus . . . 1
ferrugineus . . . .
filamentosus . . . 1
filiformis . 106. 109 1
fimbriatus . . 97 1
fistulosus . . . .
fluitans . . . 105.
geniculatus . 3. 149.
glaucus . . . .
globulosus . . .
glomeratus . . 130.
gramineus . . . .
Halleri . . . .
Holoschoenus 115. 116.
hottentottus . . .
intermedius . 116.
interstinctus . . 3.
intricatus . . .
junceus . . . .
kalli . . . .
lacustris β . . 13

Digitized by Google

SCIRPUS
lacustris γ . . . 137
lappaceus . . . 222
lateralis . . . 108
lavarum 231
lineatus . . . 117
macrostachyos . 139 bis.
maculosus . . . 3. 155
maderaspatanus spicis conoidibus fuscis *Scheuchz.* 137
maritimus . . 139 bis.
maritimus β . . . 140
— (riparius) . . 138
Martii 117
Michauxii . . . 145
michelianus . . 114. 172
micranthus . . . 110
miliaceus . . 93. 104
monander . . . 101
montanus . . . 153
mucronatus . 129. 139. 208
mucronatus β triqueter 141
mucronatus (tricarinatus) 130
multicaulis . . . 152
muricatus . . . 74
mutatus . . 3. 155
nanus 124
nemorosus . . . 122
niloticus 95
nitens 117
nodosus . . . 107
numidianus . . . 110
nutans . . . 92
obtusifolius . . . 118
ovatus . . . 3. 152
palustris 3. 61. 101. 127. 151
palustris β . . 125
— humilior *Scheuchz.* 136
paniculatus . . 147
pauciflorus . . 123. 124
pilosus . . . 142
planifolius . . . 64
plantagineus 3. 149 bis. 150
plantaginoides . . 150
polyphyllus . . 72
polytrichoides . . 102
prolifer . . . 116
puberulus . . 97. 134
pubescens . . 97. 118
pumilus . . . 106
pungens . . . 129
quadrangulatus . 3. 155
quinqueflorus . . 123
SCIRPUS
radiatus 113
radicans . . . 107
reptans . . . 91. 151
retroflexus . . . 107
retrofractus . . . 245
robustus . . . 140
romanus . . . 115
Rothii . . . 129
rufus . . . 65 bis.
scariosus . . . 61
schoenoides . . . 93
senegalensis . . 232
sepium 123
setaceus . 107. 108. 109. 128. 167
soloniensis . . . 152
spadiceus . . . 101
Sparmanni . . . 132
spathaceus . . . 71
spiralis . . . 3. 155
squarrosus . 111. 112
stolonifer . . . 105
supinus . . 107. 128
sylvaticus β radicans . 142
Tabernaemontani . 135
tenuis . . . 126. 131
thyrsiflorus . . 147
trigynus 61
triqueter . 129. 130. 141
— (triangularis) . . 129
— (trigonus) . . 141
tristachyus . . . 110
tuberculosus . 3. 106. 152
tuberosus . . . 139
umbellaris . . . 99
uncinatus . . . 111
Vahlii . . . 114
variegatus . . . 127
varius 151
villosus . . . 98
viscosus . . . 165
Scirpo-Cyperus palustris caule molli paniculâ nitida, glomeratâ, semine nigro *Mich.* . 130
Scirpo-Cyperus palustris radice repente nodosâ inodorâ etc. *Mich.* . 139
Scirpo-Cyperus paniculâ glomeratâ e spicis imbricatis compositâ *Scheuchz.* . . 130

Digitized by Google

SCLEROCHLOA
divaricata . . . 545
dura 606

SECALE
campestre . . . 769
cereale . . . 769. 773
creticum . . 769. 793
hirtum 757
orientale . . . 757
prostratum . . . 757
pumilum . . . 757
pungens . . . 768
spontaneum . . 773
sylvestre . . . 769
triflorum . . . 773
villosum . 744. 768. 777

SEHIMA *Forsk.* . . 810

SERPICULA
occidentalis . . . 874

SESLERIA
argentea . . . 603
coerulea . . 603. 605
echinata . . 617. 631
elongata . . . 603
juncifolia . . . 603
lagopodioides . . 630
leucocephala . . 605
microcephala . . 604
sphaerocephala . . 605
spicata 631

SETARIA
germanica . . . 493
imberbis . . . 891
macrostachya . . 494
muricata . . . 479
setosa . 481. 483. 494
villosa 450

SIEGLINGIA
decumbens . . 597

SORGHUM
album 836
Arduini . . . 857
arundinaceum . . 813
avenaceum . . 813
caffrorum . . . 467
cernuum . . . 836

SORGHUM
commune . . . 8
flavum . . . 8
halepense . . 813. 8
nigricans . . . 8
pyramidale . . . 8
serratum . . . 4
vulgare 8
vulgare β bicolor . 8
vulgare γ rubens . . 8

SPARTINA
cynosuroides . . 3
phleoides . . . 5

SPOROBOLI . . . 56

SPOROBOLUS
elongatus . . . 56
indicus . . . 56
pulchellus . . . 56

STEGOSIA . . . 4
cochinchinensis . . 3

STELEPHUROS . . 1

STELLARIA
triandra 85

STIPA
arenaria . . . 6
arguens . . . 842. 8
Aristella . . . 3
avenacea . 264. 334. 3
barbata 264. 334. 335. 33
bicolor . . 264. 33
Calamagrostis . . 56
capillaris . . . 33
capillata . . . 33
diffusa . . . 33
elongata . . . 33
expansa . . 384 bis
gigantea . . . 6
humilis . . 332. 8
Jarava 3
juncea . . 333. 33
membranacea . 339. 3
paleacea . . 332. 8
parviflora . . . 3
pubescens . . . 33
seminuda . . . 33
sericea . . . 33

Digitized by Google

STIPA
sibirica 335
spinifex 844
tortilis . . . 332. 843
virginica . . . 336

STIPULICIDA
setacea 859

STREPTOGYNA
guianensis . . . 614

STREPTOSTACHYS
aspera 469

STURMIA
minima . . . 389

SYNTHERISMA
ciliare 478
glabrum . . . 471
malabaricum . . . 474
praecox . . . 413
serotinum . . 305. 878
villosum . 304. 473. 890
vulgare . . . 469. 489

TEHAMA
indorum . . . 435

TETRAPOGON
villosus 611

THEMEDA *Forsk* . . 810

THRYOCEPHALON
nemorale . 236. 237. 238

THUAREA
involuta . . . 782

Tirsa Guettard. . . 340

TORRESIA
antarctica . . . 676
biflora 515
latifolia . . . 556
magellanica . . 515 bis.

TOSAGRIS
agrostidea . . . 385

TOZZETTIA
pratensis . . . 274
utriculata . . . 274

TRACHYNOTIA
alterniflora . . . 262
cynosuroides . . 261
juncea 263
patens . . . 632
polystachya . . . 262

TRACHYS . . . 255

TRAGUS 42

TRIATHERA
bromoides . . . 600
juncea 421

TRICHOCHLOA
purpurea . . . 384

TRICHODIUM
alpinum 276
caninum 276. 278. 282. 370
elatum . . . 353
filiforme . . . 279
flavescens . . . 280
hybridum . . . 278
rupestre . . . 280

TRICHOPHORUM . . . 117
alpinum . . . 156
alpinum β budsonianum 156
cyperinum . . . 147
lineatum . . . 117

TRICUSPIS . . . 34
Noveboracensis . . 600

TRIODIA
cuprea . . . 600

TRIPSACUM
hermaphroditum . . 497

TRISETARIA . . . 39
Forskålii . . . 658
linearis . . . 658

TRISETUM
hispanicum . . . 661
nudum . . . 657
ovatum 633
pisanum . . . 660
pratense . . . 664
pubescens . . . 673
rigidum 663

TRISETUM
sesquitertium . . 662
striatum . . . 657

TRITICUM
acutum . . . 751
Aegilopsoides . . 784
arvense . . . 754
asperum . . . 743
attenuatum . . 751
bicorne . . . 780
biflorum . . . 760
biunciale . . 746 bis.
brevisetum . . 742
brizoides . . . 569
bromoides . . . 756
Buonapartis . . . 768
caninum . . . 756
capense . . . 518
caucasicum . . 758
caudatum . . . 768
caudatum, spicâ parvâ, aristis longissimis quadruplo breviore *Scheuchz.* . . 744
cereale . . . 761
cespitosum . . . 738
Cevallos . . . 765
ciliatum . . . 742
cinereum . . . 770
compositum . . . 765
compressum . . 770
cristatum . . 758 bis.
densiflorum . . 753
dicoccon . . . 766
distichum . . . 756
dumetorum . . 755
durum . . . 765
elongatum . . . 754
elymoides . . . 766
farctum . . . 751
festuca . . . 744
festucoides . . . 744
filiforme . . . 760
fragile . . . 743
genuense . . . 742
giganteum . . . 753
glaucum 751. 752 bis. 753. 766
gracile . . . 737
Halleri . 744 bis. 746. 768
hispanicum . 744. 745. 747
imbricatum . 755. 756. 758
intermedium . 752 bis.

TRITICUM
intermedium β . . 753
junceum . 743. 750. 752. 754
junceum β giganteum . 754
Lachenalii . . . 744
Leersianum . . . 755
Linnaeanum β . . 765
littorale 751
loliaceum . . . 746
lolioides . . . 746
maritimum 551. 591. 743 bis. 744. 745. 768
molle 770
monostachyum . . 742
Nardus 745
nigricans . . . 745
obtusiflorum . . . 755
orientale . . 757. 773
patens 760
patulum . . . 768
pectinatum . . 758. 759
peruvianum . . 761
phoenicoides . . 758. 759
pilosum . . . 752
pinnatum . . 756. 757 ter.
planum . . . 760
Poa . . . 744. 746
polonicum . . . 766
prostratum . . . 752
pumilum . . 757 bis.
pungens . . 599. 753
repens . 753. 754 bis. 755
repens γ capillare . 755
— glaucescens . . 755
— multiflorum . . 755
rigidum . . . 752
Rottboella . . . 746
sativum . . . 761
sativum β durum . . 765
— pyramidale . . 765
scabrum . . . 759
sepium . . 755. 756
sibiricum . . . 756
subulatum . . 754. 761
sylvaticum . . 741. 777
tenellum 727. 744. 745 bis. 746
tenuiculum . . 744
teretiflorum . . . 741
Tumonia . . . 770
turgidum β . . . 764
typhinum . . . 765
unilaterale . . 746. 747
unioloides . . . 569

TRITICUM
vaginans . . . 756
Vaillantianum . . 755
variegatum . . . 759
villosum . . . 765
vulgare 761
vulgare α aestivum . 761
vulgare β hybernum . 763

TRIXIS
palustris . . . 874

Tsjama Pullu Rheede . 435

TYPHOIDES
arundinacea . . 406

UNIOLA
bipinnata . . . 577
ciliata 596
distichophylla 356. 569. 595. 596
gracilis . . . 595
maritima . . . 594
mucronata . . . 522
mucronatae affinis . 595
paniculata . . 594 bis.
pungens . . 356. 596
spicata . . 356. 521. 596
virgata 595

UROCHLOA . . . 455

VAGINARIA . . . 233
Richardi . . . 235

VENTENATA
avenacea . . . 657
bromoides . . . 657

VILFA 361
atrovirens . . . 361
dulcis 344
elegans 362
fasciculata . . . 362
humifusa . . . 361
ramulosa . . . 361
tenacissima . . 369
trichodes . . . 361
virginica . . . 355

VILFAE 344

Vaba Marcgr. . . 289

VULPIA 726
Myurus . . 726. 727
pilosa . . . 625. 728
sciuroides . . . 726

WANGENHEIMIA
disticha 712

Wara pullu Rheed. . 211

WEINGAERTNERIA
canescens . . . 688

XYRIS
indica 862

ZEOCRITON
commune . . . 793
complanatum . . 796
distichum . . . 793
secalinum . . 794 bis.

ZERNA 39

Digitized by Google

Corrigenda.

Pag.	2.	lin.	8. ab infra. *loco* s lege 5.
—	7.	—	11. — — post Fasciculus dele Comma.
—	14.	—	15. *loco* Milio *lege* Milia.
—	—	—	29. dele n°. 219. genus integrum, cum Reimaria jam meliori jure in *Diandriam* (Vol. I. *p.* 61. *n.* 116. et *p.* 289.) receptum sit.
—	17.	—	10. *loco Hort. lege Host.*
—	20.	—	25. *l.* amplectentibus *l.* amplectentes
—	22.	—	7. ab infra *l.* Pentarraphis *l.* Pentarhaphis.
—	26.	—	8. *ante* Isachne *pone*: 268.
—	32.	—	6 et 16. *lege: Beauvois.*
—	35.	—	23. *post* Rhabdochloas *dele* punctum.
—	39.	—	10. *l.* virid *l.* viridi.
—	48.	—	16. ab infra. *l.* hyalynae *l.* hyalinae.
—	51.	—	22. *l.* Nicrothuraeia *l.* Microthuarea.
—	63.	—	2. *lege:* decrescentibus; longiore 9 pollicari.
—	65.	—	3. ab infra. *l.* putarum l. plantarum.
—	70.	—	21. *l.* bipollicares *l.* pollicares.
—	71.	—	13. ab infra. *l.* lanceolata *l.* lanceolatae.
—	73.	—	8. *l. Hystria l. Hystrix.*
—	—	—	14. ab infra. *l.* folio *l.* folia.
—	—	—	1. — — *l. Owari l Oware.*
—	75.	—	8. *l. Sitm. l. Vitm.*
—	80.	—	4. ab infra. *l.* ongiori *l.* longiori.
—	100.	—	23. *post*: antecedente *scribe*: ferrugineâ.
—	119.	—	18. *loco* aphyllus *l.* aphylla.
—	120.	—	— ab infra. *l.* quam *l.* quem.
—	—	—	6. — — *l.* glabrae *l.* glabris.
—	124.	—	18. — — *l.* Sc. *l.* Isolepi.
—	—	—	6. — — *l.* Rosc *l.* Bosc.
—	125.	—	5. *l.* Eteochari *l.* Eleochari.
—	128.	—	16. ab infra. *l.* sulvaginati *l.* subvaginati.
—	130	—	13. *l.* pollices *l.* pollicem.
—	137.	—	16. *l* longissima *l.* longissimo.
—	139.	—	4. ab infra. *l.* 2. *l.* 1.
—	159.	—	20. *l.* viridibus *l.* viridia.
—	161.	—	14. ab infra. *l.* duobus *l.* duabus.
—	166.	—	7. *l.* duodecimphyllo *l.* dodecaphyllo.
—	167.	—	19. *l.* verae Scirpis *l.* more Scirpi.

Digitized by Google

Pag. 178. lin. 12. ab infra. *l.* semipedalia *l.* semipedale.
— 185. — 21. — — *l.* breviores *l.* brevioribus.
— 193. — 6. et 15. *l.* longior *l.* longiore.
— 195. — 13. ab infr. *l.* radiata l. radiatae.
— 202. — 3. — — *post* sequente *lege rotundo.*
— 203. — 16. — — *l.* semiferis *l.* seminiferis.
— 205. — 8. *l. Rottboellii l. Rottboell.*
— 209. — 17. ab infr. *l.* involucri *l.* involucris.
— 221. — 9. — — *l.* valvulis ovatis *l.* valvulae ovatae.
— — — 8. — — *l.* membranaceis *l.* membranaceae.
— 228. — 17. *l.* laevifolia *l.* laevi folia.
— 232. — 10. ab infr. *l.* altiora *l.* altiores.
— 234. — 14. *l.* breviora l. brevior.
— 236. — 23. *l.* infima *l.* infimae.
— 274. — 7. ab infr. *l.* pedalis *l.* pedales.
— 280. — 12. — — *post*: facit *dele* punctum.
— 283. — 22. — — *l.* Dan *l.* Dax
— 285. — 17. — — *l.* Affic. *l.* Offic.
— 288. — 16. — — *l.* alopecuroides *l.* alopecuroidem.
— 310. — 2. — — *l.* 48a. *l.* 49a.
— 311. — 20. *l.* latae *l.* lata.
— 314. — 2. ab infr. *l. quadriseriatis l.* quadriseriatis.
— 324. — 3. *post* dabit *pinge*: ?
— 326. — 14. *post Lagascae dele: Lag.*
— 331. — 15. ab infr. *l.* scabriosae *l.* scariosae.
— 336. — 22. *l.* errore *l.* erronee.
— — — 20. ab infr. *l.* ad medio a *l.* a medio ad.
— 342. — 13. — — *post* esse *dele* punctum.
— 344. — 18. *l.* vix *l.* vir.
— 348. — 1. *post*: adest *loco*; *pinge* punctum.
— — — 7. ab infr. *l.* epigraphen *l.* epigraphe.
— 351. — 3. — — *l.* nex *l.* nec.
ultima. *post*: nobis *adde*: *ambigua.*
— 359. — 20. ab infr. *l.* monticolam *l.* montanam.
— — — — — — *post* ovatam *adde*: seu.
— 367. — 16. — — *l.* SPOROLOBI *l.* SPOROBOLI.
— — — 15. — — *post* f. 11. *adde*: SPOROLOBUS.
— 378. — 12. *l.* pollicaria pedalia *l.* pollicares, pedales.
— 390. — 7. ab infr. *l.* Calyces *l.* Calycis.
— 391. — 4. *l.* SETARIA *l.* CHAETARIA.
— 431. — 9. *l.* paperis *l.* papaveris.
— 437. — 21. lanceolato *l.* lanceolata.
— 443. — 19. ab infr. *post* masculi *adde:* va vula.
— 453. — — ultimà *l.* hoc *l.* huc.
— 468. — 21. *l.* bipollic. *l.* 2 pollic.
— 485. — 11. *l.* recti *l.* rectae.
— 498. — 20. ab infr. post *italici* pinge: comma.
— 505. — 23. — — *l.* excadente *l.* excedente.
— 508. — 21. *l* habeant *l.* habent.
— 509. — — transfer notam: Quid: CALAM. *villosa* etc. ad finem *n.* 22. p. 210.
— 521. — 18. ab infr. *l.* maxime *l.* maximae.
— 543. — 5. — — *post* annuae pinge: comma.

Digitized by Google

Pag. 545. lin. 2. ab infr. *ante Decandolle scribe*: A
— 550. — 14. *l. urvata l. carvata.*
— 553. — 5. ab infr. *dele*:) *post*: *Leers.*
— 553. — 4. — — *post*: *f.* 2. *adde*:)
— 558. — ultima. *l.* distinctiam *l.* distantiam.
— 560. — 18. *l.* P. *l.* G. et *l. Rai l. Raii.*
— 579. — 22. *l.* CYNOSUROS *l.* CYNOSURUS.
— — — 15. ab infr. *l.* latiores *l.* latioribus.
— 585. — 12. *post*: persistente *dele* punctum.
— 593. — 5. *post*: P. adde: *riparia.*
— 624. — 7. *loco: Lagasca* gramen *lege*: Lagasea. Gramen.
— — — 11. post: *Montin pinge:* comma.
— 633. — 7. ab infr. post: *Ehrharti* leg. *Hall. fil.*
— 638. — 13. — — *lege:* gluma exterior paullo longior valvulis corollinis, sed etc.
— 651. — 18. ab infr. *loco:* et *lege:* etc.
— 654. — 14. *post:* Hieris *pinge*; semicolon.
— 663. — 6. *l.* referendum *l.* referendam.
— — no. 20. adde Synon.: AVENA *flavescens Gener.* (sec. *Wahlenb.*)
— 673. — 7. ab infr. *post:* exstet pinge: punctum.
— 681. no. 6. adde Synon.: DESCHAMPSIA *ambigua* P. *de Beauv.*
— 687. — 11. *lege*: *cespitosae* habita et Linnaeo ignotam fuisse.
— 688. — 15. ab infr. *l.* Huc *l* Huic.
— 690. — 6. dele: *P. de Beauv.* Huc nempe D. *glumosa P. de* B. spectat.
— 699. no. 3. adde Synon.: POA *elatior Bernh. Fl. Erf.*
— 700. — 27. ante: *Enc. meth.* pone: FEST. *aurea* γ. *spadicea.*
— 702. — 2. FEST. *altissima All.* propriam ap. *Pal. de Beauv.* constituit speciem, sub nomine SCHOENODORI *altissimi* ad quam et POA *binervata Ehrh.* ut Synonymon *trahitur.*
— 706. — 3. *l.* glaberrima, planifolia *l.* glaberrimus, planifolius.
— — — 9. *l.* DIPLACHNO *l.* DIPLACHNE.
— 712. — 14. ab infr. *post*: *Panz.*) *adde*: cf. p. 650. n. 13.
— 714. — 12. — — *l.* paniculata *l.* panicula.
— 715. — 20. *l.* cepimus omnia *l.* cepimus. Omnia.
— 721. no. 23. addo Synon.: SESLERIA *valesiaca P.* de *Beauv.*
— 722. — 17. *post*: Spiculae *l.* lanceolato-ovatae acutae muticae.
— 724. no. 30. FEST. *heterophylla Host* ducitur quoque a nonnullis ad F. *flavescentem Bellard.*
— 725. no. 34. FEST. *bromoides* secundum *P. de Beauv.* est SCHOENODORUS et ex ejusdem opinione BROMUS *trifiorus* L. huc pertinet.
— 728. — 7. ab infr. *l.* specificicum *l.* specificum.
— — — 8. — — *post*: ob *dele* punctum.
— 928. no. 39. adde Synon.: FEST. *hordeiformis Wulf.*
— 730. — 22. ab infr.: post: utraque pinge: comma.
— 735. no. 61. dele FEST. *montanam Savi* jam pag. 637. n. 10. recte ad BROMUM *erectum Smith* relatam.
— 737. — 3. *l.* gramen *l.* Gramen.
— 738. — 26. ab infr. *post* Linnaei *pinge*: „
— 739. — 4. — — *post:* praecedens *pinge*: ?

Digitized by Google

Pag. 740. lin. 7. *post:* *phoenicoides* scribe: *Hall. Litt. Zeit.* 1811. *n.* 159. *p.* 314.
— 740. no. 7. *l.* B. *loliaceum l* B. *Tenorii.*
— 741. — 2. *l.* Annua *l.* Annuum.
— — — 15. ab infr. *l.* *Pall.* *l.* *Pollich.*
— 744. no. 19. adde Synon.: AGROPYRUM *tenuiculum* *Beauv.*
— 745. — 4. BR. *festucoides* *Beauv.* potius ad TRITICUM *hispanicum* pertinet.
— — — 9. *post:* cum *pinge*: ?
— 748. — 8. *post:* *Roth* pinge: .
— 749. — 24. ab infr. *post:* multiflorum *dele*: comma.
— 751. — 4. *l.* gramen *l.* Gramen.
— 753. — 11. *l.* rahis *l.* rhachis.
— 755. — 3. ab infr. *l.* tritico *l.* TRITICO.
— 756. — 14. — — *l.* longius *l.* longior.
— 757. — 14. — — *l.* teretes sub spica, *l.* teretes, sub spica.
— 761. — 8. *l.* diversa *l.* diverse.
— 771. — 17. *l.* taurica ad *l.* taurica. Ad
— — — ultima *l.* diversâ *l.* diversa.
— 774. — 6. ab infr. *l.* *adambrat* *l.* *adambrat.*
— — — 3. *l.* Dentibus *l.* dentibus.
— 776. — 10. *post*: * *pinge*: ε.
— 779. — 17. *post*: constituit adde: *Willd. Enum. H. Berol.* I. *p.* 132.
— 792. — 19. *post*: elongata *pinge*: comma.
— 800. — 27. *l.* patria. *l.* patria,
— 805. — 9. *l.* praecedente *l.* sequente.
— 807. — 8. ab infr. *l.* DIPLOGON *l.* DIPLOPOGON.
— 813. — 10. *l.* pedicellatisque *l.* pedicellisque.
— 818. — 1. *l.* e *l.* et.
— — — 21. ab infr. *post*: generis *loco* puncti *ponatur* comma.
— 821. — 10. *post*: hermaphroditi *dele*: comma.
— 825. — 3. ab infr. *l.* ANDROPOGONI *l.* ANDROPOGONE.
— 829. no. 2. adde: *ad littora nov. Holland. intra tropicum.*
— 833. — 15. ab infr. *l.* terminatus, umbella etc. *l.* terminatus umbellâ multiflorâ parva quinqueflorâ.
— 836. — 3. *l.* in articulata *l.* inarticulata.
— 837. — 23. ab infr. *l.* I. *l.* IV.
— 839. — 12. — — *l.* halepensis *l.* halepensi.
— 840. — 21. — — *l.* setifolius *l.* setifolium.
— 873. — — DONATIAE *fascicularis* adde Synonyma: D. *magellanica* *Lam. Illustr. Gen.* I. *p.* 217. tab. 51. *Poir. Enc. meth. Suppl.* II. *p.* 500.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google